645 C4 105

UAN
DAD AUTÓNOMA DE NUEV
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC

SAME

INA IUC

Univer

.3.

BX1935
.S3
1716
v.3
c.1

1080044897

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
ALERE FLAMMAM VERITATIS

UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# JURISPRUDENTIA CANONICO-CIVILIS,

*SEU*

# JUS CANONICUM UNIVERSUM,

*JUXTA*

## V. LIBROS DECRETALIUM,

NOVA ET FACILI METHODO EXPLANATUM,
S. Congregationum decretis, S. Rotæ Romanæ deciſionibus,
Summorumque Pontificum conſtitutionibûs roboratum,
*NEC NON*
AMPLISSIMA TOTIUS JURIS CIVILIS PERITIA,
PRO THEORIA ET PRAXI LOCUPLETATUM,
*IN GRATIAM EORUM,*
Qui in ſcholis & tribunalibus, tum Eccleſiaſticis tum Sæcularibus, verſantur, aut ſtudiô Juris utriusque delectantur,
JURIS PUBLICI FACTUM,
*ET*
IN TRES TOMOS DISTINCTUM;
*Unà cum quadruplici Indice, quorum primus ab initio cujuslibet tomi ſeriem & repertorium Titulorum Juris Canonici; ſecundus in fine periochen rerum & verborum; tertius & quartus ordinem & ſedem omnium titulorum Inſtitutionum Imperialium & Digeſtorum exhibet.*

AUTHORE
P. FRANCISCO SCHMIER,
Ord. S. Benedicti, ex Libero-Imperiali-Exempto Monaſterio Ottoburano, Juris Utriusque Doctore, Almæ & Archi-Epiſcopalis Univerſitatis Salisburgenſis Rectore Magnifico, & Facultatis Juridicæ, nec non SS. Canonum Profeſſore Primario, Celſiſſimorum, ac Reverendiſſimorum S. R. I. Principum, Archi-Epiſcopi Salisburgenſis, Epiſcopi Friſingenſis, & Abbatis Campidonenſis Conſiliario Eccleſiaſtico, ad S. Joannem in Veldkirch Priore, Notario publico Apoſtolico, in Archivio Romanæ Curiæ immatriculato.

## TOMUS TERTIUS.

50583

Complectens Librum IV. & V. Decretalium.

*Cum ſpeciali Gratia & Privilegio Sacræ Cæſareæ Regiæque Catholicæ Majeſtatis, &c. &c.*

*SALISBURGI,*
Impenſis & Literis JOANNIS JOSEPHI MAYR, Aulico-Academici Typographi, & Bibliopolæ.
M. DCC. XVI.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

BX1935
.S3
1716
V.3

UANL
FONDO

## SERIES ET REPERTORIUM TITULORUM
## LIBRI IV. DECRETALIUM.

Tit. I. - - De Sponſalibus & Matrimoniis. tr. 1. & 2. per tot. & tr. 3. cap. 1.
Tit. II. - De Deſponſatione impuberum. tr. 3. cap. 2. ſect. 1.
Tit. III. - - De Clandeſtina deſponſatione. d. tr. cap 5. ſect 4. & 5.
Tit. IV. - - De Sponſa duorum. d tr. cap. 2. ſect. 4. & cap. 3. ſect. 3.
Tit. V. - - De Conditionibus appoſitis. tr. 1. cap 3. ſect 3 & tr. 2. cap. 2. ſect. 3.
Tit. VI. - - Qui Clerici vel voventes Matrimonium contrahere poſſunt. tract. 3. cap 5. ſect. 1. & 2.
Tit. VII. - De eo qui duxit in Matrimonium, quam polluit per adulterium. tr 3. cap 4.
Tit. VIII. . De Conjugio leproſorum. tr. 2. cap. 5. ſect. 2. à n. 132.
Tit. IX. - - De Conjugio ſervorum. tr. 3. cap 2. ſect. 3.
Tit. X. - - De Natis ex Libero ventre. lib. 3. tr. 1. p 1. cap. 1. n. 15.
Tit. XI. - - De Cognatione ſpirituali. tr. 3 cap. 3. ſect. 4.
Tit XII - - De Cognatione Legali. d. cap ſect 5.
Tit. XIII. - De eo qui cognovit conſanguineam uxoris ſuæ vel ſponſæ. d cap. ſect. 2. à n. 173.
Tit. XIV. - De Conſanguinitate & affinitate. d. cap. ſect. 1 & 2.
Tit. XV. - - De Frigidis & maleficiatis, & impotentia coëundi. tr. 3. cap 2 ſect. 2.
Tit. XVI. - De Matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ. d. tract. cap. 4. ſect. 2 & 3.
Tit. XVII. - Qui filii ſint legitimi. tract. 2. cap 3. ſect 2.
Tit. XVIII. - Qui Matrimonium accuſare poſſunt, vel contra illud teſtari. tract 3. cap. 1. n. 32. & ſeqq.
Tit. XIX. - De Divortiis. tract. 2. cap 5.
Tit. XX. - - De Donationibus inter virum & uxorem, & dote, poſt divortium reſtituenda. d. tr. cap. 4 ſect. 1. & 2.
Tit. XXI. - De Secundis Nuptiis. d. cap. ſect. 3.

## SERIES ET REPERTORIUM TITULORUM
## LIBRI V. DECRETALIUM.

Tit. I. - - De Accuſationibus, inquiſitionibus & denuntiationibus. tr. 1. cap 1. 2. & 4.
Tit. II. - - - De Calumniatoribus. tr. 3. cap. 1. à n. 166. & cap. 3. à n. 1.
Tit. III. - - De Simonia, & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur vel promittatur. tract. 2. cap. 2.
Tit. IV. - - Ne Prælati vices ſuas vel Eccleſias ſub annuo cenſu concedant. d. cap. n. 65.
Tit. V. - - - De Magiſtris & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. d. cap. à num. 71.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Tit. VI. - - *De Judæis, Saracenis, & eorum ſervis.* d. tr. 2. cap. 3. §. 1. & 2.
Tit. VII. - - *De Hæreticis.* d. cap. §. 3.
Tit. VIII. - - *De Schismaticis.* d. cap. §. 4.
Tit. IX. - - *De Apoſtatis & reiterantibus baptisma.* d. cap. §. 5.
Tit. X. - - - *De His, qui filios occiderunt.* tr. 3. cap. 2. à n. 57.
Tit. XI. - - *De Infantibus & languidis expoſitis.* d. cap. à n. 69.
Tit. XII. - - *De Homicidio, voluntario & caſuali.* d. cap. à n. 56. & lib. 1. tr. 4. cap ult. ſect. 4.
Tit. XIII. - - *De Torneamentis.* tr. 2. cap. 3. à n. 97.
Tit. XIV. - - *De Clericis pugnantibus in duello.* ibid. à n. 102.
Tit. XV. - - *De Sagittariis.* ibid. à n. 116.
Tit. XVI. - - *De Adulteriis & ſtupro.* tract. 3. cap. 2. ſect. 2.
Tit. XVII. - - *De Raptoribus, incendiariis, & violatoribus Eccleſiarum.* d. tract. cap. 1. à n. 43. & cap. 2. à n. 53. item à n. 72.
Tit. XVIII. - *De Furtis.* d. tr. cap. 1. ſect. 1. & 2.
Tit. XIX. - - *De Uſuris.* tract. 2. cap. 2.
Tit. XX. - - *De Crimine falſi.* tr. 3. cap. 2. à n. 74.
Tit. XXI. - - *De Sortilegiis.* tr. 2. cap. 3. ſect. 3. § 4.
Tit. XXII. - *De Colluſione detegendo.* d. ſect. §. 5.
Tit. XXIII. - *De Delictis puerorum.* tr. 1. cap. 2. à n. 7.
Tit. XXIV. - *De Clerico venatore.* tr. 2. cap. 3. ſect. 2. §. 1.
Tit. XXV. - - *De Clerico percuſſore.* d. ſect. §. 2.
Tit. XXVI. - *De Maledicis.* d. cap. ſect. 3. §. 6.
Tit. XXVII. - *De Clerico excommunicato, depoſito, vel interdicto miniſtrante.* d. cap. ſect. 2 § 3.
Tit. XXVIII. - *De Clerico non ordinato miniſtrante.* d. l. §. 4.
Tit. XXIX. - *De Clerico per ſaltum promoto.* d. l. §. 5.
Tit. XXX. - - *De eo qui furtivè Ordinem ſuſcepit.* d. l. §. 6.
Tit. XXXI. - *De Exceſſibus Prælatorum & ſubditorum.* d. l. §. 7.
Tit. XXXII. - *De Novi operis nuntiatione.* d. cap. 3. ſect. 3. §. 8.
Tit. XXXIII. - *De Privilegiis & Exceſſibus privilegiatorum.* lib. 1. cap. 8. ſect. 3.
Tit. XXXIV. - *De Purgatione Canonica.* tract. 1. cap. 4. à n. 117.
Tit. XXXV. - *De Purgatione Vulgari.* ibid. à n. 123.
Tit. XXXVI. - *De injuriis & damno dato.* tr. 3. cap. 1. ſect. 3. & ſect. 5. §. 5.
Tit. XXXVII. *De Pœnis.* tract. 1. cap. 3. ſect. 4.
Tit. XXXVIII. *De Pœnitentiis & remiſſionibus.* ibid. ſect. 3. §. 6.
Tit. XXXIX. *De Sententia excommunicationis.* d. cap. 3. ſect. 2. & 3.
Tit. XL. - - *De Verborum ſignificatione.* tom. 1. tr. Præamb. cap. 3. ſect. 1. & 2.
Tit. XLI. - - *De Regulis Juris.* d. l. ſect. 3.






# LIBER IV.

# DECRETALIUM GREGORII

## *PAPÆ, HUJUS NOMINIS IX.*

## PRÆLOQUIUM.

*ARgumentum præſentis Libri eſt Matrimonium, quod, ſi ſpectes originem, antiquiſſimum; ſi conſideres utilitatem, ſummè proficuum; ſi dignitatem attendas, ſacroſanctum eſt. Eſt enim humano generi coævum, ſuosque natales ex horto Voluptatis derivat* cap. un. de Voto & Voti redempt. in 6. *Eſt quædam im̃ortalitatis idea, dum mortale hominum genus de ſæculo propagat in ſæculum, teſtante ſic Imperatore Juſtiniano in* Nov. 22. in præfat. *Eſt utriusque Reipublicæ ſeminarium, ac ſoboles, ex legitimo thoro prognatas, ad faſces & peda, ad ſagum & togam, ad laureos & infulas adoleſcere facit; ut pulchrè inſinuat D. Ambroſ.* lib. 1. ſuper Lucam, Divinum, *inquiens*, munus eſt fœcunditatis: vernet in DEI laudem terra, quia colitur; mundus, quia cognoſcitur; Eccleſia, quia devotæ numerô plebis augetur. *Eſt ſacramentum, ad ſignificandum gratioſum illud Myſterium conjunctionis Chriſti cum Eccleſia, Divinitus inſtitutum; juxta textum Apoſtoli ad* Epheſ. 5. Sacramentum hoc magnum eſt; ego autem dico, in Chriſto & Eccleſia.

*Ut igitur tam nobilem materiam, cui dilucidandæ quàmplures tum Theologi tum Canoniſtæ integra conſcripſerunt volumina, nec ego vel omninò prætercam, vel ſiccô duntaxat veſtigiô percurram, Librum IV. Decretalium in tres diſtribuo tractatus; Matrimonium in medio colloco; Sponſalia præmitto, & Impedimenta ſubjungo.*

# TRACTATUS I.
# DE
# SPONSALIBUS.

APud Veteres jam erat uſitatum, ut, qui Matrimoniô copulari deſiderabant, Sponſalia præmitterent, & fidem affectumque mutuum tam variorum donorum generibûs, quàm annulô pronubô confirmarent; uti manifeſtum exemplum in ſacris paginis extat de Sponſalibus, inter Rebeccam & Iſaacum celebratis *Gen.* 24. *v.* 51. nec non de Sponſalibus, inter Micholem, Sauli filiam, ac Davidem initis. 1. *Reg.* 18. *v.* 20. Nec enim conſultum eſſe credebatur, cæcô mox impetu Sponſam in ædes Sponſi deducere, & initium ab effectu ſumere; ſed longè convenientius videbatur, primò Matrimonium in futurum promittere, &, antequàm jus de præſenti conferatur, tantiſper exſpectare; veluti notatur in *cap. inſtitutum* 39. *XXVII. q.* 2. ibi: *inſtitutum eſt, ut jam pactæ Sponſæ non ſtatim tradantur, ne vilem habeat maritus datam, quam non ſuſpiravit Sponſus dilatam.* Hunc morem, cùm in hodiernum usque diem obſervari videamus, nos quoque recipimus, &, ante Matrimonium, Sponſalia examinamus.

## CAPUT I.
### *De Natura Sponſalium.*

SPonſalium Natura tam pervia eſt, ut primô mox aſpectu dignoſci queat, ſi modo pauculis lineis tam ſecundùm nomen, quàm ſecundùm rem ipſam exprimatur.

## SECTIO UNICA.
### *De Nomine, Definitione, & Neceſſitate Sponſalium.*

SUMMARIA.

1. *& ſeqq. Etymologia Sponſalium.* 4. *&* 5. *Synonymia.* 6. *& ſeqq. Homonymia.* 11. *& ſeq. Definitio.* 13. *& ſeq. Sunt Contractus conſenſualis.* 15. *Bilateralis.* 16. *Nominatus.* 17. *& ſeq. Bona fidei.* 19. *Quò mas & fæmina.* 20. *Sibi invicem promittunt.* 21. *Futurum Matrimonium.* 22. *& ſeq. Argumenta Harpprechti, docentis, Sponſalia eſſe neceſſaria.* 24. *& ſeqq. Demonſtratur contraria veritas.* 27. *& ſeq. Argumenta oppoſita refelluntur.*

### §. I.
### *Quid Sponſalia ſint ſecundùm nomen?*

1 SPonſalia à ſpondendo ſic eſſe dicta, teſtatur Ulpianus in *l. Sponſalia* 2. *ff. h. t.* nam, ut loquitur ibidem idem JCtus, *moris fuit veteribus ſtipulari, & ſpondere ſibi uxores futuras.*
2 Et quia plerumque in hujusmodi ſponſione proferebantur verba ſolennia, dum ſponſus ad patrem ſponſæ hìs vel ſimilibus verbis uti conſuevit: *ſpondéſne tuam natam in uxorem mi-*
*bi?* eapropter ad Sponſalia Jurisperiti voca- 3
bantur, qui locô contrahentium, ne committerent errorem, verba ſolennia concipiebant, velut ex Cicerone & Cujacio notat Inſignis ille SS. Canonum Interpres Gonzalez ad *cap. præterea* 2. *h. t. n.* 5.

4 Sponſalium ſynonyma pandit Magnif. D. P. König ad *h. t. n.* 2. quòd ſcilicèt interdum dicantur fides pactionis *cap. duobus* 1. *de Sponſa duor.* ſubinde vocentur ſpes nuptiarum *l. ſi puella* 6. *ff. h. t.* nonnunquam *conditiones* appel-
5 lentur *l. ult. ff. eòd.* His ſuperaddi poteſt, quòd Sponſalia à S. Thoma nuncupentur Sacramentalia Matrimonii; non quia præviam quandam præleferunt ſanctitatem ad Matrimonium, ſicuti præleſert exorcismus ad Baptiſmum; ſed quia ſunt quodammodò diſpoſitiones ad Sacramentum, & animos ad mutuos conciliant affectus, ex quibus vinculum charitatis conſurgit. Gregor. Roſignolo de *Sponſalib. in præfat.*

6 Sponſalibus in Jure triplex acceptio tribuitur. I. eſt latior & impropria, quando Sponſalium nomine veniunt etiam arrhæ, munera, vel ſymbola, à ſponſo ſponſæ oblata per *l. mulier* 5. *Cod. h. t.* *l. quidam* 1. *Cod. ſi Nuptiæ ex*
7 *reſcripto pet ant.* II. eſt ſtrictior, & magis propria, quando per Sponſalia deſignantur Sponſalia de præſenti, ſeu Matrimonium ratum: nec Juris tantùm Eccleſiaſtici Expoſitoribus in acceptis eſt referenda hæc acceptio, veluti perperam opinati ſunt aliqui apud P.
Wieſtner *h. t. n.* 4. Sed etiam ipſimet 8
Juri Eccleſiaſtico in *cap. tertio* 13. *de Præſumptionib. in fin. cap. accepiſti* 2. *cap. ult. de Sponſa duor. cap. ſicut ex literis* 22. *cap. ſi inter* 31. *h. t.* Quin & Juri Divino per textus in *cap. conjuges* 6. *cap. qui deſponſatam* 12. *in pr. cap. ſi quis* 14.
*XXVII. q.* 2. III. eſt ſtrictiſſima & pro- 9
priiſſima, quando per Sponſalia denotantur Sponſalia de futuro, quæ ſcilicèt adjunctam habent promiſſionem futuri Matrimonii *cap.*
*ſi inter* 31. *h. t.* Hæcque poſterior accep- 10
tio, ſicuti præprimis argumento præſenti deſervit, ſic in dubio, quando de Sponſalibus in Jure vel alias fit mentio, Sponſalia de futuro regulariter intelliguntur *arg. rubr. tit. de Sponſalibus & Matrimoniis X. & in* 6. ubi Matrimonium & Sponſalia diſtinctis nominibus efferuntur. Clariſſimus P. Jacobus Wex in *Opuſculo Canonico-Tridentino de Sponſalibus p.* 1. *§.* 1. *num.* 12.

### §. II.
### *Quid ſint Sponſalia ſecundùm rem?*

11 SPonſalia definit Nicolaus Papa in *cap. noſtrates* 3. *in princ. XXX. q.* 5. quòd ſint *futurarum nuptiarum promiſſio.* Florentinus JCtus in *l. Sponſalia* 1. *ff. h. t.* definit, quòd ſint *mentio* (id eſt promiſſio) *& repromiſſio nuptiarum fu-*
12 *turarum.* Quam utramque definitionem paulò majori cum claritate combinaturus, definio Sponſalia, quòd ſint contractus conſenſualis, bilateralis, nominatus, bonæ fidei, quô mas & fœmina ſibi invicem promittunt futurum Matrimonium.

13 Dixi I. *contractus conſenſualis.* Cùm enim ex ſententia Ulpiani in *l. ſufficit* 4. *in pr. ff. d. t.* ad *conſtituenda Sponſalia nudus conſenſus* ſufficiat, idipſum approbante Innocentio III. in *cap. cùm apud* 23. *eòd.* conſequens eſt, quòd Sponſalia referri debeant in numerum contractuum conſenſualium. P. Wex *cit. l. §.* 5. *num.* 4.
14 Et licèt in *num.* 2. adverterim, olim in Sponſalibus interveniſſe verba ſolennia: id tamen non erat neceſſitatis, ſed liberæ voluntatis, ſicuti Gonzalez, jam ſupra in *num.* 3. citatus, advertit.

15 Dixi II. *bilateralis.* Nam obligatio ſponſalitia non tantùm afficit unam, ſed etiam alteram partem, quatenùs pars una promittit, quod promittit altera, nempe futurum Matrimonium ex *cit. l. Sponſalia* 1. *ff. h. t.*

16 Dixi III. *nominatus.* Sponſalia ſiquidem, ut nemini non patet, habent nomen ſpecificum ac tale, quod prædicari poteſt de ſolis negotiis, numerô inter ſe differentibus: unde ſecundùm dicta in *Lib. III. tract. de Pact. & Contract. cap.* 1. *num.* 64. *&* 121. pertinent ad contractus nominatos.

Dixi IV. *bonæ fidei;* cujus particulæ veritas 17
eruitur ex *eodem tract. & cap. num.* 82. ubi probatum dedimus, omnes contractus bilaterales, qualis ex *num.* 13. eſt contractus ſponſa-
litius, eſſe bonæ fidei. Laxum itaque & 18
amplum erit arbitriū Judicis circa Sponſalia; poteritque non tantùm judicare de illis, quæ à partibus expreſſa noſcuntur, ſed etiam de aliis, quæ ex bono & æquo præſtanda veniunt.

Dixi V. *quò mas & fœmina.* Sicut enim Ma- 19
trimonium non conſiſtit, niſi inter duas perſonas diverſi ſexûs; pariter nec Sponſalia inter perſonas alias & plures, quàm duas diverſi ſexûs, poterunt conſiſtere.

Dixi VI. *ſibi invicem promittunt.* Ubi gemi- 20
na occurrunt notanda. Primum eſt, ſolum propoſitum futuri Matrimonii, ſeclusâ actuali promiſſione, non ſufficere ad Sponſalia. Alterum eſt, ne quidem unius promiſſionem ſufficere, niſi ex parte alterius repromiſſio ſeu mutua promiſſio accedat ex *n.* 11. Verùm de hoc plura in *cap.* 3.

Dixi VII. *futurum Matrimonium.* Hæcque 21
videtur eſſe differentialis nota, quâ Sponſalia diſtinguuntur à Matrimonio, quòd nempe feruntur in Matrimonium, non ut præſens, ſed tanquàm futurum, ac vi conventionis initæ poſteà celebrandum per *cap. noſtrates* 3. *in pr. XXX. q.* 5.

### §. III.
### *Utrùm Sponſalia de neceſſitate Matrimonio ſint præmittenda?*

22 SPonſalium tantam eſſe neceſſitatem, ut, niſi præmittantur Matrimonio, illud nec celebrari, nec cogitari poſſit, arbitratus eſt Harpprecht ad *pr. Inſt. de Nupt. n.* 2. tum quia





Matri-

Matrimonium nequit contractum fingi, de
quo contrahendo nulla præceſſit conventio:
23 tum quia ratio gravis vetat, ne conjuges
abſque præviis Sponſalibus indiſſolubile Ma-
trimonii vinculum ſubeant, cùm intereà
nonnunquàm impedimenta manifeſtari poſ-
ſint, vel alia pateferi, quæ Matrimonium
futurum ſuſpendant, aut omninò ſufflami-
nent.

24 Verùm præpoſterè & erroneè ſentit Harp-
precht. Quòd enim Matrimonium abſque
præviis Sponſalibus validè contrahatur, aper-
tè ſupponitur in *cap. ex parte 9. cap. ſicut ex li-
teris 22. cap. ſi inter 31. h. t. l. quæſitum 9. ff. eod.*
25 *cap. licet præter 3. de Sponſa duor.* Ratio eſt:
quia, ſi ſponſus & ſponſa, abſque alio tractatu,
mox conſenſum in Matrimonium explicent
de præſenti, contrahitur utique Matrimoni-
um, nec tamen præcedunt Sponſalia. Hoc
autem contingere poteſt, & non raro contin-
git, præſertim ubi ad prolem legitimandam
concubinarius in extremo vitæ termino cum
concubina Matrimonium de præſenti contra-
26 hit. Similiter quando de facto mas & fœmi-
na propoſitum habent ineundi Matrimonium,
idque ter in Eccleſia publicè denuntiatur, Ma-
trimonium ſinè ulterioribus Sponſalibus mox
poteſt licitè & validè contrahi: utpote cùm
penitus nihil ad illius honeſtatem & valorem
deficiat. Gobat *Theol. experiment. tr. 10. n. 8.*
Magnif. D. P. König ad *h. t. num. 6.* Clariſſ. P.
Wieſtner *ibid. n. 9.*

Nec ullam vim continent argumenta con- 27
traria. Nam alienum eſt à veritate, Matri-
monium non poſſe cogitari contractum ſinè
prævia conventione de illo contrahendo: ſi-
quidem emptio-venditio quoque, quam in-
ter & Matrimonium affinitas intercedit non
adeò remota, reputatur perfecta, tametſi
nulla conventio de illa celebranda fuerit præ-
miſſa. Impedimenta & incommoda, qui- 28
bus avertendis aut detegendis Sponſalia ſunt
adinventa, nec ſemper timenda ſunt, nec, ubi
timenda, per ſola Sponſalia præciſè remo-
ventur: cùm etiam, ſolò Matrimonii propoſi-
tò antecedente, poſt illius denuntiationem
publicam quælibet obſtacula vel impedimen-
ta poſſint innoteſcere.

# CAPUT II.

## *De Perſonis, Sponſalia Contrahentibus.*

PErſonæ, Sponſalia contrahentes, vel contrahunt nomine propriò, vel alienò. Quæ contrahunt nomine propriò, ſunt Sponſus & Sponſa. Quæ contrahunt nomine alienò, vel ſunt perſonæ conjunctæ, puta parentes; vel non conjunctæ & prorſus extraneæ, id eſt, procuratores. De omnibus hiſce per 3. Sectiones agendum erit.

## SECTIO I.

### *De Perſonis, nomine propriò Sponſalia contrahentibus.*

SUMMARIA.

*1. & 2. In perſonis, Sponſalia contrahentibus, requiritur uſus rationis. 3. & 4. Qui delirant circa alia, & intelligunt, quid ſint Sponſalia, rectè contrahunt. 5. & ſeq. Furioſi tempore lucidi intervalli non prohibentur, Sponſalia contrahere. 7. & 8. Non tamen perfectè ebrii & dormientes, licèt antecedenter ſe determinaverint ad Sponſalia. 9. & ſeqq. Inſtantia retunditur. 12. Paſſio amoris vel iracundiæ regulariter non nocet. 13. In iisdem perſonis requiritur etiam integritas ſenſuum. 14. & ſeqq. Mutus, ſurdus, & cæcus ſimul, invalidè contrahit. 16. Item cæcus & ſurdus ſimul. 17. Non autem cæcus & mutus. 18. & ſeq. Nec cæcus tantùm. 20. & ſeqq. Ubi nec ſurdus & mutus. 24. & ſeqq. In memoratis perſonis requiritur etiam defectus impedimenti perpetui. 27. & ſeqq. Defenditur ſententia, quæ docet, Sponſalia à perſonis impeditis poſſe contrahi ſub conditione, ſi Papa diſpenſaverit, ſuppoſitò, quod impedimentum ſit diſpenſabile. 32. & ſeq. Proponitur, & ſolvitur prima objectio. 34. & ſeqq. Proponitur, & ſolvitur altera objectio. 37. Sponſalia, à perſonis impeditis abſolutè contracta, non valent.*

### §. I.

#### *Qualiter rationis uſus in contrahentibus requiratur?*

1 IN perſonis, Sponſalia contrahere volenti-
bus, I. requiritur uſus rationis, talis ac
tantus, ut bonum à malo ſecernere, & per
deliberatam promiſſionem ſe obligare vale-
ant per *cap. dilectus 24. h. t. l. furor 8. ff. eod.*
Hinc amentes, furioſi, dormientes, & ebrii 2
perfectè tales, Sponſalia validè non poſſunt
contrahere: deficit enim pro illo tempore
rationis uſus, & ex eo conſequens delibe-
ratio.

Quoad



3 Quoad amentes tamen eſt advertendum,
quòd, licèt circa unum aut alterum objectum
delirent, ac putent v. g. ſe eſſe Cardinales,
immortales, aut vitreos &c. Sponſalia rectè
contrahant, ſi modò intelligant naturam
contractûs, & obligationem exinde reſultan-
tem. Roſignolo de *Sponſalib. disquiſ. 1. §. 8. n. 9.*
Clariſſ. P. Joannes Kugler in *Opuſcul. Theolog.*
4 *Canon. de Sponſal. p. 1. §. 1. num. 5.* Cùm
enim intelligant, quid agant, &, uti ſuppono
cum Sanchez de *Matrim. lib. 1. diſp. 8. num. 23.*
per peccatum ſe poſſint obligare diabolo: cur
non poſſint per contractum Sponſalitium ho-
mini ſe obligare?

5 Quoad furioſos notatur communiter, Ma-
trimonium, ab illis tempore lucidi intervalli
contractum, valere, quemadmodùm & alia
negotia, tum inter vivos, tum in ultima vo-
luntate ab ipſis geſta juxta *§. præterea 1. Inſtit.
Quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. l. quod meo 18.*
6 *§. 1. ff. de Acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Et licèt
in *cap. neque furioſus 26. XXXII. q. 7.* ſimplici-
ter dicatur, quòd *neque furioſus neque furioſa
Matrimonium contrahere poſſint, ſed, ſi contractum
fuerit, non ſeparentur.* Hoc tamen eatenùs
intelligendum eſt, quòd Matrimonium du-
rante furore contrahi non valeat; ſin autem
jam ante furorem ſit contractum, poſteà ſe-
parari non debeat. Roſignolo de *Sponſalib. dis-
quiſ. 1. §. 5. n. 2. & 6.*

7 Quoad dormientes & ebrios perfectè tales
ab omnibus tenetur, neque tunc Sponſalia,
ab ipſis contracta, valere, quando, priusquàm
iverunt cubitum, aut merò ſe ingurgitârunt,
habuerunt formalem intentionem, cum Ti-
tia v. g. contrahendi Sponſalia, & poſtmodùm
in ſomno vel ebrietate Titiæ re, promittenti
Matrimonium promiſerunt. Nam inten- 8
tio antecedens, cùm actuali promiſſione ca-
reat, non habet vim conſtituendi Sponſalia;
promiſſio autem conſequens, cùm requiſitâ
deliberatione deſtituatur, eſt prorſus invali-
da. Sanchez de *Matrim. lib. 1. diſp. 8. num. 20.*
Roſignolo *cit. l. §. 6. n. 3.* Wex de *Sponſalib.
p. 1. §. 3. n. 4.*

Nec obſtat, quòd dormientes validè reci- 9
piant Baptiſmum, in vigilia petitum ex *cap.
majores 3. de Baptiſmo in fin.* ebrii verò morta-
liter peccent, ſi homicidium, in ſobrietate
prævíſum & intentum, in ebrietate commit-
tant.

Ad prius enim Reſp. in ſuſcipiente Baptis- 10
mum, cùm ſit patiens, & non agens, ſufficere
intentionem habitualem; non item in pro-
mittente Sponſalia, qui, velut agens princi-
palis & miniſter, debet per actum delibera-
tum & humanum hic & nunc promiſſionem
facere. Ad poſterius Reſp. peccatum ex 11
quolibet defectu, adinſtar aliorum malorum,
ſicque etiam ex perverſa voluntate peccandi
pullulare; Sponſalia verò, adinſtar alterius
boni, non conſurgere, niſi cauſa ſit integra,
& tempore Contractûs deliberatio concur-
rat.

Sunt quidem aliqui, qui Sponſalia dicunt 12
invalida, quæ ex vehementi, amore, iracun-
dia, melancholia, aut ſimili prædominante
paſſione contrahuntur. Sed, quia caſus eſt
rariſſimus, ut ejusmodi paſſio ſupprimat vel
auferat omnem rationis uſum, ad Sponſalia
requiſitum, non tranſit in regulam, ſed ex-
ceptioni deſervit. König ad *h. t. n. 32. & ſeq.*
Wieſtner *ibid. n. 14.* ac noviſſimè Clariſſ. P.
Schmalzgrueber *n. 21. & ſeqq.*

### §. II.

#### *Qualiter integritas ſenſuum in Sponſalibus requiratur?*

13 IN perſonis, Sponſalia contrahentibus, re-
quiritur II. integritas ſenſuum, cum ſcili-
cèt in finem, ut conſenſum animi per exte-
riora ſigna manifeſtare queant per *cap. cum
apud 22. h. t.* Et ideò Sponſalia non rectè
contrahunt, qui ſimul muti, ſurdi, & cæci
ſunt: non enim poſſibile videtur, ut modô
aliquô perceptibili conſenſum internum ex-
14 plicent. Roſignolo *cit. disq. 1. §. 8. n. 5.* Et
hoc etiam obtinet in cæco, muto, & ſurdo ex
accidenti poſt nativitatem: tametſi enim ta-
lis noverit, quid ſit Matrimonium, & cum
qua perſona illud contrahere velit: attamen
voluntatem ſuam intelligibiliter declarare,
& viciſſim alterius mentem intelligere non
15 poterit. Certè, ut bene diſcurrit Samuel
Stryck de *Jure ſenſ. diſſert. 4. cap. 2. num. 13.*
perſonam, Matrimonio jungendam, hic &
nunc videre nequit, cùm cæcus ſit; multò
minùs illam intelligere, vel cum ea colloqui
poterit, cùm mutus & ſurdus ſit: quis ergo
ipſum interrogabit, an hæc placeat? Cui ip-
ſe ſignificabit, quòd hanc uxorem deſideret?
16 Idem dixerim de cæco, qui ſurdus quidem,
non tamen mutus eſt: nam & iſte, quantum-
vis loqui, & animum internum manifeſtare
valeat, attamen viciſſim intelligere vel re-
ſcire, quis cum ipſo agat, & quid agatur, non
valet. Aliud foret, ſi quis cæcus & mu- 17
tus, non autem ſurdus exiſteret: quippe cùm
ab agnatis aut cognatis de qualitate & ſtatu
perſonæ ſufficienter inſtrui, & ille viciſſim
per ſigna, v. g. porrectionem manûs aut tra-
ditionem annuli conſenſum ſufficienter poſ-
ſit exponere. Quod à fortiori conclu- 18
dendum, quando cæcitas eſt ſola: quòd enim
perſonam Matrimoniô ſibi copulandam non
videat, nil impedit: nam, edoctus ab amicis
de illius habitu & figura, ex naturali inclina-
tione poteſt amorem concipere. Stryck *d. l.
diſſert. 2. n. 2. & ſeqq.* Et licèt in hoc & 19
priori caſu periculum fraudis non abſit, & cæ-
co facilè perſona deformis pro eleganti poſ-
ſit depingi vel ſubſtitui: attamen nihil eſt
certius, quàm errorem qualitatis accidenta-
lis & extrinſecæ Matrimonium non vitiare
*cap. un. XXIX. q. 1.*

De muto & ſurdo quæſitus Innocentius III. 20



in

Matrimonium nequit contractum fingi, de quo contrahendo nulla præceſſit conventio: 23 tum quia ratio gravis vetat, ne conjuges abſque præviis Sponſalibus indiſſolubile Matrimonii vinculum ſubeant, cùm intereà nonnunquàm impedimenta manifeſtari poſſint, vel alia pateſieri, quæ Matrimonium futurum ſuſpendant, aut omninò ſufflaminent.

24 Verùm præpoſterè & erroneè ſentit Harpprecht. Quòd enim Matrimonium abſque præviis Sponſalibus validè contrahatur, apertè ſupponitur in *cap. ex parte 9. cap. ſicut ex literis 22. cap. ſi inter 31. h. t. l. quæſitum 9. ff. eod.* 25 *cap. licet præter 3. de Sponſa duor.* Ratio eſt: quia, ſi ſponſus & ſponſa, abſque alio tractatu, mox conſenſum in Matrimonium explicent de præſenti, contrahitur utique Matrimonium, nec tamen præcedunt Sponſalia. Hoc autem contingere poteſt, & non rarò contingit, præſertim ubi ad prolem legitimandam concubinarius in extremo vitæ termino cum concubina Matrimonium de præſenti contrahit. 26 Similiter quando de facto mas & fœmina propoſitum habent ineundi Matrimonium, idque ter in Eccleſia publicè denuntiatur, Matrimonium ſinè ulterioribus Sponſalibus mox poteſt licitè & validè contrahi: utpote cùm penitus nihil ad illius honeſtatem & valorem deficiat. Gobat *Theol. experiment. tr. 10. n. 8.* Magnif. D. P. König ad *h. t. num. 6.* Clariſſ. P. Wieſtner *ibid. n. 9.*

Nec ullam vim continent argumenta contraria. 27 Nam alienum eſt à veritate, Matrimonium non poſſe cogitari contractum ſinè prævia conventione de illo contrahendo: ſiquidem emptio-venditio quoque, quam inter & Matrimonium affinitas intercedit non adeò remota, reputatur perfecta, tametſi nulla conventio de illa celebranda fuerit præmiſſa. 28 Impedimenta & incommoda, quibus avertendis aut detegendis Sponſalia ſunt ad nventa, nec ſemper timenda ſunt, nec, ubi timenda, per ſola Sponſalia præciſè removentur: cùm etiam, ſolô Matrimonii propoſitô antecedente, poſt illius denuntiationem publicam quælibet obſtacula vel impedimenta poſſint innoteſcere.

# CAPUT II.

## *De Perſonis, Sponſalia Contrahentibus.*

PErſonæ, Sponſalia contrahentes, vel contrahunt nomine propriò, vel alienò. Quæ contrahunt nomine propriò, ſunt Sponſus & Sponſa. Quæ contrahunt nomine alienò, vel ſunt perſonæ conjunctæ, puta parentes; vel non conjunctæ & prorſus extraneæ, id eſt, procuratores. De omnibus hiſce per 3. Sectiones agendum erit.

## SECTIO I.

### *De Perſonis, nomine propriò Sponſalia contrahentibus.*

SUMMARIA.

*1. & 2. In perſonis, Sponſalia contrahentibus, requiritur uſus rationis. 3. & 4. Qui delirant circa alia, & intelligunt, quid ſint Sponſalia, rectè contrahunt. 5. & ſeq. Furioſi tempore lucidi intervalli non prohibentur, Sponſalia contrahere. 7. & 8. Non tamen perfectè ebrii & dormientes, licèt antecedenter ſe determinaverint ad Sponſalia. 9. & ſeqq. Inſtantia retunditur. 12. Paſſio amoris vel iracundia regulariter non nocet. 13. In iiſdem perſonis requiritur etiam integritas ſenſuum. 14. & ſeqq. Mutus, ſurdus, & cæcus ſimul, invalidè contrahit. 16. Item cæcus & ſurdus ſimul. 17. Non autem cæcus & mutus. 18. & ſeq. Nec cæcus tantùm. 20. & ſeqq. Ubi nec ſurdus & mutus. 24. & ſeqq. In memoratis perſonis requiritur etiam defectus impedimenti perpetui. 27. & ſeqq. Defenditur ſententia, quæ docet, Sponſalia à perſonis impeditis poſſe contrahi ſub conditione, ſi Papa diſpenſaverit, ſuppoſitô, quod impedimentum ſit diſpenſabile. 32. & ſeq. Proponitur, & ſolvitur prima objectio. 34. & ſeqq. Proponitur, & ſolvitur altera objectio. 37. Sponſalia, à perſonis impeditis abſolutè contracta, non valent.*

### §. I.

### *Qualiter rationis uſus in contrahentibus requiratur?*

1 IN perſonis, Sponſalia contrahere volentibus, I. requiritur uſus rationis, talis ac tantus, ut bonum à malo ſecernere, & per deliberatam promiſſionem ſe obligare valeant per *cap. dilectus 24. h. t. l. furor 8. ff. eod.*

2 Hinc amentes, furioſi, dormientes, & ebrii perfectè tales, Sponſalia validè non poſſunt contrahere: deficit enim pro illo tempore rationis uſus, & ex eo conſequens deliberatio.

Quoad



3 Quoad amentes tamen eſt advertendum, quòd, licèt circa unum aut alterum objectum delirent, ac putent v. g. ſe eſſe Cardinales, immortales, aut vitreos &c. Sponſalia rectè contrahant, ſi modò intelligant naturam contractûs, & obligationem exinde reſultantem. Roſignolo de *Sponſalib. diſquiſ. 1. §. 8. n. 9.* Clariſſ. P. Joannes Kugler in *Opuſcul. Theolog.* 4 *Canon. de Sponſal. p. 1. §. 1. num. 5.* Cùm enim intelligant, quid agant, &, uti ſuppono cum Sanchez de *Matrim. lib. 1. diſp. 8. num. 23.* per peccatum ſe poſſint obligare diabolo: cur non poſſint per contractum Sponſalitium homini ſe obligare?

5 Quoad furioſos notatur communiter, Matrimonium, ab illis tempore lucidi intervalli contractum, valere, quemadmodùm & alia negotia, tum inter vivos, tum in ultima voluntate ab ipſis geſta juxta *§. prætereà 1. Inſtit. Quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. l. quod meo 18.* 6 *§. 1. ff. de Acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Et licèt in *cap. neque furioſus 26. XXXII. q. 7.* ſimpliciter dicatur, quòd *neque furioſus neque furioſa Matrimonium contrahere poſſint, ſed, ſi contractum fuerit, non ſeparentur.* Hoc tamen eatenùs intelligendum eſt, quòd Matrimonium durante furore contrahi non valeat; ſin autem jam ante furorem ſit contractum, poſteà ſeparari non debeat. Roſignolo de *Sponſalib. diſquiſ. 1. §. 5. n. 2. & 6.*

7 Quoad dormientes & ebrios perfectè tales ab omnibus tenetur, neque tunc Sponſalia, ab ipſis contracta, valere, quando, priuſquàm iverunt cubitum, aut merô ſe ingurgitârunt, habuerunt formalem intentionem, cum Titia v. g. contrahendi Sponſalia, & poſtmodùm in ſomno vel ebrietate Titiæ re, romittenti Matrimonium promiſerunt. 8 Nam intentio antecedens, cùm actuali promiſſione careat, non habet vim conſtituendi Sponſalia; promiſſio autem conſequens, cùm requiſitâ deliberatione deſtituatur, eſt prorſus invalida. Sanchez de *Matrim. lib. 1. diſp. 8. num. 20.* Roſignolo *cit. l. §. 6. n. 3.* Wex de *Sponſalib. p. 1. §. 3. n. 4.*

9 Nec obſtat, quòd dormientes validè recipiant Baptiſmum, in vigilia petitum ex *cap. majores 3. de Baptiſmo in fin.* ebrii verò mortaliter peccent, ſi homicidium, in ſobrietate præviſum & intentum, in ebrietate committant.

10 Ad prius enim Reſp. in ſuſcipiente Baptiſmum, cùm ſit patiens, & non agens, ſufficere intentionem habitualem; non item in promittente Sponſalia, qui, velut agens principalis & miniſter, debet per actum deliberatum & humanum hic & nunc promiſſionem facere. 11 Ad poſterius Reſp. peccatum ex quolibet defectu, adinſtar aliorum malorum, ſicque etiam ex perverſa voluntate peccandi pullulare; Sponſalia verò, adinſtar alterius boni, non conſurgere, niſi cauſa ſit integra, & tempore Contractûs deliberatio concurrat.

12 Sunt quidem aliqui, qui Sponſalia dicunt invalida, quæ ex vehementi, amore, iracundia, melancholia, aut ſimili prædominante paſſione contrahuntur. Sed, quia caſus eſt rariſſimus, ut ejuſmodi paſſio ſupprimat vel auferat omnem rationis uſum, ad Sponſalia requiſitum, non tranſit in regulam, ſed exceptioni deſervit. König ad *h. t. n. 3. & ſeq.* Wieſtner *ibid. n. 14.* ac noviſſimè Clariſſ. P. Schmalzgrueber *n. 21. & ſeqq.*

### §. II.

### *Qualiter integritas ſenſuum in Sponſalibus requiratur?*

13 IN perſonis, Sponſalia contrahentibus, requiritur II. integritas ſenſuum, cum ſcilicèt in finem, ut conſenſum animi per exteriora ſigna manifeſtare queant per *cap. cum apud 23. h. t.* Et ideò Sponſalia non rectè contrahunt, qui ſimul muti, ſurdi, & cæci ſunt: non enim poſſibile videtur, ut modô aliquô perceptibili conſenſum internum explicent. 14 Roſignolo *cit. diſq. 1. §. 8. n. 5.* Et hoc etiam obtinet in cæco, muto, & ſurdo ex accidenti poſt nativitatem: tametſi enim talis noverit, quid ſit Matrimonium, & cum qua perſona illud contrahere velit: attamen voluntatem ſuam intelligibiliter declarare, & viciſſim alterius mentem intelligere non poterit. 15 Certè, ut bene diſcurrit Samuel Stryck de *Jure ſenſ. differt. 4. cap. 2. num. 13.* perſonam, Matrimonio jungendam, hic & nunc videre nequit, cùm cæcus ſit; multò minùs illam intelligere, vel cum ea colloqui poterit, cùm mutus & ſurdus ſit: quis ergo ipſum interrogabit, an hæc placeat? Cui ipſe ſignificabit, quòd hanc uxorem deſideret? 16 Idem dixerim de cæco, qui ſurdus quidem, non tamen mutus eſt: nam & iſte, quantumvis loqui, & animum internum manifeſtare valeat, attamen viciſſim intelligere vel reſcire, quis cum ipſo agat, & quid agatur, non valet. 17 Aliud foret, ſi quis cæcus & mutus, non autem ſurdus exiſteret: quippe cùm ab agnatis aut cognatis de qualitate & ſtatu perſonæ ſufficienter inſtrui, & ille viciſſim per ſigna, v. g. porrectionem manûs aut traditionem annuli conſenſum ſufficienter poſſit exponere. 18 Quod à fortiori concludendum, quando cæcitas eſt ſola: quòd enim perſonam Matrimoniô ſibi copulandam non videat, nil impedit: nam, edoctus ab amicis de illius habitu & figura, ex naturali inclinatione poteſt amorem concipere. Stryck *d. l. differt. 2. n. 2. & ſeqq.* 19 Et licèt in hoc & priori caſu periculum fraudis non abſit, & cæco facilè perſona deformis pro eleganti poſſit depingi vel ſubſtitui: attamen nihil eſt certius, quàm errorem qualitatis accidentalis & extrinſecæ Matrimonium non vitiare *cap. un. XXIX. q. 1.*

20 De muto & ſurdo quæſitus Innocentius III. in

in *cap. cùm apud 23. h. t.* utrùm *alicui poſſint matrimonialiter copulari?* Taliter reſpondit: *cùm prohibitorium ſit edictum de Matrimonio contrahendo, ut, quicunque non prohibetur, per conſequens admittatur, & ſufficiat ad Matrimonium ſolus conſenſus illorum, de quorum quarumque conjunctionibus agitur: videtur, quòd, ſi talis velit contrahere, ſibi non poſſit vel debeat denegari: cùm, quod verbis non poteſt, ſignis valeat declarare.*
21 Ex quo colligitur, Sponſalia non tantùm ſurdis & mutis disjunctivè, ſed etiam copulativè talibus non eſſe prohibita: quamvis enim in *d. cap.* quæſtio fuerit in numero plurali concepta, fuit tamen non cum disjunctione *ſurdus vel mutus*, ſed cum conjunctione *ſurdus & mutus* propoſita. Reſponſio quoque, 22
à Pontifice ſubjuncta, ſonat in numero ſingulari; eique quàm optimè concordat ratio, quòd etiam ſurdus & mutus, copulativè talis, ſignis valeat declarare, quod verbis non poteſt. Ipſemet ego hominem novi, qui, 23
licèt fuerit ſurdus & mutus à natura, per ſigna tamen tam accuratè potuit & aliorum mentem percipere, & ſua ſenſa depromere, quàm alius, cui vinculum linguæ & aurium deeſt.

## §. III.

### *Qualiter impedimenti carentia requiratur in Sponſalibus?*

24 IN perſonis, Sponſalia contrahentibus, requiritur III. carentia impedimenti perpetui, tam dirimentis, quam impedientis. Nam cum impedimento dirimente Matrimonium conſiſtere nequit; adeòque nec Sponſalia, quæ tendunt ad Matrimonium, conſiſtere
25 poſſunt. Cum impedimento impediente verò Matrimonium quidem de facto contractum valet; Sponſalia tamen propterea ſunt invalida: quia conjunctam habent promiſſionem rei illicitæ, quæ ſinè mortali peccato ſervari non poteſt: promiſſionem autem illicitæ rei non tantùm illicitam, ſed etiam invalidam eſſe, diſcimus ex *cap. ult. de Pact.*
26 Dixi: *impedimenti perpetui.* Nam qui votô caſtitatis ſimplici & temporaneô eſt obſtrictus, tempore durantis voti licitè & validè contrahit Sponſalia, eorum effectu in tempus ceſſantis voti ſuſpensô: obligatio ſiquidem, licèt tempore inhabili contrahatur, valet, ſi illius effectus & executio ſuſpendatur in tempus habile *arg. l. non ſolet 10. in pr. ff. de his, qui not. infam.*
27 Hic autem controverſia non levis momenti conſurgit: utrùm à perſonis impeditis Sponſalia poſſint contrahi ſub conditione: ſi Pontifex aut Epiſcopus in impedimento diſpenſaverit; eô effectu, ut, antequam de diſpenſationis conceſſione notitiam habuerint, reſilere non poſſint? Negativam amplectuntur Hoſtienſis, Joannes Andreas, Anchoranus, Panormitan. ad *cap. ſuper eo 5. de Condit. appoſ. n. 8.* Sylveſter, Navarrus, Cardinalis de Luca, & plures ab Authoribus, mox ſequen-
28 tibus, citati. Affirmativam econtrà tuentur Gobat *Theolog. experim. tract. 10. num. 161.* Engel ad *tit. de Cond. appoſ. n. 16.* Pirhing *ibid. n. 27.* Wieſtner *ibid. n. 33.* Reiffenſtuel *ibid. n. 25.* König ad *h. t. n. 17.* Wex *cit. opuſc. de Sponſal. p. 2. contr. 3. per tot.* Kugler *cit. opuſc. de Sponſal. p. 2. q. 5. n. 54.* Suppoſitô, quòd impedimentum ſit tale, ut S. Pontifex vel
29 Epiſcopus poſſit & ſoleat diſpenſare. Ratio affirmativæ & noſtræ ſententiæ eſt: partim quia Sponſalia, ſub tali conditione inita, habent pro ſuo objecto Matrimonium poſſibile, licitum, & honeſtum; cùm utique Matrimonium, à perſonis impeditis cum diſpenſatione contractum, ſit poſſibile, licitum, & honeſtum: partim quia conditio, ſi Papa di- 30
ſpenſaverit, adjecta Sponſalibus à perſonis, tali impedimentô, in quo poteſt & ſolet S. Pontifex diſpenſare, ligatis, nec jure, nec factô, nec naturâ eſt impoſſibilis, hôc ipsô, quòd tales diſpenſationes frequenter & licitè concedantur: partim quia & alii actus, tam in- 31
ter vivos, quàm mortis causâ celebrari poſſunt ſub conditione diſpenſationis, dum v. g. legatum ab aliquo relegato ſub conditione, *ſiquis ex ſuis heredibus, cæteriſve amicis, vel quis alius ei reſtitutionem impetraverit ab Imperatore*, relictum, valet *l. quidam relegatus 5. in princ. ff. de Reb. dub.* dum etiam inſtitutio ſpurii ſub conditione, *ſi Princeps ipſum legitimaverit*, ſubſiſtit *arg. l. in tempus 62. in pr. ff. de Hered. inſtit.* dum idem permutatio vel reſignatio beneficii ſub conditione, ſi Superior permiſerit, tenet *arg. cap. cùm olim 7. & cap. cùm univerſorum 8. de Rer. permutat.*

Neque dicas I. contractus, qui habent pro 32
objecto aliquid prohibitum, non habent firmitatem, licèt adjiciatur conditio in eventum, ſi prohibitio ceſſaverit *l. inter ſtipulantem 83. §. 5. l. continuus 137. §. 6. ff. de V. O.*
Reſp. enim, contractus non habere firmita- 33
tem, ſi conditio adjecta vel non poſſit, vel non ſoleat adimpleri: ſin autem adimpleri poſſit aut ſoleat, contractus interim, donec adimpleatur, non invalidi, ſed in pendenti ſunt.

Neque dicas II. juxta citatos textus non 34
ſuſtineri contractus, eſto conditio poſſit aut ſoleat adimpleri: nam conditio, ſtipulationi adjecta, ſi liber homo in ſervitutem fuerit revocatus, aut res ſacra inceperit eſſe profana, poteſt & ſolet adimpleri; & tamen ſtipulatio, cui adjicitur, ſtatim infirma dicitur.
Reſp. ſiquidem, conditionem ſervitutis aut 35
profanationis poſſe quidem adimpleri, ſed non ſolere; niſi cum aliqua triſtitia, incivilitate, & dehonoratione ſtatûs, ſicut in *d. l. inter ſtipulantem 83. §. 5.* JCtus inſinuat. Unde non voluit, ut talis conditio pro poſſibili reputetur. Cùm ergo conditio diſpenſationis Apoſtolicæ & Epiſcopalis pluries ſoleat & poſſit cum gaudio & civilitate indulgeri, non erit repu-



36 reputanda pro impoſſibili. Accedit, quòd in *cit.* textib. agatur de ſtipulatione, tanquàm contractu ſtricti juris; ubi proinde nulla conſurgit obligatio, licèt res ſacra vel liber homo ſub conditione promittatur: cùm, exiſtente conditione, non ampliùs cenſeatur eſſe res eadem, ſed diverſa. At contractus Sponſalitius eſt bonæ fidei ex *cap. 1. num. 17.* nec, ſolutô per diſpenſationem impedimentô, perſona mutatur, ſed eadem manet. Ergo &c.

Cæterùm, ſi Sponſalia inter perſonas im- 37
peditas abſolutè contrahantur, erunt invalida, nec tacitè ſubintelligetur conditio diſpenſationis ineſſe: quia promiſſio abſoluta regulatur ſecundùm tempus præſens *d. l. & §.* junctâ *l. continuus 137. §. 6. ff. de V. O.* & conditio, quæ actui non ineſt de Jure, non cenſetur ineſſe, niſi exprimatur. Covarruvias in 4. *Decretal. parte 2. de Matrimonio cap. 3. init. num. 7.* P. Wieſtner ad *h. t. num. 34.*

# SECTIO II.

## *De Parentibus, & aliis, liberorum nomine Sponſalia contrahentibus.*

SUMMARIA.

38. *Parentes pro liberis Sponſalia contrahunt abſque mandato.* 39. *Utriuſque ſexûs.* 40. *Ac ſinè diſtinctione liberorum.* 41. *& ſeqq. Si tamen liberi diſſentiant, nulla oritur obligatio.* 45. *& ſeq. Solvitur textus in* cap. 1. de Deſponſat. impub. 47. *& ſeqq. Disquiritur, an ſola liberorum præſentia & taciturnitas pro conſenſu eliciendo ſufficiat?* 50. *& ſeq. Cum aliqua diſtinctione res componitur.* 52. *& ſeqq. Oſtenditur, quòd, ſi liberi ſint abſentes, ſola taciturnitas non ſufficiat.* 55. *& ſeqq. De Jure Canonico ad Sponſalia non requiritur parentum conſenſus quoad ſubſtantiam.* 59. *Benè verò de Jure Civili.* 60. *Cui tamen inſiſtendum non eſt.* 61. *& ſeqq. Explicantur quidam textus ex Jure Canonico.* 67. *& ſeqq. Demonſtratur, quòd liberi regulariter teneantur petere conſilium à parentibus, non autem ſequi.* 72. *& ſeq. Exponitur, quòd iſta petitio non ſit fruſtranea.* 74. *& ſeqq. Non debet hæc Juris diſpoſitio extendi ad propinquos, tutores, vel curatores.*

## §. I.

### *Utrùm & quomodò parentes pro liberis Sponſalia contrahere valeant?*

38 NOmine alienô Sponſalia contrahunt parentes pro liberis abſque illorum mandato: cùm enim parentes optimum conſilium pro liberis capere præſumantur, conceſſa eſt illis à Jure poteſtas, nomine liberorum ſinè mandato contrahendi Sponſalia per *cap. tua nos 1. de Deſponſat. impub. cap. un. §. porrò eod. in 6.*
39 Dixi: *parentes;* nec diſtinxi inter patrem & matrem: cùm neque *cit. cap. un. §. porrò* diſtinguat; neque ratio æqualitatis diſtinguere ſinat: eò quòd affectûs teneritudo perindè vel magis in matre, quàm patre, reperiatur. Sanchez de *Matrim. lib. 1. diſp. 23. num. 9.* P. Engel ad *cit. tit. de Deſponſat. impub. §. 2. n. 4.* Paſſerinus ad *cit. cap. & §. n. 24.*
40 Dixi prætereà: *pro liberis;* nec feci diſcrimen inter legitimos & illegitimos, ſuos & emancipatos: ſiquidem in *cit. cap.* & §. non fit diſcrimen; potiorque videtur hic eſſe conſideratio naturalis, quàm civilis, ex quo parentum amor in liberos etiam illegitimos & emancipatos ingens eſſe præſumitur. Sanchez *d. l. n. 10. & 11.* Gutierrez de *Matrim. cap. 13. n. 7.* P. Engel *d. l.*
41 Interim, ſi liberi tacitè vel expreſsè non conſentiant in Sponſalia, à parentibus ipſorum nomine contracta, nulla ſuboritur obligatio. Nam I. in *cap. un. XXX. q. 2. ubi non eſt conſenſus utriuſque*, inquit Nicolaus Papa, *non eſt conjugium. Ergo qui pueris dant puellas in cunabulis, & è converſo, nihil faciunt, niſi uterque puerorum, poſtquàm venerit ad annos diſcretionis, conſentiat, etiamſi pater & mater hoc voluerint, & fecerint.* II. dicitur in *cap. ſufficiat 2. XXVII.* 42
*q. 2.* quòd, ſi conſenſus eorum, *de quorum conjunctionibus agitur, in nuptiis ſolus defuerit, cætera omnia fruſtrentur.* III in *cit. cap. un.* 43
*§. porrò* ſtatuitur, liberos tunc demum ex Sponſalibus, à parentibus ipſorum nomine contractis, obligari, ſi *expreſsè conſenſerint, vel tacitè.* IV. in electione ſtatûs liberi libe- 44
rum habent arbitrium, nec, ſi nolint, parentum voluntatem de neceſſitate ſequi tenentur, veluti in *num. 70.* dicetur.

Obſtat graviter textus in *cap. tua nos 1. de* 44
*Deſponſat. impub.* ubi S. Pontifex, *poteſt, ait, filium nondum adultum, voluntas cujus diſcerni non poteſt, pater, cui vult, Matrimonio tradere, &, poſtquàm filius pervenerit ad perfectam ætatem, omnino debet hoc adimplere.* Verùm, omiſſis 46
aliorum reſponſionibus, quas pandit Gonzalez ad *cit. cap. num. 6.* Reſp. per *ly debet* in hoc textu non intelligi debitum præciſæ neceſſitatis, ſed honeſtatis & decentiæ, quòd nempe filius ſit obligatus ad implenda Sponſalia, curâ & ſollicitudine parentum contracta, ſi jam aliunde ad ſtatum conjugalem ſe determinaverit, ac rationabilem diſſentiendi cauſam non habuerit; ſecus, ſi vel ſtatus conjugalis ei diſpliceat, vel rationabilem diſſentiendi cauſam obtendat.

Quæritur autem I. ſtatimne valeant Spon- 47
ſalia, quæ parentes contrahunt pro liberis præſentibus & tacentibus, abſque ſpeciali conſenſu liberorum? Ratio affirmandi deſumitur

mitur partim ex ſæpe *cit. cap. un. §. porro de De-
ſponſat. impub. in* 6. ubi deciſum extat, obliga-
tionem oriri ex conſenſu tacito, ſi *liberi præ-
ſentes fuerint, nec contradixerint*; partim ex
*cap.* 43. *de R. J. in* 6. ibi: *qui tacet, conſentire vi-
48 detur.* Ratio negandi eruitur ex eo, quòd
Sponſalia requirant conſenſum, non qualem-
cunque, ſed verum & naturalem: atqui con-
ſenſus, ex ſola præſentia & taciturnitate elici-
tus, non eſt verus & naturalis, ſed præſum-
ptus duntaxat: poteſt enim contingere, ut
liberi internè diſſentiant, nec audeant ex me-
tu reverentiali parentibus in faciem contra-
49 dicere; poteſt etiam accidere, ut liberi qui-
dem conſentiant, promiſſionem ſibi factam
acceptandô, ſed abſque repromiſſione: nam
juxta *cap.* 44. *d. t. in* 6. *is, qui tacet, non fate-
tur, ſed nec utique negare videtur.*
50 Utrique rationi aliquid deferendum, & ita
reſpondendum exiſtimo, ut ex taciturnitate
liberorum præſentium conſenſus quidem à
Jure præſumatur per dicta in *n.* 47. is tamen
ad Sponſalia non ſufficiat, ſi liberi reverà in
animo diſſentiant juxta tradita in *num.* 48. *&
51 ſeq.* Poteritque talis diſſenſus per conje-
cturas & præſumptiones alias, aut in earum
defectu per juramentum, probari. Ita quoad
ſubſtantiam docent Sanchez *d. lib.* 1. *diſp.* 23.
*n.* 5. Paſſerin. *cit. l. n.* 22. Boſſius de *Matrim.
cap.* 3. §. 38. *n.* 156. König ad *h. t. n.* 19.

Quæritur II. valeántne Sponſalia ex ſola 52
liberorum taciturnitate, quando in ipſorum
abſentia vel ignorantia à parentibus ſunt
contracta, & poſtmodùm illis notificata?

Affirmant Ancharanus, Sotus, & alii, quos
referunt Sanchez *d. l. n.* 15. & Paſſerin. *d. l.
n.* 29. Sed contra manifeſtam Juris deci- 53
ſionem in ſæpe *d. cap. un. §. porro de Deſponſat.
impub. in* 6. ubi Pontifex in caſu, quô liberi
tempore Sponſalium abſentes & ignorantes
ſunt, tunc obligationem naſci, decernit, ſi
liberi *eadem Sponſalia poſt ſcientes ratificaverint
tacitè vel expreſſè.* Ergo ad talia Sponſalia,
quatenùs etiam agitur de ſola Juris præſum-
ptione, ſola taciturnitas non ſufficit, ſed in-
ſuper ratificatio, tacita vel expreſſa, requiri-
tur. Ita præter Authores citatos Gutierrez
de *Matrim. cap.* 13. *n.* 11. König *cit. l. n.* 20.
Cenſetur autem ratificatio tacita, quando 54
filius v. g. poſt acquiſitam notitiam de Spon-
ſalibus, ſponſæ, à parentibus electæ, mittit
annulum, arrham, aut alia munera, quæ in
ſimili circumſtantia declarant, ea, quæ ante-
cedenter ipſorum nomine ab aliis ſunt geſta,
rata & grata haberi. Sanchez *d. l.* 1. *diſp.* 22.
*per tot.*

## §. II.

### *Debeántne liberi, priusquàm Sponſalia contrahant, parentum requirere conſenſum?*

55 SI conſulamus SS. Canones, & eorum Inter-
pretes, omninò certum eſt, conſenſum
parentum ad ſubſtantiam & valorem Sponſa-
lium haud requiri. Conſtat tum ex *cap. ſuffi-
cit* 2. *XXVII. q.* 2. ubi ex deciſione Nicolai
Pontificis *ſufficit ſecundùm Leges ſolus eorum
56 conſenſus, de quorum conjunctionibus agitur*; tum
ex *cap. veniens* 13. *h. t.* ubi Sponſalia ſuppo-
nuntur valida, dummodò ſponſus & ſponſa,
reclamantibûs etiam parentibus, conſenti-
57 ant; tum ex Concilio Trid. *ſeſſ.* 24. *de Reform.
Matrim. cap.* 1. ubi, cùm Matrimonia libero-
rum, abſque conſenſu parentum contracta,
pronuntientur valida, per conſequens etiam
58 Sponſalia debent valida pronuntiari: ſunt
enim inchoativè ipſum Matrimonium, & per-
tinent ad electionem ſtatûs de ſe perpetui,
in qua liberi non dependent ex voluntate pa-
rentum, ſed obligationem, quam ſubeunt,
propriâ voluntate contrahere debent *cap.
cùm virum* 12. *de Regularib.* Engel ad *tit. de De-
ſponſat. impub.* §. 2. *n.* 10. Pirhing ad *h. t. n.* 47.
König ad *eund. tit. n.* 47. Kugler de *Sponſalib.
p.* 1. *quæſt.* 9.
59 Dixi: *ſi conſulamus SS. Canones.* Aliud ſiqui-
dem diſpoſuit Jus Civile, nec tantùm ad va-
lorem Matrimonii poſtulavit voluntatem
parentum in *l. nuptiæ* 2. *ff. de R. N.* ſed etiam
ad valorem Sponſalium in *l. in ſponſalibus* 7.
60 *§.* 1. *ff. h. t.* Cui tamen diſpoſitioni in præ-
ſenti materia, quæ ſpectat ad forum Eccle-
ſiaſticum, non licet inſiſtere, ſed potiùs deci-
ſionem SS. Canonum oportet amplecti: adeò
ut ſtatutum aliquod, quô Sponſalia, inſciis
vel invitis parentibûs inita, invalidantur,
non valeat, ut rectè defendit Roſignolo de
*Sponſalib. diſq.* 1. §. 21. *per tot.* Quidquid mor-
daci calamô in contrarium ſcribant Juriſtæ
Acatholici, & ex illis nominatim Harpprecht
ad *§. ergo non* 1. *Inſt. de Nupt. à n.* 86.

Nec refragatur, quòd etiam textus repe- 61
riantur in Jure Canonico, qui Matrimonia &
Sponſalia, ſinè conſenſu parentum attentata,
declarant illegitima, ſpeciatim *cap. aliter* 1.
*XXX. q.* 5. ubi in *§. ita peracta &c.* conjugia
aliter, quàm ibi præcipitur, & conſequenter
abſque parentum voluntate celebrata, di-
cuntur adulteria, ſtupra, & fornicationes;
concordante *cap. noſtrates* 3. *cap. qualis* 4. *ead.
q.* 5. Ad hos enim & ſimiles textus ſolidè 62
penetrandos, ſciendum eſt, Matrimonium
aliquando in Jure nuncupari ſolenne ſeu legi-
timum, quatenùs certæ ſolennitates, à Legi-
bus humanis præſcriptæ, cujusmodi ſunt
ſponſio, pacta dotalia, ſolennis traductio ſpon-
ſæ in domum ſponſi, nec non conſenſus pa-
ternus &c. obſervantur; id autem, in quo
hujus generis ſolennitates ſunt omiſſæ, ille-
gitimum & inſolenne reputatur. Inde- 63
que tantùm illa vocatur uxor, quæ ducta eſt
in Matrimonio legitimo, ſeu requiſitis ſolen-
nitatibûs inſtructô; quæ autem eſt ducta in
Matrimonio non-legitimô, ſeu requiſitis ſo-
lennitatibus non-inſtructô, dicitur concubi-
na per



na per *cap. is qui* 4. *& cap. Chriſtiano* 5. *Diſt.* 34.
64 Dum igitur in recitatis locis Matrimonium,
ſinè parentum conſenſu nominatur illegiti-
mum, ſenſus non eſt, quòd invalidum, ſed
tantùm, quòd inſolenne ſit, careatque ſolen-
nitatibûs, à Lege definitis, nec non quibus-
dam effectibûs, Matrimonium per accidens
65 conſequentibus. Quòd autem talia Ma-
trimonia in *d. cap. aliter* 1. *§. ita peracta* nuncu-
pentur adulteria &c. non dicitur abſolutè,
ſed limitatè, *niſi voluntas propria ſuffragaverit*,
id eſt, niſi in defectu ſolennitatum acceſſerit
conſenſus maris & fœminæ, quatenùs de Ju-
66 re Naturali deſideratur ad conjugium: tunc
enim conjugium valere ſupponitur in *cit. cap.*
& *cap. noſtrates* 3. ubi indicatur, non eſſe pec-
catum, ſi memoratæ ſolennitates non adhi-
beantur: eò quòd poſitum ſit in arbitrio par-
tium, velintne celebrare Matrimonium ſo-
lenne vel inſolenne, modô jam explicatô.
67 Indagandum reſtat: an liberi ſaltem tene-
antur requirere conſenſum aut conſilium pa-
rentum, & ſequi? Ubi

Reſp. I. liberis incumbere, ut conſilium
parentum requirant, prout colligitur ex *cap.
qualis* 4. *XXX. q.* 5. *cap. honorantur* 13. *XXXII.
68 q.* 2. Ratio eſt: tum quia in re tam ardua
liberi faciunt imprudenter, quando parentum
negligunt conſilium: tum quia ſæpiſſimè pa-
rentum intereſt, reſcire, an, & cum qua per-
ſona liberi Matrimonium intendant contra-
here. Covarruv. in 4. *Decret. p.* 2. *de Sponſal.
cap.* 3. §. 8. *num.* 1. Sanchez de *Matrim. lib.* 4.
*diſp.* 23. *n.* 10. Boſſius de *Matrim. cap.* 11. §. 8.
69 *n.* 81. Excipitur ſolummodò caſus, quô
filius v. g. prudenter prævidet, Sponſalia, cum
perſona cæteroquin honeſtâ celebranda, ma-
litiosè impedienda fore, ſi pater conſulatur,
fortè quòd ipſe ex inordinata paſſione vel ni-
mis averſetur illam perſonam, vel nimis dili-
gat aliam. P. Reiffenſtuel ad *h. t. n.* 26.

Reſp. II. liberos non obligari, ut conſilium 70
parentum ſequantur, veluti poſt alios adſtru-
unt Covarruv. *d. l. n.* 5. Sanchez *d. num.* 10.
Boſſius *d. l. num.* 83. P. Krimer ad *h. t. n.* 149.
P. Reiffenſtuel *cit. l. n.* 25. Ratio eſt: quia,
ut dictum in *n.* 58. liberi in electione ſtatûs
non dependent ab arbitrio parentum, ſed
ſponte poſſunt eligere, quod poſthàc tenen-
tur perpetuò ſervare. Excipitur denuò 71
caſus, quô liberi per Matrimonium, parenti-
bûs invitis contrahendum, grave ſcandalum,
inimicitiam inter propinquos & amicos, aut
probrum familiæ conſciſcent. Sanchez *d. diſp.*
23. *num.* 11.

Cur autem liberos, inquis, obligamus, ad 72
expetendum regulariter parentum conſili-
um, nec tamen ad ſequendum obſtringimus?

Ideò, inquam: quia, dum conſilium expe-
titur, ſperandum eſt, à parentibus omnia can-
didè manifeſtanda fore, quæ liberis, ob cæ-
cum amoris impetum non omnia ſemper
proſpicientibus, in illo negotio prodeſſe vel
obeſſe valent; licèt neceſſitas, conſilium exe-
quendi, propter libertatem in electione ſtatûs
non imponatur. Sic enim Prælatos Ec- 73
cleſiaſticos dicimus obſtrictos, ut Capituli ſui
conſilium in rebus arduis expoſcant, quin ſe-
quendi neceſſitatem illis injungamus: conſi-
lium enim expetere, ſemper conſentaneum
& proficuum cenſetur, dum juxta monitum
Sapientis, qui facit omnia cum conſilio, poſt
factum non pœnitebit. P. Reiffenſtuel *d.
num.* 26.

## §. III.

### *An conſilium aut conſenſus propinquorum, vel tutorum &c. quidquam in Sponſalibus operetur?*

74 QUod hactenùs de conſilio vel conſenſu
parentum, ad Sponſalia liberorum ad-
hibendô, diſſeruimus, extendunt non pauci
ad propinquos, tutores, vel curatores, adeò
ut ipſi pro ſuis propinquis, pupillis, aut mino-
rennibus rectè Sponſalia ſinè mandato con-
trahant, eaque, ſi accedat conſenſus expreſ-
ſus aut tacitus, impleri debeant. Ita Gloſſa,
Richardus, Victoria, Ledesma, Hoſtienſis &
alii, quos citant Sanchez de *Matrimon. lib.* 1.
*diſp.* 23. *n.* 6. & Gutierrez de *Matrim. cap.* 13.
75 *num.* 2. *&* 2. *ſeqq.* Sed communiùs inter
Theologos & Jureperitos concluſum habe-
tur, ſolis parentibus facultatem, pro liberis
contrahendi Sponſalia, conceſſam eſſe; &
conſequenter, ſi propinquus alius pro propin-
quo, vel tutor pro pupillo, ſciente, & tacen-
te, contrahat Sponſalia, illa non eſſe obliga-
toria, nec verè nec præſumptivè. Ita San-
chez *d. l. n.* 7. Gutierrez *n.* 2. Covarruv. in 4.
*Decretal. p.* 1. *de Sponſalib. cap.* 4. *in pr. num.* 4.
P. Engel ad *tit. de Deſponſat. impub.* §. 2. *num.* 5.
Magnif. D. P. König ad *h. t. n.* 21. Clariſſ. P.
Wieſtner *ibid. n.* 43. Ratio eſt: quia ex 76
generali regula, in *Lib. III. tract. de Pact. &
Contract. cap.* 1. *n.* 139. explicatâ, non poteſt
quis alterum alteri, ſinè mandato, obligare:
& quia ab hac regula tantùm excipitur caſus,
quô parentes Sponſalia pro liberis ineunt,
non debet eadem regula in aliis caſibus non
exceptis limitari; ex eo præſertim, quòd pa-
rentum, non aliorum, munus ſit, liberis de
Matrimonio proſpicere: cùm in nemine re-
periatur affectus tam potens, qui vincat pa-
ternum. Niſi igitur propinquus propinquo, 77
vel pupillus tutori ſpeciale det mandatum,
aut conſenſum expreſsè declaret ſuper Spon-
ſalibus, eorum authoritate contractis, aut
contrahendis, obligatio conſur-
gere non poterit.

# SECTIO III.

## *De Procuratoribus, Sponſalia contrahentibus.*

SUMMARIA.

*78. Procuratores contrahunt Sponſalia cum mandato. 79. & ſeq. Quod debet eſſe ſpeciale, nec ſufficit generale cum libera. 81. Debet etiam ab ipſo procuratore executioni mandari. 82. & ſeq. Etiam fœmina poteſt agere procuratorem. 84. Mandatum quovis modò explicari valet. 85. & ſeqq. Quando mandatum revocatur, procurator invalidè procedit, eſto revocationem ignoret. 88. & ſeqq. Eſto etiam revocatio ſit tacita. 90. Merè interna. 91. & ſeq. Aut per juramentum excluſa. 93. & ſeq. Quando principalis tempore Sponſalium eſt ebrius aut dormiens, procurator validè contrahit. 95. & ſeqq. Quando eſt amens, aliqui contrarium defendunt. 98. & ſeq. Verùm & hic eadē doctrina probatur. 100. & ſeqq. Contraria argumenta refutantur.*

### §. I.

### *Quale mandatum in procuratore ad Sponſalia requiratur?*

78 EX præcedentibus liquet, Sponſalia non tenere, ſi ab aliis, quàm parentibus, liberorum nomine citra mandatum contrahantur. Itaque ſi alius contrahere velit, id procuratoriò nomine faciat, & mandatô ſit 79 inſtructus, neceſſum eſt. Nec ſufficit, ſi mandatum habeat generale, quantumvis plenum & liberum, ſed requiritur mandatum ſpeciale de Sponſalibus, & quidem cum certa ac individuali perſona contrahendis, prout deſumitur ex *cap. ult. de Procurator. in 6.* ubi, cùm ita diſponatur de procuratore, Matrimonium contrahente, non poteſt aliud diſpoſitum cenſeri de procuratore, Sponſalia contrahente. Sanchez de *Matrimonio lib. 2.* 80 *diſp. 11. n. 3. in f.* Ratio eſt: quia à poteſtate plena & libera, quam habet procurator circa res externas & temporales, non ducitur bonum argumentum ad poteſtatem obligandi perſonam, corpus, & animum ad individuam vitæ conſuetudinem, deinceps inducendam.

81 Præterea non ſufficit, ſi procurator mandatum per alium exequatur, ſed, niſi facultatem ſubſtituendi expreſsè acceperit, teneatur illud per ſe ipſum exequi per *cit. cap. ult.* quia cenſetur electa perſonæ induſtria. Sanchez *d. l. n. 5. in f.* Paſſerin. ad *d. cap. n. 16.*

Quis autem procurator conſtituatur, mas, 82 aut fœmina, nihil intereſt: nam, etiamſi Sponſalia, à principalibus perſonis contrahenda, deſiderent virum & fœminam; ſi tamen contrahantur à procuratore, is poteſt eſſe fœmina vel maſculus; quin & duæ fœminæ vel duo maſculi ex parte utriusque perſonæ principalis intervenire poſſunt. Sanchez *d. l. n. 15.* Boſſius de *Matrim. cap. 3. §. 55. num. 277.* Nec enim ex parte procura- 83 toris requiritur, ut ille ſit capax juris, per ſuum miniſterium acquirendi, ſed tantùm deſideratur, ut ipſe principalis, cujus miniſtrum agit, capacitatem illam habeat.

Similiter, utrùm principalis mandatum 84 ſuum oretenùs explicet, aut literis conſignet, non refert: ſicut enim mandatum ad alia negotia ſolô conſenſu perficitur, ſic etiam mandatum ad Sponſalia per textum in *l. obligatio 1. in princ. §. 1. & 2. ff. Mand. l. ult. ff. h. t.* Boſſius *d. l. §. 56. n. 279.* Paſſerin. ad *cit. cap. ult. num. 11.*

### §. II.

### *Poſſitne procurator, ad Sponſalia conſtitutus, adhuc procedere, quando mandatum eſt revocatum?*

85 REſponſio eſt abſolutè negativa, per argumentum à Matrimonio petitum ex *cit. cap. ult. de Procurat. in 6.* Idque verum eſt I. tametſi nec procurator, nec pars altera, quacum Sponſalia contrahuntur, revocationis 86 notitiam habuerit per *cit. cap. ult.* Aliter atque in contractibus & actibus aliis, in quibus procurator tamdiu procedit validè, quàmdiu mandati revocationem ignorat. *Clem. un. de Renuntiat. l. ſi mandaſſem 15. ff. Man-* 87 *dat.* Ratio diſcriminis eſt: quia in contractibus & actibus aliis poteſt Jus humanum ſupplere voluntatem contrahentis, non autem in Sponſalibus, ad quorum valorem in foro conſcientiæ non ſufficit alius conſenſus, quàm verus & naturalis. Sanchez *cit. l. n. 6.*

88 Verum eſt II. ſive revocatio acciderit expreſsâ voluntate, ſive tacitâ, quæ eruitur ex facto: nam, ſi conſtitutô jam primo procuratore, poſt intervallum conſtituatur ſecundus cum novo mandato ad contrahendum cum alia, primum mandatum tacitè revocatum & caſſatum intelligitur *arg. l. ſi quis 31. §. ult. ff. de Procurat. & l. ult. §. ult. ff. de Divort.* Nam & hic eadem eſt virtus taciti & expreſſi; 89 nec verbis tantùm, ſed etiam factis, & quidem potentiùs, voluntas demonſtratur *arg. l. ſi tamen 48. §. 3. ff. de Ædilit. ed. l. reprehendenda 5. Cod. de Inſtitut. & ſubſtitut.* Covarruv. in 4. *Decretal. de Sponſal. p. 2. cap. 4. init. num. 14.* Sanchez *d. l. num. 10.*

Verum eſt III. tametſi revocatio fuerit me- 90 rè interna: conſenſus enim perinde deficit, qualiscunque fuerit revocatio, interna vel externa per *cit. cap. ult.* Licèt, quoad forum externum, non præſumatur interna revocatio, ſed probari debeat. Sanchez *d. l. num. 9.*

91 Verum eſt IV. quando principalis per juramentum ſe obligavit, quòd mandatum procuratorium revocare nolit, per ea, quæ cum Covarruv. *cit. l. n. 13.* tradit *cit.* Sanchez *n. 8.* Boſſius de *Matrim. cap. 3. §. 53. n. 269.* Roſignolo de *Sponſal. diſq. 2. §. 24. n. 2.* Nam, 92 eſto revocatio mandati, præcedente juramentô, ſinè ratiohabili cauſa ſit illicita, & obnoxia perjurio; valida tamen cenſetur ex ea ratione, quòd juramentum non poſſit juranti facultatem revocandi mandatum adimere.

### §. III.

### *Poſſitne procurator validè Sponſalia contrahere pro eo tempore, quô principalis non erit animi compos?*

93 SEnſus eſt, utrùm, ſi principalis, procuratore jam deputatô, incidat in amentiam aut furorem; item ſi ſomnum capiat, aut perfectam crapulam bibat, procurator eô tempo- 94 re Sponſalia validè poſſit contrahere? Et in hac quæſtione plerique conveniunt, Sponſalia valere, quando principalis tunc temporis eſt ebrius aut dormiens: quia conſenſus, antecedenter per mandatum procuratorium explicatus, nec, uti ſupponitur, poſitivè revocatus, adhuc virtualiter perſeverat. Sanchez *cit. diſp. 11. num. 11.* Wieſtner ad *tit. de* 95 *Procurat. num. 31.* Sin autem amens aut furioſus exiſtat, Cardinalis de Lugo & Pontius apud *cit.* Wieſtner *n. 30.* negant, Sponſalia validè contrahi. Ratio datur I. quia, ſi mandatum principalis exſpiret, dum, re adhuc integrâ moritur, non minùs exſpirabit, dum fu- 96 rore vel amentiâ corripitur. II. quia, quod agit procurator, agit nomine principalis; proindeque, ſi principalis non ſit conſtitutus in eo ſtatu, ut ipſemet poſſit agere, nec 97 procurator agere valebit. III. quia nec hæreditas aut bonorum poſſeſſio poteſt adiri à ſervo vel mandatario, quando dominus aut mandans, poſt mandatum, ante aditionem mente deſtitutus eſt *l. qui ſervum 47. & l. ſi quis alicui 48. ff. de Acquir. vel omit. hæred.*

98 Sed meliori cum jure affirmant Sanchez *cit. l. n. 12.* Gutierrez de *Matrim. cap. 43. n. 14.* Boſſius *cit. l. n. 274.* Wieſtner *cit. l. num. 31.* Ratio punctualis eſt: quia, dum mandatum non revocatur, procurator validè procedit: utpote cùm utriusque contrahentis aſſenſus eôdem tempore moraliter concurrat. Atqui, dum principalis labitur in furorem aut amentiam, ſupponitur antehâc mandatum 99 non revocaſſe; Ergo &c. Confirm. Valida ſunt Sponſalia, quæ contrahuntur à procuratore vi mandati, antecedenter accepti, tametſi principalis ſeu mandans tempore contractorum Sponſalium temporale mentis exilium propter ebrietatem aut ſomnum patiatur ex *num. 94.* Ergo etiam valida ſunt Sponſalia, quæ contrahuntur à procuratore vi mandati, antecedenter accepti, tametſi principalis ſeu mandans tempore contractorum Sponſalium temporale vel perpetuum mentis exilium propter furorem aut amentiam patiatur.

Ad I. rationem contrariam Reſp. diſparita- 100 tem eſſe inter furorem aut inſaniam, & mortem: furor enim aut inſania non tollit moralem perſeverantiam conſenſûs in mandante; & ideò non facit, ut antecedens mandatum exſpiret; mors autem, cùm ſolvat ipſamet Sponſalia & Matrimonium, ſolvit etiam conſenſum & voluntatem contrahendi Matrimonium, & conſequenter facit, ut mandatum de Sponſalibus contrahendis exſpiret. Ad 101 II. Reſp. quòd omninò procurator agat nomine principalis, nec tamen opus ſit, ut principalis habeat agendi facultatem pro illo tempore, quô procurator agit: ſufficit enim, quòd facultatem agendi habuerit pro tempore præcedenti, quô procuratori mandatum dedit: cæteroquin Sponſalia non ſubſiſterent, quando principalis ſeu mandans tempore contractûs vinô vel ſomnô ſepultus erat contra *num. 94.* Ad III. Reſp. ex actibus, 102 quorum diſpoſitio regulatur præcisè juxta Jus Civile, paritatem non eſſe faciendam ad Sponſalia, quæ, tanquàm actus naturalis, non tam diſpoſitioni & ſubtilitati Civili, quàm diſpoſitioni & ſimplicitati Naturali debent commenſurari.

# CAPUT III.

## *De Materia & Forma Sponſalium.*

EXhibitis perſonis, quæ Sponſalia celebrare poſſunt, Materiam & Formam Spoſalium, ceu partes eſſentiales & intrinſecas, exhibemus. Incipiendô à materia, ſit

# SECTIO III.

## *De Procuratoribus, Sponſalia contrahentibus.*

SUMMARIA.

*78. Procuratores contrahunt Sponſalia cum mandato. 79. & ſeq. Quod debet eſſe ſpeciale, nec ſufficit generale cum libera. 81. Debet etiam ab ipſo procuratore executioni mandari. 82. & ſeq. Etiam fœmina poteſt agere procuratorem. 84. Mandatum quòvis modò explicari valet. 85. & ſeqq. Quando mandatum revocatur, procurator invalidè procedit, eſto revocationem ignoret. 88. & ſeqq. Eſto etiam revocatio ſit tacita. 90. Merè interna. 91. & ſeq. Aut per juramentum excluſa. 93. & ſeq. Quando principalis tempore Sponſalium eſt ebrius aut dormiens, procurator validè contrahit. 95. & ſeqq. Quando eſt amens, aliqui contrarium defendunt. 98. & ſeq. Verùm & hic eadē doctrina probatur. 100. & ſeqq. Contraria argumenta refutantur.*

### §. I.

### *Quale mandatum in procuratore ad Sponſalia requiratur?*

78 EX præcedentibus liquet, Sponſalia non tenere, ſi ab aliis, quàm parentibus, liberorum nomine citra mandatum contrahantur. Itaque ſi alius contrahere velit, id procuratoriô nomine faciat, & mandatô ſit
79 inſtructus, neceſſum eſt. Nec ſufficit, ſi mandatum habeat generale, quantumvis plenum & liberum, ſed requiritur mandatum ſpeciale de Sponſalibus, & quidem cum certa ac individuali perſona contrahendis, prout deſumitur ex *cap. ult. de Procurator. in 6.* ubi, cùm ita diſponatur de procuratore, Matrimonium contrahente, non poteſt aliud diſpoſitum cenſeri de procuratore, Sponſalia contrahente. Sanchez de *Matrimonio lib. 2.*
80 *diſp. 11. n. 3. in f.* Ratio eſt: quia à poteſtate plena & libera, quam habet procurator circa res externas & temporales, non ducitur bonum argumentum ad poteſtatem obligandi perſonam, corpus, & animum ad individuam vitæ conſuetudinem, deinceps inducendam.
81 Præterea non ſufficit, ſi procurator mandatum per alium exequatur, ſed, niſi facultatem ſubſtituendi expreſsè acceperit, teneatur illud per ſe ipſum exequi per *cit. cap. ult.* quia cenſetur electa perſonæ induſtria. Sanchez *d. l. n. 5. in f.* Paſſerin. ad *d. cap. n. 16.*

Quis autem procurator conſtituatur, mas, 82
aut fœmina, nihil intereſt: nam, etiamſi Sponſalia, à principalibus perſonis contrahenda, deſiderent virum & fœminam; ſi tamen contrahantur à procuratore, is poteſt eſſe fœmina vel maſculus; quin & duæ fœminæ vel duo maſculi ex parte utriusque perſonæ principalis intervenire poſſunt. Sanchez *d. l. n. 15.* Boſſius de *Matrim. cap. 3. §. 55. num. 277.* Nec enim ex parte procura- 83
toris requiritur, ut ille ſit capax juris, per ſuum miniſterium acquirendi, ſed tantùm deſideratur, ut ipſe principalis, cujus miniſtrum agit, capacitatem illam habeat.

Similiter, utrùm principalis mandatum 84
ſuum oretenùs explicet, aut literis conſignet, non refert: ſicut enim mandatum ad alia negotia ſolô conſenſu perficitur, ſic etiam mandatum ad Sponſalia per textum in *l. obligatio 1. in princ. §. 1. & 2. ff. Mand. l. ult. ff. h. t.* Boſſius *d. l. §. 56. n. 279.* Paſſerin. ad *cit. cap. ult. num. 11.*

### §. II.

### *Poſsitne procurator, ad Sponſalia conſtitutus, adhuc procedere, quando mandatum eſt revocatum?*

85 REſponſio eſt abſolutè negativa, per argumentum à Matrimonio petitum ex *cit. cap. ult. de Procurat. in 6.* Idque verum eſt I. tametſi nec procurator, nec pars altera, quacum Sponſalia contrahuntur, revocationis
86 notitiam habuerit per *cit. cap. ult.* Aliter atque in contractibus & actibus aliis, in quibus procurator tamdiu procedit validè, quàmdiu mandati revocationem ignorat *Clem. un. de Renuntiat. l. ſi mandaſſem 15. ff. Man-*
87 *dat.* Ratio diſcriminis eſt: quia in contractibus & actibus aliis poteſt Jus humanum ſupplere voluntatem contrahentis, non autem in Sponſalibus, ad quorum valorem in foro conſcientiæ non ſufficit alius conſenſus, quàm verus & naturalis. Sanchez *cit. l. n. 6.*
88 Verum eſt II. ſive revocatio acciderit expreſsâ voluntate, ſive tacitâ, quæ eruitur ex facto: nam, ſi conſtitutô jam primo procuratore, poſt intervallum conſtituatur ſecundus cum novo mandato ad contrahendum cum alia, primum mandatum tacitè revocatum & caſſatum intelligitur *arg. l. ſi quis 31. §. ult. ff. de Procurat. & l. ult. §. ult. ff. de Divort.* Nam & hic eadem eſt virtus taciti & expreſſi; 89
nec verbis tantùm, ſed etiam factis, & quidem potentiùs, voluntas demonſtratur *arg. l. ſi tamen 48. §. 3. ff. de Ædilit. ed. l. reprehendenda 5. Cod. de Inſtitut. & ſubſtitut.* Covarruv. in 4. *Decretal. de Sponſal. p. 2. cap. 4. init. num. 14.* Sanchez *d. l. num. 10.*

Verum eſt III. tametſi revocatio fuerit me- 90
rè interna: conſenſus enim perinde deficit, qualiscunque fuerit revocatio, interna vel externa per *cit. cap. ult.* Licèt, quoad forum externum, non præſumatur interna revo-



catio, ſed probari debeat. Sanchez *d. l. num. 9.*

91 Verum eſt IV. quando principalis per juramentum ſe obligavit, quòd mandatum procuratorium revocare nolit, per ea, quæ cum Covarruv. *cit. l. n. 13.* tradit *cit.* Sanchez *n. 8.* Boſſius de *Matrim. cap. 3. §. 13. n. 269.* Roſignolo de *Sponſal. diſq. 2. §. 24. n. 2.* Nam, 92
eſto revocatio mandati, præcedente juramentô, ſinè rationabili cauſâ ſit illicita, & obnoxia perjurio; valida tamen cenſetur ex ea ratione, quòd juramentum non poſſit juranti facultatem revocandi mandatum adimere.

### §. III.

### *Poſsitne procurator validè Sponſalia contrahere pro eo tempore, quô principalis non erit animi compos?*

93 SEnſus eſt, utrùm, ſi principalis, procuratore jam deputatô, incidat in amentiam aut furorem; item ſi ſomnum capiat, aut perfectam crapulam bibat, procurator eô tempo-
94 re Sponſalia validè poſſit contrahere? Et in hac quæſtione plerique conveniunt, Sponſalia valere, quando principalis tunc temporis eſt ebrius aut dormiens: quia conſenſus, antecedenter per mandatum procuratorium explicatus, nec, uti ſupponitur, poſitivè revocatus, adhuc virtualiter perſeverat. Sanchez *cit. diſp. 11. num. 11.* Wieſtner ad *tit. de*
95 *Procurat. num. 31.* Sin autem amens aut furioſus exiſtat, Cardinalis de Lugo & Pontius apud *cit.* Wieſtner *n. 30.* negant, Sponſalia validè contrahi. Ratio datur I. quia, ſi mandatum principalis exſpiret, dum, re adhuc integrâ moritur, non minùs exſpirabit, dum fu-
96 rore vel amentiâ corripitur. II. quia, quod agit procurator, agit nomine principalis; proindeque, ſi principalis non ſit conſtitutus in eo ſtatu, ut ipſemet poſſit agere, nec
97 procurator agere valebit. III. quia nec hæreditas aut bonorum poſſeſſio poteſt adiri à ſervo vel mandatario, quando dominus aut mandans, poſt mandatum, ante aditionem mente deſtitutus eſt *l. qui ſervum 47. & l. ſi quis alieni 48. ff. de Acquir. vel omit. hæred.*
98 Sed meliori cum jure affirmant Sanchez *cit. l. n. 12.* Gutierrez de *Matrim. cap. 43. n. 14.* Boſſius *cit. l. n. 274.* Wieſtner *cit. l. num. 31.* Ratio punctualis eſt: quia, dum mandatum non revocatur, procurator validè procedit: utpote cùm utriusque contrahentis aſſenſus eôdem tempore moraliter concurrat. Atqui, dum principalis labitur in furorem aut amentiam, ſupponitur antehàc mandatum
99 non revocâſſe. Ergo &c. Confirm. Valida ſunt Sponſalia, quæ contrahuntur à procuratore vi mandati, antecedenter accepti, tametſi principalis ſeu mandans tempore contractorum Sponſalium temporale mentis exilium propter ebrietatem aut ſomnum patiatur ex *num. 94.* Ergo etiam valida ſunt Sponſalia, quæ contrahuntur à procuratore vi mandati, antecedenter accepti, tametſi principalis ſeu mandans tempore contractorum Sponſalium temporale vel perpetuum mentis exilium propter furorem aut amentiam patiatur.

Ad I. rationem contrariam Reſp. diſparita- 100
tem eſſe inter furorem aut inſaniam, & mortem: furor enim aut inſania non tollit moralem perſeverantiam conſenſûs in mandante; & ideò non facit, ut antecedens mandatum exſpiret; mors autem, cùm ſolvat ipſamet Sponſalia & Matrimonium, ſolvit etiam conſenſum & voluntatem contrahendi Matrimonium, & conſequenter facit, ut mandatum de Sponſalibus contrahendis exſpiret. Ad 101
II. Reſp. quòd omninò procurator agat nomine principalis, nec tamen opus ſit, ut principalis habeat agendi facultatem pro illo tempore, quô procurator agit: ſufficit enim, quòd facultatem agendi habuerit pro tempore præcedenti, quô procuratori mandatum dedit: cæteroquin Sponſalia non ſubſiſterent, quando principalis ſeu mandans tempore contractûs vinô vel ſomnô ſepultus erat contra *num. 94.* Ad III. Reſp. ex actibus, 102
quorum diſpoſitio regulatur præciſè juxta Jus Civile, paritatem non eſſe faciendam ad Sponſalia, quæ, tanquàm actus naturalis, non tam diſpoſitioni & ſubtilitati Civili, quàm diſpoſitioni & ſimplicitati Naturali debent commenſurari.

# CAPUT III.

## *De Materia & Forma Sponſalium.*

EXhibitis perſonis, quæ Sponſalia celebrare poſſunt, Materiam & Formam Sponſalium, ceu partes eſſentiales & intrinſecas, exhibemus. Incipiendô à materia, ſit

# SECTIO I.

## *De Materia ſeu objecto Sponſalium.*

### SUMMARIA.

*1. & ſeq. Materia Sponſalium eſt Matrimonium futurum. 3. Licitum & validum. 4. & ſeqq. Non cenſentur eſſe Sponſalia, ſi quis dicat, nullam aliam ducam niſi te, quàm te, præter te &c. 11. & ſeqq. Proponitur, & reſolvitur prima objectio. 14. & ſeqq. Refertur, & profligatur ſecunda. 17. & ſeq. Affertur & refellitur tertia. 19. Fit limitatio. 20. Et ampliatio. 21. Sponſalia poſt Votum contracta non valent. 22. & ſeqq. Etiamſi defloratio acceſſerit. 25. & ſeqq. Primum argumentum oppoſitum evertitur. 30. & ſeqq. Proſternitur ſecundum. 36. & ſeq. Tertium infringitur. 38. Nec valent Sponſalia ſecunda poſt prima. 39. & ſeq. Niſi ſecundùm aliquos ſecundis acceſſerit copula. 41. & ſeq. Defenditur, quod prima incipiant valere, quando deſinunt obligare ſecunda. 43. Cæteroquin ſunt invalida. 44. & ſeqq. Retunditur primum fundamentũ adverſum. 51. & ſeqq. Repellitur ſecundũ. 54. & ſeqq. Arcetur tertiũ.*

### §. I.

### *Quâ ratione Matrimonium conſtituat objectum Sponſalium?*

1 MAteria ſeu objectum Sponſalium eſt Matrimonium futurum: promiſſio namque ſponſalitia immediatè terminatur ad Matrimonium, ſuô tempore contrahendum; quâ promiſſione deficiente, Sponſalia conſiſtere non poſſunt ex *cap. 1. n. 21.* Roſignolo
2 de *Sponſalib. præn. 5. ſect. 14. n. 2.* Unde ſi mas & fœmina ſibi invicem promittant, quòd velint contrahere Sponſalia, non erunt Sponſalia, ſed tantùm obligatio contrahendi Sponſalia: talis ſiquidem promiſſio immediatè non terminatur ad Matrimonium, ſed tantùm ad Sponſalia. Sanchez de *Matrim. lib. 1. diſp. 18. num. 14.*

3 Debet autem Matrimonium futurum eſſe licitum & validum. *Validum* ideò: quia promiſſio rei invalidæ, cùm effectum & obligationem producere nequeat, eſt invalida. *Licitum* verò: quia promiſſio rei illicitæ, cùm adſtringat ad peccatum, & rem moraliter impoſſibilem, ſimiliter eſt invalida *cap. ult. de Pact.*

4 Quæſtionem hic agitant DD. ſintne Sponſalia contracta, quando Titius v. g. dicit ad Bertham: *non ducam aliam niſi te; non contraham cum alia, quàm cum tua perſona; nullam aliam, quàm te ducam; præter te non ducam aliam &c.* Senſa ſingulorum recenſere, faſtidioſum eſſet. Præſtiterunt id Sanchez *cit. l. 1. diſp. 19.* & Roſignolo *d. præn. 5. ſect. 17. per tot.*

5 Sentio autem generaliter, in his & ſimilibus circumſtantiis, Sponſalia per ſe loquendô non videri contracta. Ita quoad rem ipſam ſentiunt *cit.* Sanchez *n. 3. & 5.* Roſignolo *n. 3. & ſeqq.* P. Engel ad *h. t. §. 2. n. 11.* P. Wieſtner
6 *ibid. n. 35.* P. Reiffenſtuel *n. 33.* Ratio fundamentalis eſt: quia memoratæ propoſitiones ſunt omnes negativæ: ſicque promiſſionem futuri Matrimonii non tam referunt,
7 quàm excludunt. Et licèt per adjectas particulas, tanquàm exceptivas, limitetur antecedens negatio; attamen illa limitatio non eſt abſoluta, ſed reſolvitur in conditionem, idemque ſignificat, ac, *non ducam uxo-*
8 *rem; ſi tamen aliquam duxero, te ducam.* Idque de particula exceptiva *niſi* deducitur ex *l. quibus 40. §. 2. ff. de Condition. & demonſtrat.* ubi probatur reſponſum Labeonis, exiſtimantis, in utroque caſu legatum ſub conditione relictum eſſe, ſive teſtator dixerit: *hæres meus pecuniam, ſi mater mea morietur, dato;* ſive ſcripſerit: *niſi mater mea morietur, ne dato:* concordante textu in *l. titia 59. §. ult. ff. de Manumiſſ. teſtam.* Barboſa in *tract. de diction. uſufrequent. dict. 218. n. 9.* De particula *quàm* 9
idem colligitur, & ſimul reſolutio noſtra confirmatur ex *l. ſterilis 21. §. 5. ff. de Act. empti,* ubi ex promiſſione, quâ quis ſpondet, ſe fundum nulli alii quàm mihi venditurum, non dicitur oriri actio, niſi poſita conditio, fundusque mihi venditus fuerit. Et hinc æquivalet particulæ niſi. Barboſa *d. l. dict. 301. n. 4.*
De particula *præter*, quòd idem ſignificet ac 10
particula *niſi*, oſtenditur ex *cap. adjicimus 19. XVI. q. 1.* ubi, dum ſtatuitur, *ut nullus præter Domini Sacerdotes audeat prædicare*, non eſt alia ſignificatio, quàm conditionata, ut nempe, ſi prædicandi munus quiſpiam ſibi arrogare velit, debeat eſſe Sacerdos. Barboſa *d. l. dict. 279. num. 4.*

Dices I. ſi quis dicat: *te ducam, non aliam;* 11
vel, *non aliam, ſed te ducam*, cenſetur vera Sponſalia contrahere, veluti cum communi docent Sanchez *d. l. n. 2.* & Roſignolo *num. 2.* Ergo etiam, ſi quis pronuntiet unam ex formulis in *num. 4.* cenſetur vera Sponſalia contrahere.

Reſp. negandô conſeq. Ratio diverſitatis 12
eſt: quia prior propoſitio, *te ducam*, vel *ſed te*, eſt affirmativa, continens promiſſionem futuri Matrimonii cum certa perſona; nec illa deſtruitur per annexam negationem, *non aliam:* utpote quæ cadit ſuper objectum diverſum, nec vim conditionis, ſed majoris explicationis habet. At propoſitiones poſte- 13
riores, de quibus in *num. 4.* ſunt negativæ, & annexæ particulæ exceptivæ, cùm vim conditionis habeant, non limitant negationem aliter, quàm conditionatè, ut nempe quis obligetur illam perſonam in uxorem accipere, ubi ad ſtatum Matrimonialem accedere, & uxorem ducere voluerit.

Dices



14 Dices II. quando aliquis ſic promittit: *non duco aliam, niſi te;* vel *nullam duco, quàm te,* promiſſio videtur eſſe matrimonialis & abſoluta. Roſignolo *cit. l. ſub n. 5.* Ergo quando aliquis ſic promittit: non *ducam aliam niſi te,* vel *quàm te &c.* promiſſio videtur eſſe ſponſalitia & obligatoria.

15 Reſp. rurſus negandô conſeq. Ratio diſparitatis eſt: quia particula exceptiva *niſi* aut *quàm*, ſi apponatur promiſſioni de præſenti, qualis eſt illa, *duco te*, non eſt conditionata, ſed abſoluta, nec ſuſpendit deliberationem de Matrimonio, ſed illam ſaltem implicitè jam determinatam ſupponit; ut ſenſus ſit: *te du-*
16 *co, non aliam.* Verùm ſi addatur promiſſioni de futuro, qualis eſt illa, *non ducam aliam, niſi te*, eſt conditionata, nec ſupponit, ſed ſuſpendit deliberationem ac determinationem de eligendo Matrimonio.

17 Dices III. quando Judæi clamârunt: *non habemus Regem, niſi Cæſarem;* ſenſus hic erat: *Cæſar eſt noſter Rex*, & *non alius.* Ergo etiam, quando Sempronius dicit Berthæ: *non ducam aliam, niſi te*, ſenſus eſt: *te ducam, & non aliam.*

Reſp. iterum negandô conſeq. Ratio diſcriminis colligitur ex primùm dictis: quia propoſitio, *non habemus Regem, niſi Cæſarem*, eſt 18
concepta de præſenti, & continet abſolutam affirmationem; altera verò propoſitio de futuro eſt concepta, & continet affirmationem conditionatam.

Planè ſi poſſit ex conjecturis vel circum- 19
ſtantiis deprehendi, quòd contrahentes intenderint actu contrahere Sponſalia, tunc, non attentâ loquendi formulâ, judicium pro Sponſalibus pronuntiare licet. Sanchez *d. l. n. 7.* Roſignolo *d. l. n. 3.* quippe cùm juxta dictum D. Gregorii, relatum in *cap. ſecundò 41. in pr. de Appell. verba intentioni deſervire* debeant. Quòdſi autem de hoc expreſsè non conſtet, 20
præſumptio ſemper militabit pro Sponſalibus conditionatè contractis, quæ, poſitâ conditione, factâ nimirum determinatione ad ſtatum conjugalem, ſinè ulteriori conſenſu, non minùs quàm alii contractus & actus conditionati, purificabuntur. Roſignolo *d. l. num. 5.* ubi præcedentem aſſertionem de novo confirmat.

### §. II.

### *Sintne valida Sponſalia, quæ, poſt emiſſum Religionis aut caſtitatis votum, contrahuntur?*

21 EX antedictis in *num. 3.* fluit ſuâpte ſponte, Sponſalia non eſſe valida, quæ, poſt emiſſum votum ingrediendi Religionem, aut ſervandi caſtitatem, contrahuntur: cùm enim per illa fides, Supremo Numini data, ſacrilegè frangatur, haud dubiè ſunt inhoneſta, & conſequenter invalidè promittuntur.

22 Si tamen ejuſmodi Sponſalibus acceſſerit defloratio ſponſæ, quæſtio non parum intricata reſultat, utrùm Sponſalia fiant obligatoria, & antecedentis voti executio differri debeat? Clariſſ. P. Wieſtner ad *tit. Qui Clerici vel vovent. à n. 68.* pro varietate caſuum & circumſtantiarum varias ponit aſſertiones.
23 Mihi tamen ſententia, ſimpliciter negans, quam poſt Navarrum, Vivaldum, & alios tenet Roſignolo de *Sponſalib. diſq. 1. §. 4. num. 2.* quamque valde probabilem appellat Sanchez de *Matrim. lib. 1. diſp. 45. n. 2. in f.* ſemper eſt viſa probabilior. Defendo itaque voti obli-
24 gationem ex unica ſed ſolida ratione. Nam ex *num. 21.* Sponſalia ex ſe nulla ſunt, nec ullam inducunt obligationem. Ergo remanent nulla, nec ullam inducunt obligationem, eſto defloratio ſponſæ acceſſerit: tum quia per deflorationem, velut actum peccaminoſum, non poteſt Sponſalibus, à Jure irritatis, robur accedere: tum quia jus, DEO per votum antehàc quæſitum, per improbitatem voventis auferri non poteſt: alioquin in poteſtate voventium eſſet poſitum, pro libitu eludere vota, & DEO illudere.

25 Sanchez *cit. l. num. 3.* P. Kugler de *Sponſalib. p. 3. num. 56.* & plurimi, qui partibus adverſis ſunt adſcripti, objiciunt I. qui vovit eleemoſynam, & poſteà graviter damnificat proximum in corpore vel fortunis, tenetur priùs reparare damnum, proximo cauſatum, quàm voto ſatisfacere. Ergo etiam, qui vovit ingreſſum Religionis, aut votum caſtitatis ſimplex emiſit, & poſteà cum promiſſione Matrimonii ſponſam per deflorationem damnificat, tenetur magis illam ducendô compenſare damnum, quàm implere votum.

Reſp. antec. non uſque adeò certum habe- 26
ri, veluti ſupponitur. Quid ſi enim quis Titio donaret omnia ſua bona, &, antequàm illa traderet, grave nocumentum inferret Sempronio; nunquid Titius præferri deberet in traditione bonorum Sempronio, tanquàm ipsô potior tempore & jure? Poterit igitur obligatio præſtandi eleemoſynam ex voto præferri obligationi, damnum poſteà factum reſarciendi: utpote cùm DEUS jus habeat, ex antecedente voto jam acquiſitum. Quid- 27
quid tamen ſit de anteced. poteſt optimè negari conſequentia. Inprimis enim, ſi virgo non ſit invita, per deflorationem damnificari non videtur: damnum enim, quod ſuâ quis culpâ perſentit, ſentire non videtur *cap. damnum 86. de R. J. in 6.* Deinde cùm dam- 28
num, ex defloratione ſecutum, poſſit, ſalvô manente votô, per compenſationem pecuniariam reſarciri: debemus ſanè rem ita componere, ut tam DEO ſatisfiat per ingreſſum in Religionem aut obſervantiam caſtitatis, quàm ſponſæ per compenſationem pecuniariam nocumentum deflorationis reſarciatur. Denique poteſt afferri diſparitas inter 29
caſum unum & alterum: quia per votum eleemoſynæ DEUS non acquirit jus ad certam rem, ſicut in voto Religionis aut caſtita-



tis:

tis: quemadmodùm itaque is, cui res certa & determinata fuit obligata, præfertur cæteris, quibus res tantùm incerta debetur: ſic DEUS, cui per votum Religionis aut caſtitatis fuit obligatum corpus voventis, præfertur omnibus aliis, qui aut ſimile jus non habent, aut tempore ſunt poſteriores?

30 Objiciunt II. qui gravatus eſt ære alienô, nequit ingredi Religionem, quam antecedenter vovit, ſi prudens ſpes appareat, fore, ut manens in ſæculo creditoribus ſatisfaciat: quia ſcilicèt vinculum juſtitiæ majus & fortius eſt vinculô Religionis. Ergo etiam, qui per deflorationem virginis contraxit debitú, compenſandi damnum, nequit ingredi Religionem, ad quam anteà ſe per votum obſtrinxit: nam & hic occurrit vinculum juſtitiæ, quod majus & fortius eſt vinculô Religionis.

31 Reſp. I. cum Roſignolo *cit. l. ſub n.* 3. negandô ſuppoſitum antecedentis, quòd vinculum juſtitiæ majus & fortius ſit vinculô Religionis: ſi enim promiſſionem homini factam per pactum aut contractum adimplere teneor ex virtute juſtitiæ, cur non eôdem modô teneat promiſſionem DEO factam per votum ex virtute Religionis adimplere? Ergóne DEUS ſit deterioris conditionis, quàm homo, nec illi præferendus, ſed poſtponendus, quando jus per votum antecedenter quæſitum habet?

32 Reſp. II. anteced concedi poſſe, quando ingreſſus in Religionem ſolùm differtur ad aliquod tempus, intra quod prudenter ſperare licet de debitore, quòd creditoribus ſatisfacere valeat: at, quando penitus omittitur ingreſſus, crediderim, obligationem ingrediendi Religionem præponderare obligationi, ſatisfactionem creditoribus præſtandi: tenemur enim potiori longè titulô ſatisfacere Deo, cui debemus omnia, quàm proximo, qui jus prælationis abſolutè ſibi non poteſt arrogare. 33 Quia igitur in conſeq. involvitur caſus, quô vovens, ſi teneatur defloratam ducere, votum non ampliùs poteſt exequi: ſatius & convenientius eſt, priùs fidem Numini datam per ingreſſum in Religionem exſolvere, quàm promiſſa Sponſalia per Matrimonium implere. 34 Et quamvis Matrimonium ſolvatur per mortem alterutrius conjugis; attamen, cùm Matrimonium ex ſe ſit inſolubile, & ponat ingreſſui Religionis impedimentum perpetuum, ac prorſus ſit per accidens, quòd conjux, votô obſtrictus, alteri præmoriatur, omitti debet. 35 Nihil interim dicendô, quòd deflorata, ſaltem ex charitate, teneatur magis ſuſtinere damnú temporale, quàm efficere, ut deflorans ſubeat damnum ſpirituale.

36 Objiciunt III. votum non obligat, quando notabilis mutatio, priùs non prævíſa, ſupervenit. Atqui dum vovens, accedente Matrimonii promiſſione, virginem deflorat, notabilis mutatio, priùs non prævíſa, ſupervenit. Ergo &c.

37 Reſp. diſtinguendô major. votum non obligat, quando notabilis mutatio ſupervenit ſinè culpa voventis, tranſeat major; ex culpa voventis, negatur major. Atqui, dum vovens, accedente Matrimonii promiſſione, virginem deflorat, mutatio ſupervenit cum ipſius culpa. Ergo à voto deobligari non poteſt: aliàs in arbitrio voventium eſſet, ab obligatione voti, quam ſibi contrariam & exoſam advertunt, ſolâ perverſitate ſe poſſe eximere.

## §. III.

### *Sintne obligatoria ſecunda Sponſalia, quæ contrahuntur poſt prima, copulâ ſaltem carnali ſuperveniente?*

38 EX ſuperiori regula in *num.* 3. ulteriùs deduci videtur, quòd, ſi quis ſucceſſivè Sponſalia cum duabus contrahat, poſteriora non ſint obligatoria: utpote cùm priora Sponſalia operentur impedimentum impediens, & faciant, ut poſteriora ſint promiſſio rei illicitæ, & per conſequens promiſſio invalida *arg. cap. un. h. t. in* 6. ubi ex talibus Sponſalibus dicitur impedimentum publicæ honeſtatis non 39 conſurgere. Ita plerique Theologi & Canoniſtæ, ex quibus tamen aliqui cum Pontio & Palao exceptionem faciunt in caſu, quô poſterioribus Sponſalibus acceſſit copula carnalis: tunc enim poſteriora præferunt prioribus; ſaltem quando damnum, ſecundæ ſponſæ per copulam illatum, non poteſt ali- 40 ter reſarciri, quàm per Matrimonium, prout ex æquitate judicandum exiſtimant Sanchez de *Matrim. lib.* 1. *diſp.* 49. *n.* 6. Magnif. D. P. König ad *h. t. n.* 28. Clariſſ. P. Wieſtner ad *tit. de Sponſa duor. n.* 24. Clariſſ. P. Kugler de *Sponſalib. p.* 3. *num.* 68. contradicente tamen Gutierrez de *Matrim. cap.* 27. *n.* 7. & P. Reiffenſtuel ad *cit. tit. de Sponſa duor. n.* 8.

41 Ego, ſalvô meliori cujuscunque, ad mentem Covarruviæ in 4. *Decret. p.* 1. *de Sponſalib. cap.* 4. §. 1. *n.* 15. diſtinguendum puto: num prior ſponſa velit cedere jure ſuo, aut aliàs obligatio priorum Sponſalium ex juſta cauſa tollatur; an verò prima ſponſa inſiſtat juri ſuo, nec obligatio priorum Sponſalium ex cauſa juſta tollatur. In primo caſu ſentio, poſteriora Sponſalia eſſe obligatoria; non item in ſecundo, ſive copula carnalis ſupervenerit, nec ne. 42 Ratio primi membri diſtinctionis eſt: quia, ne poſteriora Sponſalia dicantur peccaminoſa, præſumendum eſt, illa non fuiſſe contracta abſolutè, ſed conditionatè, ſi nempe priora Sponſalia ex renuntiatione prioris ſponſæ, vel alia cauſâ deſierint obligare. Ergo, ſi prior ſponſa renuntiet juri ſuo, vel aliàs ex juſta cauſa priorum Sponſalium obligatio ſolvatur, incipiunt obligare poſteriora. 43 Ratio ſecundi membri eſt: quia,



quia, dum ſalva perſiſtit obligatio primorum Sponſalium, ob impedimentum impediens obligatio naſci non poteſt ex ſecundis Sponſalibus: nec enim corpus, quod uni devinctum eſt, rurſus alteri poteſt obligari. Ergo Sponſalia poſteriora non poſſunt eſſe obligatoria, tametſi copulam carnalem habeant adjunctam: etenim jus, primæ ſponſæ quæſitum, per improbitatem & perfidiam ſponſi non poteſt auferri.

44 Dices I. contra primum diſtinctionis membrum cum P. Krimer ad *h. t. n.* 273. quando ſecunda Sponſalia poſt prima contrahuntur purè, non valent, durante valore primorum Sponſalium, uti per ſe patet: nec etiam valent, eô valore ſublatô: quia promiſſio illa abſoluta, dum facta eſt, nulla fuit, nec potuit convaleſcere, poſtquàm valor priorum Spon- 45 ſalium ſublatus eſt. Aliàs invalidè profeſſus ob defectum ætatis canonicæ, ceſſante tali defectu, ex vi profeſſionis teneretur ad Religionem; quod admitti nequit.

46 Reſp. ex *num.* 42. Sponſalibus ſecundis, tametſi quoad externam verborum figuram purè videantur eſſe contracta, ex præſumpta tamen contrahentium mente tacitam hanc ineſſe conditionem, in quantum valere poſſunt, ſinè præjudicio primorum Sponſalium: cùm enim ſponſus, priorum Sponſalium non ignarus, poſſit ſe per Sponſalia poſteriora ſub iſta conditione obligare, rationabiliter quoque præſumitur, quòd ſe ita obligare volue- 47 rit: partim quia præſumendum non eſt, quòd ſponſam ſecundam in re tam ardua tam graviter velit decipere: partim quia, ſi ſponſam alteram cum Matrimonii promiſſione cognoſcat, tenetur vi contractûs innominati efficere, ut, cùm uſum corporis obtinuerit à ſponſa, viciſſim etiam Matrimonii promiſſionem, cùm poſſibile fuerit, adimpleat.

48 Inſtantiæ de profeſſione Religioſa opponi poteſt alia. Nam, ſi conjugatus, abſque conjugis alterius aſſenſu, Religionem profiteatur, profeſſio reputatur invalida, & tamen ad ſervandam caſtitatem, quatenùs permittit ſtatus conjugalis, obſtringitur: quia præſumitur, ſe tantùm obligâſſe, quantùm potuit juxta *cap. quidam* 3. & *cap. placet* 12. *de Converſ.* 49 *conjugat.* Idem itaque concludendum eſt de ſecundis Sponſalibus, quòd ſponſus videatur, ſe tantum obligare voluiſſe, quantùm potuit, id eſt, ut ducat ſecundam, quando 50 ceſſabit obligatio ducendi primam. Directè autem ad inſtantiam oppoſitam reſponderi poſſet, profeſſionem ob ætatis defectum ab Eccleſia fuiſſe prorſus annullatam, ex generali præſumptione, quòd anteà non videatur adeſſe ratio ſufficiens & experientia, ad ſubeundum vinculum ſtatûs perpetui; quæ præſumptio facit, ut profeſſio nec obliget ante completam ætatem, nec poſteà. Verùm in Sponſalibus ſecundis adeſt ſufficiens ratio & conſideratio ex dictis, ut ſaltem tunc efficaciter valeant, poſteaquàm prima valere ceſſant.

51 Dices II. contra ſecundum diſtinctionis membrum: quando duobus eadem res fuit vendita, & ſecundo emptori tradita, valet ſecunda venditio, traditioni conjuncta, præ prima *l. quoties* 15. *Cod. de R. V.* quia jus in re, per traditionem acquiſitum, eſt potentius quàm jus ad rem. Ergo etiam, quando cum duabus ſponſis contracta ſunt Sponſalia, & ſponſæ ſecundæ per copulam carnalem traditio corporis eſt facta, ſecunda Sponſalia valent præ primis: quia jus in re, per traditionem corporis acquiſitum, potentius eſt, quàm jus ad rem.

52 Reſp. negandô conſequentiam, vel potiùs ſuppoſitum conſequentis, quòd nempe poſt Tridentinum Concilium copula carnalis, ante Matrimonium, in facie Eccleſiæ contractum, exercita, vim habeat traditionis: eſt enim merè fornicaria, nec aſſiſtentiam Juris aut virtutem obtinet, ad conferendum aliquod jus in re; quin potiùs, præter compenſationem illati damni, fornicator in foro externo pœnæ arbitrariæ ſubjicitur. 53 Dixi: poſt *Concilium Tridentinum*: nam ante Concilium illa copula vim habuit Matrimonii de præſenti: eô quòd Jura præſumpſerint, eandem affectu & animo maritali fuiſſe exercitam. Vid. latè Covarruv. *d. cap.* 4. §. 1. *per tot.*

54 Dices III. contra idem membrum: quando concurrunt duo, quorum unus certat de lucro captando, alter de damno vitando, poſterior eſt potior priore. Atqui dum Sponſalia ſunt contracta cum duabus, & ſecunda ſponſa per commixtionem carnalem ſupponitur eſſe violata, hæc certat de damno vitando, & prior de lucro captando. Ergo ſponſa ſecunda eſt potior primâ.

Reſp. negandô minor. Cùm enim ex Sponſalibus primis ſponſæ primæ jus quæſitum ſit, illa non minùs certat de damno, quàm ſecunda: ſiquidem amiſſio juris præhabiti perinde numerari debet inter damna, quàm alia juris violatio. Unde, ſicuti prima ſponſa eſt prior tempore, ſic etiam prior eſt jure.

# SECTIO II.

## *De Forma eſſentiali Sponſalium.*

### SUMMARIA.

*55. Adſtruitur forma eſſentialis Sponſalium. 56. Requiris promiſſionem. 57. Seriam & deliberatam. 58. & ſeqq. Proponitur quæſtio, an, qui cum ficta Matrimonii promiſſione defloravit fœminam, teneatur illam ducere? 61. & ſeqq. Probatur affirmans opinio. 67. & ſeq. Principale argumentum Adverſariorum adducitur, & diluitur. 69. Ponitur limitatio. 70. & ſeq.*

Qui

*Qui puellam abſque Matrimonii promiſſione corrupit, non tenetur eam ducere, vel dotare, ſi liberè conſenſerit.* 72. & *ſeq. Tenetur autem, ſi vis, metus, fraus &c. interceſſerit;* 74. & *ſeq. Aut importuna preces.* 76. *Aliud eſt, ſi corruptio maneat occulta.* 77. & *ſeq. Aut copula cum meretrice ſit habita.* 79. & *ſeq. Obligatio dotandi vel ducendi non dat electionem deſloranti ſed deſlorata.* 81. *Promiſſio debet manifeſtari.* 82. *Per verba.* 83. *Quales præciſè non ſunt amatoria.* 84. *Vel ſigna.* 85. & *ſeq. Quæ certa ſint, oportet.* 87. *Literæ ſufficiunt ad exprimendum conſenſum.* 88. & *ſeqq. Niſi amatoriæ tantùm ſint.* 90. *Promiſſio debet ad certam perſonam determinari.* 91. & *ſeqq. Examinatur dubium, an & qualis obligatio reſultet, quando aliquis pluribus fœminis repromittentibus promittit Matrimonium?* 98. *Si talis promiſſio ſit conditionata, ea ex fœminis eſt potior, quæ prior implevit conditionem.* 99. & *ſeqq. Sicut & illa potior eſt, cum qua habitum eſt commercium carnale.* 102. & *ſeqq. Promiſſio debet acceptari.* 106. & *ſeqq. Duæ oppoſitiones removentur.* 110. & *ſeqq. Votum de ineundo Matrimonio cum certa perſona regulariter non obligat.* 113. & *ſeq. Ponitur exceptio.* 115. & *ſeq. Promiſſio deſiderat repromiſſionem.* 117. & *ſeq. Aliàs eſt quidem obligatoria, ſed non ſponſalitia.* 119. & *ſeq. Nonnulli putant, non dari promiſſionem obligatoriam ſine repromiſſione.* 121. & *ſeq. Satisfit eorum rationibus.*

## §. I.
### *De Promiſſione.*

55 FOrma Sponſalium alia eſt eſſentialis; alia
accidentalis. Eſſentialis conſiſtit in promiſſione futuri Matrimonii, exteriùs manifeſtatâ, ad certam perſonam determinatâ,
utrinque acceptatâ, cum repromiſſione.
56 Forma itaque eſſentialis requirit I. *promiſſionem*, & quidem ſeriam ac deliberatam. Solum propoſitum contrahendi Sponſalia, veluti ſi dicam, *volo te accipere in uxorem*, non
ſufficit ad Sponſalia, ſicuti notatum in explicatione definitionis *cap. 1. num.* 20. niſi per
modum interrogationis quis dicat, *viſne contrahere mecum Sponſalia?* & puella reſpondeat,
57 *volo.* Magnif. D. P. König ad *h. t. n.* 29. Promiſſio quoque, quæ tantùm ex joco, ſimulatione, vel indeliberata mente proponitur,
quamvis in foro externo præſumptionem Juris (niſi circumſtantiæ ſuadeant aliud) contra ſe habeat; in foro interno, in quo præſumptio cedit veritati, non inducit obligationem. Idem Magnific. Author. *ibid. num.* 30.
Hinc
58 Controverſia, magnô partium inter ſe conſligentium ſtudiô, movetur, utrùm, ſi quis cum ficta Matrimonii promiſſione corporis uſum eblandiatur à fœmina, teneatur illam ducere? Sententiam negativam ſuſtinent P. Krimer ad *h. t. num.* 107. P. Wieſtner *ibid.*
59 *num.* 20. & alii, ab his citati. Sententiam affirmativam tuentur Sanchez de *Matrimon. lib. 1. diſp. 10. num. 3.* P. Pirhing ad *tit. de Adult. num.* 56. P. Engel ad *h. t. num.* 13. Clariſſ. D. Collega, D. Franz ad *tit. Inſt. de Nupt. p. 1. n.* 12. Reverendiſſ. DD. Guetrather *Inſtit. Jur. Can.*
60 *lib. 2. tit. 10. n.* 15. Sententiam mediam eligunt alii, diſtinguentes inter obligationem juſtitiæ & fidelitatis, uti videre licet apud laudatum P. König *h. t. n.* 30.
61 Sententia affirmativa, cui ſuffragium meum dedico, probatur ex *cap. ſi ſeduxerit 1. de Adulter. & ſtupro*, ubi ſtatutum legitur: *ſi ſeduxerit quis virginem, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit uxorem;* quem textum, etiamſi Interpretes communiter explicent quoad ſolam obligationem alternativam, ut ſeductor
teneatur ſeductam ducere, vel dotare; ſupponant nihilominùs, illam ſeductionem abſque promiſſione Matrimonii accidiſſe: hæc enim, ſi præceſſerit, licèt cum mera fictione, & ſecuta fuerit carnis commixtio, abſolutam
ducendi obligationem operatur. Nam 62
(quod probè notandum) in effectu duplex tunc intercedit conventio: una, quâ deceptor promittit Matrimonium, ut uſum corporis obtineat; altera, quâ fœmina decepta concedit uſum corporis, eâ intentione & con-
ditione, ut poſteà ducatur in uxorem. Et 63
prior quidem conventio, cùm involvat turpem conditionem, eſt irrita, & nullatenùs obligatoria; poſterior autem, cùm nullam involvat turpitudinem in petendo Matrimonio, poſt uſum corporis, eſt valida, & obligat deceptorem, ut, cùm fœmina per conceſſum uſum corporis ex ſua parte promiſſionem adimpleverit, & ipſe per contractum Matrimonii ſatisfaciat ſuæ promiſſioni, quâ tacitè ſe obſtrinxit, dum uſum corporis, ſub conditio-
ne Matrimonii conceſſum, acceptavit. Tex- 64
tus opportunus eam in rem allegari poteſt ex *l. idem ſi 4. §. 3. ff. de Condict. ob turpem cauſam*, ubi ſupponitur, quòd, ſi quis meretrici pro uſu corporis mercedem promittat, talis promiſſio non valeat; poſt uſum tamen corporis naſcatur obligatio ſolvendi mercedem, ratione ſubjunctâ, quòd *turpiter faciat, quòd ſit meretrix;* non autem *turpiter accipiat, cùm ſit*
*meretrix.* Ratio ulterior aſſignari poteſt 65
ex natura contractuum innominatorum, in quibus, dum unus ex contrahentibus fecit, quod facturum ſe promiſit, alter viciſſim obligatur facere, ad quod faciendum ſe obligavit, vel expreſsè, vel tacitè, dum nempe rem, ab altero conditionatè promiſſam, acceptavit: nec enim librum v. g. cum ea conditione, ut viciſſim dem gladium, mihi conceſſum, poſſum acceptare, niſi cum tacita repromiſſione, quòd conditionem ſervare, & gla-
dium dare velim. Cùm igitur in noſtra 66
facti ſpecie celebretur verus contractus innominatus, facio ut facias, ac uſus corporis à fœmi-



fœmina concedatur eâ conditione, ut poſteà ducatur in uxorem, non poteſt uſus corporis aliter acceptari, niſi cum tacita repromiſſione, fœminam illam in uxorem ducendi.
67 Principale argumentum, quod contra ſententiam noſtram excogitatur, eſt ſequens. Si promiſſor Matrimonii deberet fœminam ducere, deberet hæc obligatio reſultare vel ex promiſſione, vel ex defloratione. At neque reſultat ex promiſſione, quæ ſerium conſenſum deſiderat; neque ex defloratione: utpote cùm damnum, exinde ſecutum, aliâ ſatisfactione reparari queat.
68 At reſponſio facilè deducitur ex *num.* 63. quòd nempe promiſſor debeat fœminam ducere, non ex promiſſione prima & expreſſa, ſed ſecunda & tacitâ, quâ acceptandô uſum corporis, unà cum appoſita conditione ineundi Matrimonii conceſſum, per neceſſariam conſequentiam in appoſitam conditionem conſenſit, & Matrimonium tacitè repromiſit.
69 Limitant tamen noſtræ ſententiæ defenſores cum Sanchez *cit. l. n. 4. & ſeqq.* ſuam opinionem diverſimodè; præcipuè verò promiſſorem excuſant à ducenda fœmina, ſi vel illa facilè potuerit advertere deceptionem promiſſoris, utpote quoad conditionem & ſtatum longè ſuperioris; vel, ſi fœmina reciprocè promiſſorem decipiat, jactandô ſe divitem, nobilem, aut virginem, cùm talis non ſit.
70 Huic controverſiæ connectitur alia: an, qui puellam corrupit abſque Matrimonii promiſſione, teneatur illam ducere? Ubi
Reſp. I. eum, qui puellam corrupit abſque Matrimonii promiſſione, non teneri corruptam ducere, ſi neque vis, neque fraus, neque
71 preces importunæ intervenerint. Ratio eſt: quia obligatio ducendi neque ſubnaſcitur ex promiſſione, quæ ſupponitur abfuiſſe; neque ex injuria vel damno, ſponſæ illatô: nam ſcienti & conſentienti nec injuria nec damnum inferri cenſetur *cap. ſcienti 27. de R. J. in 6.*
72 Reſp. II. corruptorem teneri corruptam ducere, vel ſaltem dotare, quando corruptioni acceſſit vis, metus, fraus, aut etiam importunæ preces, damnumque, inde ſecutum, aliter compenſari non poteſt. De vi, metu, & fraude res certa videtur ob textum in ſupra *cit. cap. ſi ſeduxerit 1.* & *cap. pervenit 2. de Adulter.* ubi, qui virginem ſeduxit, jubetur illam
73 ducere vel dotare. Et ratio eſt: quia, tametſi promiſſio Matrimonii deficiat, attamen non deficit injuria cum damno; proindeque ſi damnum aliô modô compenſari nequeat, quàm dotandô vel ducendô, corruptor ad
74 dotandum vel ducendum obſtringitur. De importunis precibus (quibus etiam accenſeri ſolent munera) res equidem eſt dubia, nec obligationem dotandi vel ducendi corruptori imponit P. Pirhing ad *tit. de Adult. & ſtupro num.* 50. citans Molinam, Leſſium, & alios: eò quòd puella, quibuscunque precibus aut muneribûs illecta, maneat in ſua libertate, poſſitque corporis uſuram vel concedere vel
renuere; nihilominùs, cùm etiam ille cen- 75
ſeatur puellam ſeducere, qui precibus aut donis eandem ad opus carnale ſollicitat, textui in *d. cap. ſi ſeduxerit* multò conformior videtur ſententia, quæ cum Gonzalez in *not. ad cit. cap. num.* 2. Gutierrez *Quæſt. Canon. lib. 1. quæſt. 37. n.* 15. Reiffenſtuel *h. t. n.* 72. ducendi vel dotandi obligationem injungit.
Quòdſi tamen in hoc & priori caſu corru- 76
ptio maneat occulta, ſicut accidere ſolet, quando cum imprægnatione non eſt conjuncta, nec obligatio dotandi, nec obligatio ducendi conſurgit: tunc ſiquidem damnum in ordine ad nuptias, cum alio contrahendas, puella corrupta non patitur: utpote cùm virgo præſumatur *arg. cap. ult. de Præſumpt.* & *l.*
*meritò 51. in pr. ff. pro Soc.* Quin etiam ſi 77
quis copulam habeat cum meretrice, vel tali fœmina, quæ aliunde non bene audit, nec illam ducere, nec dotare obſtringitur: quippe cùm *cit. cap. ſi ſeduxerit* & *cap. pervenit* loquan-
tur ſolùm de ſeductione virginis; detrimen- 78
tum quoque non videatur eſſe tantum, ut obſtet honeſtis nuptiis, quibus jam antehàc per malam conſuetudinem aut famam obſtaculum fuiſſe poſitum ſupponitur. Conferantur hanc materiam latiùs tractantes Panormitan. & Gonzalez ad *cit. cap.* P. Pirhing ad *d. t. de Adulter. à num.* 44. P. Reiffenſtuel ad *h. t. à num.* 70.
Reſtat adhuc aliqua controverſia: quis- 79
nam habeat electionem, quando concurrit obligatio ducendi vel dotandi?
Reſp. cum communi contra Molinam, electionem eſſe penes corruptam. Ita Gonzalez *cit. l. num.* 7. Hoſtienſis ad *cit. cap. ſi ſeduxerit*
*n. 1. in f.* Reiffenſtuel *h. t. n.* 89. Textus 80
perſpicuus in *cit. cap.* ubi ſeductor jubetur ſeductæ virgini conſtituere dotem congruam, ſi pater illius in nuptias conſentire noluerit. Ratio eſt: quia, tametſi ſecundùm regulam in obligatione alternativa debitoris ſit electio *cap. in alternativis 70. de R. J. in 6.* ceſſat tamen eadem regula in præſenti, ubi, cùm obligatio proveniat ex delicto, tenetur ſeductor ſeductæ talem præſtare ſatisfactionem, qualem ipſa elegerit. Cæteroquin perſæpe contingeret, ut illa vel libertate Matrimonii, vel emolumentô dotis privaretur.

## §. II.
### *De externa manifeſtatione Promiſſionis.*

81 II. FOrma eſſentialis Sponſalium requirit, ut promiſſio per verba vel ſigna exteriùs *manifeſtetur.* Eſt enim receptiſſima doctrina, atque in *tract. noſtro de Jure Propriet. cap. 1. à n. 69.* ſtabilita, ex interna promiſſione non poſſe oriri jus activum aut paſſivum, fundans juſtitiam comutativam. Boſco *Theol. Sacram. p. 5. diſp. 11. de Matrim. concl. 4. n.* 136.



ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

82 Quantùm ad verba, generaliter obſervandum eſt, Sponſalia præſumi contracta, quando exprimitur promiſſio per verba, quæ vel ex nativa ſignificatione, vel ex conſuetudine loci denotant promiſſionem futuri Matrimonii. Talia ſunt ſequentia. *Obligo me, quòd velim te ducere, vel tibi nubere; tu es meus ſponſus vel ſponſa; tu meus eris maritus aut uxor; tecum celebrabo nuptias; ſanctè promitto, quòd intendam tecum Matrimonium contrahere &c.* Prolixè Sanchez de *Matrim. lib. 1. diſp. 18. per tot.*

83 Quòdſi verba ſint tantùm amatoria, v. g. *tu es meus chariſſimus vel mea chariſſima; tu es theſaurus meus, vel meum cor; tu es meus vel mea &c.* non habentur pro ſufficientibus ad Sponſalia, præſertim in noſtra Germania, ubi inter perſonas diverſi ſexûs ſæpiſſimè mutuus amor, cum repetita expreſſione talium formularum, diuturnò viget tempore, absque eo, quòd ſubſit obligatio, Matrimonium contrahendi. P. Reiffenſtuel *h. t. n. 36.*

84 Quantùm attinet ad ſigna, rurſus tenendum eſt, illa debere taliter eſſe diſpoſita, ut juxta communem intelligentiam, uſum, aut conſuetudinem loci, conſenſum in futuras nuptias exprimant. Cujusmodi ſigna ſunt porrectio manûs, oblatio munerum, traditio annuli &c. quæ, ſi præcedat aut concomitetur tractatus aut diſcurſus de Matrimonio, pro expreſſione conſenſûs interni ſufficere videntur: eò quòd ſigna præſumantur exhiberi & acceptari eâ intentione, quâ proferuntur & acceptantur verba in illo tractatu aut diſcurſu *arg. l. ſemper 34. ff. de R. J.* Sanchez *d. lib. 1. diſp. 22. num. 3. & 2. ſeqq.* P. Engel *h. t.*
85 *§. 2. num. 8. reſp. 3.* Quamvis aliàs ſigna, cùm dubia ſint, & interdum ſolius affectûs aut amoris oſtendendi gratiâ adhibeantur, ad inducendam promiſſionis certitudinem, ſe ſolis non ſufficiant *arg. cap. illud quoque 11. de Præſumpt.* Sanchez *d. diſp. 22. n. 1.* Quin 86
& univerſaliter, quotiescunque dubium occurrit de valore promiſſionis, idque habitô examine vinci non poteſt, crederem, potiùs contra Sponſalia, quàm pro Sponſalibus, eſſe judicandum: tum quia aliàs Jura ſunt promiora ad liberandum, quàm obligandum *l. Arianus 47. ff. de O. & A.* tum quia Matrimonia coacta, & nolentibus impoſita, ſolent habere funeſtos & difficiles exitus *cap. requiſivit 17. h. t.*

Quæres: an & qualiter per literas contra- 87
hantur Sponſalia?

*Reſp.* Sponſalia per literas quidem contrahi poſſe, dum nihil intereſſe cenſetur, utrùm aliquis conſenſum exprimat per verba, ſigna, vel literas *arg. cap. cùm inter 23. h. t.* Roſignolo de *Sponſal. præn. 5. ſect. 15. per tot.* P. Wex de *Sponſal. p. 1. §. 5. n. 4.* Interim, ſi con- 88
ſenſus de futuro Matrimonio non exprimatur luculenter in literis, ſed tantùm ibidem ponantur termini amatorii, de quibus in *n. 83.* per ſe loquendô Sponſalia necdum perfecta judicabuntur. Quamobrem ſi quis in li- 89
teris, ad amaſiam datis, eandem appellet ſponſam, naſcetur quidem præſumptio de contractu ſponſalitio; hæc tamen non ſufficiet ad judicium certum, de Sponſalium obligatione ferendum; quemadmodùm ex *l. non epiſtolis 13. Cod. de Probat.* probatur, ubi reſcriptum habetur, ex eo, quòd aliquis fœminam in epiſtola ſororem appellet, qualitatem ſororis plenè probatam non reputari. P. König ad *h. t. num. 35.*

## §. III.

### *De Promiſſionis ad certam perſonam determinatione.*

90 III. **F**Orma eſſentialis Sponſalium requirit, ut promiſſio *determinetur* ad certam perſonam: ſi quis enim pluribus puellis repromittentibus promittat Sponſalia, dicendô: *unam ex vobis ducam;* Sponſalia non cenſentur eſſe completa, nec impedimentum publicæ honeſtatis operantur per *cap. un. h. t. in 6.* Sicut enim Matrimonium conſiſtere nequit inter perſonas plures, quàm unam; ita nec Sponſalia conſiſtere poſſunt. König ad *h. t. num. 14.*

91 Interim ex tali promiſſione promittentem obligari ad unam ex illis puellis eligendam, & viciſſim eam, quæ fuit electa, obſtringi ad nubendum promittenti, communiſſimè docetur. Sanchez de *Matrimon. d. lib. 1. diſp. 26. n. 2. & 3.* Boſco de *Matrim. cit. diſp. 11. n. 249.* Wieſtner *h. t. n. 23.* Quod tamen non caret
92 difficultate. Cur enim promittenti relinquitur libertas, unam eligendi, & non eadem libertas conceditur puellis repromittentibus? Ideò, ais: quia promittens contraxit obligationem alternativam, in qua electio eſt promittentis ſeu debitoris *cap. in alternativis 70. de R. J. in 6.* Atqui, inſero ego, etiam 93
puellæ per ſuam repromiſſionem contraxerunt obligationem alternativam ſeu potiùs indeterminatam: ergo & ipſis competit electio, ut, ſi una ex illis nubere voluerit promittenti, is determinatè teneatur conſentire. Vel igitur utrique parti tribuenda 94
erit electio, vel neutri; & hoc poſterius fortaſſis tantò magis verificabitur, quantò certius videtur, quòd ex obligatione indeterminata, qualis eſt præſens, nequeat oriri jus determinatum, unam pro libitu eligendi præ alia.

Dices cum Sanchez *d. l. n. 6.* & cum Boſco 95
*d. l. n. 249. in fin.* electionem illi competere, qui prior promiſerit; adeóque ſi ſponſus prior promiſerit pluribus fœminis, & hæ repromiſerint, eam, quam ipſe elegerit, teneri conſentire; ſin autem ſponſæ ab initio promiſerint, & ſponſus repromiſerit, penes ſponſas electionem eſſe, & illam, quæ elegerit, à ſponſo ducendam. Verùm, ſicut in aliis 96
contractibus bilateralibus non attenditur, quis primus promiſerit; ita nec in Sponſalibus diſtinguitur, num ſponſus promiſſionem primùs fecerit, vel ſponſa: nec obligationis natura mutatur, quòd una pars citiùs, altera ſeriùs promiſerit, ſed potiùs invariata manet, dum complementum & perfectionem ſuam ab eo demum tempore, quô utriusque partis
97 concurrit promiſſio, conſequitur. Imò, cùm in Sponſalibus æqualis & eadem obligatio contrahatur, non poterit cenſeri alternativa ex parte promittentis, niſi etiam dicatur alternativa ex parte repromittentium.



98 Quòdſi tamen obligatio indeterminata connexam haberet conditionem, ac Titius v. g. ad tres ſorores diceret: *ducam ex vobis unam, quæ mihi ſerviet in mea ægritudine,* crederem indubitatè, quòd obligatio indeterminata tranſeat in determinatam, & tribuat jus illi ſorori, quæ conditionem primitus implevit. Magnif. D. P. König *cit. l.* Sicut enim implementum conditionis ex contractu conditionato purum & abſolutum efficit: ſic etiam ex obligatione indeterminata facit determinatam.

99 Sin autem promittens unam ex pluribus ſororibus repromittentibus cognoſceret, poſt Concil. Trident. amittit jus omne, antecedenter habitum: nam reſpectu illarum, quibuscum commercium carnale non habuit, contrahit affinitatem; reſpectu autem ſororis cognitæ cùm delinquat, indignus eſt, ut eam ducat. Sanchez *d. l. n. 4.* Sed contra- 100
dicit Sylveſter in *verb. Matrim. 2. n. 11.* ejusque contradictionem probabilem judicat Boſco *d. l. n. 250.* in caſu propoſito; licèt in caſu, quô promittens unam ex puellis repromittentibus, nullâ conſanguinitate inter ſe conjunctis, corrumpit, in *num. 253.* cum *cit.* Sanchez *num. 12.* aliter ſentiat. Ego autem 101
dicendum arbitror, ex tali copula ſubnaſci quidem vehementem præſumptionem, quòd antecedentia Sponſalia indeterminata per novum conſenſum evaſerint determinata; ſi tamen reipsâ de Sponſalibus determinandis aut renovandis inter complices non fuerit cogitatum, Sponſalia manere indeterminata, nec obligationem determinatam conſurgere, niſi in circumſtantiis, de quibus in *num. 61. & ſeqq.*

## §. IV.

### *De Acceptatione Promiſſionis.*

102 IV. **F**Orma eſſentialis Sponſalium requirit *acceptationem* promiſſionis: tum quia Sponſalia ſunt vera conventio, quæ duorum in idem placitum exigit conſenſum *l. hujus*
103 *edicti 1. §. 2. ff. de Pact.* tum quia promiſſio, non acceptata, non poteſt operari vinculum juſtitiæ, ſive loquamur de Jure poſitivo, ſive de Naturali, velut concluſum habetur in
104 *tract. de Jure Proprietatis cap. 1. à n. 52.* tum quia nec votum obligat, antequàm DEUS acceptet; ut proinde nec alia promiſſio, prius-
105 quàm acceptetur, obligare valeat. Unde, tametſi Sempronius v. g. in præſentia plurium hominum dicat, ſe Titiam ſibi copulaturum, non erunt Sponſalia, ſi Titia promiſſionem hanc propter ignorantiam vel cauſam aliam non acceptaverit. Sanchez *cit. l. 1. diſp. 6. n. 23.* Poteritque talis promiſſio liberè revocari. P. Engel ad *h. t. §. 2. n. 9. & 10.*

106 Nec obloquitur I. *cap. veniens 5. Qui Clerici vel voventes &c.* ubi ſupponitur, ex Matrimonii promiſſione, abſenti factâ, obligationem
107 ducendi fuiſſe natam. Nam, ut notant ibidem Interpretes cum Gloſſa, vel procurator abſentis nomine promiſſionem acceptavit; vel abſens ipſemet, poſt habitam promiſſionis notitiam, in illam conſenſit.

108 Nec obloquitur II. *l. ſi pollicitus 1. in pr. & §. 1. cum l. ſi quis 2. in pr. ff. de Pollicitat.* ubi promiſſio, Reipublicæ vel piæ cauſæ facta, valorem habet, etiamſi non fuerit acceptata.
109 Siquidem promiſſio Matrimonii, cùm tendat in favorem & commodum perſonæ privatæ, nec Reipublicæ nec cauſæ piæ cenſetur fieri: proindeque non participat hoc ſingulare privilegium, Reipublicæ vel piæ cauſæ conceſſum, ſed inſtar alterius promiſſionis, ſeu pollicitationis, manet inefficax ac revocabilis, usque dum acceptetur.

Quid autem, ſi quis per modum voti pro- 110
mittat DEO, quòd velit ducere Bertham, anne obligabitur ad Bertham ducendam ſinè illius acceptatione?

*Reſp.* negativè. Ratio eſt: quia votum tale 111
non obligat, quatenùs continet promiſſionem factam homini, veluti patet ex dictis; nec obligat, quatenùs continet promiſſionem, DEO factam: votum quippe non obligat, quando ponit obſtaculum majori & meliori bono: ſed votum ſtatûs matrimonialis ponit obſtaculum majori & meliori bono, videlicèt ſtatui cœlibatûs, qui longè præſtantior & nobilior eſt ſtatu conjugali; prout definitum eſt in Concil. Trident. *ſeſſ. 24. de Matrim. can. 10.* ibi: *ſi quis dixerit, ſtatum conjugalem anteponendum eſſe ſtatui virginitatis, vel cœlibatûs, & non eſſe melius ac beatius, manere in virginitate aut cœlibatu, quàm jungi Matrimonio, anathema ſit.* Sanchez *d. lib. 1. diſp. 6. n. 1.*
Et licèt Matrimonium ſit Sacramentum, & 112
conferat gratiam Sacramentalem; attamen ſtatui cœlibatûs propterea nequit præferri: quia hic includit tam ſtatum Religioſum, qui comprehendit omne remedium, ad perfectionem conſequendam poſſibile; quàm ſtatum Clericalem, qui complectitur Sacramentum Ordinis, & gratiam Sacramentalem ad functiones longè ſublimiores producit.

Exceptionem facit Sanchez *d. l. n. 1. & 7.* 113
& cum eo P. Krimer ad *h. t. num. 45. & 51.* tum quando quis continentiam aliter ſervare non valet, quàm in ſtatu matrimoniali: eò quòd bonum cœlibatûs relativè ad ſimilem voventem non videatur eſſe melius, ob conjunctum

junctum periculum relapsûs, juxta Apoſtolum 1. *Corinth. 7.* ibi: *melius eſt nubere, quàm uri;*
114 tum quando per Matrimonium utilitas publica, nempe compoſitio pacis inter Principes bellô implicatos; vel converſio gentium, obtineri poteſt.

## §. V.
### *De Repromiſſione.*

115 V. Forma eſſentialis Sponſalium expetit *repromiſſionem*, ſeu mutuam promiſſionem, ut relucet ex definitione in *cap. 1. n. 20.* Ratio eſt: quia contractus ſponſalicius eſt bilateralis & oneroſus, adeóque partem utramque ſtringit ad aliquid dandum, aut faciendum, Matrimonium ſcilicèt utrinque cele-
116 brandum. Certè non valet emptio-venditio, niſi & emptor promittat numerare pretium, & venditor mercem tradere ſpondeat. Ergo nec valent Sponſalia, niſi pars utraque promittat. Magnif. D. P. König ad *h. t. n. 44.* Clariſſ. P. Kugler de *Sponſalib. p. 1. q. 4. à n. 56.*

117 Poteſt equidem promiſſio Matrimonii eſſe non-reciproca, & non-oneroſa, ſed merè gratuita & unilateralis, veluti ſi quis puellæ in compenſationem meritorum ultrò Matrimonium offerat, & illa acceptet; quemadmodùm poteſt alteri promitti equus vendendus, abſque eo, quòd ille viciſſim repromiſ-
118 ſionem faciat de numerando pretio: interim talis promiſſio non erit ſponſalitia, nec producet impedimentum publicæ honeſtatis; ſicuti promiſſio de equo vendendo ſinè repromiſſione numerandi pretii non eſt vera emptio-venditio, nec producit actionem empti-venditi: & in dubio non præſumitur obligatio aliter contrahi, quàm ſub onere & conditione repromiſſionis. P. Pirhing *h. t. n. 4.* P. Krimer *n. 26.* P. Reiffenſtuel *n. 16.*

119 Dices cum quibusdam, Matrimonii promiſſionem & illius acceptationem non poſſe conſiſtere citra repromiſſionem: tum quia promiſſio Matrimonii habet intrinſecè ſibi connexam conditionem: *ſi pars altera repromiſerit;* & conſequenter, ſi acceptetur talis promiſſio, debet acceptari cum annexa conditione repromiſſionis: tum quia in Matrimonio 120
de præſenti contracto non poteſt adeſſe promiſſionis acceptatio, quin repromiſſio concurrat; adeóque nec in Sponſalibus ſeu promiſſione futuri Matrimonii.

Reſp. negandô aſſertum; & ad I. probat. 121
Reſp. promiſſionem futuri Matrimonii habere quidem regulariter annexam conditionem: *ſi pars altera repromiſerit;* attamen neceſſum haud eſſe, ut illa repromiſſio fiat in continenti: utpote cùm poſſit in futurum differri, reſervatô jure ulterioris deliberationis; ſicut v. g. in emptione-venditione, quando venditor dicit: *vendo tibi frumentum meum*, non eſt opus, ut emptor in continenti reſpondeat, & *ego tibi pro ſingulis modiis ſingulos florenos promitto &c.* ſed poteſt acceptare venditionis promiſſionem, jure ulterioris deliberationis ſibi reſervatô.

Ad II. reddo diſparitatem: quia Matri- 122
monium, cùm conjunctam habeat traditionem corporum, & jus reale producat utrinque, requirit mutuum conſenſum & reciprocam promiſſionem de præſenti: quippe cùm aliàs traditio illa ſeu conſtitutio juris realis eſſet fornicaria, ac conjugi daret jus proximum ad uſum conjugalem cum conjuge non ſuo. At, promiſſio futuri Matrimonii ſolummodò producit jus ad rem; nec petit, ut viciſſim pars altera jus conſimile acquirat: quia non datur jus ad uſum conjugalem, ſed tantùm traditio hujus juris in futurum promittitur.

# SECTIO III.
## *De Forma accidentali Sponſalium.*
### SUMMARIA.

123. *Ad formam accidentalem Sponſalium ſpectat conditio.* 124. *& ſeqq. Quando duo Sponſalia conditionatè fiunt, priora ſunt potiora, licèt conditio, poſterioribus adjecta, priùs impleatur.* 127. *& ſeqq. Poſt exiſtentiam conditionis non eſt opus novô conſenſu.* 130. *& ſeqq. Conditiones impoſſibiles in Sponſalibus non vitiantur, ſed vitiant.* 133. *Sponſalia etiam ſub conditione reſolutiva rectè celebrantur.* 134. *& ſeq. Pertinet etiam ad formam accidentalem dies.* 136. *& ſeqq. Modus.* 139. *Demonſtratio.* 140. *Cauſa.* 141. *& ſeq. Pœna non poteſt adjici, ut ſolvatur in caſu juſtæ reſilientiæ.* 143. *& ſeq. Explicatur duplex opinio de pœna, ſolvenda in caſum, quò injuſtè reſilitur.* 145. *& ſeqq. Defenditur opinio, quæ pœnam admittit.* 148. *& ſeqq. Occurritur ſubterfugio Adverſariorum.* 152. *& ſeqq. Panditur genuinus ſenſus* cap. gemma 29. h. t. 160. *& ſeqq. Removetur inſtantia.* 163. *In Sponſalibus poteſt etiam fidejuſſor intervenire.* 164. *Item pignus.* 165. *& ſeq. Intellige quoad obligationes acceſſorias.* 167. *Sublatâ obligatione principali, tollitur obligatio fidejuſſoria & pignoratitia.*

## §. I.
### *De Conditione, Sponſalibus adjectâ.*

123 AD Formam accidentalem Sponſalium pertinet I. *conditio*, quæ, ſi poſſibilis, contingens, aut neceſſaria ſit, Sponſalibus adjici poteſt tam de futuro, quàm de præſenti, & præ-



præterito, veluti colligitur ex iis, quæ generatim de conditionibûs, pactis & contractibus adjici ſolitis, diſcuſſimus in *Lib. III. tr. de Pact. & Contract. cap. 1. ſect. 5. §. 2. per tot.* & conſtat ſpeciatim ex *cap. de illis 3. cap. per tuas 6. de Condit. appoſit.* Solummodò quædam dubia hîc offeruntur extricanda. Et quidem

124 Dubitatur I. utrùm, ſi Sponſalia ſub conditione de futuro poſſibili contrahantur ſucceſſivè cum duabus, & conditio, poſterioribus Sponſalibus appoſita, priùs adimpleatur, hæc præferenda ſint prioribus?

Reſp. negativè. Ita Pontius de *Matrimonio lib. 3. cap. 13. n. 21.* Roſignolo de *Sponſalib. prænot. 5. ſect. 9. num. 20. & ſeq.* P. Wieſtner *h. t.*
125 *num. 13.* Ratio eſt: quia, ſi Sponſalia cum duabus abſolutè contrahantur, priora poſterioribus anteponuntur. Ergo etiam, ſi cum duabus conditionatè contrahantur, priora poſterioribus anteponuntur, eſto conditio, poſterioribus adjecta, priùs adimpleatur: nam conditio, prioribus adjecta, & ſeriùs adimpleta, facit, ut Sponſalia priora ſtatim ab initio abſolutè cenſeantur fuiſſe contracta per *l. neceſſario 8. in princ. ff. de peric. & com. rei vend. l. potior 11. §. 1. ff. Qui potior. in*
126 *pignore &c.* Si tamen conditio, prioribus adjecta, penitus deficiat, incipiunt valere poſteriora, eô modô, quô ſupra *à n. 41.* diximus, valere Sponſalia ſecunda & abſoluta.

127 Dubitatur II. utrùm, ſi Sponſalia ſub conditione de futuro poſſibili ineantur, per exiſtentiam conditionis abſque novo conſenſu perficiantur?

Reſp. affirmativè. Roſignolo *cit. l. num. 5.*
128 Ratio eſt: quia non tantùm in genere de pactis & contractibus in *cit. tractatu noſtro cap. 1. n. 278.* concluſimus, quòd, per exiſtentiam conditionis, abſque conſenſu novo perfici-
129 antur per *§. conditiones 6. Inſt. de V. O.* Sed etiam in ſpecie de Sponſalibus ex *cap. un. h. t. in 6.* per argumentum à ſenſu contrario colligitur, quòd, poſt eventum conditionis, ſtatim efficiantur pura, & impedimentum publicæ honeſtatis operentur.

Dubitatur III. utrùm conditiones impoſ- 130
ſibiles in Sponſalibus habeantur pro non-adjectis, ſicque non vitient Sponſalia, ſed vitientur?

Ita cum multis à ſe allegatis tradunt Sanchez de *Matrim. lib. 5. diſp. 17. n. 1.* Boſco de *Matrim. ſect. 8. concl. 8. à n. 372.* Roſignolo *cit. l. n. 34.* Paritatem deſumunt ex Matrimonio, cui, ſi conditiones turpes aut impoſſibiles apponantur, pro non-adjectis habentur *cap. ult. de Condition. appoſit.* Sed probabi- 131
lius id negant Zoeſ. ad *cit. tit. n. 22.* P. Engel *ibid. n. 15.* P. Wieſtner *n. 30.* P. Wex de *Sponſalib. p. 1. §. 6. à n. 22.* Ratio eſt: quia eſt regula generalis, in *cit. tract. de Pact. & Contract. cap. 1. n. 247.* aſſignata, pacta vel contractus vitiari & irritari, quando conditio impoſſibilis affirmativè adjicitur; nec alius contractus ab hac regula cernitur exceptus, quàm matrimonialis. Ergo Sponſalia, ſub eadem conditione inita, ſunt nulla & irrita.

Nec licet id, quod ſingulariter in favorem 132
Matrimonii fuit conſtitutum, ad Sponſalia applicare: præſertim cùm omninò diverſa ſit ratio de Sponſalibus, quæ carent dignitate Sacramenti, nec diſſolutionem, etiam dum valida fuerunt, refugiunt.

Dubitatur IV. utrùm Sponſalia poſſint 133
contrahi ſub conditione reſolutiva?

Reſp. affirmativè. Ratio eſt: quia Sponſalia, jam abſolutè contracta, mutuô contrahentium conſenſu diſſolvi poſſunt. Ergo etiam ab initio poſſunt contrahi ſub conditione reſolutiva, cujus virtus & effectus eſt, ut interim, dum pendet conditio, Sponſalia ſint valida, &, eveniente conditione, reſolvantur. Vid. *cit. tract. n. 249.*

## §. II.
### *De adjectione Dici, Modi, Demonſtrationis & Cauſæ.*

134 AD Formam accidentalem Sponſalium pertinet II. adjectio *dici*, qui, ſi incertus ſit, quoad quæſtionem an, æquivalet condi-
135 tioni, ex dictis in *cit. tr. cap. 1. n. 258.* Sin autem ſit certus, & adjiciatur per modum termini ad quem, v. g. *Sponſalia ſint inter nos contracta ex calendis Auguſti:* ſtatim quidem obligatio ſponſalitia contrahitur in actu primo, ſed in actu ſecundo non eſt efficax, antequam Auguſti calendæ illuceſcant ex *cit. cap. 1. num. 259. & ſeq.* Sanchez *d. lib. 1. diſp. 19. num. 11.*

136 Ad eandem Formam accidentalem III. pertinet adjectio *Modi*, qui, ſi poſſibilis & honeſtus ſit, ſponſalitium contractum relinquit abſolutum; attamen onerat partem alteram, ut gravamen, ſibi per modum impoſitum,
137 præſtet ex *cit. cap. 1. n. 266.* Sin autem impoſſibilis ſit, habetur pro non-adjecto: utpote cùm obligatio non detur ad impoſſibile ex eodem *cap. n. 269.* Roſignolo de *Sponſalib. d. prænot. 5. ſect. 11. n. 5.* Niſi vitiet ſubſtan- 138
tiam Matrimonii, quo caſu, ſicuti Matrimonium reddit invalidum ex *cap. ult. de Condit. appoſ.* quin & alios contractus irritat *d. cap. 1. n. 269.* ita etiam vitiat Sponſalia. Roſignolo *d. l. num. 4.*

Ad eandem Formam accidentalem IV. 139
pertinet adjectio *demonſtrationis*. De hac repetenda eſt regula ex ſæpe *cit. cap. 1. n. 274.* quòd, licèt in rei veritate non ſubſiſtat, Sponſalia tamen, quibus apponitur, valeant, dummodò de re vel perſona, quam afficit demonſtratio, aliunde conſtet. Roſignolo *d. l. num. 2. & 3.*

Ad eandem Formam accidentalem V. 140
pertinet adjectio *cauſæ*, quam, ſi falſam eſſe conſtiterit, efficere, ut Sponſalia reſolvantur, docet *cit.* Roſignolo *ſub num. 2.* & patet ex dictis in *cit. cap. 1. n. 271.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## §. III.

### *De adjectione Pœnæ.*

141 AD Formam accidentalem Sponſalium
IV. pertinet adjectio *pœnæ*, quâ parti, à
Sponſalibus recedenti, propter violatam fi-
dem, per modum alicujus pœnæ certa quan-
142 titas ſolvenda imponitur. Quam adje-
ctionem eatenùs illicitam eſſe, ut pœna ſol-
vatur etiam in caſu, quô juſta reſiliendi cauſa
ſuppetit, omnium eſt ſententia, veluti per-
hibet Clariſſ. P. Wex de *Sponſalib. p. 2. contr. 2.*
*n. 2.* juxta diſertum textum in *cap. gemma* 29.
143 *h. t.* An verò adjectio pœnæ tunc quo-
que ſit illicita, quando non ſuppetit juſta re-
ſiliendi cauſa? Contentione non parva di-
ſputatur. Affirmant Sanchez *lib. 1. diſp.* 30.
*per tot.* Zoëſ. ad *h. t. num.* 82. Gonzalez ad *d.*
*cap. gemma n.* 2. Pirhing ad *eund. tit. num.* 23.
Clariſſ. P. Kugler de *Sponſalib. p. 1. q. 3. n.* 42.
& ſatis apertè Clariſſ. P. Wex *cit. contr. per*
144 *tot.* Negant Layman. *Theol. Moral. lib. 5.*
*tract. 10. cap. 1. num.* 8. Gobat *Theol. experim.*
*tract. 10. n.* 172. Roſignolo de *Sponſal. prænot. 5.*
*ſect. 10. n.* 3. Barboſa ad *cit. cap. n.* 10. P. En-
gel ad *h. t. §. 2. n.* 7. Glerle in *aſſert. jurid. aſ-*
*ſert.* 56. Clariſſ. D. Collega Franz ad *tit. Inſt.*
*de Nupt. p. 1. n.* 18. P. Reiffenſtuel *h. t. n.* 188.
145 Ego negantium opinionem probo I. quia
ex natura rei non implicat, ut pœna in caſum,
quô injuſtè quis reſilit à Sponſalibus legitimè
contractis, ſolvatur: ſicut enim tunc pœna
legalis intervenire poteſt; ita non apparet ra-
tio, cur pœna conventionalis intervenire non
146 valeat. II. quia in cæteris pactis & con-
tractibus licet convenire de pœna, in even-
tum, quô unus ex paciſcentibus aut contra-
hentibus datæ fidei contravenerit, ſolvendâ:
nulla proinde ratio cogit, ut aliud ſtatuamus
147 de Sponſalibus. III. quia de Jure non eſt
prohibitum, in contractu ſponſalitio conve-
nire de arrhis, ut infra videbimus, poſt illici-
tum receſſum à Sponſalibus, aut perdendis
aut compenſandis. Ergo de Jure non eſt pro-
hibitum, in contractu ſponſalitio convenire
de pœnâ, poſt illicitum receſſum à Sponſali-
bus ſolvendâ.
148 Nec juvat dicere, quòd arrhæ, cùm ple-
rumque conſtituantur in exigua quantitate,
&, velut jam traditæ, faciliùs & ſuaviùs amit-
tantur, quàm pœnæ, Matrimonii libertati
tantum non cauſent præjudicium, quantum
149 cauſatur à pœnis. Nam inprimis ex hac
diſparitate ſolùm convinceretur, quòd pœ-
næ non debeant in quantitate majori conſiſte-
re quàm arrhæ, non obſtante, quòd arrhæ
tradantur, & pœnæ tantùm promittantur:
ſiquidem vix non eadem difficultate relinqui-
mus, quod tantùm ſub conditione datum eſt,
150 quàm ſolvimus, quod debemus. Dein-
de ſi pars, quæ recipit arrham, Sponſalia ſer-
vare recuſet, arrha non ſupponitur ab illa
parte tradita, ſed potiùs, quæ tradita eſt à par-
te altera, cum duplicatione danti reſtitui de-
bet; quô caſu eſt æqualis ratio de arrha &
pœna. Denique nihil eſt in Jure determi- 151
natum, quænam ſit arrharum quantitas, &
quouſque poſſint excreſcere, niſi quòd in Ju-
re Civili in *l. mulier 5. Cod. h. t.* vetitum lega-
tur, ne pactum de arrhis ultra quadruplum
reddendis ineatur; per hanc verò prohibitio-
nem certa arrharum quantitas, ut nemini non
patulum eſt, non determinatur.
Video tamen, totius rei cardinem verſari 152
in genuinâ explicatione *d. cap. gemma 29. h. t.*
cujus verba adſcribere lubet. *Gemma mulier*
*nobis expoſuit, quod, cùm T. filia ejus cum C. con-*
*traxit matrimonium, B. de Alterio ea occaſione,*
*quod inter P. filium ſuum, & prædictam puellam,*
*intra ſeptennium conſtitutos, Sponſalia contracta*
*fuerunt, pœnam ſolvendam à parte, quæ contrave-*
*niret, in ſtipulatione appoſitam, ab ipſa nititur ex-*
*torquere. Cùm itaque libera Matrimonia eſſe de-*
*beant, & ideò talis ſtipulatio propter pœnæ interpo-*
*ſitionem ſit meritò improbanda: mandamus, qua-*
*tenùs, ſi eſt ita, eundem B. ut ab extorſione prædi-*
*ctæ pœnæ deſiſtat, Eccleſiaſticâ cenſura compellas.*
Dicunt itaque Authores, nobis contrarii, 153
quòd ſtipulatio pœnalis manifeſtè reprobe-
tur in *cit. cap.* ob rationem, æquè luculentam,
quòd Matrimonia debeant eſſe libera; quæ
ratio tunc quoque procedit, quando legitima
cauſa à Sponſalibus diſcedendi non occurrit.
Verùm, quàm malè robur opinionis ſuæ in 154
*cit. cap.* ponant, quantocius demonſtrabo.
Enimverò ſi caſum illius *cap.* perpendamus,
Sponſalia, ibidem contracta, vel nunquàm
valuerunt: eò quòd perſonæ deſponſatæ *intra*
ſeu infra *ſeptennium* conſtitutæ fuiſſe dican-
tur; vel, ſi valuerunt, ac poſt ſeptennium in
impubertate contracta ſupponuntur, ſponſo
& ſponſæ competiit jus, ab iiſdem Sponſali-
bus ſtatim poſt completam pubertatem reſi-
liendi. Rectè igitur Summus Pontifex 155
decidit, quòd ſtipulatio pœnalis, hiſce Spon-
ſalibus adjecta, non potuerit adſtringere par-
tes, ne Matrimonium aliud contrahant: quo-
niam libertas Matrimonii, de Jure Communi
impuberibus poſt pubertatem indulta, per
ejuſmodi conventiones pœnales circumſcri-
bi non poteſt; quod ultrò conceſſimus in
*num.* 142. Prætereà ſi rationem, cur S. 156
Pontifex illam ſtipulationem pœnalem im-
probaverit, trutinemus, illa conſiſtit in liber-
tate Matrimonii; quæ utique non erit liber-
tas phyſica, vi cujus de facto & phyſicè poſ-
ſumus aliquid facere vel omittere; ſed juri-
dica, vi cujus de jure & licitè quid facere poſ-
ſumus, aut omittere. Siquidem libertas 157
phyſica non ſolùm generaliter in pactis &
contractibus non attenditur: utpote cùm pro-
ducant jus proprietatis, tanquàm morale vin-
culum, quô aliquis ad poſitionem vel omiſ-
ſionem actûs adſtringitur, ita ut, quæ ab ini-
tio, priusquàm inita fuit conventio, ſunt libe-
ræ voluntatis, poſteà fiant neceſſitatis ex *l.*
*ſicut 5. Cod. de O. & A.* Sed etiam ſpeciali- 158
ter



ter in Sponſalibus, dum, ex dicendis in *cap. ſeq.*
producunt gravem obligationem juſtitiæ, &,
niſi partes ultrò hanc obligationem explere
velint, per ſeveritatem cenſurarum & alia-
159 rum pœnarum adiguntur. Sive igitur
textum, ſive rationem S. Pontificis in *cit. cap.*
ponderemus, liquidum & apricum eſt, pœ-
nam in Sponſalibus eatenùs tantùm improba-
ri, quatenùs impedit libertatem juridicam,
& tollit facultatem, à Sponſalibus licitè rece-
dendi.
160 Dices: S. Pontificem voluiſſe in *cit. cap.*
phyſicæ quoque libertati in tantùm favere,
ut, ſi contrahentes Sponſalia nolint ampliùs
ſtare promiſſis ob intervenientem obligatio-
nem juſtitiæ, non poſſint aliô, & hominibus
plerumque aſperiori remediô, videlicèt ſolu-
tione pœnæ, ad implementum promiſſiònis
compelli: voluit enim ſingulariter libertati
Matrimonii proſpicere, & conſequenter non
tantùm libertatem juridicam ſed etiam phy-
ſicam, quantùm potuit, adjuvare.
Sed gratis ſic dicis. Jam enim oſtendi ex 161
caſu & ratione *cit. cap.* quòd S. Pontifex ſolam
libertatem juridicam intenderit promovere:
nec enim contrahentes Sponſalia, & eadem
ſinè cauſâ adimplere nolentes, digni ſunt in-
dulgentiâ & gratiâ Pontificiâ, ſed potiùs me-
rentur pœnam, non ſolùm ex conventione
debitam, ſed etiam à Legibus aut Judice im-
ponendam. Satiſque Matrimonii liber- 162
tas per hoc adjuta cenſetur, quòd juſta reſi-
liendi facultas adjectione pœnæ nequeat im-
pediri; cùm tamen in aliis negotiis is, qui
etiam ex juſta cauſa recedit à conventione,
ad pœnam exſolvendam conſtringi valeat,
quando contrahentes per ſpecialem pactio-
nem id expreſſerunt.

## §. IV.

### *De interventu fidejuſſoris, aut conſtitutione pignoris.*

163 VII. PErtinet ad Formam accidentalem
Sponſalium interventus *fidejuſſoris*,
cui neque Jus reſiſtit, neque ratio: eò quòd
obligatio Sponſalium per fidejuſſorem non al-
teretur, ſed tantùm firmetur & confirmetur,
quatenùs obligatio, quam ſubit perſona prin-
cipalis, in fidem fidejuſſoris ſuſcipitur. Roſig-
nolo de *Sponſal. prænot. 6. n.* 1.
164 VIII. ad eandem Formam pertinet conſti-
tutio *pignoris*: ſicut enim fidejuſſor obligatio-
ni ſponſalitiæ magis & magis roborandæ po-
teſt accedere; ſic etiam, ad eandem obliga-
tionem fortiùs ſolidandam, pignus accedere
valet. Roſignolo *cit. l. n.* 4.
165 Si opponas: obligationem ſponſalitiam
adeò perſonalem eſſe, ut nequeat ſuccedaneâ
fidejuſſoris obligatione firmari vel compen-
ſari.
Repono ego, obligationem ſponſalitiam
quoad objectum principale, Matrimonium
ſcilicèt cum certa perſona contrahendum,
tam perſonalem eſſe, ut compenſationem per
ſuccedaneam fidejuſſoris obligationem re-
ſpuat: nec enim, ſi una pars ex contrahenti-
bus renuat exequi Sponſalia, fidejuſſor ad exe-
cutionem in ſua perſona compelli poteſt: aſ- 166
ſero tamen, obligationem quoad objectum
minùs principale, puta quoad compenſan-
dum intereſſe, & aſſecurandam obligationem
arrharum aut pœnæ conventionalis, non
adeò perſonalem eſſe, quin interventum fide-
juſſoris recipiat.
Interim, ſicut principalis ad nihil tenetur, 167
quando ex cauſa licita fidem ſponſalitiam in-
fringit: ita nec obligatio fidejuſſoria, nec
pignoris conſtitutio tenet: notiſſimum enim
eſt, quòd obligatio acceſſoria ſinè principali
conſiſtere nequeat. Roſignolo *d. l. n.* 2.

# CAPUT IV.

## *De Effectu & Affinibus Sponſalium.*

POſt Materiam & Formam Sponſalium conſideramus eorundem Effectum; &, per modum acceſſorii ſubnectimus ea, quæ Sponſalibus ſunt cognata & affinia.

## SECTIO I.

### *De Effectu Sponſalium.*

SUMMARIA.

1. *Ex Sponſalibus oritur obligatio ſervandi fidem.* 2. *Ex virtute juſtitiæ.* 3. & 4. *Stringens graviter in conſcientia.* 5. *Niſi alia fuerit intentio contrahentium.* 6. & *ſeq. Hæc obligatio eſt efficax in foro externo.* 8. & 9. *Non permittit receſſum à Sponſalibus.* 10. *Nec etiam commixtionem carnalem cum alia perſona.* 11. *Quando certum tempus eſt adjectum, illô adveniente implenda ſunt Sponſalia.* 12. & *ſeq. Refertur ſententia, aſſerens, Sponſalia ſtatim implen-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## §. III.

### *De adjectione Pœnæ.*

141 AD Formam accidentalem Sponſalium IV, pertinet adjectio *pœne*, quâ parti, à Sponſalibus recedenti, propter violatam fidem, per modum alicujus pœnæ certa quan-
142 titas ſolvenda imponitur. Quam adjectionem eatenùs illicitam eſſe, ut pœna ſolvatur etiam in caſu, quô juſta reſiliendi cauſa ſuppetit, omnium eſt ſententia, veluti perhibet Clariſſ. P. Wex de *Sponſalib. p. 2. contr. 2. n. 2.* juxta diſertum textum in *cap. gemma* 29.
143 *h. t.* An verò adjectio pœnæ tunc quoque ſit illicita, quando non ſuppetit juſta reſiliendi cauſa? Contentione non parva diſputatur. Affirmant Sanchez *lib. 1. diſp.* 30. *per tot.* Zoëſ. ad *h. t. num.* 82. Gonzalez ad *d. cap. gemma n.* 2. Pirhing ad *eund. tit. num.* 23. Clariſſ. P. Kugler de *Sponſalib. p. 1. q. 3. n.* 42. & ſatis apertè Clariſſ. P. Wex *cit. contr. per*
144 *tot.* Negant Layman. *Theol. Moral. lib. 5. tract. 10. cap. 1. num.* 8. Gobat *Theol. experim. tract. 10. n.* 172. Roſignolo de *Sponſal. prænot 5. ſect. 10. n.* 3. Barboſa ad *cit. cap. n.* 10. P. Engel ad *h. t. §. 2. n.* 7. Glerle in *aſſert. jurid. aſſert.* 56. Clariſſ. D. Collega Franz ad *tit. Inſt. de Nupt. p. 1. n.* 18. P. Reiffenſtuel *h. t. n.* 188.

145 Ego negantium opinionem probo I. quia ex natura rei non implicat, ut pœna in caſum, quô injuſtè quis reſilit à Sponſalibus legitimè contractis, ſolvatur: ſicut enim tunc pœna legalis intervenire poteſt; ita non apparet ratio, cur pœna conventionalis intervenire non
146 valeat. II. quia in cæteris pactis & contractibus licet convenire de pœna, in eventum, quô unus ex paciſcentibus aut contrahentibus datæ fidei contravenerit, ſolvendâ: nulla proinde ratio cogit, ut aliud ſtatuamus
147 de Sponſalibus. III. quia de Jure non eſt prohibitum, in contractu ſponſalitio convenire de arrhis, ut infra videbimus, poſt illicitum receſſum à Sponſalibus, aut perdendis aut compenſandis. Ergo de Jure non eſt prohibitum, in contractu ſponſalitio convenire de pœnâ, poſt illicitum receſſum à Sponſalibus ſolvendâ.

148 Nec juvat dicere, quòd arrhæ, cùm plerumque conſtituantur in exigua quantitate, &, velut jam traditæ, faciliùs & ſuaviùs amittantur, quàm pœnæ, Matrimonii libertati tantum non cauſent præjudicium, quantum
149 cauſatur à pœnis. Nam inprimis ex hac diſparitate ſolùm convinceretur, quòd pœnæ non debeant in quantitate majori conſiſtere quàm arrhæ, non obſtante, quòd arrhæ tradantur, & pœnæ tantùm promittantur: ſiquidem vix non eadem difficultate relinquimus, quod tantùm ſub conditione datum eſt,
150 quàm ſolvimus, quod debemus. Deinde ſi pars, quæ recipit arrham, Sponſalia ſervare recuſet, arrha non ſupponitur ab illa parte tradita, ſed potiùs, quæ tradita eſt à parte altera, cum duplicatione danti reſtitui debet; quô caſu eſt æqualis ratio de arrha & pœna. Denique nihil eſt in Jure determi- 151
natum, quænam ſit arrharum quantitas, & quouſque poſſint excreſcere, niſi quòd in Jure Civili in *l. mulier 5. Cod. h. t.* vetitum legatur, ne pactum de arrhis ultra quadruplum reddendis ineatur; per hanc verò prohibitionem certa arrharum quantitas, ut nemini non patulum eſt, non determinatur.

Video tamen, totius rei cardinem verſari 152
in genuinâ explicatione *d. cap. gemma 29. h. t.* cujus verba adſcribere lubet. *Gemma mulier nobis expoſuit, quod, cùm T. filia ejus cum C. contraxit matrimonium, B. de Alterio ea occaſione, quod inter P. filium ſuum, & prædictam puellam, intra ſeptennium conſtitutos, Sponſalia contracta fuerunt, pœnam ſolvendam à parte, quæ contraveniret, in ſtipulatione appoſitam, ab ipſa nititur extorquere. Cùm itaque libera Matrimonia eſſe debeant, & ideò talis ſtipulatio propter pœnæ interpoſitionem ſit meritò improbanda: mandamus, quatenùs, ſi eſt ita, eundem B. ut ab extorſione prædicta pœnæ deſiſtat, Eccleſiaſtica cenſura compellas.* Dicunt itaque Authores, nobis contrarii, 153
quòd ſtipulatio pœnalis manifeſtè reprobetur in *cit. cap.* ob rationem, æquè luculentam, quòd Matrimonia debeant eſſe libera; quæ ratio tunc quoque procedit, quando legitima cauſa à Sponſalibus diſcedendi non occurrit.

Verùm, quàm malè robur opinionis ſuæ in 154
*cit. cap.* ponant, quantocius demonſtrabo. Enimverò ſi caſum illius *cap.* perpendamus, Sponſalia, ibidem contracta, vel nunquàm valuerunt: eò quòd perſonæ deſponſatæ *intra* ſeu infra *ſeptennium* conſtitutæ fuiſſe dicantur; vel, ſi valuerunt, ac poſt ſeptennium in impubertate contracta ſupponuntur, ſponſo & ſponſæ competiit jus, ab iiſdem Sponſalibus ſtatim poſt completam pubertatem reſiliendi. Rectè igitur Summus Pontifex 155
decidit, quòd ſtipulatio pœnalis, hiſce Sponſalibus adjecta, non potuerit adſtringere partes, ne Matrimonium aliud contrahant: quoniam libertas Matrimonii, de Jure Communi impuberibus poſt pubertatem indulta, per ejuſmodi conventiones pœnales circumſcribi non poteſt; quod ultrò conceſſimus in *num.* 142. Præterea ſi rationem, cur S. 156
Pontifex illam ſtipulationem pœnalem improbaverit, trutinemus, illa conſiſtit in libertate Matrimonii; quæ utique non erit libertas phyſica, vi cujus de facto & phyſicè poſſumus aliquid facere vel omittere; ſed juridica, vi cujus de jure & licitè quid facere poſſumus, aut omittere. Siquidem libertas 157
phyſica non ſolùm generaliter in pactis & contractibus non attenditur: utpote cùm producant jus proprietatis, tanquàm morale vinculum, quô aliquis ad poſitionem vel omiſſionem actûs adſtringitur, ita ut, quæ ab initio, priusquàm inita fuit conventio, ſunt liberæ voluntatis, poſteà fiant neceſſitatis ex *l. ſicut 5. Cod. de O. & A.* Sed etiam ſpeciali- 158
ter



ter in Sponſalibus, dum, ex dicendis in *cap. ſeq.* producunt gravem obligationem juſtitiæ, &, niſi partes ultrò hanc obligationem explere velint, per ſeveritatem cenſurarum & alia-
159 rum pœnarum adiguntur. Sive igitur textum, ſive rationem S. Pontificis in *cit. cap.* ponderemus, liquidum & apricum eſt, pœnam in Sponſalibus eatenùs tantùm improbari, quatenùs impedit libertatem juridicam, & tollit facultatem, à Sponſalibus licitè recedendi.

160 Dices: S. Pontificem voluiſſe in *cit. cap.* phyſicæ quoque libertati in tantùm favere, ut, ſi contrahentes Sponſalia nolint ampliùs ſtare promiſſis ob intervenientem obligationem juſtitiæ, non poſſint aliô, & hominibus plerumque aſperiori remediô, videlicèt ſolutione pœnæ, ad implementum promiſſiònis compelli: voluit enim ſingulariter libertati Matrimonii proſpicere, & conſequenter non tantùm libertatem juridicam ſed etiam phyſicam, quantùm potuit, adjuvare.

Sed gratis ſic dicis. Jam enim oſtendi ex 161
caſu & ratione *cit. cap.* quòd S. Pontifex ſolam libertatem juridicam intenderit promovere: nec enim contrahentes Sponſalia, & eadem ſinè cauſa adimplere nolentes, digni ſunt indulgentiâ & gratiâ Pontificiâ, ſed potiùs merentur pœnam non ſolùm ex conventione debitam, ſed etiam à Legibus aut Judice imponendam. Satisque Matrimonii liber- 162
tas per hoc adjuta cenſetur, quòd juſta reſiliendi facultas adjectione pœnæ nequeat impediri; cùm tamen in aliis negotiis is, qui etiam ex juſta cauſa recedit à conventione, ad pœnam exſolvendam conſtringi valeat, quando contrahentes per ſpecialem pactionem id expreſſerunt.

## §. IV.

### *De interventu fidejuſſoris, aut conſtitutione pignoris.*

163 VII. PErtinet ad Formam accidentalem Sponſalium interventus *fidejuſſoris*, cui neque Jus reſiſtit, neque ratio: eò quòd obligatio Sponſalium per fidejuſſorem non alteretur, ſed tantùm firmetur & confirmetur, quatenùs obligatio, quam ſubit perſona principalis, in fidem fidejuſſoris ſuſcipitur. Roſignolo de *Sponſal. prænot. 6. n. 1.*

164 VIII. ad eandem Formam pertinet conſtitutio *pignoris*: ſicut enim fidejuſſor obligationi ſponſalitiæ magis & magis roborandæ poteſt accedere; ſic etiam, ad eandem obligationem fortiùs ſolidandam, pignus accedere valet. Roſignolo *cit. l. n. 4.*

165 Si opponas: obligationem ſponſalitiam adeò perſonalem eſſe, ut nequeat ſuccedaneâ fidejuſſoris obligatione firmari vel compenſari.

Repono ego, obligationem ſponſalitiam quoad objectum principale, Matrimonium ſcilicèt cum certa perſona contrahendum, tam perſonalem eſſe, ut compenſationem per ſuccedaneam fidejuſſoris obligationem reſpuat: nec enim, ſi una pars ex contrahentibus renuat exequi Sponſalia, fidejuſſor ad executionem in ſua perſona compelli poteſt: aſ- 166
ſero tamen, obligationem quoad objectum minùs principale, puta quoad compenſandum intereſſe, & aſſecurandam obligationem arrharum aut pœnæ conventionalis, non adeò perſonalem eſſe, quin interventum fidejuſſoris recipiat.

Interim, ſicut principalis ad nihil tenetur, 167
quando ex cauſa licita fidem ſponſalitiam infringit: ita nec obligatio fidejuſſoria, nec pignoris conſtitutio tenet: notiſſimum enim eſt, quòd obligatio acceſſoria ſinè principali conſiſtere nequeat. Roſignolo *d. l. n. 2.*

# CAPUT IV.

## *De Effectu & Affinibus Sponſalium.*

POſt Materiam & Formam Sponſalium conſideramus eorundem Effectum; &, per modum acceſſorii ſubnectimus ea, quæ Sponſalibus ſunt cognata & affinia.

# SECTIO I.

## *De Effectu Sponſalium.*

SUMMARIA.

*1. Ex Sponſalibus oritur obligatio ſervandi fidem. 2. Ex virtute juſtitia. 3. & 4. Stringens graviter in conſcientia. 5. Niſi alia fuerit intentio contrahentium. 6. & ſeq. Hæc obligatio eſt efficax in foro externo. 8. & 9. Non permittit receſſum à Sponſalibus. 10. Nec etiam commixtionem carnalem cum alia perſona. 11. Quando certum tempus eſt adjectum, illô advenient implenda ſunt Sponſalia. 12. & ſeq. Refertur ſententia, aſſerens, Sponſalia ſtatim implen-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*implenda, quando tempus adjectum non eſt.* 14. *& ſeq. Refertur ſententia negans.* 16. *&* 17. *Affertur ſententia media, quâ priores conciliantur.* 18. *Suadendum tamen, ut executio non diu procraſtinetur.* 19. *& ſeqq. Pars, nolens contractui ſponſalitio ſatisfacere, compelli poteſt.* 22. *& ſeqq. Proponuntur & ſolvuntur textus in cap. 2. & 17. h. t.*

## §. I.

### *Qualis obligatio naſcatur ex Sponſalibus?*

1 EFfectus Sponſalium eſt obligatio ſervandi fidem, in contractu ſponſalitio datam, & Matrimonium promiſſum debito tempore ineundi *cap. deſponſatam 27. cap. Atho 47. cap. de conjugali 50. XXVII. q. 2. cap. prætereà 2. cap. ex*
2 *literis 10. cap. requiſivit 17. h. t.* Hæcque obligatio provenit ex virtute juſtitiæ: quia promiſſio mutua operatur jus proprietatis, quò promiſſarius promittentem ſibi obligatum habet, ut, quod promiſit, ex vigore juſtitiæ teneatur facere. Unde

3 Infertur I. hanc obligationem cenſeri gravem: nam obligatio juſtitiæ gravis eſt in materia gravi. Sed obligatio ſponſalitia eſt obligatio juſtitiæ in materia gravi, habens ſcilicet pro objecto contractum matrimonialem, & ſtatum perpetuum, ex quo ſalus & felicitas hominis dependet. Ergo &c. Sanchez *lib. 1.*
4 *diſp. 27. num. 2.* Hinc ſententia Cajetani, hanc obligationem levem eſſe docentis, hodie paſſim rejicitur: nam & ratio, quâ citatus Author utitur, quòd obligatio ſponſalitia tantùm ex fidelitate & veracitate naſcatur, ex primùm dictis rejecta manet, dum ex jure proprietatis vinculum juſtitiæ conſurgit. P.
5 Krimer ad *h. t. n. 168. & ſeq.* Niſi forſitan promittens ſuam intentionem expreſsè reſtringeret ad ſolam obligationem fidelitatis aut veracitatis: eò quòd actus agentium ultra eorum intentionem non operentur *arg. l. non omnis 19. in pr. ff. de R. C.* quæ tamen intentio non præſumitur in foro externo, ſed potiùs quilibet præſumitur Matrimonium juxta regularem illius naturam contrahere.

Infertur II. obligationem ſponſalitiam eſ- 6
ſe mixtam, id eſt, partim naturalem, quatenùs ſtringit in foro conſcientiæ; partim civilem, quatenùs ſtringit in foro contentioſo, & actionem efficacem, in Judicio Eccleſiaſtico movendam, producit per textum in *cap. ex literis 10. h. t.* Siquidem ex contractu 7
conſenſuali, qualis eſt ſponſalitius, indubitanter obligatio mixta reſultat, quæ ſimul animam obſtringit, & actionem pro foro judiciali generat. Magnificus D. P. König ad *h. t. num. 51.*

Infertur III. promittenti receſſum à Spon- 8
ſalibus, alterâ parte non conſentiente, non eſſe licitum: quantumvis enim Jus Civile videatur concedere licentiam, pro libitu à Sponſalibus diſcedendi *l. alii 1. Cod. h. t.* Ni- 9
hilominùs de Jure Canonico & Naturali non licet infringere fidem, ac jus, ſponſo vel ſponſæ per Sponſalia quæſitum, propriò motu violare per *cap. Antigonus 1. cap. qualiter 3. de Pact.* P. Wex de *Sponſal. p. 1. §. 6. n. 2.*

Infertur IV. ſponſum vel ſponſam peccare 10
contra juſtitiam, non tantùm ſi celebrent alia Sponſalia, ſed etiam ſi carnaliter cum alia perſona extranea commiſceantur: violatur enim jus ad rem, per Sponſalia in corpus alterius acquiſitum, quando corporis uſus extraneæ perſonæ conceditur. Roſignolo de *Sponſalib. diſq. 1. §. 2. n. 2.*

## §. II.

### *Quônam tempore obligatio Sponſalitia debeat executioni mandari?*

11 QUando contractui ſponſalitio certus terminus pro executione fuit adjectus, apud omnes in confeſſo eſt, obligationem in adjecto termino executioni mandari debere per textus in *l. trajectitia 23. ff. de O. & A. l. mag-*
12 *nam 12. Cod. de Contrah. & committ. ſtipulat.* At quando Sponſalia prorſus indefinitè, ſinè appoſitione certi termini fuerunt contracta, non convenit inter DD. quônam tempore ſint adimplenda? Pontius *lib. 12. de Matrim. cap. 6. n. 1.* Wieſtner ad *h. t. n. 59.* Reiffenſtuel *ibid. n. 143.* volunt, obligationem ſtatim executioni dandam, & Matrimonium eſſe contrahendum, tametſi neutra pars inſtite-
13 rit, & alteram interpellaverit, ob regulam Juris in *l. in omnibus 14. ff. de R. J.* & *l. cum qui 41. §. 1. ff. de V. O.* ubi dicitur, quòd in omnibus obligationibus, quibus certum tempus non præſtituitur, ſtatim urgeat & ſtringat debitum, adinſtar voti, quod, ubi abſolutè fuit emiſſum, mox exſolvi debet juxta textum in *Deuteron. cap. 23. ℣. 21.* Sanchez 14
*d. lib. 1. diſp. 28. n. 2.* Roſignolo de *Sponſal. prænot. 8. n. 2.* Pirhing ad *h. t. n. 25.* Magnif. D. P. König *ibid. n. 52.* & plures alii defendunt, Sponſalia priùs executioni non eſſe mandanda, quàm ſi contrahentium pars una inſtiterit, ac interpellaverit propter textum in *l. debitores 10. Cod. de Pignorib.* qui debitoris interpellationem ad actualem ſolutionem prærequirit; non tantùm in caſu, quò pignus di- 15
ſtrahitur, veluti putant Authores primæ ſententiæ, ſed generaliter in omni debito, utpote cùm ab initio ſinè diſcrimine loquatur, & poſteà ex regula generali caſum ſpecialem de pignoris diſtractione decidat.

Utramque tamen ſententiam arbitror con- 16
ciliari poſſe, ſi prima ſic explicetur, quòd per ſe loquendo obligatio ſponſalitia ſtatim ſit efficax, ac in actum ſecundum redigenda; ſe- 17
cunda verò ſic temperetur, quòd per accidens promittentes excuſentur à Sponſalium executione, ſi neutra pars executionem petierit: quia tunc mutuò conſenſu tacita dilatio videtur conceſſa fuiſſe; niſi pars altera præ verecundia vel alia cauſa non audeat petere, veluti contingit apud fœminas. Clariſſ. P. Wex de *Sponſal. p. 1. §. 7. & 8.* Confer. in *lib. III. tractat. de Pact. & Contract. cap. 8. n. 62.*
18 *& ſeq.* Quamquàm de cætero, ex omnium DD. conſilio, curandum & invigilandum ſit, ut Matrimonium, quàmprimum commodè poteſt fieri, Sponſalibus conjungatur: nam diuturna Matrimonii dilatio non ſolùm dat anſam variis incommodis, ſed etiam exponit ſponſum & ſponſam multis periculis, carnaliter inter ſe peccandi. Gobat Theol. *Experiment. tr. 10. n. 124.*



## §. III.

### *Poſsintne ſponſus & ſponſa ad contrahendum Matrimonium compelli?*

19 EX eo, quòd tam obligatio juſtitiæ, quàm efficax actio naſcatur ex Sponſalibus, ſuâpte naturâ concludi videtur, quòd, ſi ſponſus aut ſponſa contractui ſponte noluerint ſatisfacere, authoritate Eccleſiaſticâ poſſint
20 compelli: quemadmodùm accidit non tantùm in aliis contractibus per *cap. antigonus 1. de Pact.* ſed in ſpecie ſtatuitur de Sponſalibus in *cap. ex literis 10. h. t.* & docent Sanchez *d. lib. diſp. 29. n. 4.* Roſignolo de *Sponſal. præn. 8. num. 1.* Magnif. D. P. König ad *h. t. n. 53.* Clariſſ. P. Kugler de *Sponſalib. p. 1. q. 5. à*
21 *n. 70.* Et quamvis in memorato textu de Sponſalibus juratis agatur; eadem tamen eſt ratio de Sponſalibus non-juratis: nam officium cujuſcunque Judicis eſt, ut in contractibus, etiam ſinè juramento initis, partes, quæ propriâ voluntate dictis aut promiſſis ſtare detrectant, per remedia pœnalia coërceat.

22 Nec officit, quòd in *cap. prætereà 2. h. t.* ſtatutum habeatur, eos, *qui de Matrimonio contrahendo purè & ſinè omni conditione fidem dederant, commonendos eſſe, & modis omnibus inducendos, ut præſtitam fidem obſervent: ſi autem ſe ad invicem admittere noluerint, ne fortè deterius aliquid contingat, ut talem ſcilicet ducat, quam odio habere videtur, in patientia tolerari poſſe.* Quod 23
ipſum adhuc clariùs affirmatur in *cap. requiſivit 17. d. t.* quòd nempe, *cùm Matrimonia debeant eſſe libera,* pars reniteus ſit *potiùs monenda, quàm cogenda: cùm coactiones ſoleant habere difficiles exitus.*

Reſp. enim cum citatis Authoribus & P. 24
Wex de *Sponſalib. p. 1. §. 6. n. 5.* quòd Judex ab initio non debeat cogere, ſed monere; &, ſi monita vilipendantur, ad inſtantiam partis ordinariè poſſit comminare cenſuras Eccleſiaſticas; per accidens tamen à cenſuris abſtinere debeat, ſi viderit, ex earum actuali interminatione, propter duritiem & pertinaciam alterius partis, ſecutura mala non parva, rixas, diſcordias, ſcandala &c. etenim ſubinde malum, quod minus eſt, tolerari debet, ut majus evitetur. Nec violatur exinde 25
libertas, ad Matrimonium requiſita, quando in contumaces in caſu ordinario pœna Eccleſiaſtica fulminatur: quippe cùm libertas ſolùm juridica, non autem phyſica ex *cap. 3. num. 156. & ſeq.* deſideretur; illa verò jam cenſeatur amiſſa, quando quis antecedenter ad Sponſalia contrahenda per verum ac deliberatum conſenſum ſe ſe reſolvit.

# SECTIO II.

## *De Affinibus & acceſſoriis Sponſalium.*

SUMMARIA.

26. *Ad affinia vel acceſſoria Sponſalium pertinet chirographum nuptiale.* 27. *Ante cujus perfectionem Sponſalia cenſentur eſſe perfecta.* 28. *Niſi contrahentes ſcriptura conſenſum alligaverint.* 30. *Pertinent illuc arrha.* 31. *& ſeq. Sponſa poteſt etiam ſponſo conſtituere arrham, & uterque ſibi invicem.* 33. *Res qualibet in arrham venire poteſt.* 34. *& ſeq. Matrimonio ſecutò, debet arrha reſtitui danti.* 36. *& ſeq. Idem eſt, ſi Matrimonium non ſequatur ex legitima cauſa.* 38. *& ſeq. Si non ſequatur ex culpa dantis, is arrham amittit; ſi ex culpa accipientis, ille acceptam in duplo reſtituit.* 40. *Niſi minorennis ſit.* 41. *& ſeq. Valet pactum de arrhis in duplo, triplo, vel quadruplo reſtituendis etiam de Jure Canonico.* 43. *& ſeq. Si pater arrham conſtituat, nec poſſit filiam ad Matrimonium diſponere, eam non perdit.* 45. *& ſeq. Propter oſculum ſponſa nihil de arrha lucratur.* 47. *Pertinet etiam Sponſalitia largitas.* 48. *Secutô Matrimoniô, res donata redit ad donatarium.* 49. *& ſeq. Indicatur, quid Juris, ſi Matrimonium non ſequatur?* 51. *& ſeqq. Oſtenditur, quid Juris, ſi oſculum intercedat?* 54. *Extenditur eadem doctrina ad copulam.* 55. *Non autem ad amplexus.*

## §. I.

### *De Chirographo Nuptiali.*

26 AFfinia, cognata, & acceſſoria Sponſalium ſunt plurima. Nos referimus potiora, & I. attingimus *chirographum* ſeu *ſcriptum nuptiale,* quod nihil aliud eſt, quàm inſtrumentum vel ſcriptura, in qua promiſſio Matrimonii unà cum annexis pactis & conditionibus

27bus deſcribitur. Antequàm verò chiro-
graphum tale perficiatur, contractus ſponſa-
litius jam eſt perfectus: quippe cùm ex *cap.*
*1. n.* 13. pertineat ad ſortem contractuum
conſenſualium, qui ſcripturam ad ſui com-
28plementum non deſiderant. Niſi for-
ſitan contrahentes ſuum conſenſum expreſsè
reſtringant ad chirographum: tunc enim,
ſicut alii contractus, quorum valor adſtringi-
tur ad ſcripturam, ante ſcripturæ confectio-
nem non ſunt perfecti juxta *pr. Inſt. de Empt.*
*Vend.* ſic neque contractus ſponſalitius erit
perfectus. Roſignolo de *Sponſalib. III.*
*prænot.* 1. *num.* 3. Plura huc applicanda 29
recurrent, ubi in *tract.* 2. de pactis dotalibus
aliqua diſſeremus.

## §. II.
### *De Arrhis.*

30II. AD acceſſoria Sponſalium referimus
*arrhas*, quæ ſunt quaſi pignora, in
ſecuritatem futuri Matrimonii, poſt contra-
cta Sponſalia à Sponſis ſibi invicem vel eorum
parentibus conſtituta per *l. arrhis* 3. & *l. mulier*
*5. Cod. h. t.*
31 Dixi: *à ſponſis ſibi invicem.* Quantumvis
enim frequentiùs arrha conſtituatur à ſponſo
ſponſæ; attamen nec ſponſa prohibetur,
arrham conſtituere ſponſo. Sanchez de *Matr.*
*lib. 6. diſp.* 29. *num.* 4. nec utrique vetitum
eſt, ſimul alteri dare & recipere arrham, ve-
luti cum Covarruv. de *Matrim. p. 2. cap.* 3. §.
7. *num.* 10. docet Magnif. D. P. König ad *tit.*
32*de Donat. inter vir. & uxor. p.* 1. *num.* 4. Nec
enim, ſi uterque, ſponſus & ſponſa, ſibi invi-
cem det arrham, negotium ſimulatum geri-
tur, veluti putavit Zoëſ. ad *h. t. n.* 7. ſed
vera & realis conventio celebratur, eâ con-
ditione, ut, qui reſilit à Sponſalibus, arrham,
quam dedit alteri, perdat, &, quam accepit,
reſtituat.
33 Quænam verò res conſtituantur pro arrha,
nil intereſt, ſive quantitatem, ſive qualitatem
ſpectemus: nam in Jure noſtro nil invenimus
determinatum. P. König *cit. l. n.* 5.
34 Quòd ſi Matrimonium, arrhâ jam traditâ,
contrahatur, danti ab accipiente reſtitui de-
bet *d. l. arrhis* 3. *Cod. h. t.* quoniam, ſicuti
pignus præſtitâ ſolutione vel alia ſatisfactio-
ne, redit ad debitorem: ſic, Matrimoniô, vi
debiti ſponſalitii contractô, arrha ad dantem
revertitur. Roſignolo *cit. l. prænot.* 17. *n.* 6.
35Quamquàm de conſuetudine Germaniæ, de
qua, citatô Laymannô, teſtimonium dant
P. König *d. l. n.* 8. & P. Reiffenſtuel *h. t. num.*
180. arrha, ſecutô Matrimonio, penes acci-
pientem maneat.
36 Si Matrimonium non contrahatur, refert,
utrùm non contrahatur ex culpa alterutrius,
vel ſinè culpa. Si poſterius; idem dicen-
dum, quod diximus in caſu mox antecedenti,
quando Matrimonium reipsâ contrahitur per
37*l. mulier* 5. *Cod. h. t.* Unde, ſi pars alte-
rutra reſiliat à Sponſalibus ob legitimam &
in Jure probatam cauſam, dans arrham recu-
perat; niſi cauſa reſiliendi jam eô tempore,
quô arrha fuit conſtituta, innotuerit. Ro-
38ſignolo *d. l. prænot.* 18. *num.* 2. Si prius;
ulteriùs videndum, an Matrimonium non
contrahatur ex culpa dantis, vel ex culpa
accipientis. Primô caſu dans arrham amit-
tit; alterô caſu accipiens arrham duplicatam,
id eſt, rem acceptam cum altero tanto ſeu il-
lius æſtimatione reſtituit *d. l. arrhis* 3. *d. l. mu-*
*lier* 5. *Cod. h. t.* & *arg. pr. Inſt. de Emp. Vend.*
Quin etiam accipiens arrham quadruplica- 39
tam, id eſt, rem acceptam cum triplo, atque
adeò, ſi acceperit centum florenos, quadrin-
gentos reſtituit, ubi nominatim ac ſpecificè
ita conventum eſt *d. l. mulier* 5. Excipitur 40
minorennis ætas, quæ, ſicut in aliis caſibus
excuſationem meretur, ita minorennem, qui
dedit arrham, ab ejus amiſſione; illum verò,
qui accepit, à reſtitutione dupli vel tripli ex-
cuſat *d. l. mulier*. P. König *d. l. num* 9. Wieſt-
ner ad *h. t. n.* 70.
Dubitatur autem I. an pactum de arrhis, 41
in duplo, triplo, vel quadruplo reſtituendis,
etiam de Jure Canonico valeat?
Reſp. affirmativè. Ita Gutierrez de *Ma-*
*trim. cap.* 18. *n.* 17. Sanchez *d. diſp.* 26. *n.* 11.
Sylveſter *V. Sponſalia n.* 9. *℣. quartum.* P. Wieſt-
ner *d. l. n.* 74. & plerique, qui cæteroquin
pœnam conventionalem negant. Ratio 42
eſt: quia Jus Canonicum nullibi ſuſtulit aut
correxit Jus Civile, quô pactum de arrhis,
etiam in quadruplo reſtituendis, approbatur.
Nec etiam ratio corrigendi ſuppetebat:
quandoquidem libertati Matrimonii nihil
derogatur, eſto per arrharum quadruplica-
tionem receſſus illicitus conſtringatur.
Dubitatur II. an, ſi pater arrham pro filia 43
conſtituat, filia autem non poſſit induci ad
Sponſalia, tametſi pater conatum omnem ad-
hibeat, arrham amittat?
Reſp. negativè. Ita Sanchez *diſp.* 26. *n.* 12.
P. Wieſtner *h. t. n.* 74. Ratio eſt: quia, dum 44
arrharum amiſſio videtur in pœnam delicti
ſeu violatæ fidei conſtituta, non poteſt onera-
re patrem, arrhas pro filia dantem, ſi per
eum non ſteterit, quô minùs ſervetur fides
per *l. non exigimus* 2. *in pr.* & §. 1. *ff. Si quis cau-*
*tionib. l. ult.* §. 1. *ff. ad L. Rhod. de jactu.*
Dubitatur III. num arrham retinere valeat 45
ſponſa, quando recepit oſculum à ſponſo, ta-
metſi nuptiæ ſecutæ non fuerint?
Reſp. negativè. Ita Roſignolo de *Sponſal.*
*III. cit. prænot.* 17. *num.* 2. Ratio eſt: quia, 46
non obſtante, quòd ſponſalitia largitas reti-
neri valeat, quando ſponſa recepit oſculum à
ſponſo, veluti dicemus in *n.* 51. attamen de
arrhis non reperimus aliquid ſimile conſtitu-
tum: nec etiam occurrit ratio paritatis, dum
oſculum non tam repugnat Matrimonio futu-
ro, quàm potiùs ad illud ordinatur.

§. III.



## §. III.
### *De Sponſalitia largitate.*

47III. AD acceſſoria Sponſalium referimus
*Sponſalitiam largitatem*, quæ ſubinde
vocatur antenuptialis donatio, & nihil aliud
eſt, quàm donatio inter ſponſos de futuro fa-
cta ſub ſpe Matrimonii. Sanchez de *Matrim.*
*lib. 6. diſp.* 1. *n.* 1. Roſignolo *cit. l. prænot.* 3.
48*num.* 1. Illius effectus eſt, quòd, ſi Ma-
trimonium ineatur, res donata irrevocabiliter
acquiratur donatario *l. donationes* 1. §. 1. *ff. de*
*Donat. l. ſi mater* 12. *Cod. de Donation. ante nupt.*
49Sin autem Matrimonium omittatur, intereſt,
utrùm ex culpa contrahentium, vel ſinè cul-
pa. Si ex culpa, & quidem donantis; res do-
nata pariter apud donatarium perſiſtit; non
item, ſi culpa fuerit donatarii: tunc enim res
donata redit ad donantem *l. cum veterum* 15.
50*Cod. d. t.* Si ſinè culpa; omne, quod
donatum eſt, donanti reſtituitur: eò quòd do-
natio inter ſponſos habeat annexam à Jure
conditionem, ſi Matrimonium fuerit ſecu-
tum, ſaltem de Jure noviori in *d. l. cùm vete-*
*rum* 15. Licèt de Jure antiquiori talis dona-
tio pro abſoluta fuerit habita, veluti colligi-
tur ex *l. ſi tibi* 11. *Cod. eod.* Sanchez *d. l. n.* 2.
Roſignolo *n.* 5.
51 Excipitur in *l. ſi à ſponſo* 16. *Cod. d. t.* caſus,
quô ſponſus ante nuptias ſponſæ dedit oſcu-
lum: tunc enim, quantumvis Matrimonium
non ponatur, ſponſa lucratur dimidiam par-
52tem ſponſalitiæ largitatis: vel quia, ut di-
ſcurrit Sanchez *d. l. n.* 4. ſponſa ruborem ac
verecundiam per oſculum ſponſi patitur;
vel quia, ut loquitur Roſignolo ſub *d. n.* 5.
ſponſa per impreſſionem oſculi moralem
quandam fœditatem, ratione cujus non tam
opportunè poteſt nubere, contrahit; vel
quia, ut diſſerit Magnif. D. P. König ad *cit. tit.*
*de Donat. inter vir. & uxor. p.* 1. *n.* 10 ex ſevera
Romanorum gravitate oſcula pertinent ad
53conjugalem licentiam. Diverſum obti-
net in ſponſo, qui res, à ſponſa ſibi donatas,
quoad dimidiam partem non lucratur, licèt
oſculum intervenerit *d. l. ſi à ſponſo* 16. *in fin.* eò
quòd Authores Juris noſtri crediderint, ſpon-
ſum ex oſculo ſponſæ detrimentum aut diffi-
cultatem aliquam non ſentire. Roſignolo
ſub *cit. n.* 5.
Idem, quod de oſculo dictum, à Sanchez 54
*diſp.* 19. *n.* 5. & Roſignolo *d. n.* 5. extenditur
ad copulam, utpote quæ privativè ſpectat ad
jus conjugale, majoremque longè verecun-
diam & notam, quàm oſculum, cauſat. Ve- 55
rùm, ſi ſolus amplexus interceſſerit, tunc, quia
virginalis pudor in communi hominum æſti-
matione tantoperè non delibatur, lucrum
dimidiæ partis *cit.* Sanchez *diſp.* 18. *n.* 8. &
Roſignolo *prænot.* 4. *num.* 5. non agno-
ſcunt.
Quæſtio ſupereſt: utrùm, quod dictum eſt 56
in hoc §. de reſtitutione Sponſalitiæ largita-
tis, & in §. priori de arrhis reſtituendis, locum
habeat in foro conſcientiæ ante omnem ſen-
tentiam? Ubi, diſſimulatis aliorum ſenten-
tiis, quas ſtudioſè cum ſuis argumentis refert
Clariſſ. P. Schmalzgrueber ad *tit. de Sponſalib.*
*n.* 134. & *ſeqq.*
Reſp. I. reſtitutionem Sponſalitiæ largi-
tatis, nec non arrharum quoad ſimplum vel
rem ipſam, ante omnem ſententiam in con-
ſcientia ſtringere. Ratio videtur obvia:
quia, ſi Matrimonium ex culpa accipientis
non ſequatur, reſolvitur titulus accepitionis,
& parit obligationem, rem, ſinè cauſâ deten-
tam, ſuo domino reſtituendi. 57
Reſp. II. quoad exceſſum, duplum ſcili-
cet, triplum, aut quadruplum, obligationem
reſtitutionis ſtringere quidem in conſcientia
ante ſententiam, ſed in illa tantùm hypotheſi,
ubi præceſſit exactio partis. Covarruv. *p.* 2.
*de Sponſalib. cap.* 6. §. 8. *n.* 11. Gutierrez de
*Matrim. cap.* 18. *n.* 19. Ratio eſt: quia,
tametſi obligatio ſolvendi pœnam, à Jure
conſtitutam, alioquin ante ſententiam non
urgeat; obligatio tamen quoad duplum v. g.
aut triplum in arrhis, præſuppoſitâ partis
exactione vel ideò mox urget, quòd prove-
niat ex conventione partium, expreſsâ vel
tacitâ; notum verò ſit, præſtationes alias, ex
conventione debitas, ſaltem poſt exactionem
creditoris eſſe ſolvendas, ulteriori Judicis
ſententiâ non exſpectatâ. Quæ ipſa
reſponſio poteſt accommodari pœnæ con-
ventionali, in anteced. *cap.* à *n.* 141. expo-
ſitæ.

# CAPUT V.
## *De Modis, quibùs Sponſalia diſſolvuntur,*

SPonſalibus contrarii ſunt Modi, quibùs diſſolvuntur. Ex his quidam faci-
unt, ut Sponſalia ipsò Jure ſolvantur; alii verò ſolummodò ſponſis dant fa-
cultatem, à Sponſalibus, ſi ipſis placuerit, reſiliendi. De utriſque in duabus
ſectionibus diſſeremus.

27bus deſcribitur. Antequàm verò chiro-
graphum tale perficiatur, contractus ſponſa-
litius jam eſt perfectus : quippe cùm ex *cap.*
*1. n.* 13. pertineat ad ſortem contractuum
conſenſualium, qui ſcripturam ad ſui com-
28plementum non deſiderant. Niſi for-
ſitan contrahentes ſuum conſenſum expreſsè
reſtringant ad chirographum : tunc enim,
ſicut alii contractus, quorum valor adſtringi-
tur ad ſcripturam, ante ſcripturæ confectio-
nem non ſunt perfecti juxta *pr. Inſt. de Empt.*
*Vend.* ſic neque contractus ſponſalitius erit
perfectus. Roſignolo de *Sponſalib. III.*
*pranot.* 1. *num.* 3. Plura huc applicanda29
recurrent, ubi in *tract.* 2. de pactis dotalibus
aliqua diſſeremus.

## §. II.
### *De Arrhis.*

30II. AD acceſſoria Sponſalium referimus
*arrhas*, quæ ſunt quaſi pignora, in
ſecuritatem futuri Matrimonii, poſt contra-
cta Sponſalia à Sponſis ſibi invicem vel eorum
parentibus conſtituta per *l. arrhis* 3. & *l. mulier*
5. *Cod. h. t.*
31 Dixi : *à ſponſis ſibi invicem.* Quantumvis
enim frequentiùs arrha conſtituatur à ſponſo
ſponſæ ; attamen nec ſponſa prohibetur,
arrham conſtituere ſponſo. Sanchez de *Matr.*
*lib.* 6. *diſp.* 29. *num.* 4. nec utrique vetitum
eſt, ſimul alteri dare & recipere arrham, ve-
luti cum Covarruv. de *Matrim. p.* 2. *cap.* 3. §.
7. *num.* 10. docet Magnif. D. P. König ad *tit.*
32*de Donat. inter vir. & uxor. p.* 1. *num.* 4. Nec
enim, ſi uterque, ſponſus & ſponſa, ſibi invi-
cem det arrham, negotium ſimulatum geri-
tur, veluti putavit Zoëſ. ad *h. t. n.* 7. ſed
vera & realis conventio celebratur, eâ con-
ditione, ut, qui reſilit à Sponſalibus, arrham,
quam dedit alteri, perdat, &, quam accepit,
reſtituat.
33 Quænam verò res conſtituantur pro arrha,
nil intereſt, ſive quantitatem, ſive qualitatem
ſpectemus : nam in Jure noſtro nil invenimus
determinatum. P. König *cit. l. n.* 5.
34 Quòdſi Matrimonium, arrhâ jam traditâ,
contrahatur, danti ab accipiente reſtitui de-
bet *d. l. arrhis* 3. *Cod. h. t.* quoniam, ſicuti
pignus præſtitâ ſolutione vel alia ſatisfactio-
ne, redit ad debitorem : ſic, Matrimoniô, vi
debiti ſponſalitii contractô, arrha ad dantem
revertitur. Roſignolo *cit. l. pranot.* 17. *n.* 6.
35Quamquàm de conſuetudine Germaniæ, de
qua, citatô Laymannô, teſtimonium dant
P. König *d. l. n.* 8. & P. Reiffenſtuel *h. t. num.*
180. arrha, ſecutô Matrimonio, penes acci-
pientem maneat.
36 Si Matrimonium non contrahatur, refert,
utrùm non contrahatur ex culpa alterutrius,
vel ſinè culpa. Si poſterius ; idem dicen-
dum, quod diximus in caſu mox antecedenti,
quando Matrimonium reipsâ contrahitur per
37*l. mulier* 5. *Cod. h. t.* Unde, ſi pars alte-
rutra reſiliat à Sponſalibus ob legitimam &
in Jure probatam cauſam, dans arrham recu-
perat ; niſi cauſa reſiliendi jam eô tempore,
quô arrha fuit conſtituta, innotuerit. Ro-
38ſignolo *d. l. pranot.* 18. *num.* 2. Si prius ;
ulteriùs videndum, an Matrimonium non
contrahatur ex culpa dantis, vel ex culpa
accipientis. Primô caſu dans arrham amit-
tit ; alterô caſu accipiens arrham duplicatam,
id eſt, rem acceptam cum altero tanto ſeu il-
lius æſtimatione reſtituit *d. l. arrhis* 3. *d. l. mu-*
*lier* 5. *Cod. h. t.* & *arg. pr. Inſt. de Emp. Vend.*
Quin etiam accipiens arrham quadruplica-39
tam, id eſt, rem acceptam cum triplo, atque
adeò, ſi acceperit centum florenos, quadrin-
gentos reſtituit, ubi nominatim ac ſpecificè
ita conventum eſt *d. l. mulier* 5. Excipitur40
minorennis ætas, quæ, ſicut in aliis caſibus
excuſationem meretur, ita minorennem, qui
dedit arrham, ab ejus amiſſione ; illum verò,
qui accepit, à reſtitutione dupli vel tripli ex-
cuſat *d. l. mulier*. P. König *d. l. num* 9. Wieſt-
ner ad *h. t. n.* 70.
Dubitatur autem I. an pactum de arrhis,41
in duplo, triplo, vel quadruplo reſtituendis,
etiam de Jure Canonico valeat?
Reſp. affirmativè. Ita Gutierrez de *Ma-*
*trim. cap.* 18. *n.* 17. Sanchez *d. diſp.* 36. *n.* 11.
Sylveſter *V. Sponſalia n.* 9. *ỹ. quartum.* P. Wieſt-
ner *d. l. n.* 74. & plerique, qui cæteroquin
pœnam conventionalem negant. Ratio42
eſt : quia Jus Canonicum nullibi ſuſtulit aut
correxit Jus Civile, quô pactum de arrhis,
etiam in quadruplo reſtituendis, approbatur.
Nec etiam ratio corrigendi ſuppetebat :
quandoquidem libertati Matrimonii nihil
derogatur, eſto per arrharum quadruplica-
tionem receſſus illicitus conſtringatur.
Dubitatur II. an, ſi pater arrham pro filia43
conſtituat, filia autem non poſſit induci ad
Sponſalia, tametſi pater conatum omnem ad-
hibeat, arrham amittat?
Reſp. negativè. Ita Sanchez *diſp.* 36. *n.* 12.
P. Wieſtner *h. t. n.* 74. Ratio eſt : quia, dum44
arrharum amiſſio videtur in pœnam delicti
ſeu violatæ fidei conſtituta, non poteſt onera-
re patrem, arrhas pro filia dantem, ſi per
eum non ſteterit, quò minùs ſervetur fides
per *l. non exigimus* 2. *in pr.* & §. 1. *ff. Si quis cau-*
*tionib. l. ult.* §. 1. *ff. ad L. Rhod. de jactu.*
Dubitatur III. num arrham retinere valeat45
ſponſa, quando recepit oſculum à ſponſo, ta-
metſi nuptiæ ſecutæ non fuerint?
Reſp. negativè. Ita Roſignolo de *Sponſal.*
*III. cit. pranot.* 17. *num.* 2. Ratio eſt : quia,46
non obſtante, quòd ſponſalitia largitas reti-
neri valeat, quando ſponſa recepit oſculum à
ſponſo, veluti dicemus in *n.* 51. attamen de
arrhis non reperimus aliquid ſimile conſtitu-
tum : nec etiam occurrit ratio paritatis, dum
oſculum non tam repugnat Matrimonio futu-
ro, quàm potiùs ad illud ordinatur.

§. III.



## §. III.
### *De Sponſalitia largitate.*

47III. AD acceſſoria Sponſalium referimus
*Sponſalitiam largitatem*, quæ ſubinde
vocatur antenuptialis donatio, & nihil aliud
eſt, quàm donatio inter ſponſos de futuro fa-
cta ſub ſpe Matrimonii. Sanchez de *Matrim.*
*lib.* 6. *diſp.* 1. *n.* 1. Roſignolo *cit. l. pranot.* 3.
48*num.* 1. Illius effectus eſt, quòd, ſi Ma-
trimonium ineatur, res donata irrevocabiliter
acquiratur donatario *l. donationes* 1. §. 1. *ff. de*
*Donat. l. ſi mater* 12. *Cod. de Donation. ante nupt.*
49Sin autem Matrimonium omittatur, intereſt,
utrùm ex culpa contrahentium, vel ſinè cul-
pa. Si ex culpa, & quidem donantis ; res do-
nata pariter apud donatarium perſiſtit ; non
item, ſi culpa fuerit donatarii : tunc enim res
donata redit ad donantem *l. cum veterum* 15.
50*Cod. d. t.* Si ſinè culpa ; omne, quod
donatum eſt, donanti reſtituitur : eò quòd do-
natio inter ſponſos habeat annexam à Jure
conditionem, ſi Matrimonium fuerit ſecu-
tum, ſaltem de Jure noviori in *d. l. cùm vete-*
*rum* 15. Licèt de Jure antiquiori talis dona-
tio pro abſoluta fuerit habita, veluti colligi-
tur ex *l. ſi tibi* 11. *Cod. eòd.* Sanchez *d. l. n.* 2.
Roſignolo *n.* 5.
51 Excipitur in *l. ſi à ſponſo* 16. *Cod. d. t.* caſus,
quô ſponſus ante nuptias ſponſæ dedit oſcu-
lum : tunc enim, quantumvis Matrimonium
non ponatur, ſponſa lucratur dimidiam par-
52tem ſponſalitiæ largitatis : vel quia, ut di-
ſcurrit Sanchez *d. l. n.* 4. ſponſa ruborem ac
verecundiam per oſculum ſponſi patitur ;
vel quia, ut loquitur Roſignolo ſub *d. n.* 5.
ſponſa per impreſſionem oſculi moralem
quandam fœditatem, ratione cujus non tam
opportunè poteſt nubere, contrahit ; vel
quia, ut diſſerit Magnif. D. P. König ad *cit. tit.*
*de Donat. inter vir. & uxor. p.* 1. *n.* 10 ex ſevera
Romanorum gravitate oſcula pertinent ad
53conjugalem licentiam. Diverſum obti-
net in ſponſo, qui res, à ſponſa ſibi donatas,
quoad dimidiam partem non lucratur, licèt
oſculum intervenerit *d. l. ſi à ſponſo* 16. *in fin.* eò
quòd Authores Juris noſtri crediderint, ſpon-
ſum ex oſculo ſponſæ detrimentum aut diffi-
cultatem aliquam non ſentire. Roſignolo
ſub *cit. n.* 5.
Idem, quod de oſculo dictum, à Sanchez54
*diſp.* 19. *n.* 5. & Roſignolo *d. n.* 5. extenditur
ad copulam, utpote quæ privativè ſpectat ad
jus conjugale, majoremque longè verecun-
diam & notam, quàm oſculum, cauſat. Ve-55
rùm, ſi ſolus amplexus interceſſerit, tunc, quia
virginalis pudor in communi hominum æſti-
matione tantoperè non delibatur, lucrum
dimidiæ partis *cit.* Sanchez *diſp.* 18. *n.* 8. &
Roſignolo *pranot.* 4. *num.* 5. non agno-
ſcunt.
Quæſtio ſupereſt : utrùm, quod dictum eſt56
in hoc §. de reſtitutione Sponſalitiæ largita-
tis, & in §. priori de arrhis reſtituendis, locum
habeat in foro conſcientiæ ante omnem ſen-
tentiam? Ubi, diſſimulatis aliorum ſenten-
tiis, quas ſtudioſè cum ſuis argumentis refert
Clariſſ. P. Schmalzgrueber ad *tit. de Sponſalib.*
*n.* 134. & *ſeqq.*
Reſp. I. reſtitutionem Sponſalitiæ largi-
tatis, nec non arrharum quoad ſimplum vel
rem ipſam, ante omnem ſententiam in con-
ſcientia ſtringere. Ratio videtur obvia :
quia, ſi Matrimonium ex culpa accipientis
non ſequatur, reſolvitur titulus accepitionis,
& parit obligationem, rem, ſinè cauſa deten-
tam, ſuo domino reſtituendi.
Reſp. II. quoad exceſſum, duplum ſcili-57
cet, triplum, aut quadruplum, obligationem
reſtitutionis ſtringere quidem in conſcientia
ante ſententiam, ſed in illa tantùm hypotheſi,
ubi præceſſit exactio partis. Covarruv. *p.* 2.
*de Sponſalib. cap.* 6. §. 8. *n.* 11. Gutierrez de
*Matrim. cap.* 18. *n.* 19. Ratio eſt : quia,
tametſi obligatio ſolvendi pœnam, à Jure
conſtitutam, alioquin ante ſententiam non
urgeat ; obligatio tamen quoad duplum v. g.
aut triplum in arrhis, præſuppoſitâ partis
exactione vel ideò mox urget, quòd prove-
niat ex conventione partium, expreſsâ vel
tacitâ ; notum verò ſit, præſtationes alias, ex
conventione debitas, ſaltem poſt exactionem
creditoris eſſe ſolvendas, ulteriori Judicis
ſententiâ non exſpectatâ. Quæ ipſa
reſponſio poteſt accommodari pœnæ con-
ventionali, in anteced. *cap.* à *n.* 141. expo-
ſitæ.

# CAPUT V.
## *De Modis, quibùs Sponſalia diſſolvuntur,*

SPonſalibus contrarii ſunt Modi, quibùs diſſolvuntur. Ex his quidam faci-
unt, ut Sponſalia ipsô Jure ſolvantur ; alii verò ſolummodò ſponſis dant fa-
cultatem, à Sponſalibus, ſi ipſis placuerit, reſiliendi. De utriſque in duabus
ſectionibus diſſeremus.

# SECTIO I.

## *De Modis, quibus Sponſalia ipsò Jure diſſolvuntur.*

### SUMMARIA.

1. *Sponſalia mutuò conſenſu diſſolvuntur.* 2. *& ſeqq. Etiamſi jurata fuerint.* 5. *Aut votum annexum habuerint.* 6. *Aut authoritas Eccleſiaſtica defuerit.* 9. *& ſeq. Niſi aliud obtineat de conſuetudine.* 11. *& ſeqq. Ex aliis etiam cauſis, ſi Sponſalia diſſolvantur, non eſt opus authoritate Eccleſiæ.* 14. *& ſeqq. Solvuntur contraria.* 17. *Additur limitatio, ſi cauſa ſit dubia.* 18. *Aut ſcandalum non timeatur.* 19. *& ſeq. Sponſalia ſolvuntur per Matrimonium.* 21. *& ſeq. Defenditur ſententia, quòd Sponſalia tantùm ſopiantur, non autem penitus extinguantur.* 25. *& ſeqq. Rationes oppoſitæ diluuntur.* 34. *Sponſalia præterea ſolvuntur per profeſſionem Religioſam.* 35. *& ſeq. Etiamſi jurata ſint.* 37. *Explicatio* cap. 16. h. t. 38. *& ſeqq. Referuntur variæ ſententiæ in quæſtione: num Sponſalia per ſolum ingreſſum in Religionem ſolvantur?* 41. *& ſeqq. Eligitur, & roboratur ſententia negativa.* 46. *& ſeq. Objectio removetur.* 48. *& ſeqq. Proponitur opinio, quæ docet, Sponſalia per ſimplex votum caſtitatis diſſolvi.* 52. *& ſeq. Tenetur, & roboratur opinio contraria.* 54. *& ſeqq. Reſpondetur ad rationes opinionis prioris.* 60. *Pars non-vovens habet ſufficientem cauſam à Sponſalibus diſcedendi.* 61. *& ſeq. Oſtenditur, quid faciendum, quando ſponſa poſt Sponſalia fuit corrupta.* 63. *Sponſalia ſolvuntur per ſuſceptionem SS. Ordinum.* 64. *Secundùm aliquos licitè ſuſcipiuntur.* 65. *& ſeqq. Secundùm alios illicitè.* 69. *Sponſalia ſolvuntur per ſubſequens impedimentum dirimens.* 70. *& ſeqq. Pars, quæ cauſavit culpabiliter impedimentum, diſpenſationem procurare obſtringitur.* 75. *& ſeq. Impedimentum impediens non obſtat Sponſalibus antecedentibus.* 75. *Sponſalia ſolvuntur per lapſum diei.* 76. *& ſeq. Qui duplici modò adjicitur.* 78. *Quando adjicitur tanquàm terminus à quo, non dirimit Sponſalia.* 79. *& ſeq. Quando adjicitur tanquàm terminus ad quem, & ſine utriusque culpa elabitur, Sponſalia utrinque ſolvuntur.* 81. *Uti & quando pars utraque eſt culpabilis.* 82. *& ſeq. Quando pars una tantùm in culpa eſt, tantùm illa remanet obligata.* 84. *& ſeqq. Oppoſitio contra priorem reſolutionem enervatur.* 87. *& ſeq. Altera oppoſitio contra poſteriorem reſolutionem perimitur.*

## §. I.

### *De Mutuo conſenſu.*

1 I. MOdus, quô Sponſalia diſſolvuntur ipsô Jure, eſt mutuus conſenſus, vel potiùs diſſenſus: nihil enim tam naturale cenſetur, quàm contractum, mutuô conſenſu colligatum, mutuô conſenſu vel diſſenſu rurſus diſſolvi *cap. omnis 1. de R. J. l. nihil 35 ff eòd.*

2 Hocque verificatur I. tam in Sponſalibus, ſimpliciter initis, quàm juratis: juramentum enim non immutat naturam contractûs, ſed robur tantummodò contractui ſuperaddit, & quidem in gratiam contrahentium, qui favori ſuo, ſi velint, renuntiare non prohibentur *arg. cap. ex adminiſtrationis 1. cap. quemadmodùm 25. de Jurejur. l. penult. Cod. de Pact.* Sanchez de *Matrim. lib. 1. diſp. 52. n. 6.* &, hôc teſte, ferè omnes.

3 Nec refragatur *cap. præterea 2. h. t.* ubi ſtatutum eſt, quòd illi, qui *Matrimonio contrahendo purè & ſinè omni conditione fidem dederunt* (intellige juratam) *commonendi ſint, & modis omnibus inducendi, ut præſtitam fidem ſervent.*
4 Nam, ut aliorum reſponſiones præteream, ex ipſo contextu *cap.* ſatis arguitur, conſenſum in diſſolutionem Sponſalium utrinque non interveniſſe, ſed, ut amat fieri, unam partem contrahentium noluiſſe ſtare contractui, quamvis altera contractûs executionem petierit: hinc diſſolutionem Sponſalium S. Pontifex tantùm in *patientia tolerari* decrevit, ne ſcilicèt, ſi pars renitens & repugnans cum altera conſentiente Matrimonium contrahere cogatur, aliquid *deterius contingat.*

Verificatur II. tametſi Sponſalibus votum 5 acceſſerit, modô, in *cap. 3. n. 113.* explicatô: DEUS etenim votum, in gratiam hominis redundans, nec aliter nec diutiùs acceptat, quàm ſi homo ratum & gratum habuerit. Sanchez *d. l. n. 8.* Roſignolo *de Sponſal. II. prænot. 14. n. 4.* P. Wieſtner *h. t. num. 49.* P. Kugler de *Sponſalib. p. 3. §. 1. num. 7.* & alii communiter contra nonnullos, ab eodem Sanchez citatos.

Verificatur III. quamvis per copulam ſub- 6 ſequentem Sponſalia fuerint confirmata, prout à Sacra Congregat. declaratum refert Pignatell. *to. 9. conſult. 133. num. 45.* Cùm 7 enim Sponſalia per copulam carnalem poſt Trident. Concil. non ampliùs tranſeant in Matrimonium, majorem vim aut inſolubilitatem non conſequuntur, quàm antecedenter habuerint. P. Kugler *cit. l. n. 6.*

Verificatur IV. etiam tunc, quando con- 8 trahentes authoritate ſolùm privatâ, ſinè approbatione Judicis Eccleſiaſtici, in diſſolutionem conſentiunt: nam, quia Judicis Eccleſiaſtici authoritas non requiritur ad contractum ſponſalitium; ad diſtractum quoque non eſt neceſſaria. P. Reiffenſtuel ad *h. t. num. 208.* Qui tamen cum aliis advertit, in multis locis 9 conſuetudine vel ſtatutô receptum eſſe, ut Sponſalia, publicè contracta, vel poſteà ſal-

tem



tem publicata, non diſſolvantur, quin deſuper in Judicio Eccleſiaſtico cauſæ cognitio præ-
10 ceſſerit. Imò in Diœceſi Conſtantienſi ſub caſu reſervato prohibitum eſſe, ne publicorum Sponſalium diſſolutio propriâ authoritate fiat, perhibet Gobat *Theol. experiment. tract. 10. de Sponſal. n. 262.*

11 Quæres: utrùm, ſi Sponſalia diſſolvantur ex aliis cauſis, cognitio vel decretum Judicis Eccleſiaſtici deſideretur?

Reſp. quòd, ſi cauſa ſit certa & indubitata, contrahentibus per ſe loquendô ſit liberum,
12 etiam propriâ authoritate recedere. Sic contra Innocentium docent Sanchez *d. lib. diſp. 69. n. 3.* Gutierrez *de Matrim. cap. 35. n. 4.* Pontius *cap. 58. n. 8.* P. Engel *h. t. §. 3. n. 12.* P. König *ib. n. 80.* P. Wieſtner *num. 123.*
13 Ratio eſt: quia, dum cauſa diſſolutionis eſt certa, Sponſalia non manent obligatoria: ideòque non minùs à Sponſalibus, quàm aliô contractu non obligatorio, privatâ authoritate licet recedere.
14 Equidem in Matrimonio receſſus privatus non eſt conceſſus, eſto cauſa recedendi ſit liquida *cap. porro 3. de Divort.* Sed hoc ideò: quia Matrimonium eſt contractus, ex ſua natura inſolubilis: indeque non videbatur expediens, ut in poteſtate ſit partium, proprio motu à ſtatu tam arctè obligatorio reſilire. Et licèt in *cap. de illis 7. de Deſponſat. impub.* in 15 diſſolutione Sponſalium, ab impuberibus contractorum, de judicio Eccleſiæ fiat mentio; non tamen exprimitur neceſſitas, Eccleſiæ judicium exquirendi. Minùs id expri- 16 mitur in *cap. ſæculares 1. XXXIII. q. 2. cap. duo pueri 12. eòd.* cùm uterque textus loquatur de Sponſalibus de præſenti, non de futuro.

Dixi: *ſi cauſa ſit certa & indubitata.* Siqui- 17 dem in dubio nec ſibi quis jus dicere, nec alteri jus ſuum auferre permittitur, uti nobiſcum tradunt Aa. in *n. 12.* allegati. Dixi 18 præterea: *per ſe loquendô.* Per accidens enim ratione ſcandali, quod ſuboriri poteſt, quando Sponſalia ſunt publica, & cauſa diſſolutionis eſt occulta, iidem Aa. cum Boſco de *Matr. diſp. 11. ſect. 2. con. 11. n. 175.* expoſcunt judicium Eccleſiæ.

## §. II.

### *De Matrimonio.*

19 II. MOdus, quô Sponſalia diſſolvuntur ipsô Jure, eſt Matrimonium. Quantumvis enim is, qui Sponſalia contraxit cum una, non tantùm non poſſit alia cum alia contrahere Sponſalia de futuro, ſecundùm dicta in *cap. 3. à n. 38.* ſed etiam Sponſalia de
20 præſenti ſeu Matrimonium: attamen diſpar eſt ratio Sponſalium de futuro, & Sponſalium de præſenti ſeu Matrimonii: illa ſiquidem, cùm ſolummodò jus ad rem producant, contrahuntur invalidè; hæc, cùm jus in re producant, quod fortius eſt jure ad rem, tantùm illicitè non autem invalidè contrahuntur. Textus in *cap. ſicut ex literis 22. cap. ſi inter 31. h. t. cap. duobus 1. de Sponſa duor.*

21 Cùm autem accidere poſſit, ut ſponſa ſecunda, de præſenti ducta, moriatur, aut Matrimonium ex alia cauſa ſolvatur, antequàm ſponſa prima de futuro ad alia vota tranſeat: hinc emergit dubium non leve, num priora Sponſalia de futuro penitus extinguantur, ut nulla prorſus obligatio remaneat; an verò tantùm ſuſpendantur & ſopiantur, donec per Matrimonii diſſolutionem recurrat facultas
22 ducendi primam? Priora Sponſalia prorſus extingui, tenent Sanchez *d. lib. 1. diſp. 48. n. 3.* Roſignolo de *Sponſal. II. prænot. 6. num. 8.* P. Pirhing ad *h. t. n. 59.* & alii non pauci. Sed, quòd Sponſalia tantùm ſuſpendantur, meliori jure poſt Pontium *lib. 12. de Matrim. cap. 13. num. 4.* concludunt Clariſſ. DD. Anteceſſores & reſpectivè Collegæ P. König ad *h. t. n. 26.* P. Ebberth *ſelect. controv. 24. n. 3.* D. Franz ad *tit. Inſtit. de Nupt. p. 1. num. 22.* conſentientibus P. Wex *de Sponſal. p. 1. §. 7. num. 13.* P. Wieſtner *ib. num. 100.* Reverendiſſ. DD. Guetrather
23 *Inſt. Jur. Can. lib. 2. tit. 10. n. 29.* Ratio eſt: quia, qui contraxit legitimè Sponſalia cum una, tantam non habet poteſtatem, ut poſſit ab obligatione, quâ tenetur ſponſæ primæ, ex arbitrio proprio ſe eximere. Et licèt à Jure ſuſtineatur Matrimonium, de præſenti cum alia contractum, non tamen extinguitur obligatio priorum Sponſalium, utpote quæ compoſſibilis eſt cum Matrimonio, ſuumque effectum poteſt conſequi, quando Matrimonium cum ſecunda diſſolutum fuit. Con- 24 firmatur: quia, ſi quis duobus eandem rem vendat, & emptori ſecundo tradat, jus primi emptoris non extinctum, ſed tantùm eſt ſuſpenſum, usque dum res vendita redeat in poteſtatem venditoris *arg. l. quoties 15. Cod. de R. V.* ubi ſolùm dicitur, quòd ſecundus emptor ſit *potior* primô; non autem, quòd jus emptoris primi ſit extinctum. Ergo idem dicendum in Sponſalibus de futuro & de præſenti, quæ cum duabus ineuntur.

Nec obſtat I. quòd in *cap. ſicut ex literis 22.* 25 *h. t.* aſſeratur, *fidem* primorum Sponſalium *irritam fieri.* Aliud enim eſt, fidem irritam fieri; aliud, Sponſalia prorſus irritari. Ir- 26 rita fides redditur, quando violatur, aut obex culpabiliter ponitur, quò minùs ſervari poſſit; idque contingit in hypotheſi. Irritantur prorſus Sponſalia, quando eorundem obligatio tollitur ex toto; quod in præſenti accidere, negamus.

Nec obſtat II. quòd, ſi ſervus v. g. per 27 ſtipulationem ſit promiſſus, & poſteà manumiſſus, promiſſio, cùm adimpleri non poſſit, penitus extinguatur, nec reviviſcat, etiamſi ſervus denuò redigatur in ſervitutem *l. inter ſtipulantem 83. §. 5. ff. de V. O. l. qui res 98. §. 8. ff. de Solutionib.* Reſp. enim dupli- 28



citer

citer I. quòd ſtipulatio ſit contractus ſtricti
Juris, proindeque ſemel in actu ſecundo
impoſſibilis facta, nunquam non talis & im-
poſſibilis maneat; ſecus eſt de Sponſalibus,
quæ numerantur inter contractus bonæ fi-
29 dei. Reſp. II. quòd ſervus manumiſſus
ſtatum totaliter mutet, & alia perſona in con-
ſideratione civili reddatur; ut mirum non
ſit, obligationem de præſtatione hujusmodi
ſervi omninò perimi: non ita in Matrimo-
nio, quod novum ſtatum aut diverſitatem
perſonæ in conſideratione civili non inducit;
indeque nec tollit obligationem, ex priori-
bus Sponſalibus oriundam.
30 Nec obſtat III. quòd, ſi quis votum emi-
ſerit, ingrediendi Ordinem ſtrictiorem, &
profeſſionem fecerit in Ordine mitiori, vo-
31 tum antecedens ex integro tollatur. Nam
exinde non licet argumentari, quòd etiam
Sponſalia per Matrimonium ex integro tol-
lantur: quia per votum ſolenne, tanquàm
opus melius & perfectius, ſatisfit DEO, cui
factum eſt votum ſimplex; per Matrimoni-
um autem, cum ſecunda contractum, non
ſatisfit ſponſæ primæ, cui fides antecedenter 32
eſt data. Poſſemus majori cum fun-
damento paritatem ex voto ſumere pro no-
bis, & dicere, quòd, cùm votum ingrediendi
Religionem non extinguatur per Matrimo-
nium poſteà contractum, nec Sponſalia
per Matrimonium ſubſequens extinguan-
tur.
Nec obſtat IV. quòd noſtra ſententia fo- 33
veat periculum voti captandæ mortis, qua-
tenùs prior ſponſa, dum ſibi jus aliquod ad
Matrimonium ſupereſſe novit, nil magis ap-
petet, quàm ut Matrimonium cum ſponſa
poſteriore per illius mortem diſſolvatur.
*Etenim merè per accidens eſt, quòd ſponſa
prior appetat mortem ſponſæ poſterioris;
nec propterea jus, priori ſponſæ antece-
denter acquiſitum, auferri vel infringi debet.

## §. III.

### *De Profeſſione Religioſa.*

34 III. MOdus, quò Sponſalia diſſolvuntur,
eſt profeſſio, in Ordine quodam
approbato emiſſa: cùm enim profeſſio Reli-
gioſa tam potens & efficax ſit, ut ipſum Ma-
trimonium ratum dirimat *cap. ex publico 7.* &
paſſim de *Converſ. conjugat.* poterit à fortiori
dirimere Sponſalia de futuro, quibus ea cen-
ſetur ineſſe conditio, quòd obligatoria ſint,
niſi ſtatus Regularis fuerit electus.
35 Non ignoro, quibusdam placere differen-
tiam inter Sponſalia ſimplicia & jurata, & ab
illis doceri, quòd, ſi Sponſalia fuerint jura-
mentô firmata, priùs oporteat contrahere
Matrimonium, & poſteà Religionem intrare
propter textum in *cap. commiſſum 16. h. t.* ibi:
*tutius eſt ei, Religione juramenti ſervatâ, priùs
contrahere, & poſteà, ſi elegerit, ad Religionem in-*
36 *trare.* At ſententia veriſſima, ut ait
Sanchez *d. lib. 1. diſp. 43. num. 3.* diſtinctio-
nem inter Sponſalia ſimplicia & jurata repu-
diat: eò quòd juramentum ſequatur natu-
ram actûs, cui adjungitur; & conſequenter,
ſicut Sponſalia cenſentur habere imbibitam
conditionem, *niſi ſtatus Regularis fuerit electus;*
ita & juramentum, quod non infringitur,
quando in melius commutatur *cap. pervenit. 3.
de Jurejur.*
37 Ad textum in *cit. cap.* Reſp. cum Sanchez
*n. 5.* eum, qui jurata Sponſalia contraxerat,
nondum de Religionis ingreſſu deliberâſſe,
veluti colligitur ex verbis *& poſteà, ſi elege-
rit &c.* quæ idem inſinuant, ac ſi nondum
animô ſtatuiſſet: & ideò à Pontifice pruden-
ter fuiſſe reſponſum, ut, cùm tempus implen-
di Sponſalia urgeret, ob periculum perjurii
ſtatim Matrimonium contrahatur.
38 * Diſceptatur autem I. an Sponſalia per ſo-
lum ingreſſum in Religionem, profeſſione
quoque non ſecutâ, dirimantur? Video hic
tres ſententias diſſormes. I. abſolutè ne-
gat, cui favere dicitur S. Thomas *4. diſt. 27.
q. 2. art. 3. ad 1.* Richardus, Durandus, Ve-
racrux, Armilla, & alii, quos citat Sanchez *d.
lib. 1. diſp. 42. n. 1.* II. abſolutè affir- 39
mat, quam apertè tuentur Sylveſter *V. Spon-
ſalia q. 10. caſu 2.* Sanchez *d. l. n. 5.* Roſignolo
*de Sponſal. II. prænot. 3. n. 2.* & alii, ab his citati.
III. & hodie valde communis diſtinguit, ac 40
ſponſalitiam obligationem non ex parte in-
gredientis, ſed tantùm ex parte remanentis
in ſæculô tolli, propugnat; eamque tenent
Pontius *lib. 12. cap. 10. num. 4.* P. Engel ad *h.
t. §. 3. n. 7.* P. Pirhing *ibid. n. 50.* P. Wieſtner
ad *tit. Qui Clerici vel vov. num. 31.* P. Kugler
*de Sponſal. p. 3. §. 2. n. 31. & ſeq.*
Ego cum Covarruv. in *4. Decret. de Sponſal.* 41
*p. 1. cap. 5. n. 11.* primæ primas defero, & de-
fendo, quòd obligatio ſponſalitia maneat ex
parte utriusque. Quoad ingredientem fa-
cilè cum Authoribus tertiæ ſententiæ probo;
quia per ſolum ingreſſum non cenſetur fuiſſe
ſæculo mortuus, aut ſtatum incompatibilem
aſſumpſiſſe, ſed tantùm probationem feciſſe,
num ſtatus Regularis quàm conjugalis magis
expediat: unde, cùm rurſus egredi, & ſtatum
conjugalem eligere poſſit, obligatio, pro
priori contracta, non immutatur. Quoad 42
remanentem in ſæculo idipſum ſolidè proba-
tur. Inprimis enim non tenetur jus præ-
habitum abdicare; nec etiam, ſi velit, obli-
gationem, quâ adſtringitur ingredienti, ex-
cutere poteſt: quippe cùm ingrediens utatur
libertate, ſibi conceſſâ, & conſequenter jure
ſuo privari non debeat. Deinde con- 43
trahentes ſciunt, vel ſcire debent, Sponſali-
bus ineſſe conditionem, *niſi Religionem intra-
vero.* Ergo ſi pars alterutra Religionem in-
tret, præſumitur altera conſentire, ſalvâ in-
terim manente obligatione, donec emittatur
profeſſio. Adhæc ſolus ingreſſus in 44
Monaſterium



Monaſterium non ſolvit Matrimonium, ne-
que ex parte ingredientis, neque ex parte
remanentis in ſæculo: quia ſcilicèt necdum
aſſumitur ſtatus incompatibilis: pariter ergo
ſolus ingreſſus in Monaſterium non ſolvit
Sponſalia de futuro, dum etiam ſtatus incom-
45 patibilis ex *num. 41.* non aſſumitur. Hinc
eſt, quòd argumentum illud, ab Authoribus
ſecundæ ſententiæ moveri ſolitum, quòd
ſcilicèt, profeſſio Religioſa ſolvat ipſummet
Matrimonium, & per conſequens novitiatus
ſolvat Sponſalia de futuro, firmô pede non
ſubſiſtat: cùm enim obligatio ſponſalitia cum
novitiatu non ſit incompoſſibilis, novitiatus
ex natura ſua non poteſt obligationem ſpon-
ſalitiam tollere.
46 Neque reponas: per ingreſſum in Ordi-
nem Religioſum notabilem mutationem ac-
cidere, nec poſſe regreſſum ad ſæculum abs-
que nota inſtitui: ut adeò pars remanens
habeat ſufficientem cauſam, à Sponſalibus, ſi
voluerit, recedendi. Nam contra eſt:
47 partim quòd ſolus ingreſſus ex eo capite
non poſſit infringere Matrimonium: partim
quòd iſta mutatio vel antecedenter fuerit
præcognita, vel præcognoſci debuerit: par-
tim quòd homines prudentes, cùm ſciant,
novitiis regreſſum ad ſæculum eſſe libe-
rum, non ſoleant ex regreſſu ſcandalum ſu-
mere.
48 Diſceptatur II. an Sponſalia per ſubſequens
votum caſtitatis ſimplex diſſolvantur? Affir-
mativa ſuadetur ab Antonio de Butrio ad *cap.
veniens 5. Qui Clerici vel voveant.* Pontio de
*Matrim. lib. 12. cap. 12. n. 4.* & aliis, quos citat
Sanchez *d. l. 1. diſp. 46. n. 8.* Pro quibus
49 in ſpeciem facit I. textus in eodem *cap.* ubi
fœminæ, quæ votum continentiæ poſt Spon-
ſalia edidit, nubendi licentia diſpenſativè con-
50 ceditur. II. quia Sponſalibus ex *n. 43.*
ineſt conditio: *niſi meliorem ſtatum elegero;*
ſtatus autem cælibatûs & continentiæ eſt
evidenter melior ſtatu matrimoniali juxta
Trident. *ſeſſ. 24. de Sacram. Matrim. can. 10.*
51 III. quia ex hactenus dictis, poſt Sponſalia
jam contracta, licet eligere ſtatum Religio-
ſum. Ergo etiam ſtatum cælibatûs: nam
*promiſſum non infringit, qui in melius illud com-
mutat. cap. pervenit 3. de Jurejur.*
52 Negativa probatur à pluribus, Sanchez *cit.
l. n. 10.* P. Engel ad *h. t. §. 3. n. 8. in f.* P. Kö-
nig ad *tit. de Matrimonio contr. contra interd.
num. 6.* P. Wieſtner ad *cit. tit. Qui Clerici
vel vov. n. 62.* P. Kugler de *Sponſalib. p. 3. §. 2.*
53 *a num. 45.* Ratio concludens eſt: quia
votum non obligat in præjudicium & inju-
riam tertii; prout videmus non tantùm in
aliis votis, ſed etiam in ipſo voto caſtitatis,
quod conjuges poſt Matrimonium contractû
eatenùs ſolùm emittere poſſunt, quatenùs
alteri non præjudicat, id eſt, ut vovens debi-
tum petere non valeat, quantumvis id red-
dere teneatur: nec enim Benigniſſimus
DEUS acceptat votum rei illicitæ, vel jus ter-
tii cupit evertere. Atqui votum continen-
tiæ, poſt Sponſalia emiſſum, vergit utique in
præjudicium & injuriam ſponſæ, ſi, ut ſup-
ponitur ex adverſo, Sponſalia perimat. Er-
go &c.
Ad textum in *cap. veniens* Reſp. ibidem fœ- 54
minæ nubendi licentiam diſpenſativè non
concedi cum viro, quocum Sponſalia fuerant
contracta, utpote qui Matrimonium cum alia
perſona contraxerat; ſed cum alio viro, re-
ſpectu cujus votum caſtitatis poſuit impedi-
mentum impediens, ac faciens, ne Matrimo-
nium licitè contrahatur. Textus itaque
magis indicat, Sponſalia antecedentia per
votum extincta non fuiſſe, quatenùs ſupponit,
ſponſalitiam obligationem per ſolum Matri-
monium fuiſſe ſublatam.
Ad II. Reſp. nimiùm exinde probari, quòd 55
nempe Matrimonium ratum & conſumma-
tum per votum continentiæ dirimantur, dum
ſtatus cælibatûs, ad quem votum dirigitur,
conjugali perfectior eſt. Quare negandum
eſt, Sponſalibus generatim ineſſe hanc condi-
tionem: *niſi ſtatum meliorem elegero,* dum id
verum eſt de ſolo ſtatu Religioſo, cui ob ſin-
gularem favorem & præeminentiam Jura ma-
nifeſtè indulgent, & ſponſis etiam de præſenti
concedunt facultatem, ad Ordinem Religio-
ſum ſe conferendi *cap. verùm 2. cap. ex publico
7. de Converſ. conjugat.*
Ad III. eruitur diſparitas ex primùm di- 56
ctis: quia, quòd Religionem poſt Sponſalia
liceat ingredi, expreſsè concedunt Jura pro-
pter Religionis eximium favorem; at propter
votum caſtitatis nullibi permittunt. Nec 57
enim univerſim applicari poteſt axioma ex
*cap. pervenit 3. de Jurejur.* quòd propoſitum
non infringat, qui in melius illud commutat,
ſed tantùm in obligatione, quæ fit principa-
liter DEO, qui promiſſiones noſtras non ali-
ter acceptat, niſi quatenùs ſtatui meliori vel
perfectiori non ponunt impedimentum. At 58
promiſſiones, proximo factas, tam firmas eſſe
voluit, ut promittentis arbitrio non relin-
quat, in præjudicium & injuriam promiſſarii
id, quod promiſſum eſt, ad alium & meliorem
uſum deſtinare. Nam, qui Titio pro- 59
mittit 100. aureos, non poteſt illos, invitô
Titiô, poſtmodùm in pauperes erogare, vel
in aliud opus pium collocare: quia Titius ha-
bet jus prælationis, quod DEUS, juris & ju-
ſtitiæ tenaciſſimus, nec ipſemet vult eripere,
nec ab alio ſinit eripi.
Interim in omni ſententia certum aſſeve- 60
rat Sanchez *d. diſp. num. 5.* quòd pars illa, quæ
caſtitatem non vovit, aut vovere cupit, legi-
timam cauſam habeat, ob votum alterius à
Sponſalibus recedendi: quia pars vovens,
quantum eſt ex ſe, non ſolùm Sponſalibus
renuntiâſſe videtur, ſed etiam notabilem mu-
tationem ſubiiſſe, quatenùs in Matrimonio,
poſteà contrahendô, non ampliùs petere ſed
tantùm reddere poteſt debitum.
Diſceptatur III. utrùm, qui ſponſam, poſt 61
contracta Sponſalia corrumpit, adhuc Reli-
gionem poſſit ingredi? Sanchez *d. l. 1. diſp.*

44. *n.* 3. Leſſius *de J. & J. lib.* 2. *cap.* 10. *dub.* 4. Roſignolo *de Sponſalib. II. prænot.* 3. *n.* 7. re-
62ſpondent negativè. Rationem dant: quia moraliter loquendò nequit aliter injuriam reſarcire, dum aliud pro alio invito creditori non poteſt obtrudi. Sed, cùm fieri poſſit, ut corruptio maneat occulta, ceſſabit tunc allata ratio, & in conformitatem doctrinæ, ſuperiùs in *cap.* 3. *à n.* 76. expoſitæ, corruptor ingredi Religionem non prohibebitur.

## §. IV.

### *De Suſceptione Ordinum.*

63IV. MOdus, quò Sponſalia diſſolvuntur, eſt ſuſceptio Ordinum, non quidem Minorum (hi enim cum ſtatu Matrimoniali ſunt compatibiles. Sanchez *d. l. diſp.* 47. *n.* 1.) ſed Majorum: cùm enim Ordines Majores ponant impedimentum dirimens Matrimonii futuri *Extrav. antiqua Joannis XXII. de Voto & Voti redempt.* utique ſponſalitiam obligationem, antecedenter contractam, omninò perimunt.

64 Ambigitur tamen, an ſponſus, diſſentiente vel ignorante ſponſâ, licitè promoveatur ad Ordines Majores? Sunt, qui tenent affirmativam ex ea ratione, quòd, diſſentiente vel ignorante ſponsâ, liceat emittere votum ſolenne caſtitatis in profeſſione Religioſa ex *num.* 34. adeóque non minùs liceat, diſſentiente vel ignorante ſponsâ, votum ſolenne caſtitatis in ſuſceptione Sacrorum Ordinum emittere: perinde enim in Ordinum ſuſceptione, quàm Religioſa profeſſione, ſtatus melior aſſumitur. Ita Layman *Theol. Moral. lib.* 5. *tr.* 10. *p.* 1. *cap.* 2. *n.* 7. Gobat *Theol. experim. tr.* 10. *de Sponſal. n.* 319. Pontius *d. lib.* 12. *de Matr. cap.* 11. *n.* 3.

65 At potiores ſunt, qui tenent negativam. Ratio eſt: quia ex natura rei Sponſalia non habent annexam conditionem, niſi ſtatus Clericalis per Ordinum ſuſceptionem fuerit aſſumptus: alioquin Sponſalia haberent etiam annexam conditionem, niſi ſtatus Cælibatûs fuerit aſſumptus contra *n.* 52. Nec etiam 66
ex diſpoſitione Juris hujusmodi conditio Sponſalibus ineſt: quin potiùs, ſicuti Jura prohibent, ne SS. Ordines poſt Matrimonium ratum ſuſcipiantur per *cit. Extrav. antiqua Joannis XXII. de Voto & Voti redempt.* ita per conſequens prohibent, ne iidem Ordines poſt Sponſalia ſuſcipiantur. Ita Sanchez *d. lib.* 1. *diſp.* 47. *n.* 2. P. Engel ad *h. t.* §. 3. *n.* 8. P. Pirhing *ib. n.* 55. P. König *ibid. num.* 66. P. Reiffenſtuel *num.* 231.

Ad rationem ex oppoſito Reſp. diſparita-67
tem jam indicatam eſſe, quòd ſcilicèt, cùm ex ſingulari Juris diſpoſitione votum ſolenne caſtitatis in Religioſa profeſſione dirimat ipſummet Matrimonium ratum, multò magis dirimat Sponſalia. At votum ſolene caſtitatis in ſuſceptione Ordinum, cùm Matrimonium ex diſpoſitione Juris non dirimat, nec dirimit Sponſalia.

Colliges: votum ſuſcipiendi Ordines Sa-68
cros, poſt Sponſalia conceptum, obligatorium non eſſe: eſt enim de re illicita, ac contra jus ſponſæ; eáque propter vinculum obligationis non inducit ex *n.* 57. & *ſeqq.*

## §. V.

### *De Impedimento ſuperveniente.*

69V. MOdus, quò Sponſalia diſſolvuntur ipsò Jure, eſt impedimentum dirimens, quod ſupervenit contractis Sponſalibus: ex quo enim Matrimonium in ſimili caſu inter perſonas impeditas conſiſtere nequit, obligatio, ex Sponſalibus præcedentibus nata, exſpirat per *cap. ex literis* 8. *de eo qui cognovit*
70*conſang. uxor.* Num verò Sponſalia ſolvantur ex parte utriusque, vel tantùm ex parte illius, qui culpâ propriâ cauſavit impedimentum? Dubiò non caret: nam, ſi ſponſus v. g. cum conſanguinea ſponſæ in primo vel ſecundo gradu fuerit fornicatus, atque adeò per delictum incurrerit impedimentum affinitatis cum ſponſa, certum equidem eſt, quòd ſponſa non ampliùs ſit obligata ad ſpon-
71ſum ducendum: at non æquè certum, an ſponſus non eatenùs maneat obligatus, ut diſpenſationem ſuper impedimento ad inſtantiam ſponſæ teneatur procurare? Credibilius tamen exiſtimo, quòd teneatur. Roſignolo *de Sponſalib. II. prænot.* 7. *n.* 3. König ad *h. t. n.* 67. Wieſtner *ibid. n.* 103. quibus conſentit Sanchez *d. l.* 1. *diſp.* 56. *n.* 4. ſi diſpenſatio magnis impenſis non egeat. Ra-72
tio eſt: quia, ſi ſponſus v. g. per delictum ſuum cauſaverit impedimentum, utique tenetur ex juſtitia, quantum eſt in ſe, impedimentum removere. Hoc autem fieri poteſt, ſi diſpenſationem petat. Ergo &c.

Aliud dubium eſt: utrùm per impedimen-73
tum impediens ſolvantur antecedentia Sponſalia? Ubi

Reſp. cum Sanchez *d. l. n.* 3. Roſignolo *n.* 2. negativè. Ratio eſt: quia vel impe-74
dimentum illud eſt ex delicto, vel ſinè delicto. Si primum; non potuit jus, parti innocenti per Sponſalia comparatum, per alterius improbitatem auferri. Si ſecundum; vix caſus figurari poteſt, quò impedimentum (ſi votum Religionis excipias) ſupervenire valet.

§. VI.



## §. VI.

### *De Lapſu termini, Sponſalibus adjecti.*

75VI. MOdus, quò Sponſalia ipsò Jure diſſolvuntur, eſt lapſus diei vel temporis, Sponſalibus adjecti per *cap. ſicut* 22. *h. t.* Verùm hìc cautè incedere, & diſtin-
76guere oportet. Vel enim dies adjicitur tanquàm terminus, *à quo* incipit obligatio, non quidem in actu primo (hæc quippe mox incipit, ac contractus eſt celebratus *arg.* eorum, quæ habentur in *lib III. tract. de Pact. & contract. cap.* 1. *n.* 260.) ſed in actu ſecundo, ita ut ante adventum diei non poſſit executio Sponſalium efficaciter peti, veluti ſi Sponſalia contrahantur ex calendis Septembris;
77vel dies adjicitur tanquàm terminus, *ad quem* determinatur & reſtringitur obligatio, adeò ut, poſt adventum diei, finiatur & ceſſet, ſicuti ſi contrahentes dicant, volumus, ut obligatio ſponſalitia duret usque ad calendas
78Septembris. Primò caſu non ſolvuntur Sponſalia per adventum diei, ſed potiùs efficacia redduntur ex dictis in *cit. tract. n.* 259. nam obligatio, quæ debuiſſet impleri intra certum tempus, & impleta non eſt, non ceſſat: in hoc enim ſenſu verum eſt, quòd tempus non ſit modus, finiendi obligationem.
79Alterò caſu perſpiciendum, num, elapsò terminò, Matrimonium non ponatur ex culpa, vel ſinè culpa. Si ſinè culpa; veriùs exiſtimo, quòd Sponſalia ex parte utriusque ſolvantur ipsò Jure, vel, ut Civiliſtæ loquuntur, ope exceptionis per ea, quæ concluduntur in
80*cit. tr. n.* 262. Contractus enim ex conventione legem accipiunt *cap. contractus* 85. *de R. I. in* 6. & conſequenter, ſi Matrimonium non ponatur in termino, ad quem obligatio præcedens erat reſtricta, obligatio Sponſalium ſuò effectu deſtituitur per *l. obligationum* 44. § 1. *ff. de O. & A.* Layman *Theol. Moral. cit. l.* 5. *tr.* 10. *p.* 1. *cap.* 2. *num.* 16. Boſco *Theol. Sacram. diſp.* 11. *ſect.* 2. *concl.* 2. *n.* 52. König *h. t. n.* 69. Wieſtner *ib. num.* 117. Reiffenſtuel
81*num.* 220. Si ex culpa, & quidem utriusque; cum citatis Authoribus, & Sanchez ſæpe *cit. l. diſp.* 53. *n.* 6. Roſignolo de *Sponſal. II. prænot.* 11. *num.* 4. idem eſt dicendum: cenſetur enim utraque pars mutuo tunc conſenſu à Sponſalibus, quorum terminum, finiendæ obligationi adjectum, præterlabi
82ſtudioſè permiſit, recedere. Sin autem ex culpa tantùm unius; juxta citat. Sanchez *n.* 7. Roſignolo *n.* 1. König *d. n.* 69. Wieſtner *n.* 116. Sponſalia ſolvuntur ex parte innocentis, qui culpâ vacat, non item ex parte nocentis, qui culpam admiſit per textum in ſupra *cit. cap. ſicut* 22. *h. t.* ubi non alius ab obligatione ſponſalitia liberatur, quàm ille, per quem *non ſtetit, quin ad ſtatutum terminum Matrimonium conſummaverit.* Nec etiam ſinit æquitas, ut ille liberetur, 83
qui culpabiliter impedit executionem Sponſalium, ne commodum ex delicto reportet.

Dices I. cum Sanchez *d. l. n.* 8. Roſignolo 84
*n.* 5. Pontio de *Matrim. cap.* 16. *n.* 4. contra reſolutionem *in n.* 79. *imputari non debet ei, per quem non ſtat, ſi non faciat, quod per eum fuerit faciendum cap. imputari* 41. *de R. I. in* 6. adeóque ſi per neutram partem ex contrahentibus ſteterit, quò minùs Sponſalia intra terminum præfixum ponantur, neutri aliquid imputari, & ex parte neutrius ſponſalitia obligatio diſſolvi poteſt, ſed potiùs adjectus terminus pro non adjecto habetur per *cap. cùm non* 66. *d. t. in* 6. *cap. quia diverſitatem* 5. *de Conceſſ. præb.*

Reſp. regulam allegatam dupliciter intel-85
ligi poſſe, vel, quando verſamur in materia, cui ex diſpoſitione Juris vel in ultima voluntate certum tempus eſt præfinitum; vel quando verſamur in materia, cui ex conventione partium certus terminus eſt impoſitus in ordine ad pœnam ſolvendam: tunc enim, qui ſtatutò tempore non poteſt facere, quod facere tenetur, contra diſpoſitionem Juris, voluntatem teſtatoris, aut conventionem privatam egiſſe non cenſetur. Nos 86
autem verſamur in materia, cui ex conventione partium dies eſt impoſitus ad implendam obligationem, ubi non intereſt, num obligatio in die convento non ponatur ex culpa vel ſinè culpa: quia, ut dictum in *n.* 80. contractus ex conventione legem accipiunt, & per adjectionem diei, ceu termini ad quem, reſtrictam & conditionatam obligationem habent.

Dices II. cum Boſco *cit. n.* 52. & Reiffen-87
ſtuel *n.* 221. contra reſolutionem in *n.* 82. regula, quòd contractus ex conventione legem accipiant, univerſaliter ſtringit, ſive unus tantùm in culpa fuerit, ſive uterque. Ergo Sponſalia ſolvuntur etiam ex parte nocentis, qui culpabiliter impedivit executionem Sponſalium.

Reſp. regulam illam univerſaliter ſtringe-88
re non poſſe, ſed, ne quis utilitatem ex malitia ſentiat, limitari debere, quando lex conventionis non ſervatur ex culpa unius tantùm: hic enim non poteſt alterum, qui culpabilem ſe non oſtendit, gravare, & jus ſuum eidem adimere.

# SECTIO II.

## *De Modis, ex quibus à Sponſalibus, cæteroquin validis, licet recedere.*

### SUMMARIA.

89. *A Sponſalibus licet præſenti propter alterius abſentiam recedere, quandò domicilium alibi fixit.* 90. *Idem eſt, quando diu non eſt rediturus.* 91. *Quando de hoc non conſtat, adeundus eſt Judex Eccleſiaſticus, ut abſenti certum terminum præfigat.* 92. *& ſeqq. Jus Civile in hoc poſſe non diſcordas à Jure Canonico.* 95. *Aliud eſt, ſi concurrat utriusque partis conſenſus.* 96. *Propter dolum à Sponſalibus licet diſcedere.* 97. *& ſeq. Quando eſt accidentalis, & dat cauſam contractui.* 99. *Secus, ſi ſit incidens.* 100. *& ſeq. Propter fornicationem alterius etiam innocenti reſilire conceſſum eſt.* 102. *& ſeqq. Si ſponſa vi compreſſa fuerit, ſponſus nihilominùs valet recedere.* 105. *& ſeqq. Solvuntur obſtacula.* 108. *& ſeq. Sponſæ quoque ob fornicationem ſponſi regreſſus eſt licitus.* 110. *& ſeqq. Tametſi fornicatio præceſſerit Sponſalia.* 115. *Referuntur variæ ſententiæ in illa quæſtione, quid juris, ſi pars utraque fornicetur?* 116. *& ſeqq. Receſſus utrique negatur, & probatur.* 119. *& ſeqq. Solvuntur fundamenta illorum, qui receſſum ſoli ſponſo permittunt.* 125. *& ſeqq. Afferuntur fundamenta eorum, qui receſſum utrique permittunt.* 129. *& ſeqq. Infringuntur.* 137. *& ſeqq. Propter notabilem mutationem, tempore contractûs incognitam, reſilire fas eſt.* 140. *Sive accidat in bonis corporis.* 141. *Sive in bonis animi.* 142. *Sive in bonis famæ & honoris.* 143. *& ſeq. Sive in bonis fortunæ.* 145. *& ſeqq. Proponitur duplex opinio in caſu, quo una pars evadit ditior aut honoratior.* 150. *Defenditur receſſus ex parte ditioris.* 151. *& ſeq. Inſtantia reprimitur per geminam diſparitatem.* 153. *& ſeqq. Diſceptatur, qualiter inimicitiæ vel odia dent facultatem reſiliendi?* 158. *& ſeq. Oſtenditur quô pactò de intentione interna conſtare poſſit?* 160. *Per copulam carnalem amittitur jus reſiliendi.*

## §. I.

### *De Abſentia.*

89 INter Modos, ex quibus Sponſalia non ſol-
vuntur ipsò Jure, ſed tantummodò datur
uni vel alteri facultas, à Sponſalibus, ſi pla-
cuerit, diſcedendi, recenſetur I. abſentia: ſi
enim ſponſus, invitâ vel inſciâ ſponſâ, in alie-
nas terras ſe conferat, animô mutandi do-
micilium, ſponſa, poſtquàm ea de re certior
eſt facta, facultatem habet, à Sponſalibus mox
reſiliendi, juxta luculentam deciſionem in *cap.*
90 *de illis autem* 5. *h. t.* Idem eſt, ſi ſpon-
ſus quidem non habuerit animum, domicili-
um mutandi, attamen certum ſit, quòd diu
non ſit rediturus: tunc enim facultas à Spon-
ſalibus recedendi ſponſæ non minùs compe-
tit per *cit. cap.* & rationem, quòd difficile ni-
miùm foret, ſponſam ad diuturnam exſpecta-
tionem obligare; cùm tamen ad hunc caſum,
ſi prævidiſſet, ſe probabiliùs non obligâſſet,
ne vel periculo incontinentiæ exponatur, vel
occaſionem alteri commodiùs nubendi per-
dat. P. Reiffenſtuel ad *h. t. num.* 213. *& ſeq.*
ubi ait, non eſſe diſtinguendum, an ſponſus
abſit ex cauſa voluntaria, vel neceſſaria: quia
nec *cit. cap.* nec allata ratio diſtinctionem
91 ſuffert. Quòdſi de ſponſi reditu, num
brevi ſecuturus, an diutiùs ſit differendus,
non conſtet, arbitror, à ſponſa Judicem Eccle-
ſiaſticum adeundum eſſe, ut abſenti præfigat
terminum, juxta qualitatem & conditionem
ſponſæ longiorem aut breviorem, intra quem,
ſi ſponſus non revertatur, ſponſa licentiam
habet, alia cum alio Sponſalia contrahendi.
Gonzalez ad *cit. cap. de illis n.* 3. P. Wex de
*Sponſalib. p.* 2. *contr.* 7. *n.* 7. *& ſeq.* P. Wieſtner
ad *h. t. n.* 121.
Nec reſolutionem hanc convellit, quòd in 92
Jure Civili ſponſa jubeatur exſpectare certô
tempore, nempe bienniô, ſi ſponſus intra pro-
vinciam degat, aut trienniô, ſi migraverit ex-
tra provinciam *l. ſi is* 2. *Cod. h. t. l. liberum* 2.
*Cod. de Repud.* quin & diutiùs, ſi abſentia ſit
neceſſaria *l. ſæpe* 17 *ff. h. t.* Nam, ut 93
taceam, quòd Sanchez *d. l. n. diſp.* 54. *n.* 6. cum
longo, quem texit, DD. catalogo, putet, Jus
Civile per Jus Canonicum in *cit. cap. de illis*
fuiſſe correctum; advertendum eſt, Jure Ci-
vili non præſcribi certum ac determinatum
tempus pro facultate, recedendi à Sponſali-
bus: quippe cùm ex *c.* 4. *n.* 8. & *d. l. liberum* 2.
liceat, à Sponſalibus pro libitu recedere; ſed 94
tantùm pro amiſſione vel acquiſitione arr-
harum, de quibus in *cit. tit. Cod. ſub rubrica*
*de Sponſalib.* agitur. Ita Pontius *cap.* 15.
*n.* 4. Wex *cit. l. n.* 9. Wieſtner *n.* 120.
Clariſſ. D. Franz ad *tit. Inſt. de Nupt. p.* 1. *num.*
25.
Dixi ſuperiùs: *invitâ vel inſciâ ſponſâ.* 95
Nam, ſi ſponſa diſceſſum ſponſi ſciverit, & con-
ſenſerit, tenetur exſpectare, donec ſponſus
redeat: quia, ut tritum ac triviale eſt, volenti
non fit injuria. Boſco de *Matrim. diſp.* 11.
*ſect.* 2. *concl.* 9. *n.* 131.



## §. II.

### *De Dolo.*

96 II. INter modos, ex quibus facultas reſilien-
di competit à Sponſalibus, eſt dolus, de
quo ſimili methodô diſcurrendú, ſicuti in *lib.*
*III. tract. de Pact. & Contract. cap.* 1. *à n.* 384. de
cæteris contractibus in genere diſcurrimus.
97 Nempe ſi dolus ſit ſubſtantialis; Sponſalia
ſunt ipsô Jure nulla. Si ſit accidentalis; re-
fert, an cauſam dederit contractui, veluti ſi
quis ideò contraxerit, quòd ita perſuaſus à
ſponſa crediderit, illam virginem, divitem,
aut nobilem &c. eſſe, cùm talis non fuerit;
an tantùm inciderit in contractum, veluti ſi
ſponſus contraxiſſet in allatis exemplis,
etiamſi ſciviſſet, ſponſam virginem, divitem,
aut nobilem &c. non eſſe. Priore caſu 98
Sponſalia ſunt nulla, quantùm agitur de fa-
vore decepti: eò quòd contractus bonæ fidei,
intra quorum claſſem numerantur Sponſalia,
propter ſimilem dolum in favorem decepti
cenſeantur irriti juxta *d. tract. n.* 399. Roſignolo
*de Sponſalib.* 3. *prænot.* 17. *num.* 2. Poſteriore 99
caſu Sponſalia valent utrinque, dum dolus
incidens vitiat nullum contractum, ſive ſit
bonæ fidei, ſive ſtricti Juris ex *cit. tract. n.* 396.
Sanchez *d. lib.* 1. *diſp.* 65. *n.* 2. P. König ad *h.*
*t. n.* 71.

## §. III.

### *De Fornicatione.*

100 III. INter modos, ex quibus à Sponſalibus
recedere licet, eſt fornicatio: cùm
enim ex *cap.* 4. *n.* 10. ex Sponſalibus oriatur
obligatio juſtitiæ, quæ ſpecialiter impedit, ne
contrahentes cum alia perſona commiſcean-
101 tur: hinc fornicatio præbet ſufficientem cau-
ſam, à Sponſalibus recedendi, dum illicitè
frangenti fidem per fornicationem frangitur
fides licitè per receſſum à Sponſalibus *cap.*
*quemadmodum* 25. *de Jurejur. cap. fruſtra* 75.
*de R. I. in* 6. Hic tamen aliquot quæſtiones
ſunt enodandæ.
102 Quæritur I. an, ſi ſponſa vi ab aliquo com-
preſſa fuerit, ſponſus à Sponſalibus reſilire
poſſit?
Reſponſio frequentiſſima eſt affirmativa cũ
Covarruv. *in* 4. *Decretal. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 2. San-
chez ſæpe *cit. lib.* 1. *diſp.* 55. *n.* 7. König ad *h. t.*
*ſub n.* 72. Kugler de *Sponſal. p.* 3. *q.* 6. *num.* 83.
103 D. Franz ad *tit. Inſt. de Nupt. p.* 1. *n.* 28. Ra-
tio eſt: tum quia ſponſus non obligatur,
ſponſam, ab alio contra voluntatem raptam,
ducere *cap. raptor* 33. *XXVII. q.* 2. tum quia
oppreſſio violenta ponit notabilem muta-
tionem in ſponſa, quâ præintellectâ, ſpon-
ſus eam ex judicio prudentûm non acce-
piſſet.
104 Armilla, Hugo, Roſella, & alii, quos nomi-
nat Sanchez *cit. l.* objiciunt ſequentia. I.
quòd ſponſa, vi oppreſſa, fidem, in Sponſalibus
datam, non frangat. II. quòd ſponſa rapta,
quantumvis à raptoribus ei vis illata fuerit,
ſponſo debeat reſtitui *cap. deſponſatas* 46. *d.*
*XXVII. q.* 2. III. quòd oppreſſio violenta
non faciat locum divortio conjugali *arg. cap.*
*itane* 3. & *cap. propoſito* 4. *XXXII. q.* 5.
105 Has objectiones breviter diluturus Reſp.
ad I. receſſum à Sponſalibus in noſtra quæ-
ſtione non oriri ex violatione fidei ſponſali-
tiæ, ſed potiùs ex notabili mutatione, quæ
106 non fuit antecedenter prævisa. Ad II.
Reſp. vel ibi per ſponſam intelligi ſponſam
de præſenti; vel, ſi ſponſa de futuro intelli-
gatur, illam ſponſo reddendam eſſe, ſi volue-
rit & petierit. Ad III. Reſp. ſicut ea, 107
quæ ſuperveniunt Matrimonio jam contra-
cto, non faciunt locum divortio, tametſi, ſi
prævisa fuiſſent, receſſum à Sponſalibus per-
miſiſſent; ita violentam oppreſſionem
ſponſæ, licèt divortio locum non faciat, ad
receſſum tamen à Sponſalibus ſufficere.
Quæritur II. an fornicatio ſponſi det 108
ſponſæ facultatem, à Sponſalibus recedendi?
Reſp. I. quòd, ſi fornicatio poſt Spon-
ſalia eveniat, ſponſa facultatem habeat,
æquè ac ſponſus, à Sponſalibus receden-
di, velutì pro certo ſupponit Sanchez, &
neminem, de hoc dubitantem, à ſe repertum
ſcribit *d. lib.* 1. *diſp.* 55. *n.* 4. Quam- 109
quàm enim *cit. cap. quemadmodum* 25. *de Jure-*
*jur.* tantùm loquatur de ſponſo; eadem ta-
men eſt ratio ſponſæ, cui non minùs fidem
ſponſalitiam infringit ſponſus, & ita legiti-
mam dat cauſam, infringendi fidem, ſicut ac-
cidit in adulterio poſt Matrimonium per tex-
tum in *cap. apud nos* 20. *XXXII. q.* 5. ibi: *apud*
*nos, quod non licet fœminis, æquè non licet viris, &*
*eadem ſervitus pari conditione cenſetur.*
Reſp. II. quòd, ſi fornicatio ſponſi ſit an- 110
tecedens Sponſalia, communiſſima quidem
ſententia, quam ut certam venditat Sanchez
*d. l. diſp.* 63. *n.* 7. neget facultatem ſponſæ à
Sponſalibus recedendi; mihi tamen præpla-
ceat affirmativa ſententia Navarri, quem ci-
tat Sanchez *cit. l.* Ratio eſt: quia tam 111
Sanchez quàm alii DD. à potiori ſimilem fa-
cultatem concedunt ſponſo, quando fornica-
tio ſponſæ præceſſit Sponſalia; non obſtante
*cit. cap. quemadmodum*, ubi, dum antecedens
fornicatio prohibetur opponi, debet intelligi
fornicatio jam cognita & manifeſtata. Ergo
etiam eſt concedenda ſponſæ, quando forni-
catio ſponſi præceſſit Sponſalia. Quemad- 112
modùm enim ſponſus non cenſetur ſe obli-
gare voluiſſe in caſum, quô mutatio conſide-
rabilis ex parte ſponſæ fuerit detecta: ſic
ſponſa non cenſetur ſe obligare voluiſſe in
caſum, quô mutatio conſiderabilis ex parte

113ſponſi manifeſtata fuerit. Eſt autem
conſiderabilis mutatio, quando ſponſa, quæ
tempore Sponſalium credidit, ſponſum per
deſlorationem alicujus puellæ non eſſe coin-
quinatum, poſteà comperit, eundem cum
114aliqua carnaliter peccâſſe. Nam virgo
honeſta procul dubiò non æquè intendit nu-
bere viro impudico, quàm pudico; cùm uti-
que probroſum & ignominioſum ſit, cum tali,
qui priùs aliam corrupit, aut corruptus eſt,
Matrimonium inire.

115 Quæritur III. utrùm, ſi ſponſus & ſponſa
fornicetur, ſoli ſponſo, vel etiam ſponſæ,
vel omninò nulli, liceat à Sponſalibus reſi-
lire?

Triplex hic ſententia reperitur. I. dat
facultatem reſiliendi ſoli ſponſo. Ita San-
chez *d. diſp. 55. n. 9.* Pontius de *Matrim. lib.*
*12. cap. 17. n. 3.* Gutierrez de *Matrim. cap. 31.*
*n. 4.* Pirhing ad *h. t. num.* 62. II. dat facul-
tatem utrique. Ita Palaus, quem referunt
& ſequuntur P. Wieſtner ad *h. t. num.* 106.
& P. Kugler de *Sponſalib. p. 3. q. 7. à n.* 89. III.
facultatem neutri concedit. Ita Paludanus
& Bonacina, quos citat & ſequitur Roſignolo
de *Sponſalib. II. prænot. 9. n. 14.*

116 Aſſumo tertiam ſententiam, & probo I.
quandò utrinque concurrit æquale jus, acti-
vum & paſſivum, inducitur mutua compen-
ſatio, etiam in delictis ex *l. ſi ambo 10. §. 2. l.*
*ult. ff. de Compenſat.* Sed quando ſponſus &
ſponſa fornicantur, ex delicto concurrit utrin-
que jus æquale, activum & paſſivum: nam,
ſi ſponſa fornicetur, habet ſponſus jus reſili-
endi ex *num.* 101. &, ſi ſponſus fornicetur, jus
reſiliendi ex *n.* 108. habet ſponſa. Ergo &c.
117II. non poteſt unus ſponſorum alteri fidem
violatam objicere, quando uterque fidei vio-
latæ reus eſt *arg. l. in arenam 11. in f. Cod. de*
*Inoff. teſtam.* & *cap. fruſtra 75. de R. I. in 6.* At-
qui, dum uterque, ſponſus & ſponſa, fornica-
tur, uterque fidei violatæ reus eſt. Ergo
nullus alteri poteſt objicere fidem violatam.
Ergo nullus à Sponſalibus recedere poteſt:
utpote cùm jus reſiliendi principaliter à vio-
118latione fidei proficiſcatur. III. quia,
ſi maritus & uxor adulterium committant,
neuter divortium petere valet *cap. intelleximus 6. de Adulter.* non alia ex cauſa, niſi quòd
uterque eôdem ſe lutô conſpurcaverit, nec
poſſit quis alteri exprobrare delictum, quô
ipſemet ſordeſcit. Ergo etiam ſi ſponſus &
ſponſa committant fornicationem, nec ille
nec iſta receſſum à Sponſalibus petere valet:
eò quòd uterque eodem ſcelere ſe contami-
naverit, nec poſſit unus alteri delictum, quô
ipſemet eſt pollutus, objicere.

119 Dices cum defenſoribus primæ ſententiæ
I. ubi delicta ſunt imparia, non admittitur
compenſatio. Sed ubi ſponſus & ſponſa for-
nicantur, delicta ſunt imparia: nam longè
fœdior & turpior eſt fornicatio ſponſæ, quam
120ſponſi. Ergo &c. II. quando ſponſa
poſt Sponſalia tactus obſcænos aut oſcula ad-
mittit ab alio, poteſt reſilire ſponſus: at
ſponſa reſilire non poteſt, etiamſi ſponſus
oſcula vel tactus obſcænos admittat. Ergo
idem de fornicatione dicendum.

Reſp. ad I. dupliciter; primò retorquen- 121
dò, quòd adulterium uxoris ſit turpius & fœ-
dius adulteriò mariti, & tamen, ſi maritus &
uxor adulterentur, delicta inter ſe compen-
ſentur ex *n.* 118. Secundò negandò mi- 122
norem, ſi, prout intelligi debet, intelligatur
in ſenſu juridico vel theologicò: quamvis
enim vulgariter loquendò fœmina corrupta
majorem horrorem cauſet, quàm corruptus
maſculus; attamen theologicè & juridicè
loquendò tantum, imò majus eſt delictum
maſculi quàm fœminæ: quia non ſolùm æqua- 123
lis utrinque verſatur obligatio quoad fidem
ſponſalitiam, ſed etiam major eſt fragilitas
fœminæ quàm viri, & illa plerumque cenſe-
tur eſſe ſeducta, hic autem ſeducens.

Ad II. Reſp. anteced. quidem à pluribus 124
doceri; meliùs tamen à Palao, quem nomi-
nat & probat *cit.* P. Kugler *n.* 92. negari: nam
utraque pars æqualiter, imò ſponſus ex *num.*
priori gravius quàm ſponſa delinquit. Ergo
jus reſiliendi nec ſponſo nec ſponſæ com-
petit.

Dices cum Authoribus ſecundæ ſententiæ 125
I. fornicatio eſt tacita & virtualis renuntia-
tio Sponſalium. Ergo ſicut per utriusque
renuntiationem ceſſant Sponſalia utrinque
formaliter & explicitè, ita per fornicationem
ſaltem tacitè & virtualiter ceſſant. II. 126
quando pars utraque, ſponſus & ſponſa, cul-
pabilis fuit in ponenda executione Sponſa-
lium cum præfixione certi termini contra-
ctorum, ex *n.* 81. utrique liberum eſt à Spon-
ſalibus reſilire. Ergo etiam reſilire liberum
eſt utrique, quando ſponſus & ſponſa culpa-
bilis fuit in violanda fide ſponſalitia. III. 127
ſi ſponſus priùs fornicetur, immediatè ceſſat
obligatio Matrimonii in ſponſa, nec illa revi-
viſcit, etiamſi ſponſa æquali ſe crimine poſt-
modùm obſtringat, ſed tantùm ceſſat obliga-
tio ſponſi, quâ tenebatur ſponſam ducere.
Ergo jus reſiliendi perinde competit uni ac
alteri. IV. in Sponſalibus utrinque 128
involvitur tacita conditio: manebo conſtans,
ſi compars contra regulam deſponſationis
per fornicationem aut aliud impedimentum
non venerit *cap. quemadmodum 25. de Jurejur.*
Ergo, conditione utrinque ceſſante, ceſſat
etiam debitum in fide perſeverandi: ſicut ſi
duo promiſiſſent commutare equos, oppoſitâ
utrinque conditione: ſi non fuerit clau-
dus, neuter poſtmodùm obligaretur ad
contractum, ſi utriusque equus claudica-
ret.

Reſp. ad I. negandò anteced. Nam 129
fornicatio tam parum infert tacitam renun-
tiationem juris ſponſalitii, quàm parum adul-
terium inducit tacitam renuntiationem juris
matrimonialis: poteſt ſiquidem aliquis, oc-
caſione vel tentatione ſuperatus, cum alia
commiſceri, absque eo, quòd affectum &
amorem erga ſponſum amittat.





130 Ad II. Reſp. negandò conſeq. & paritatem.
Enimverò ſi certus terminus finiendæ obli-
gationi Sponſalium fuerit adjectus, & præ-
terlapſus, ipsò jure, vel ſaltem, ut Civiliſtæ
loquuntur, ope exceptionis, ceſſat obligatio
ſponſalitia, ſive culpa intervenerit, ſive non:
quia pacta dant legem contractui, & ultra in-
tentionem agentium obligatio non extendi-
131tur. Verùm, ſi ſponſus & ſponſa for-
nicentur, obligatio ſponſalitia non ceſſat ipsô
Jure & factô; nec etiam competit facultas
reſiliendi: eò quòd illa deberet oriri ex deli-
ctô, quod tamen, cùm æquale ſit utrinque,
mutuò compenſatur.

132 Ad III. Reſp. negandò anteced. quòd ob-
ligatio ſponſæ non reviviſcat, quando poſt
fornicationem ſponſi in idem crimen incidit:
ſicut enim per fornicationem ſponſi non ceſ-
ſat, niſi conditionatè, ſi & ipſa fidem ſervave-
rit; ita, ſi fidem per ſimile delictum violave-
133rit, reſtauratur obligatio. Vel dicere
poſſumus, obligationem ſponſalitiam non
ceſſare formaliter & in ſe, ſed tantùm per
accidens, quatenùs ſponſæ innocenti datur
jus reſiliendi; quô tamen jure ſi ſponſa non
fuerit uſa, priusquàm fornicationem admiſe-
rit, poſteà non ampliùs uti poterit, ſed oppoſi-
tam exceptionē compenſationis pati debebit.
134 Ad IV. Reſp. negandò conſeq. quia hoc
ipsô, quòd utrinque involvatur conditio:
manebo conſtans, ſi compars contra regulam
deſponſationis per fornicationem non vene-
rit, debitum in fide perſeverandi non ceſſat,
dum utraque pars conditionem deſponſatio-
nis culpabiliter transgreditur: cùm enim
utraque pars evadat infidelis, nulla poteſt al-
teram infidelitatis arguere, ſed potiùs ejus-
dem delicti compenſationem agnoſcere te-
netur. Ad annexam paritatem de com- 135
mutatione equorum redditur lata diſparitas:
nam, ubi conditio expreſsâ contrahentium
voluntate alicui negotio apponitur, velut in
aſſignato exemplo contingit, obligatio non
perficitur, niſi ſecutâ conditione. At, ubi
conditio tantùm ex diſpoſitione Juris ineſt
negotio, obligatio ſtatim eſt abſoluta, pura, &
perfecta, veluti dictum eſt in *lib. III. tract. de*
*Pact. & Contract. cap. 1. n.* 254. Cùm itaque con- 136
ditio de ſervanda fide Sponſalibus inſit ex di-
ſpoſitione Juris, Sponſalia ſtatim ſunt pura, &
impedimentum publicæ honeſtatis produ-
cunt; nec reſolvuntur, tametſi conditio de-
ficiat, ſed ſolummodò parti innocenti datur
facultas reſiliendi, quàmdiu eſt innocens, &
fidei ſponſalitiæ nihil contrarium agit. Qua-
lis porro fornicationis probatio requiratur?
Diſcutit Clariſſ. P. Schmalzgrueber ad *h. t. n.*
182. *& ſeqq.*

## §. IV.

### *De Notabili mutatione.*

137IV. MOdus, ex quo licet à Sponſalibus
reſilire, eſt notabilis mutatio, ſeu
circumſtantia, vel antecedens vel conſe-
quens, quæ, ſi fuiſſet præcognita tempore
contractorum Sponſalium, alteram partem
ex prudentûm judicio potuiſſet à propoſito
138abſterrere. Ratio eſt: quia, ſi quis con-
trahat, & ignoret circumſtantiam aliquam,
quæ poſſet ex judicio prudentûm à contractu
abſterrere, non cenſetur in caſum, quô cogno-
verit talem circumſtantiam, ſe voluiſſe ob-
ligare *arg. l. in lege 77. ff. de Contrah. empt.* ut-
pote cùm ignorantis & errantis non ſit con-
139ſenſus *l. ſi per errorem 15. ff. de Juriſdict.* Et,
ſi quis contrahat, & circumſtantia talis ſuper-
veniat, non creditur, obligationem ſuam in
eum eventum extendere voluiſſe, ſed potiùs
in mente ſervâſſe conditionem, quòd velit
obligationem tamdiu ſolùm efficacem eſſe,
quàmdiu res in eodem ſtatu permanet, &
notabiliter non mutatur per *cit. cap. quemadmodùm 25. de Jurejur.* Detectâ itaque vel
poſitâ ejusmodi circumſtantiâ, licitum eſt,
à contractu ſponſalitio recedere. Sic paſſim
Theologi & Juriſtæ; & Rota Rom. in *rec. p.*
*10. dec. 19. n. 5.* & *p. 14. dec. 185. n. 1. & 2.*
Ex quo

140 Deducitur I. à Sponſalibus jus reſiliendi
conceſſum eſſe, quando detegitur aut ſuper-
venit notabilis mutatio in bonis corporis,
v.g. deformitas vultûs; amiſſio oculi; trunca-
tio pedis, narium, aut aurium; morbus con-
tagioſus aut difficulter curabilis &c. Sanchez
ſæpe *cit. lib. 1. diſp. 58. per tot.* Boſco de *Ma-*
*trim. diſp. 11. ſect. 2. concl. 10. num. 146. &*
*ſeqq.* Roſignolo de *Sponſalib. II. prænot. 10. num.*
*5. & ſeqq.* P. König *h. t. n.* 77.

Deducitur II. pariter à Sponſalibus receſ- 141
ſum eſſe permiſſum, quando detegitur aut
ſupervenit notabilis mutatio in bonis animi,
quia v.g. ſponſus aut ſponſa corripitur amen-
tiâ vel furore; quia manifeſtatur alterius vi-
tium, propenſio ad ebrietatem, rixas, libidi-
nem &c. quia innoteſcit aſperitas morum,
truculentia, ſævitia &c. Sanchez *diſp. 58. per*
*tot.* Boſco *d. l. n. 153. & n. 166.* Roſignolo *cit.*
*l. n. 1. & 2.* P. König *h. t. n.* 76. P. Wieſtner
*h. t. n.* 112.

Deducitur III. eâdem ratione à Sponſali- 142
bus recedi poſſe, quando detegitur aut ſuper-
venit mutatio in bonis famæ & honoris, fortè
quòd ſponſus deponatur ab officio, notetur
infamiâ, vel alias malè audiat. Gutierrez de
*Matrim. cap. 23. n. 63.* Gobat *Theol. experim.*
*tr. 10. de Sponſalib. n.* 337. Wieſtner *d. n.*
112.

Deducitur IV. conſimili Jure à Sponſalibus 143
regreſſum eſſe licitum, quando detegitur aut
ſupervenit mutatio notabilis in bonis tem-
poralibus, & vel ſponſus amittit notabilem
partem bonorum, aut ſponſæ parentes fiunt
inhabiles ad conſtituendam dotem. Sanchez

*diſp.* 59. *n.* 2. *&* 4. Boſco *cit. l. n.* 155. Roſigno-
144 lo *d. l. prænot.* 11. *n.* 1. 2. *&* 3. Nam, ut ſapien-
ter notat laud. P. König *n.* 78. in promiſſione
„ Matrimonii ex parte utriusque maximè
„ attenditur ad patrimonium alterius, an am-
„ plum ſit, vel exiguum, ac ſufficiens ad onera
„ Matrimonii ſuſtentanda, ac proinde pro-
„ miſſio illa ſub illo ſtatu divitiarum facta in-
„ telligitur. Adſtipulatur Gobat *d. l. n.* 192.
„ ſic ſcribens: quando ſponſus e. g. dicit,
„ fateor quidem, me ſanctè, & quidem ſub
„ juramento promiſiſſe Matrimonium huic
„ Berthæ: at nequaquam putabam, eam eſſe
„ adeò inopem, uti nunc deprehendo: ſi au-
„ tem id habuiſſem compertum, nemo me
„ adduxiſſet ad dandam ipſi fidem Matrimo-
„ nialem: quando, inquam, ſponſus ita lo-
„ quitur ſincerè, non tenetur in conſcientia
„ ducere Bertham &c.
145 Dubitatur autem I. an, ſi poſt contracta
Sponſalia ſuperveniant inſperatæ divitiæ, no-
bilitas, aut honor, ac ſponſus, aut ſponſa v. g.
fiat nobilis, aut acquirat pinguem hæredita-
tem; vel ſponſus à Principe ſingulariter ho-
noretur, liceat à Sponſalibus diſcedere? Ne-
gant Sanchez *d. diſp.* 59. *num.* 7. Pirhing ad
*h. t. num.* 64. P. König *ib. num.* 78. P. Kugler
146 de *Sponſal. p.* 3. *q.* 10. *n.* 107. ex ea principali
ratione: quia per augmentum & incremen-
tum honoris & opum altera perſona, quæ
remanet in eodem ſtatu, non variatur, aut
deterior evadit: atque adeò non occurrit
legitima cauſa, à Sponſalibus recedendi.
147 Affirmant Perez, Illſung, & alii, quos citat ci-
tatus Kugler, & ſectatur apertè Boſco *cit. l. n.*
160. cique non obſcurè adhæret P. Wex de
*Sponſalib. p.* 1. §. 7. *n.* 29. quia, tametſi ſponſa
v. g. abſolutè non varietur aut mutetur,
quando ſponſus divitiis aut honoribus cumu-
latur, variatur tamen & mutatur comparati-
vè & relativè ad ſponſum, reſpectu cujus fit
vilioris & inferioris conditionis, ita quidem,
ut, ſi ſponſus hanc circumſtantiam prævidiſ-
ſet, probabiliter non contraxiſſet.
148 Quòd ſi opponas: Petrum venditorem
non poſſe reſilire à venditione, quando equ-
um nunc 100. florenis vendit, etiamſi pre-
tium ex poſt facto notabiliter creſcat. Re-
poni poteſt: nec Paulum emptorem reſilire
poſſe, quando poſt emptionem pretium no-
149 tabiliter decreſcit. Adeóque ſicut ex
poſteriori inſtantia non poteſt argui, quòd
ſponſus reſilire nequeat, quando ſponſa nota-
biliter fit deterior; ita ex priori non licet
inferre, quòd ſponſus reſilire nequeat, quando
is notabiliter fit melior.
150 Utrâque ſententiâ relatâ, &, uti ſuppono,
ponderatâ, Gobat *Theol. experim. tract.* 10. *de
Sponſal. num.* 340. judicium ſuum judicio Sa-
pientiorum ſubmittit. Ego autem cum
affirmantibus ſentire malo, non territus op-
poſitione contrariâ, quæ per retorſionem
151 jam indirectè fuit enervata; directò verò
ſubverti poteſt, negandò paritatem inter cæ-
teros contractus & Sponſalia, quòd iſta, cùm
principaliter tendant ad mutuum amorem &
individuam vitæ conſuetudinem, requirant
majorem libertatem, quàm cæteri contra-
ctus; unde etiam ex pluribus cauſis diſſolvi,
& Matrimonio potiſſimùm ex eo capite præ-
mitti ſolent, ut, ſi quæ impedimenta vel ob-
ſtacula ſubſint, intereà manifeſtentur. Vid.
Sanchez *diſp.* 62. *n.* 3. Boſco de *Matrimon.
ſect.* 2. *concl.* 4. *num.* 106. Wex *cit.* §. 7.
*num.* 23.
Aliud & ſolidum diſcrimen aſſignari po- 152
teſt cum Boſco *cit. ſect.* 2. *concl.* 10. *n.* 164. quia
in emptione-venditione tantùm intervenit
unus contractus; ideò pretium pro eo dun-
taxat tempore, quô mutuus conſenſus expli-
catur, attenditur. At in Matrimonio du-
plex eſt contractus, nempe ſponſalitius &
matrimonialis; & ideò non tantùm conſide-
rantur circumſtantiæ, quæ tempore Sponſa-
lium aderant, ſed etiam quæ concurrunt tem-
pore contractûs matrimonialis.
Dubitatur II. utrùm ſufficiens cauſa, re- 153
cedendi à Sponſalibus, ſit inimicitia, inter
ſponſos, eorum parentes, aut propinquos
exorta?
Reſp. I. gravem inimicitiam, odia, vel ani-
morum averſiones, quæ oriuntur inter ſpon-
ſos, cauſam à Sponſalibus recedendi ſufficien-
tem eſſe. Rota in *rec. d. p.* 14. *dec.* 185. *n.* 3.
*& ſeqq.* Sylveſter *verb. Sponſalia q.* 10. *caſu* 8.
Gutierrez de *Sponſalib. & Matrim. cap.* 32. *n.* 2.
Sanchez *d. lib.* 1. *diſp.* 58. *n.* 3. Gobat *cit. tr.*
10. *n.* 337. Reiffenſtuel *ad h. t. n.* 267. Ra- 154
tio eſt: quia, dum Matrimonium eſt ſtatus
perpetuus, &, ubi conjunctio animorum ſeu
mutua deficit affectio, funeſtos & infelices
parit exitus, perdifficile videtur, ut perſonæ,
quas inter inimicitia, odia, & animorum
averſiones fuerunt obortæ, ad Matrimonium
contrahendum adigantur. Quam ob cau-
ſam S. Congregatio apud Gobat *d. l.* reſolvit,
quòd, ſi unus ſponſorum ita incipiat abhor-
rere ab altero, ut ſeriò dicat, ſe malle quidvis
pati, quàm huic conjungi, Judex à coactione
debeat abſtinere.
Reſp. II. ob inimicitiam parentum aut 155
propinquorum, ſi gravis ſit, ac diuturna ti-
meatur offenſa vel indignatio, itidem receſ-
ſum à Sponſalibus eſſe conceſſum, uti ponde-
rat Rota Rom. in *rec. p.* 10. *dec.* 19. *n.* 56. *& ſeq.*
& docent Pittonius *Diſceptation. Eccleſiaſt. p.* 2.
*diſcept.* 52. *n.* 81. Sanchez *d. lib.* 1. *diſp.* 14. *n.* 3.
Layman *Theol. Moral. lib.* 5. *tr.* 10. *p.* 1. *cap.* 2.
*n.* 18. Reiffenſtuel *ad h. t. n.* 268. ita tamen, 156
ut ordinariè major requiratur offenſa vel in-
dignatio in propinquis (niſi ab eorum po-
tentia, opulentia, vel patrocinio ſalus & for-
tuna perſonarum contrahentium dependeat)
quàm in parentibus, quibus reverentiam im-
perat Jus Naturale, &, quidquid illi contra-
rium eſt, vetat. Latiùs hanc reſpon- 157
ſionem deducunt Gobat & Reiffenſtuel *cit.
loc.* ac cum illis ſtudioſè monet Clariſſ. P.
Schmalzgrueber ad *h. t. n.* 90. *in f.* cautè in
hoc caſu procedendum: cùm ſæpius jacten-
tur



tur minæ, multáve ponantur obſtacula; & ta-
men experientia doceat, fuiſſe bruta fulmi-
na.
158 Dubitatur III. quomodò poſſit conſtare
de intentione contrahentium, quòd nempe
Sponſalia non iniviſſent, ſi hanc vel illam
circumſtantiam adeſſe vel abeſſe sciviſſent?
Reſp. eſſe recurrendum ad præſumptio-
nes & conjecturas, veluti ſi ſponſus aut ſpon-
ſa jam tempore initorum Sponſalium, aut
anteà vel poſteà, de illius circumſtantiæ præ-
159 ſentia vel abſentia quidquam meminerit; in
quarum defectu ſtandum erit aſſertioni ju-
ratæ partis, reſilire volentis, uti poſt Sanchez,
Laymann Navarrum, Sporer, tradit Reiffen-
ſtuel ad *h. t. n.* 256. quia in his, quæ perti-
nent ad animum, & teſtibus aut inſtrumen-
tis probari nequeunt, uti ſunt intentio, ſci-
entia, ignorantia, aſſerentis juramento credi-
tur *arg. cap. paſtoralis* 4. *de Exceptionib.* Co-
varruv. *Var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 1. *verſ.
tertio &c.* Maſcard. de *Probat. concl.* 45. *n.* 48.
*& concl.* 94. *n.* 5.
Planè ſi, cognitâ vel manifeſtatâ reſiliendi 160
causâ quacunque, ſponſus cum ſponſa com-
mercium carnale habuerit, ceſſat jus reſilien-
di, ſicuti ceſſat jus petendi divortium, ſi con-
juges, notificatâ jam divortii causâ, exerce-
ant opus conjugale. Sanchez *diſp.* 66. *num.*
2. Pontius *de Matrim. lib.* 12. *cap.* 18. *num.* 4.
P. König ad *h. t. n.* 79. P. Wieſtner
*ibid. n.* 113.

TRA-

# TRACTATUS II. DE MATRIMONIO.

POſt emenſa jam & expenſa Sponſalia, ſeu viam, nunc ipſum Matrimonium, velut terminum, attingo. Verùm, ne ſequior à quoquam concipiatur opinio, ſi, materiâ ſic exigente, in hoc & ſeq. tractatu nonnunquam inſpergantur aliqua, quæ modeſtos cæteroquin oculos aut aures offendunt, exemplô Caramuelis in *Theologia fundament. n.* 1169. ab initio ſtatim præmoneo, hæc aliâ intentione ſcripta vel ſcribenda non eſſe, quàm ut ſtudioſi Sacrorum Canonum ſeu lectores ſeu auditores ea, quæ circa ſecretiora Matrimonii Jura tam in publicis Conſiſtoriis quàm in conſcientiæ tribunalibus ſcire neceſſum eſt, anteà diſcant, quàm ignorantes aut dubitantes in hoc puncto docere velint. Quam intentionem haud dubiè commendabunt omnes, qui caſus & cauſas Matrimoniales vel audire vel reſolvere obligantur. Vid. Caramuel. *d. l.*

## CAPUT I.

### *De Natura, Varietate, & Origine Matrimonii.*

IN termino itaque conſtitutus, Matrimonium primò mox obtutu quoad naturam, varietatem, & originem ſuam contemplor.

## SECTIO I.

### *De Natura Matrimonii.*

SUMMARIA.

*1. Etymologia Matrimonii. 2. & ſeqq. Synonymia. 6. Definitio illius in ratione contractûs accepti. 7. & ſeqq. Explicatio. 10. Alia definitio, quòd ſit legitima conventio. 11. & ſeqq. Quâ mas & fœmina ſibi invicem tradunt jus in corpa. 15. Et ad individuam vitæ conſuetudinem obligantur. 17. & ſeqq. Illorum fundamenta, qui docent, rationem contractûs poſſe ſeparari à ratione Sacramenti inter fideles. 19. & ſeqq. Fundamenta contraria. 22. & ſeqq. Priora infringuntur. 25. Plerumque à contrahentibus utraque ratio conjungitur. 26. Matrimonium in ratione Sacramenti definitur. 27. Eſt ſignum ſenſibile. 28. Quò mari & fœminæ. 29. & ſeq. Confertur gratia. 31. & ſeq. Non eſt Sacramentum permanens ſed tranſiens. 33. Deſcribitur ſimul in ratione contractûs & Sacramenti.*

### §. I.

### *De Etymologia Matrimonii.*

1 MAtrimonium Etymologiam non ſumit à patre, ſed magis à matre; non quia mater eſt patre præſtantior, ſed quia matris onus & munus in procreatione liberorum, cujus gratiâ Matrimonium noſcitur inſtitutum, eſt gravius, dum, ut loquitur Gregorius IX. in *cap. ult. de Converſ. infidel.* infans *magis indiget maternò ſolatio quàm paternò;* matrique *ante partum oneroſus, doloroſus in partu, poſt partum laborioſus eſt.*

Dici-



2 Dicitur aliàs *conjugium*, à conjunctione non tam corporum quàm animorum, juxta textum D. Ambroſii in *cap. cùm initiatur 5. XXVII. q. 2.* ibi: *cùm initiatur conjugium, conjugii nomen adſciſcitur. Non enim defloratio virginitatis facit conjugium, ſed pactio conjugalis. Denique, cùm jungitur puella, conjugium eſt, non cùm viri admiſſione cognoſcitur.*

3 Dicitur etiam *conſortium* à communicatione & communione ejuſdem ſortis & conditionis: eò quòd conjuges bonorum & jurium inter ſe conſortes ſint *l. nuptiæ 1. ff. de R. N.*

Dicitur præterea *connubium*, vel, quod crebrius eſt, *nuptiæ*, à nubendo vel obnubendo, quòd olim fœminæ in ſolennitate Matrimoniali pudoris cauſâ velamine ſint coopertæ *cap. fœmina 7. cap. nec illud 8. XXX. q. 5.* 4
Quamquàm per nuptias ordinariè non tam contractus quàm feſtivitas & pompa nuptialis deſignetur, ut notat P. Engel *h. t.* §. 1. *n.* 8. 5

### §. II.

### *De Matrimonio, quatenùs accipitur pro Contractu.*

6 MAtrimonium poteſt accipi vel pro contractu, vel pro Sacramento. Pro contractu acceptum definitur in *cap. illud 11. de Præſumption.* & §. *nuptiæ* 1. *Inſt. de Patria pot.* quòd ſit conjunctio maris & fœminæ, individuam vitæ conſuetudinem continens.
7 Quæ definitio quorundam cenſuram patitur ex eo, quòd conjunctio, ſive accipiatur pro conjunctione animorum, ſive pro conjunctione corporum, ſive pro vinculo conſequenti, non ſit ipſum Matrimonium, ſed illius effectus.
8 Si tamen eandem, ceu legalem, utroque Jure probatam, defendere lubeat, dicendum erit, ly *conjunctionem* non accipi effectivè, ſed efficienter aut vialiter, quatenus Matrimonium eſt actus, quô conjunctio maris & fœminæ inducitur.
9 Nihilominùs majoris claritatis gratiâ paululùm immutari poteſt memorata definitio, & dici, quòd Matrimonium ſit legitima conventio, quâ mas & fœmina ſibi invicem tradunt jus in corpora, & ad individuam vitæ conſuetudinem obligantur.

10 Dixi I. *legitima conventio*; quibùs vocabulis exprimitur convenientia Matrimonii cum Sponſalibus: eſt enim Matrimonium, non minùs quàm Sponſalia, ſpecies conventionis, ac contractus conſenſualis, nominatus, bilateralis, bonæ fidei &c. de quo repetendum ex *tr.* 1. *cap.* 1. *num.* 13. & *ſeqq.*

11 Dixi II. *quâ mas & fœmina ſibi invicem tradunt jus in corpora.* In quibus terminis continetur differentia Matrimonii à Sponſalibus, dum in Sponſalibus nulla intervenit corporum traditio, ſed tantùm jus ad traditionem corporum confertur.
12 Et quamvis Pontius *de Matrim. lib.* 1. *cap.* 18. *à n.* 7. contenderit, traditionem juris in corpora non eſſe de ſubſtantia Matrimonii: eò quòd conjugium inter Beatiſſimam Virginem & Virgineum ejus Sponſum S. Joſephum fuerit verum & eſſentiale, nec tamen acceſſerit traditio corporum; quódve in ſententia multùm probabili, quam etiam nos infra defendemus, Matrimonium poſſit contrahi ſub conditione ſervandi caſtitatem.
13 Attamen cum Covarruv. *p. 2. de Sponſalib. cap. 3. pr. n.* 1. & pluribus, quos laudat & ſequitur P. Wieſtner, *h. t. n.* 131. traditio corporum quoad proprietatem, & jus radicale exigendi uſum corporis, in ordine ad generationem humanam, pro ſubſtantiali debet agnoſci: nam, Apoſtolô teſte 1. *ad Corinth. 7. v. 3. & 4. mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir: ſimiliter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier;* quod ſanè verificari non poſſet, niſi per contractum matrimonialem jus radicale & proprietas in corpora conjugum ad uſum generationis conferretur.
Id, quod etiam accidit in Matrimonio B. Virginis cum S. Joſepho, nec non in Matrimonio, ſub conditione ſervandæ caſtitatis contractô, dum utrobique intervenit traditio corporum cum jure radicali ad uſum, veluti pluribùs infra declarabitur. 14

Dixi III. *& ad individuam vitæ conſuetudinem obligantur*; id eſt, ut explicat Sanchez *lib. 2. diſp.* 1. *n.* 8. ad perſeverantiam & vitam indiſſolubilem obſtringuntur. Nam, ut Incarnata Veritas apud D. Matthæum *cap.* 19. pronuntiavit: *dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ;* &, *quod DEUS conjunxit, homo non ſeparet;* &, per Apoſtolum 1. *ad Corinth. 7. mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir ejus vivit.* Legatur textus in *cap un. de Voto & Voti red. in 6.* 15

Hic autem diſceptatio non parvi momenti inſtituitur: poſſitne Matrimonium inter fideles in ſola ratione contractûs iniri, ſinè ratione Sacramenti? 16

Ratio affirmandi eſt I. quia de Jure Naturali valet Matrimonium in ratione ſolius contractûs; de Jure autem Divino ratio Sacramenti contractui fuit ſuperaddita; non ad valorem, ſed tantùm ad majorem efficaciam & virtutem Matrimonii: ſicut ergo Matrimonium ante inſtitutionem Chriſti valuit in ratione ſolius contractûs; ſic adhuc valet.
II. quia, ut conſtat ex Concilio Florentino in *decreto unionis §. quinto* omnia Sacramenta tribùs perficiuntur, *rebus tanquam materiâ, verbis tanquam formâ, & perſonâ miniſtri conferentis Sacramentum cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia.* Ergo, ſi deſit intentio Miniſtri, Sacramentum non perficitur. Atqui, ſi fideles intendant Matrimonium inire in ratione ſolius contractûs, deeſt intentio conficiendi Sacramentum. Ergo &c. 17
III. quia conditiones de facto, aut Jure impoſſibiles non obſtant valori conjugii ex *cap. ult. de Condition.* 18



*appoſit.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*appoſit.* Ergo etiam non obſtat conditio, ex-
cludens rationem Sacramenti. Sic Pontius
*de Matrim. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 3. *h. t.* Gobat Theol.
*Sacram. tr.* 10. *n.* 229. König ad *h. t. n.* 84.
19 Ratio negandi eſt I. quia, ut conſtat ex
Conciliis Oecumenicis, *cit.* Florentino in §.
*quinto &* §. *ſeptimum* ac Tridentino *ſeſſ.* 24. *de*
*Sacram. Matrim. can.* 1. nec non *cap. quanto* 7.
*de Divort.* Matrimonium, inter fideles con-
tractum, eſt verum ac propriè dictum Sacra-
mentum. Ergo inter fideles non datur Ma-
trimonium, quod rationem Sacramenti non
habet; ſicuti non datur Baptiſmus, qui ra-
20 tione Sacramenti caret. II. quia, ex
quo Chriſtus Dominus Matrimonium eleva-
vit ad dignitatem Sacramenti, debent fideles
illud contrahere cum intentione conficiendi
Sacramentum: nec enim fidelibus permiſ-
ſum eſt, more Gentilium & Ethnico-
rum Matrimonium inire, ſed illud more
Chriſtianorum pangere, & inſtitutioni Chri-
21 ſti ſe conformare tenentur. III. quia
Matrimonium, quod ab Eccleſia non agno-
ſcitur, non eſt Matrimonium, ut patet ex
Matrimonio clandeſtino. Sed Matrimoni-
um, cui deeſt ratio Sacramenti, non agnoſci-
tur ab Eccleſia; quemadmodum non agnoſci-
tur aut ſola ablutio in Baptiſmo, aut ſola ab-
ſolutio & confeſſio in Pœnitentia, ſi deſit ra-
tio Sacramenti. Ergo &c. Hunc in modum
diſcurrunt Sanchez *de Matrim. lib.* 2. *diſp.*
10. *n.* 6. Layman *Theol. Moral. lib.* 5. *tr.* 10.
*p.* 2. *cap.* 2. *n.* 2. P. Pirhing. ad *h. t. n.* 74.
P. Wieſtner *ib. n.* 161. & plerique antiquiores.
22 Cum ultimis mea ſenſa communicaturus
℟. ad I. rationem affirmandi, de Jure Natura-
li & Divino valere Matrimonium ſinè Sacra-
mento, ſed tantùm inter Ethnicos aut infide-
les, non autem inter fideles & Chriſtianos.
Eſt enim ratio Sacramenti, Matrimonio fide-
lium inſeparabiliter ſuperaddita pro illius va-
lore; nec conſideratur Matrimonium, quod
dignitate Sacramenti deſtitutum eſt ex *num.*
21. ſicuti non conſideratur Sacramentum,
quod præviam rationem contractûs non ha- 23
bet. Ad II. ℟. concedendô totum, ſi de-
ficiat intentio, conficiendi Sacramentum, il-
lud non conficiatur; at hôc ipsô non perfici-
tur Matrimonium, quod, ex Divina ordina-
tione, non tantùm eſt contractus, ſed etiam
Sacramentum; nec ex dictis, in conſidera-
tione Canonica vel Theologica pro tali repu-
tatur, ſi rationem Sacramenti non habeat
adjunctam. Ad III. ℟. negandô conſeq. 24
Quantumvis enim conditiones turpes, aut
impoſſibiles, quæ non repugnant ſubſtantiæ
Matrimonii, habeantur pro non-adjectis;
conditiones tamen, quæ repugnant ſubſtan-
tiæ Matrimonii, illud vitiant & irritum red-
dunt, juxta *cit. cap. ult.* Sed conditio, quæ
excludit rationem Sacramenti, eſt contra
ſubſtantiam Matrimonii, cùm adverſetur bo-
no Sacramenti. Ergo Matrimonium vitiat,
& irritum reddit.
Interim communiter apud Authores, tum 25
noſtros, tum Adverſarios, eſt receptum,
Matrimonium cenſeri contractum in ratione
Sacramenti, tametſi contrahentes explici-
tam illius intentionem non habuerint: ſufficit
enim intentio implicita, quatenùs contra-
hentes intendunt facere, quod facit Eccleſia,
quæ Matrimonium vult eſſe Sacramentum.

## §. III.

### *De Matrimonio, quatenùs eſt Sacramentum.*

26 MAtrimonium, in ratione Sacramenti
acceptum, eſt ſignum ſenſibile, quô
mari & fœminæ, per mutuam corporum tra-
ditionem inter ſe conjunctis, confertur gra-
tia, ad obligationes, & onera connexa faci-
liùs perferenda.
27 Dixi I. *ſignum ſenſibile*; quâ phraſi Matri-
monium convenit cum reliquis Sacramentis,
quæ ad ſui valorem ſymbolum externum de-
ſiderant, ut dictum in *tract. I. de Perſ. Reb. &*
*Jur. Eccleſ. p.* 2. *cap.* 1. *n.* 42.
28 Dixi II. *quô mari & fœmina &c.* cùm enim
mas & fœmina Matrimoniali vinculô inter ſe
copulentur, gratiam Sacramentalem reci-
piunt, ſi ritè fuerint diſpoſiti, nec obicem per
reatum conſcientiæ poſuerint.
29 Dixi III. *confertur gratia &c.* de qua Trid.
Concil. in *ſeſſ.* 24. *in doctrina de Sacram. Ma-*
*trim.* ſic loquitur: *gratiam verò, quæ naturalem*
*illum amorem perficeret, & indiſſolubilem unita-*
*tem confirmaret, conjugesque ſanctificaret, ipſe*
*Chriſtus, venerabilium Sacramentorum inſtitutor,*
*atque perfector, ſuâ nobis paſſione promeruit.*
30 *Quod Paulus Apoſtolus innuit, dicens: viri di-*
*ligite uxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccle-*
*ſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, mox ſubjun-*
*gens: Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem*
*dico in Chriſto, & in Eccleſia.*
Num verò Matrimonium ſit Sacramentum, 31
non tantùm in fieri & tranſeunter, quando
contrahitur, ſed etiam in facto eſſe & per-
manenter, adinſtar Euchariſtiæ? Inter liti-
gantes hæret. Sanchez *lib.* 2. *diſp.* 5. *n.* 7. Lay-
man. *Theol. Moral. lib.* 5. *tr.* 10. *p.* 2. *cap.* 2. *n.* 4.
exiſtimant, quòd ſic: quia videlicèt ſignifi-
catio Matrimonii, quæ reſultat ex Sacramen-
to, verificatur pro tota conjugum vita; adeó-
que Sacramentum non videtur eſſe tranſiens,
ſed permanens. Boſco de *Matr. diſp.* 11. *ſect.* 32
4. *concl.* 3. *n.* 132. Clericat. de *Sacram. Matr.*
*dec.* 4. *n.* 6. & 7. P. Wieſtner *h. t. num.* 163.
cum Coninck & Palao, ibidem citatis, putat
quòd non: quia Sacramentum ex Divina in-
ſtitutione eſt ſignum practicum gratiæ, ſuſci-
pientem ex opere operato ſanctificans; con-
jugibus autem poſt Matrimonium jam con-
tractum in illius uſu vel continuatione grati-
am ſanctificantem aut illius augmentum ex
opere operato conferri, communiſſimè ne-
gatur. Textus in *cap. connubia* 4. *XXXII. q.* 2.
Quòd-



33 Quòdſi Matrimonium, pro contractu &
Sacramento ſimul acceptum, unicâ defini-
tione lubeat explicare, hoc vel ſimili modô
deſcribi poteſt, quòd ſit contractus ſacer,
quô mari & fœminæ, per mutuam corpo-
rum traditionem ad individuam vitæ con-
ſuetudinem obligatis, gratia ſpiritualis con-
fertur. Alia definitio extat apud Cleri-
catum de *Sacramento Matrimonii deciſione* 41.
*num.* 1.

# SECTIO II.

## *De Varietate Matrimonii.*

### SUMMARIA.

34. *Matrimonium aliud legitimum.* 35. *Aliud Chriſtianum.* 36. *& ſeqq. Explicatur* cap. gaudemus 8. de Divort. 40. *& ſeqq. Matrimonium, à fideli cum infideli ex diſpenſatione contractum, non eſt Sacramentum.* 43. *& ſeqq. Efficitur Sacramentum, quando uterque infidelis convertitur ad fidem.* 48. *Matrimonium aliud ratum.* 49. *& ſeqq. Aliud conſummatum.* 53. *Oſtenditur, quid interſit, intelligere Matrimonium conſummatum.* 54. *& ſeq. Rationes aſſerentium, Matrimonium per copulam violentam conſummari.* 56. *& ſeqq. Rationes negantium.* 60. *& ſeq. Anteriores rationes refelluntur.* 62. *& ſeqq. Copula, præcedens Matrimonium, non facit, ut habeatur pro conſummato.* 65. *Matrimonium aliud verum.* 66. *Aliud putativum.* 67. *Aliud præſumptum.* 68. *Illius exemplum de Jure antiquiori.* 69. *Et de Jure noviori.* 70. *Matrimonium aliud canonicum.* 71. *Aliud politicum.* 72. *& ſeq. Hujus exemplum in Matrimonio ad morganaticam.*

## §. I.

### *Prima Matrimonii diviſio.*

34 MAtrimonium dividitur I. in Legiti-
mum & Chriſtianum. *Legitimum* vo-
co, quod præcisè juxta Naturales & Civi-
les Leges ab infidelibus abſque ratione & dig-
nitate Sacramenti contrahitur; quò pertinet
textus in *cap. ult.* §. *item illud XXVIII. q.* 1. *cap.*
35 *quanto* 7. *de Divort. Chriſtianum* dico, quod in-
ter Chriſtianos ſecundùm inſtitutionem Chri-
ſti Domini cum ratione & dignitate Sacramen-
ti contrahitur.
36 Nec obloquitur huic diviſioni textus in
*cap. gaudemus* 8. *d. t.* ubi ſtatuitur, *Sacramen-*
*tum conjugii apud fideles & infideles exiſtere*; at-
que adeò innuitur, etiam infidelium Matri-
monia ratione Sacramenti non carere. Si-
37 quidem hæc locutio tantùm eſt impropria,
& Sacramenti exiſtentiam apud infideles vel
ſolùm probat quoad effectus naturales & ci-
viles; vel ſolùm infert remotè & fundamen-
taliter, non autem proximè & formaliter.
38 Nec enim Sacramentum Matrimonii poteſt
antecedere baptiſmum, qui in *cap. ult. de*
*Presbytero non baptiz. cap. per cathechiſmum* 2. *de*
*Cognat. Spirit. in* 6. fundamentum & janua Sa-
39 cramentorum appellatur: nec etiam Matri-
monium poteſt exercitè continere ſignifica-
tionem Sacramentalem, tum conjunctionis
Chriſti cum anima fideli, tum conjunctionis
Chriſti cum Eccleſia, ſi tantùm conjungat in-
fideles, extra gratiæ ſtatum & gremium Ec-
cleſiæ conſtitutos. Hic tamen
40 Quæritur I. ſitne Matrimonium, quod
fidelis cum infideli contrahit ex diſpenſa-
tione Pontificia, Sacramentum, ſaltem ex
parte fidelis? Anſam quærendi ſuppeditat
textus Apoſtoli 1. *ad Corinth.* 7. ibi: *ſanctifica-*
*tus eſt vir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctifi-*
*cata eſt mulier infidelis per virum fidelem.* Sed
Reſpondendum eſt negativè. Sanchez *d. lib.* 41
2. *diſp.* 8. *num.* 2. Gutierrez de *Matrim. cap.* 42.
*num.* 4. Wieſtner *h. t. n.* 165. contra Boſco
*ſect.* .. *concl.* 5. *n.* 263. Ratio eſt: quia Sacra-
mentum non minùs eſt unum & individuum,
quàm contractus: ideóque, ſicut contractus
non poteſt afficere partem unam, quin affi-
ciat alteram; ſic etiam Sacramentum. At-
qui Sacramentum ex *n.* 38. non poteſt affice-
re partem infidelem, cui janua Sacramento-
rum eſt occluſa. Ergo nec partem fidelem.
Ad textum Apoſtoli ℟. per ſanctificatio- 42
nem ibidem non intelligi matrimonialem, ſed
baptiſmalem: utpote cùm ſermo fiat de con-
juge infideli, per baptiſmi ſuſceptionem ad
fidem converſo; nec tamen ſanctificationem
illam pro Sacramentali, quæ ex dictis in in-
fidelem cadere nequit, reputari.
Quæritur II. tranſeàtne Matrimonium 43
infidelium ad rationem & dignitatem Sacra-
menti, quando uterque conjux infidelis per
baptiſmum ad fidem convertitur? Negant
abſolutè Pontius de *Matr. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 8.
Boſco *cit. ſect.* 4. *concl.* 6. *per tot.* Ledeſma,
Vaſquez, & plures, quos refert & ſequitur
P. Wieſtner *h. t. n.* 167. Affirmant ab- 44
ſolutè Sanchez *d. l. diſp.* 9. *num.* 5. Gutierrez
*d. c.* 42. *n.* 5. & alii apud ipſos; in quorum
ſententiam cum Bellarmino & Layman. *Theol.*
*Mor. cit. lib.* 5. *tr.* 10. *p.* 2. *cap.* 3. *n.* 6. concedo,
ſi conjuges de novo habeant intentionem,
Matrimonium priùs contractum non aliter
renovandi, quàm inter fideles celebrari ſolet.
Ratio eſt: quia tunc verum eſt dicere, quòd 45
ſit Matrimonium Chriſtianum; neque deeſt
aliquid, quod dignitatem Sacramenti impe-
diat; neque præſumendum eſt de Divina Cle-
mentia, quòd conjugibus infidelibus, ad fi-


dem

dem Chriſtianam converſis gratiam Sacra-
mentalem neget.
46 Oppones: Matrimonium infidelium non
fuit Sacramentum pro tempore infidelitatis.
Ergo nec Sacramentum eſt pro tempore fi-
delitatis: nam Sacrmentum tunc perficitur,
quando celebratur contractus.
47 ℞. negandô conſeq. Ad illius probationem
dico, Sacramentum quidem perfici, quan-
do celebratur contractus à perſonis habili-
bus, ſeu Chriſtianis; non autem quando ce-
lebratur à perſonis inhabilibus, ſeu infideli-
bus: tunc enim ab eo tempore, quô Matri-
monium, antehàc legitimum, incipit eſſe
Chriſtianum, nempe à baptiſmo Sacramen-
ti dignitas accedit, ſi conjuges, ut dictum in
*n.* 44. habeant intentionem, Matrimonium
more Chriſtianorum innovandi. Plures op-
poſitiones noviſſimè poſuit, & reſolvit Clariſſ.
P. Kugler *de Matrim. p.* 1. *q.* 7. *à n.* 406.

## §. II.

### *De Matrimonio Rato & Conſummato.*

48 **M**Atrimonium dividitur II. in ratum
& conſummatum. *Ratum* nuncupa-
tur, quod contractum eſt inter fideles per
ſolum conſenſum, absque commixtione
carnali per *cap. quanto* 7. *Divort.* Idque ve-
rum Matrimonium eſſe, colligitur ex ipſo
Jure Civili in *l. nuptias* 30. *ff. de R. J.* ibi: *nuptias*
49 *non concubitus ſed conſenſus facit.* *Conſum-
matum* appellatur, cui acceſſit copula carna-
lis, ſufficiens ad generationem humanam,
& faciens, ut conjuges per commixtionem
ſeminis efficiantur una caro.
50 Ad conſummationem itaque Matrimonii
non ſufficiunt tactus, oſcula, vel etiam pol-
lutio extra vas naturale per *cap. extraordina-
ria* 11. *XXXV. q.* 3. cùm per ſimiles actus nec
procuretur generatio, nec conjuges una ca-
ro efficiantur. Boſco de *Matrim. diſp.* 11. *n.*
355. Nec etiam ex eadem ratione ſufficit pe-
netratio vaſis muliebris, niſi ſeminis effuſio
conſequatur per textum in *cap. Lex* Divina 18.
*XXVII. q.* 2. *cap. verum* 2. *de Converſ. conjugat.*
Sanchez *lib.* 2. *diſp.* 21. *n.* 5. Boſco *cit. l. n.*
358. Clericat. de *Sacram. Matrim. dec.* 7. *n.* 8.
51 Imò, licèt quamplurimi non requirant mu-
lieris ſeminationem, eandem tamen ſatis pro-
babiliter, citatis S. Thoma, S. Bonaventu-
ra, & aliis requirit Sanchez *cit. l. n.* 11. & Bo-
ſco *n.* 336. nam generationem hominis abs-
que concurſu utriusque ſeminis perfici non
poſſe, cum multis aliis ſolidè demonſtrat to-
tius ſtatûs Eccleſiaſtici Proto-Medicus Ge-
neralis Paulus Zacchias *Quæſt. Medico. Legal.
lib.* 7. *tit.* 3. *q.* 1. *à num.* 17. Licèt, an
52 fœmina ſemen in coitu emiſerit, vel ideò tam
facilè nequeat conſtare, quòd illud extra vas
genitale rariùs effluere ſoleat, ut docet idem
Zachias *d. tit.* 3. *q.* 6. *n.* 11. Ut proptereà
Gobat *Theol. Sacram. tr.* 9. *n.* 391. Confeſ-
ſariis ſuadeat, ortô circa hoc in Confeſſio-
nali dubio quærendas eſſe fœminas, utrùm
tempore congreſsûs virilis, paulò ante vel
pòſt, magnam ſenſerint voluptatem, an exi-
guam vel nullam; ac in priori caſu pro ſemi-
natione, in poſteriori contra judicandum.
Quæ tamen reſolutio ad forum externum, in
quo Matrimonium poſt concubitum verè
conſummatum fuiſſe præſumitur, eâdem fa-
cilitate nequit applicari, ut notat Clericat.
*d. deciſ. n.* 8. & 12.
53 Intereſt autem, hoc ſcire, potiſſimùm in
ordine ad duplicem effectum: I. ratione diſ-
ſolutionis Matrimonii: eò quòd Matrimo-
nium, ſi verè conſummatum ſit, neque Re-
ligionis ingreſſu, neque Pontificia diſpenſa-
tione, poſſit diſſolvi; II. ratione affinitatis,
quæ non aliter ex Matrimonio conſurgit,
quàm ubi perfectè conſummatum eſt, ut ſuô
locô notabitur.
Dubitabis I. utrùm Matrimonium per co- 54
pulam, intra primum bimeſtre vi extortam,
conſummetur? Dubitandi rationem facit I.
quòd per talem copulam non minùs conjuges
una caro efficiantur, quàm per copulam vo-
luntariam; ſicque Matrimonium æquè per
unam ac alteram conſummari videatur. II. 55
quòd ex tali copula conſurgat affinitas; at-
que adeò per illam conſummetur Matrimo-
nium. Hæque rationes ſententiam affirma-
tivam, veluti certam, perſuaſerunt Sanche-
zio *d. l.* 2. *diſp.* 22. *n.* 4. Clericato d. *deciſ. n.*
15. qui tamen admittit parti innocenti facul-
taultatem ingrediendi Religionem. Sed
℞. negativè, ſecutus Panormitanum ad 56
*cap. verùm* 2. *de Converſ. conjug. n.* 9. Sylveſtrum
*verb. Divortium q.* 5. P. König *h. t. num.* 88.
Ratio eſt: tum quia Matrimonium in rei 57
veritate non dicitur ratum, niſi conveniat
conjugis utriusque conſenſus; ideóque nec
conſummatum dicetur, ſi conjugis utriusque
conſenſus non intercedat per textum in *cap.
tolerabilius* 1. *& ſeq. XXXII. q.* 5. tum quia 58
conjunctio Chriſti cum Eccleſia, ad quam re-
præſentandam Matrimonium conſummatum
eſt Divinitus inſtitutum, ſpontanea fuit & vo-
luntaria; ut per conſequens illa conſumma-
tio debeat etiam eſſe ſpontanea & voluntaria:
tum quia Matrimonium non conſummatur 59
niſi per copulam, jure matrimoniali exerci-
tam; copula verò, quæ intra bimeſtre pri-
mum violenter extorquetur, non exerce-
tur jure matrimoniali: eò quòd debitum tunc
reddi non debeat. Ergo &c.
Ad I. rationem dubit. ℞. quòd, ſicut in 60
copula fornicaria vel adulterina mas & fœmi-
na evadunt una caro, nec tamen Matrimo-
nium cenſetur eſſe conſummatum: ita, licèt
per copulam violentam conjuges evadant
una caro, Matrimonium tamen non videa-
tur eſſe conſummatum: deficit enim conſen-
ſus mutuus & jus matrimoniale.
Ad II. rationem ℞. negandô conſeq. Nam 61
affini-



affinitas poteſt conſurgere, ſive copula ſit li-
cita ſive illicita, ſive matrimonialis, ſive ex-
tra-matrimonialis: ergo etiam conſurgere
poteſt ex copula violenta, dum in affinitate
magis attenditur commixtio ſanguinis, quàm
legitima conjunctio.
62 Dubitabis II. utrùm, ſi copula præceſſerit
Matrimonium, illud habeatur pro conſum-
mato?
Aliqui apud Sanchez *diſp.* 21. *n.* 12. affir-
mant: quia, ſi copula præceſſerit Matrimo-
nium, & ex ea proles fuerit genita, Matrimo-
nium retrò pro legitimo ad legitimandam
prolem habetur: ergo etiam habetur retrò
pro conſummato. Verùm
Rectiùs negant Sanchez *d. l. n.* 13. & Bo- 63
ſco *cit. l. n.* 366. quia ex *num.* 59. copula, per
quam Matrimonium conſummatur, debet ex
jure matrimoniali exerceri. Atqui copula,
præcedens Matrimonium, ex jure matrimo-
niali non poteſt exerceri. Ergo &c.
Ad rationem affirmantium Reſp. negandô 64
conſeq. Rationem diſcriminis adſtruere,
non eſt opus: quandoquidem fictio Juris, ex
qua Matrimonium in favorem prolis antece-
denter cenſetur legitimè contractum, ex pa-
ritate rationis non poteſt ultra caſum exten-
di: nec enim fictio hominis æquivalet fictio-
ni Juris, aut iſtius virtutem adæquare po-
teſt.

## §. III.

### *De Matrimonio Vero & non-Vero.*

65 **M**Atrimonium dividitur III. in verum,
& non-verum. *Verum eſt*, quod in
veritate & cum valore contractum, atque ut
tale probatum eſt unô ex modis, quô cætera
negotia probari ſolent; qua in re conſulen-
66 dus Magnif. D. P. König ad *h. t. n.* 89. Non-
verum aut eſt putativum, aut præſumptum.
*Putativum eſt*, quod putatur legitimè contra-
ctum eſſe, cùm tamen, ob latens aliquod im-
67 pedimentum, à parte rei ſit nullum. *Præ-
ſumptum eſt*, quod, in defectum aliarum pro-
bationum, ex præſumptionibus & conjectu-
ris probatur. Sic ante Concilium Tridenti-
num, quando poſt Sponſalia de futuro inter-
ceſſit copula carnalis, orta fuit præſumptio
Juris & de Jure, quòd conſenſus de futuro
tranſierit in conſenſum de præſenti, quatenùs
honeſtius credebatur, animum maritalem
quàm fornicarium præſumere *cap. veniens* 15.
*cap. is qui* 30. *h. t.* Cùm autem de Jure 68
Concilii Tridentini non valeat Matrimonium,
præſentiâ parochi teſtiumque deſtitutum: iſta
præſumptio in locis, in quibus Tridentinum
viget, vix ampliùs obtinet, veluti declaravit
S. Congregatio apud Pignatell. *tom.* 9. *conſult.*
133. *n.* 39. Præſumitur tamen hodie- 69
dum Matrimonium legitimè contractum,
quando conjuges longô tempore in forma &
figura Matrimonii cohabitârunt, nec tamen
aut teſtimonium Parochi, qui jam mortuus
eſt; aut atteſtatum ex libro Matrimoniali, qui
per incendium periit; aut fidem teſtium, qui
& ipſi jam defuncti vel procul ſtantes ſunt,
allegare valent *arg. l. in libera* 24. *ff. de R. N.*

## §. IV.

### *De Matrimonio Canonico & Politico.*

70 **M**Atrimonium dividitur IV. in Canoni-
cum ſeu Theologicum, & Politicum
ſeu Civile aut ſolenne. *Canonicum eſt*, in quo
concurrunt ea, quæ à SS. Canonibus ad Ma-
71 trimonium præſcripta ſunt. *Politicum eſt*,
in quo concurrunt etiam illa, quæ civiliter &
politicè requiruntur ad Matrimonium; variæ
nimirum ſolennitates, pacta dotalia, tradu-
ctio in domum mariti &c. de quibus in *tr.* 1.
*cap.* 2. *n.* 62. aliqua notavimus.
72 Pertinet huc Matrimonium ad *morganati-
cam*, ſeu, ut alii vocant, Matrimonium con-
ſcientiæ, quod Canonicè & Theologicè ve-
rum eſt Matrimonium; non autem civili-
ter & policitè, dum uxor & liberi, ex ea
procreati, conditionem & dignitatem ma-
riti non participant. Ut enim illu- 73
ſtres familiæ in ſuo nitore & decore conſer-
ventur, illi, qui ex prima uxore ſuſtulerunt
plures liberos, uxore mortuâ ſubinde contra-
hunt cum alia, ſed eâ conditione, ut vel ipſa
vel liberi, ex ea ſuſcepti, à nobilitate & præro-
gativis avitis abſtineant. Conferatur P.
König ad *h. t. num.* 91. & in *Lib. III. tract.
noſter de Succeſſ. hæred. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 45.
*& ſeq.*

# SECTIO III.

## *De Origine Matrimonii.*

### SUMMARIA.

74. *Matrimonium in ratione contractûs adſcribi poteſt Juri Naturali.* 75. *Præceptum Naturale de Matrimonio contrahendo non eſt abſolutum.* 79. *Cœlibatus eſt ſummè laudabilis.* 77. *& ſeqq. Quæſtio movetur, an, ſi omnes Laici morianitur, Religioſi vel Clerici debeant vacare Matrimonio?* 80. *Matrimonium in ratione Sacramenti à DEO, tanquàm Authore ſupernaturali, fuit inſtitutum.* 81. *& ſeq. Apud D. Mathæum* cap. 19. 83. *Matrimonium*

*monium ex Jure Canonico non pauca habet. 84. & ſeq. Nihil autem ex Jure Civili. 86. & ſeq. Niſi quoad acceſſoria. 88. & ſeq. Valent Leges Civiles pœnales, quæ verſantur circa Matrimonia prohibita. 90. Cætera ſunt invalida.*

## §. I.

### *Quid Matrimonium ex Jure Naturæ habeat?*

74 ORigo Matrimonii, quatenùs eſt contra-
ctus, non immeritò refertur ad Jus
Naturale, ſeu potiùs ad Authorem Naturæ:
poſteaquàm enim natura rationalis cum mor-
talitate ſimul & perpetuitate creata fuit; in-
ventum eſt Matrimonium, ceu medium &
ſeminarium, per quod natura rationalis de
ſæculo in ſæculum propagatur. Clericat. de
*Sacram. Matrim. dec.* 1. *n.* 5.
75 Nolim verò pluribus cum Boſco de *Ma-
trim. diſp.* 11. *ſect.* 9. *concluſ.* 1. *à n.* 14. diſputa-
re: num Matrimonium ſub præcepto fuerit
inſtitutum? Sufficit enim, quòd præceptum
illud, ſi quod fuerit, ſingulos ſaltem de facto
non obliget, prout oſtenſum in *Lib. I. tract. de*
76 *Jure Leg. cap.* 2. *n.* 116. Unde laudabiliter
& meritoriè facit, qui, ſepoſitò Matrimoniò,
vitam cælibem amplectitur: nam, ut dixit
Apoſtolus 1. *Corinth.* 7. ℣. 7. *volo vos omnes eſſe,
ſicut meipſum: ſed unusquisque proprium donum
habet ex DEO: alius quidem ſic, alius verò ſic.
Dico autem non nuptis & viduis: bonum eſt illis, ſi
ſic permaneant, ſicut & ego.* Et rurſus ℣. 25. *de
Virginibus autem præceptum Domini non habeo;
conſilium autem do, tanquàm miſericordiam conſe-
cutus à Domino, ut ſim fidelis.* Et iterum ℣. 38.
*igitur & qui Matrimonio jungit virginem ſuam,
bene facit, &, qui non jungit, meliùs facit.*
Diſceptatur etiam: an, ſi contingeret, ut 77
omnes Laici moriantur, Religioſi vel Clerici,
ad cælibatum per ſolenne votum caſtitatis
adſtricti, deberent vacare Matrimonio? Et
quidem Sanchez *lib.* 2. *diſp.* 3. *n.* 4. exiſtimat,
obligationem de propaganda gente humana
prævalere obligationi de ſervanda caſtitate.
Pontius autem de *Matrim. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 11. 78
arbitratur, in tali circumſtantia prudenter
ſupponi poſſe, quòd inſtet finis ac terminus
mundi; proindeque obligationem propagan-
dæ humanitatis ceſſare.
At quia hæc diſceptatio movetur de caſu, 79
qui noſtris temporibus in tanta hominum
multitudine nec accidit, nec accidet: illius
reſolutionem aliis, qui tempore eventûs in
vivis erunt, relinquo, meque ad utiliora
converto.

## §. II.

### *Quid Matrimonium habeat ex Jure Divino?*

80 ORigo Matrimonii, quatenùs eſt Sacra-
mentum, Juri Divino, ſeu DEO ter
Opt. tanquàm Authori ſupernaturali, unicè
tribuenda eſt: ſicut enim reliqua Sacramen-
ta, ſic etiam Matrimonium inſtituit, & quidem
in Lege nova, veluti conſtat ex Concil. Flo-
rent. in *Decreto Eug.* & Trid. *ſeſſ.* 7. *de Sacram.
in gen. can.* 1. & *ſeſſ.* 24. *de Matrim. can.* 1. La-
tiſſimè Boſco de *Matrim. diſp.* 11. *ſect.* 4. *con-
cluſ.* 1. *per tot.*
81 Quandónam verò Matrimonium ad Sacra-
menti dignitatem à Chriſto fuerit elevatum
in Lege Evangelii; utrùm in Nuptiis in Cana
Galilææ, de quibus in *cap.* 2. *Joann.* an verò
poſt paſſionem, quando ſeipſum præbuit vi-
vum in multis argumentis, *per dies* 40. *apparens
Apoſtolis, & loquens de Regno DEI,* veluti *Actor.* 1.
℣. 3. refertur; an autem apud *Math.* 19. ubi
dixit: *quod DEUS conjunxit, homo non ſeparet?*
Ambigitur. Crederem, poſtremò locô 82
& tempore Matrimonium ad Sacramentalem
prærogativam aſcendiſſe: nam, ex quo Chri-
ſtus ibidem ſuſtulit libellum repudii, ac inſo-
lubilitatem Matrimonii novô vinculô ſtabili-
vit, rationem Sacramenti publicavit, ac con-
juges, quos à DEO per Sacramenti filum
conjunctos aſſeruit, ſeparari poſſe negavit.
Sanchez de *Matrim. lib.* 2. *diſp.* 4. *num.* 5. Bo-
ſco *cit. concluſ.* 1. *num.* 75. Wieſtner ad *h. t.
num.* 151.

## §. III.

### *Quid Matrimonium habeat ex Jure Humano?*

83 MAtrimonium ex Jure Humano Cano-
nico quoad determinationem, for-
mam, ſolennitatem, ac impedimenta contra-
ctûs; nec non quoad cognitionem & dijudi-
cationem quàmplurima habet, ut liquet ex
Concil. Trid. *d. ſeſſ.* 24. *de Matrim. can.* 3. 7. 8.
84 9. 11. Ex Jure Civili verò quoad memo-
rata capita nihil petere licet, præterquàm ſi
Leges illius à Jure Canonico tacitè ſint rece-
ptæ: cùm enim Matrimonium, ut anteà di-
ctum, ſit Sacramentum, & res ſacra, pertinet
ad forum, & Juriſdictionem Eccleſiæ, nec ſub-
jacet foro, & Juriſdictioni Sæculari. Inde 85
in Concil. Trid. *cit. l. can.* 12. decernitur: *ſi
quis dixerit, cauſas Matrimoniales non ſpectare ad
Judices Eccleſiaſticos, anathema ſit.* Vid. in
*Lib. II. tract. de Judiciis cap.* 4. *à n.* 24.
Quoad ea tamen, quæ Matrimonio ſunt 86
acceſſoria, dotem v. g. donationem propter
nuptias &c. ſicut & illa, quæ accedunt ad
Sponſalia, v. g. arrhas, ſponſalitiam largita-
tem &c. vel maximè attenditur diſpoſitio Ju-
87 ris Civilis P. König *h. t. n.* 93. Sunt enim ob-
jecta temporalia, nec pertinent ad forum Ec-
cleſiaſticum, niſi quæſtio de illis incidenter
moveatur, prout legendum erit in *cit. tract. de
Judic. cap.* 4. *num.* 32.
88 Valeántne Leges aut ſtatuta Principum Sæ-
cularium, quæ pœnas decernunt circa perſo-
nas, Matrimonium contrahentes? Non eſt
arduum decernere. Valent ſiquidem, ſi co-
adjuvent Leges Eccleſiaſticas, quibûs Matri-
monia vel prohibentur, vel irritantur; non
valent, ſi verſentur circa Matrimonia, quæ
Legibus Eccleſiaſticis prohibita vel irritata
non ſunt. Ratio prioris concluſi eſt: 89
quia non excedit limites Poteſtatis Sæcularis,
in transgreſſores Legum Eccleſiaſticarum pœ-
nas & ſupplicia ſtatuere; cùm etiam in viola-
tores Juris Naturalis & Divini poſſint animad-
vertere. Ratio poſterioris eſt: quia, 90
dum actus ex regulis Eccleſiaſticis & SS. Ca-
nonibus licitus eſſe ſupponitur, indignatio-
nem & vindictam Principis Sæcularis non re-
formidat. Vid. Cardinalis de Luca ad *Con-
cilium Tridentinum diſc.* 26. *n.* 35. & *ſeqq.*



# CAPUT II.

## *De Subjecto, Materia, & Forma Matrimonii.*

PErſpectâ Matrimonii naturâ, varietate, & origine, juſtô ordine perſpicimus *Subjectum* ſeu perſonas, Matrimonium contrahentes; adjungimus *Materiam, & Formam*, tam *eſſentialem*, quàm *accidentalem*, connectimus,

# SECTIO I.

## *De Subjecto, ſeu Perſonis, Matrimonium contrahentibus.*

SUMMARIA.

1. & *ſeqq. Miniſtri Matrimonii ſunt perſonæ contrahentes.* 4. & *ſeqq. Solvitur objectio.* 7. *Perſonæ, quæ poſſunt contrahere Sponſalia, poſſunt contrahere Matrimonium.* 8. & *ſeqq. Perſonæ, quæ falsò putant, impedimentum ſubeſſe, plerumque validè contrahunt.* 13. & *ſeqq. Parentes nomine liberorum rectè ſecundum aliquos contrahunt Matrimonium.* 14. & *ſeqq. Contrarium eſt veriùs.* 17. *Non requiritur conſenſus parentum de valore.* 18. *Matrimonium poteſt contrahi per procuratorem.* 19. & *ſeq Etiam poſt Concilium Trident.* 21. & *ſeqq. Satisfit nonnullis objectionibus.* 26. & *ſeqq. Matrimonium, per Procuratorem contractum, eſt Sacramentum.* 29. & *ſeqq. Removetur Inſtantia.*

## §. I.

### *Quis poſſit Matrimonium contrahere?*

1 SUbjectum Matrimonii diximus eſſe perſo-
nas contrahentes, quæ etiam miniſtri Sa-
cramenti nuncupantur, uti recepta hodie
ſententia contra Canum, Scribonium, & Syl-
vium docet cum Sanchez *lib.* 2. *diſp.* 6. *num.* 2.
Boſco *ſect.* 4. *concl.* 4. *per tot.* Clericat. de *Sa-*
2 *crament. Matrim. dec.* 6. *à num.* 8. Cùm
enim perſonæ contrahentes ponant materi-
am & formam, tradendô & conſentiendô in
jus mutuum in corpora: non minùs cenſen-
tur eſſe miniſtri Matrimonii, quàm Sacerdos
eſt miniſter Baptiſmi, dum ponit materiam
& formam, infantem abluendô, ac verba eſ-
3 ſentialia proferendô. Cæteroquin, ſi
Sacerdos eſſet miniſter Sacramenti, Matri-
monium ante Concilium Tridentinum, clan-
deſtinè contractum, non habuiſſet rationem
Sacramenti; quod tamen eſt periculoſum aſ-
ſerere, dum ipſum Concilium Tridentinum
in *ſeſſ.* 24. *de ref. Matrim. cap.* 1. Matrimo-
nia clandeſtina, antehàc contracta, cenſuit
eſſe *rata & vera* Matrimonia, cujusmodi ſunt
illa, quæ rationem Sacramenti connexam ha-
bent ex *cap. quanto* 7. *de Divort.*
Nec obeſt, quòd in eodem Concilio *d. cap.* 1.
Parochus, aſſiſtens Matrimonio, jubeatur 4
pronuntiare: *Ego vos in Matrimonium conjungo,
in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti &c.*
Præterquàm enim, quòd iſta juſſio in Conci- 5
lio non ſit eſſentialis aut abſoluta, ſed cære-
monialis & alternativa, dum Parochus vel
citatam formulam aſſumere, vel *aliis uti ver-
bis* jubetur; inſuper illa formula non habet 6
alium ſenſum, quàm hunc: declaro vos legi-
timè conjunctos, ac nomine Eccleſiæ conjun-
ctionem veſtram, tanquàm in facie Eccleſiæ
factam, approbo.
Cæterùm perſonæ, Matrimonium contra- 7
hentes, debent eſſe habiles eôdem ferè mo-
dô, quô debent eſſe habiles perſonæ, volen-
tes

*monium ex Jure Canonico non pauca habet.*
*84. & ſeq. Nihil autem ex Jure Civili.* 86.
*& ſeq. Niſi quoad acceſſoria.* 88. *& ſeq.*
*Valent Leges Civiles pœnales, quæ verſantur cir-*
*ca Matrimonia prohibita.* 90. *Cætera ſunt in-*
*valida.*

## §. I.

### *Quid Matrimonium ex Jure Naturæ habeat?*

74 ORigo Matrimonii, quatenùs eſt contra-
ctus, non immeritò refertur ad Jus
Naturale, ſeu potiùs ad Authorem Naturæ:
poſteaquàm enim natura rationalis cum mor-
talitate ſimul & perpetuitate creata fuit; in-
ventum eſt Matrimonium, ceu medium &
ſeminarium, per quod natura rationalis de
ſæculo in ſæculum propagatur. Clericat. de
*Sacram. Matrim. dec.* 1. *n.* 5.
75 Nolim verò pluribus cum Boſco de *Ma-*
*trim. diſp.* 11. *ſect.* 9. *concluſ.* 1. *à n.* 14. diſputa-
re: num Matrimonium ſub præcepto fuerit
inſtitutum? Sufficit enim, quòd præceptum
illud, ſi quod fuerit, ſingulos ſaltem de facto
non obliget, prout oſtenſum in *Lib. I. tract. de*
76 *Jure Leg. cap.* 2. *n.* 116. Unde laudabiliter
& meritoriè facit, qui, ſepoſitô Matrimoniô,
vitam cælibem amplectitur: nam, ut dixit
Apoſtolus 1. *Corinth.* 7. ℣. 7. *volo vos omnes eſſe,*
*ſicut meipſum: ſed unusquisque proprium donum*
*habet ex DEO: alius quidem ſic, alius verò ſic.*
*Dico autem non nuptis & viduis: bonum eſt illis, ſi*
*ſic permaneant, ſicut & ego.* Et rurſus ℣. 25. *de*
*Virginibus autem præceptum Domini non habeo;*
*conſilium autem do, tanquàm miſericordiam conſe-*
*cutus à Domino, ut ſim fidelis.* Et iterum ℣. 38.
*igitur & qui Matrimonio jungit virginem ſuam,*
*bene facit, &, qui non jungit, melius facit.*
Diſceptatur etiam: an, ſi contingeret, ut 77
omnes Laici moriantur, Religioſi vel Clerici,
ad cælibatum per ſolenne votum caſtitatis
adſtricti, deberent vacare Matrimonio? Et
quidem Sanchez *lib.* 2. *diſp.* 3. *n.* 4. exiſtimat,
obligationem de propaganda gente humana
prævalere obligationi de ſervanda caſtitate.
Pontius autem de *Matrim. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 11. 78
arbitratur, in tali circumſtantia prudenter
ſupponi poſſe, quòd inſtet finis ac terminus
mundi; proindeque obligationem propagan-
dæ humanitatis ceſſare.
At quia hæc diſceptatio movetur de caſu, 79
qui noſtris temporibus in tanta hominum
multitudine nec accidit, nec accidet: illius
reſolutionem aliis, qui tempore eventûs in
vivis erunt, relinquo, meque ad utiliora
converto.

## §. II.

### *Quid Matrimonium habeat ex Jure Divino?*

80 ORigo Matrimonii, quatenùs eſt Sacra-
mentum, Juri Divino, ſeu DEO ter
Opt. tanquàm Authori ſupernaturali, unicè
tribuenda eſt: ſicut enim reliqua Sacramen-
ta, ſic etiam Matrimonium inſtituit, & quidem
in Lege nova, veluti conſtat ex Concil. Flo-
rent. in *Decreto Eug.* & Trid. *ſeſſ.* 7. *de Sacram.*
*in gen. can.* 1. & *ſeſſ.* 24. *de Matrim. can.* 1. La-
tiſſimè Boſco de *Matrim. diſp.* 11. *ſect.* 4. *con-*
*cluſ.* 1. *per tot.*
81 Quandónam verò Matrimonium ad Sacra-
menti dignitatem à Chriſto fuerit elevatum
in Lege Evangelii; utrùm in Nuptiis in Cana
Galilææ, de quibus in *cap.* 2. *Joann.* an verò
poſt paſſionem, quando ſeipſum præbuit vi-
vum in multis argumentis, *per dies* 40. *apparens*
*Apoſtolis, & loquens de Regno DEI,* veluti *Actor.* 1.
℣. 3. refertur; an autem apud *Math.* 19. ubi
dixit: *quod DEUS conjunxit, homo non ſeparet?*
Ambigitur. Crederem, poſtremô locô 82
& tempore Matrimonium ad Sacramentalem
prærogativam aſcendiſſe: nam, ex quo Chri-
ſtus ibidem ſuſtulit libellum repudii, ac inſo-
lubilitatem Matrimonii novô vinculô ſtabili-
vit, rationem Sacramenti publicavit, ac con-
juges, quos à DEO per Sacramenti filum
conjunctos aſſeruit, ſeparari poſſe negavit.
Sanchez de *Matrim. lib.* 2. *diſp.* 4. *num.* 5. Bo-
ſco *cit. concluſ.* 1. *num.* 75. Wieſtner ad *h. t.*
*num.* 151.

## §. III.

### *Quid Matrimonium habeat ex Jure Humano?*

83 MAtrimonium ex Jure Humano Cano-
nico quoad determinationem, for-
mam, ſolennitatem, ac impedimenta contra-
ctûs; nec non quoad cognitionem & dijudi-
cationem quàmplurima habet, ut liquet ex
Concil. Trid. *d. ſeſſ.* 24. *de Matrim. can.* 3. 7. 8.
84 9. 11. Ex Jure Civili verò quoad memo-
rata capita nihil petere licet, præterquàm ſi
Leges illius à Jure Canonico tacitè ſint rece-
ptæ: cùm enim Matrimonium, ut anteà di-
ctum, ſit Sacramentum, & res ſacra, pertinet
ad forum, & Jurisdictionem Eccleſiæ, nec ſub-
jacet foro, & Jurisdictioni Sæculari. Inde 85
in Concil. Trid. *cit. l. can.* 12. decernitur: *ſi*
*quis dixerit, cauſas Matrimoniales non ſpectare ad*
*Judices Eccleſiaſticos, anathema ſit.* Vid. in
*Lib. II. tract. de Judiciis cap.* 4. *à n.* 24.
Quoad ea tamen, quæ Matrimonio ſunt 86
acceſſoria, dotem v. g. donationem propter
nuptias &c. ſicut & illa, quæ accedunt ad
Sponſalia, v. g. arrhas, ſponſalitiam largita-
tem &c. vel maximè attenditur diſpoſitio Ju-
87 ris Civilis P. König *h. t. n.* 93. Sunt enim ob-
jecta temporalia, nec pertinent ad forum Ec-
cleſiaſticum, niſi quæſtio de illis incidenter
moveatur, prout legendum erit in *cit. tract. de*
*Judic. cap.* 4. *num.* 32.
88 Valeántne Leges aut ſtatuta Principum Sæ-
cularium, quæ pœnas decernunt circa perſo-
nas, Matrimonium contrahentes? Non eſt
arduum decernere. Valent ſiquidem, ſi co-
adjuvent Leges Eccleſiaſticas, quibûs Matri-
monia vel prohibentur, vel irritantur; non
valent, ſi verſentur circa Matrimonia, quæ
Legibus Eccleſiaſticis prohibita vel irritata
non ſunt. Ratio prioris concluſi eſt: 89
quia non excedit limites Poteſtatis Sæcularis,
in transgreſſores Legum Eccleſiaſticarum pœ-
nas & ſupplicia ſtatuere; cùm etiam in viola-
tores Juris Naturalis & Divini poſſint animad-
vertere. Ratio poſterioris eſt: quia, 90
dum actus ex regulis Eccleſiaſticis & SS. Ca-
nonibus licitus eſſe ſupponitur, indignatio-
nem & vindictam Principis Sæcularis non re-
formidat. Vid. Cardinalis de Luca ad *Con-*
*cilium Tridentinum diſc.* 26. *n.* 35. *& ſeqq.*



# CAPUT II.

## *De Subjecto, Materia, & Forma Matrimonii.*

PErſpectâ Matrimonii naturâ, varietate, & origine, juſtô ordine perſpicimus *Subjectum* ſeu perſonas, Matrimonium contrahentes; adjungimus *Materiam, & Formam*, tam *eſſentialem*, quàm *accidentalem*, connectimus,

# SECTIO I.

## *De Subjecto, ſeu Perſonis, Matrimonium contrahentibus.*

SUMMARIA.

1. *& ſeqq. Miniſtri Matrimonii ſunt perſonæ contrahentes.* 4. *& ſeqq. Solvitur objectio.* 7. *Perſonæ, quæ poſſunt contrahere Sponſalia, poſſunt contrahere Matrimonium.* 8. *& ſeqq. Perſonæ, quæ falsò putant, impedimentum ſubeſſe, plerumque validè contrahunt.* 13. *& ſeqq. Parentes nomine liberorum rectè ſecundùm aliquos contrahunt Matrimonium.* 14. *& ſeqq. Contrarium eſt verius.* 17. *Non requiritur conſenſus parentum de valore.* 18. *Matrimonium poteſt contrahi per procuratorem.* 19. *& ſeq. Etiam poſt Concilium Trident.* 21. *& ſeqq. Satisfit nonnullis objectionibus.* 26. *& ſeqq. Matrimonium, per Procuratorem contractum, eſt Sacramentum.* 29. *& ſeqq. Removetur Inſtantia.*

## §. I.

### *Quis poſſit Matrimonium contrahere?*

1 SUbjectum Matrimonii diximus eſſe perſo-
nas contrahentes, quæ etiam miniſtri Sa-
cramenti nuncupantur, uti recepta hodie
ſententia contra Canum, Scribonium, & Syl-
vium docet cum Sanchez *lib.* 2. *diſp.* 6. *num.* 2.
Boſco *ſect.* 4. *concl.* 4. *per tot.* Clericat. de *Sa-*
2 *crament. Matrim. dec.* 6. *à num.* 8. Cùm
enim perſonæ contrahentes ponant materi-
am & formam, tradendô & conſentiendô in
jus mutuum in corpora: non minùs cenſen-
tur eſſe miniſtri Matrimonii, quàm Sacerdos
eſt miniſter Baptiſmi, dum ponit materiam
& formam, infantem abluendô, ac verba eſ-
3 ſentialia proferendô. Cæteroquin, ſi
Sacerdos eſſet miniſter Sacramenti, Matri-
monium ante Concilium Tridentinum, clan-
deſtinè contractum, non habuiſſet rationem
Sacramenti; quod tamen eſt periculoſum aſ-
ſerere, dum ipſum Concilium Tridentinum
in *ſeſſ.* 24. *de ref. Matrim. cap.* 1. Matrimo-
nia clandeſtina, antehàc contracta, cenſuit
eſſe *rata & vera* Matrimonia, cujusmodi ſunt
illa, quæ rationem Sacramenti connexam ha-
bent ex *cap. quanto* 7. *de Divort.*
Nec obeſt, quòd in eodem Concilio *d. cap.* 1.
Parochus, aſſiſtens Matrimonio, jubeatur 4
pronuntiare: *Ego vos in Matrimonium conjungo,*
*in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti &c.*
Præterquàm enim, quòd iſta juſſio in Conci- 5
lio non ſit eſſentialis aut abſoluta, ſed cære-
monialis & alternativa, dum Parochus vel
citatam formulam aſſumere, vel *aliis uti ver-*
*bis* jubetur; inſuper illa formula non habet 6
alium ſenſum, quàm hunc: declaro vos legi-
timè conjunctos, ac nomine Eccleſiæ conjun-
ctionem veſtram, tanquàm in facie Eccleſiæ
factam, approbo.
Cæterùm perſonæ, Matrimonium contra- 7
hentes, debent eſſe habiles eôdem ferè mo-
dô, quô debent eſſe habiles perſonæ, volen-
tes

tes contrahere Sponſalia, de quibus in *tr.* 1.
8 *cap.* 2. *ſect.* 1. *per tot.* Quòd ſi perſonæ, de ſe habiles, Matrimonium de facto contrahant, erroneè tamen exiſtiment, ſe propter impedimentum aliquod inhabiles eſſe: multùm inter ſe DD. altercantur, an Matrimo-
9 nium tale valeat? Affirmant Covarruv. in 4. *Decretal. p.* 2. *cap.* 3. §. 7. *n.* 3. Gutierrez de *Matrim. cap.* 47. *n.* 1. Sanchez *lib.* 2. *diſp.* 33. *n.* 2. Negant Panormitan. ad *cap. cùm in Apoſtolica* 18. *h. t. num.* 6. Joannes Andreas, & alii apud *cit.* Sanchez *num.* 1. Diſtinguunt Pontius de *Matrim. lib.* 4. *cap.* 23. *à num.* 1. Boſco *ſect.* 7. *concl.* 3. *num.* 119. P. König ad *h. t. num.* 98. ac, ſi contrahentes abſolutè contrahant, negant valorem Matrimonii; admittunt verò, ſi ita ſint conſtituti, ut Matrimonium omni meliori modô contrahere velint. Quam diſtinctionem ego 10
quoque non repudio, licèt plerumque contrahentes eâ intentione conſtitutos arbitrer. Ratio eſt: quia, ſi contrahentes, quantùm eſt ex ſua perſona, Matrimonium efficaciter intendant contrahere pro caſu, quô putant, id moraliter non eſſe poſſibile; multò efficaciùs intendent contrahere pro caſu, quô conſtat, impedimentum nullum ſubeſſe: ducuntur 11
enim tantâ affectione ad Matrimonium, ut velint illud contrahere omni modô poſſibili & impoſſibili; &, licèt affectio contrahendi modô impoſſibili reipsâ non ſit efficax, eſt tamen efficax affectio altera, & in priori implicitè & interpretativè incluſa, contrahendi modô poſſibili.

## §. II.

### *Poſsintne parentes nomine liberorum contrahere Matrimonium?*

12 SEntentia affirmativa permultis placet, in ſpecie Covarruviæ in 4. *Decret. p.* 2. *cap.* 4. *in pr. num.* 7. Sanchez de *Matrim. lib.* 1. *diſp.* 25.
13 *num.* 7. Boſco *ſect.* 3. *concl.* 6. *num.* 210. Cujus principale fundamentum eruitur ex paritate cum Sponſalibus, quæ parentes nomine liberorum, citra ſpeciale mandatum ipſorum, contrahere poſſunt, ita ut, ſi liberi expreſsè vel tacitè conſentiant, obligentur ex deductis in *tract.* 1. *cap.* 2. *à n.* 38. Idem itaque concludendum de Matrimonio: cùm vera diſparitas inter Matrimonium & Sponſalia hoc in paſſu nequeat aſſignari.
14 Sententiam negativam, pro qua Sanchez *cit. l. num.* 6. citat Sotum, Henriquez, Ledesmam, & alios, probabiliorem judicat Pontius de *Matrim. l.* 2. *cap.* 14. *n.* 3. Ratio eſt: quia, quòd parentes pro liberis, ſinè mandato, poſſint contrahere Sponſalia, eſt aliquid ſingulare, & exorbitans à Jure Communi. Ergo juxta *cap. quæ à Jure* 28. *de R. J. in* 6. hæc facultas in conſequentiam non eſt trahenda, & ad Matrimonium extendenda; præſertim cùm 15
Matrimonium inter & Sponſalia non ſit modica diſparitas, dum Sponſalia non inducunt vinculum inſolubile, ſicuti Matrimonium; ac propterea non tantum inferunt præjudicium, quantum infert Matrimonium. Hæc- 16
que ſententia, quæ & mihi probabilior eſt, à P. König *h. t. num.* 100. maximè ſuadetur in locis, ubi Concilium Tridentinum in uſu eſt: tunc enim, cùm ſponſus & ſponſa conſenſum exprimere debeant coram Parocho & Teſtibus, conſenſus tacitus liberorum vix ſufficere poteſt.

Cætera, quæ in *cit. tract.* 1. *cap.* 2. *à num.* 55. 17
dicta ſunt de conſenſu vel conſilio parentum, à liberis in ſponſalitio contractu expetendô, à fortiori debent intelligi de Matrimonio: nam ſancta Synodus Tridentina in ſæpe *cit. ſeſſ.* 24. *de Matrim. ref. cap.* 1. anathemate damnat illos, *qui falsò affirmant, Matrimonia, à filiisfamilias ſinè conſenſu parentum contracta, irrita eſſe, & parentes ea rata vel irrita facere poſſe.*

## §. III.

### *Utrùm & quomodò Matrimonium poſſit contrahi per Procuratorem?*

18 MAtrimonium per Procuratorem contrahi poſſe, ſi is ſpeciale mandatum, non revocatum, habeat de certa perſona, diſertè conſtitutum eſt in *cap. ult. de Procurator. in* 6. & colligitur ex dictis in *tr.* 1. *cap.* 2. *à n.* 78. Cardinalis de Luca ad Concil. Trident. *diſc.*
19 26. *num.* 29. *& ſeqq.* Idque etiam poſt Concilium Tridentinum obtinere, praxis notoria commonſtrat: quandoquidem non ſolùm Auguſtiſſimus Imperator Joſephus glorioſiſſimæ memoriæ, ſed etiam modernus Auguſtiſſimus, & Invictiſſimus Imperator CAROLUS per Legatos, ſpeciali mandatô inſtructos, Sereniſſima conjugia celebrârunt.
20 Itáque tenent Sanchez de *Matrimonio lib.* 2. *diſp.* 11. *num.* 20. Gutierrez *de Matrim. cap.* 43. *num.* 10. Boſco *ſect.* 6. *concl.* 1. *n.* 17. P. König *h. t. num.* 101.

Nec obſtat I. quòd in eodem Concil. *d. ſeſſ.* 21
24. *cap.* 1. præcipiatur, ut Parochus, *muliere & viro interrogatis, & eorum mutuò conſenſu intellectô*, dicat: *Ego vos in Matrimonium conjungo.* Nam, ut memoratum in *num.* 5. 22
hæc verba non ſunt eſſentialia, vel neceſſaria, ſed cæremonialia & libera; &, ſi forent eſſentialia vel neceſſaria, nihilominùs verificarentur, & referrent hunc ſenſum: ego vos, nomine procuratoriô comparentes, conjungo; vel ego vos Procuratores, quatenùs repræſentatis veſtros principales, conjungo: ſicut enim vulgata habet regula, quod per alium quis facit, per ſe ipſum facere cenſetur. *cap. qui facit* 72. *de R. J. in* 6.

Nec obſtat II. quòd Concil. *cit. l.* præſcri- 23
pſerit novam Matrimonio formam, quæ per æquivalens aut æquipollens ſuppleri, atque adeò



adeò Procuratoris miniſteriô compenſari ne-
24 quit. Præſcripſit enim formam ex parte actûs vel objecti, requirendô præſentiam Parochi & Teſtium, quæ per æquivalens aut æquipollens ſuppleri vel compenſari nequit; non autem præſcripſit formam in ſubjecto ſeu perſona contrahentium, quaſi per miniſtrum & Procuratorem comparere non poſſint.
25 Hæcque doctrina procedit, eſto Procurator in præſentia Parochi & Teſtium non fuerit conſtitutus: conſtitutio quippe Procuratoris non eſt ipſe contractus Matrimonialis, ſed mandatum prævium de Matrimonio contrahendo: ergo præſentiam Parochi & Teſtium, quam Trident. pro ſolo contractu Matrimoniali ſtatuit, non deſiderat. Sanchez *d. l. num.* 23.
26 Quæres: utrùm Matrimonium, Procuratoris miniſteriô contractum, ſit Sacramentum?

Reſp. affirmativè. Ratio eſt: quia in mea ſententia, in *cap.* 1. *à n.* 19. defensâ, Matrimonium contrahi non poteſt in ratione contractûs, quin contrahatur in ratione Sacramenti. Si ergo contractum per Procuratorem habeat rationem contractûs, habet etiam rationem
27 Sacramenti. Confirmatur I. Quandò Eccleſia Catholica probat Matrimonium, per Procuratorem contractum, utique ſupponit, id Matrimonium eſſe verum & ratum. Atqui Matrimonium, quod inter fideles eſt verum & ratum, eſt Sacramentum per *cap.*
28 *quanto* 7. *de Divort.* Ergo &c. Confirmatur II. Juxta communiſſimam opinionem non licet Matrimonium abſque Sacramento contrahere: nam ponere contractum, velut materiam Sacramenti, nec tamen Sacramentum velle perficere, grave ſacrilegium eſt. Ergo, cùm Eccleſia Matrimonia, per Procuratorem contracta, cenſeat eſſe licita, ratio Sacramenti deeſſe non poteſt. Et iſta ſententia eſt communior, & longè ſolidior, defenditúrque à Covarruv. in 4. *Decret. d. p.* 2. *cap.* 4. §. *un. num* 5. Sanchez *cit. l. n.* 27. Boſco *cit. l. num.* 18. P. König *cit. l.* P. Wieſtner ad *tit. de Procurat. num.* 34.

Tota difficultas, quam movent Durandus, 29
Ledesma, & alii apud *cit.* Sanchez *num.* 26. conſiſtit in eo, quòd reliqua Sacramenta, & inter hæc Sacramentum Pœnitentiæ, quod imitatur naturam judicii, non admittant procuratorem. Verùm diſcrimen in prom- 30
ptu eſt: quia Matrimonium habet annexam qualitatem contractûs, ad cujus eſſentiam nihil aliud requiritur, quàm mutuus conſenſus in traditionem corporum, qui non minùs per Procuratorem quàm perſonam principalem explicari poteſt. Cætera verò Sacramenta, cùm contractum non habeant adjunctum, Procuratoris miniſterium abhorrent. Et, licèt judicium Procuratorem non reſpuat; 31
attamen Sacramentum Pœnitentiæ, ſicuti non adæquatè commenſuratur externo judicio, in quo non poteſt unus & idem teſtem, actorem, & reum ſimul agere: ita in hoc à judicio declinat, quòd velit pœnitentem perſonaliter habere præſentem. Accedit, 32
quòd judicium contentioſum in cauſis criminalibus, criminaliter intentatis, Procuratorem non ferat, ut conſtat ex *Lib. II. tract. de Jud. cap.* 2. *à num.* 334. Cùm ergo in judicium pœnitentiale non cauſæ civiles, ſed criminales, in ordine ad pœnam ſpiritualem, criminaliter ventilentur: mirum non eſt, quòd Procurator repellatur.

# SECTIO II.

## *De Materia & Forma Eſſentiali Matrimonii.*

SUMMARIA.

33. & ſeqq. *Materia Matrimonii ſunt corpora conjugum.* 35. & ſeqq. *Explicatur illorum traditio.* 39. *Forma eſſentialis conſiſtit in conſenſu in mutuam traditionem.* 40. *Debet eſſe legitimus.* 41. *De præſenti.* 42. *Exteriùs manifeſtatus.* 43. *Per verba.* 44. & ſeqq. *Vel alia ſigna.* 47. & ſeq. *Dilucidatur* cap. 25. h. t. 49. & ſeq. *Explanantur ſigna.* 51. & ſeqq. *Refertur huc epiſtola, etiam poſt Concilium Tridentinum.* 55. & ſeqq. *Conſenſus Conjugum non debet phyſicè ſed tantùm moraliter eſſe ſimultaneus.* 59. & ſeq. *Exponitur ſententia, admittens, conſenſum, ab uno omiſſum, ſuppleri poſſe, quin alter conſenſum renovet.* 61. & ſeq. *Exponitur adverſa ſententia.* 63. & ſeq. *Reſp. ad argumentū prioris.* 65. & ſeqq *Refertur utraque ſententia, negans, & affirmans, quòd, qui ſictè ab initio conſenſit, teneatur poſteà verè conſentire.*

## §. I.

### *Qualis ſit Materia Matrimonii?*

33 DE materia Matrimonii diſcrepantia DD. placita exhibet Sanchez *lib.* 2. *diſput.* 5. Canoniſtis familiarior eſt opinio, quæ dicit, materiam Matrimonii remotam, tam in ratione contractûs, quàm in ratione Sacramenti, eſſe ipſamet corpora conjugum, ad generationem prolis idonea; proximam verò corporum traditionem. König *h. t. num.* 102. Wieſtner *ibid. num.* 153. Reverendiſſ. D. D. Guetrather *Inſt. Jur. Can. lib.* 2. *tit.* 11. *num.* 8. Sicut enim in contractu permutationis mate- 34
ria remota eſt res permutanda, & materia proxima eſt actualis rerum traditio: ſic etiam in Matrimonio, in quo jus mutuum in corpora inter conjuges permutatur.

Equidem in contractu permutationis, ſicut 35
& in



ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& in contractibus cæteris, in quibus confer-
tur jus in re, nudô conſenſu non cenſetur in-
ducta rerum traditio *l. ſicut 1. §. 2. ff. de Rer. per-*
36 *mutat. l. traditionibus 20. Cod. de Pact.* Sed
aliud eſt in Matrimonio, ubi traditio corpo-
rum, quæ requiritur ad illius eſſentiam, non
poteſt eſſe alia, quàm conſenſualis: utpote
cùm realis traditio per concubitum ex *cap. 1.*
*num. 48.* non ſit de eſſentia Matrimonii.
37 Adde, quòd etiam in permutatione & aliis
contractibus, in quibus transfertur jus in re,
non requiratur traditio phyſica & vera, ſed
ſufficiat juridica & æquipollens v. g. per con-
ſtitutum, ſignationem, oſtenſionem, aut ſym-
bolum rei, ſecundùm declarata in *Lib. III. tr.*
*de Jure propriet. cap. 1. à num. 86.* Cùm 38
igitur in Matrimonio quoque interveniat
conſtitutum, ſignatio, oſtenſio, vel ſymbo-
lum rei traditæ; hæc traditio ſatis erit appo-
ſita ad eſſentiam Matrimonii.

## §. II.

### *Quænam ſit Forma eſſentialis Matrimonii?*

39 TAnta eſt opinionum diverſitas in ſtatuen-
da Matrimonii forma eſſentiali, quanta
in determinanda illius materia, veluti conſpi-
cere licet apud Sanchez *cit. diſp. 5.* Frequen-
tiùs autem à Jureperitis aſſertum reperio, for-
mam eſſentialem Matrimonii conſiſtere in le-
gitimo conſenſu maris & fœminæ in mutuam
corporum traditionem de præſenti.
40 Dixi I. *legitimo.* Qualis ut ſit, deliberatus,
verus, acceptatus, mutuus, ac ſignis exterio-
ribùs ſufficienter manifeſtatus ſit, oportet per
textus in *cap. cùm locum 14. cap. cùm apud 23.*
*cap. tua fraternitati 25. cap. tua nos 26. h. t.*
Qua in re recapitulanda ſunt, quæ dicta ha-
bentur de *Sponſalibus in tractat. 1. cap. 3. ſect. 2.*
*per tot.*
41 Dixi II. *de præſenti.* Jam enim in *cit. tract.*
*1. cap. 1. n. 21.* inſinuatum erat, eſſentiale di-
ſcrimen inter Matrimonium & Sponſalia in
hoc conſtitui, quòd Matrimonium per con-
ſenſum de præſenti requirat actualem corpo-
rum traditionem; non item Sponſalia.
42 Quod verò propoſitum eſt in *num. 40.* con-
ſenſum de præſenti debere per exteriora ſigna
ſufficienter manifeſtari, extra difficultatem
non eſt. Nam DD. non pauci præcisè verba
requirunt, aliis ſignis non contenti, licèt di-
verſimodè mentem ſuam declarent, prout
refert *cit.* Sanchez *diſp. 31. num. 1. & ſeqq.*
43 Difficultas autem oritur ex *cit. cap. tua frater-*
*nitati 25. h. t.* ubi S. Pontifex *neceſſaria,* inquit,
*ſunt, quantùm ad Eccleſiam, verba, conſenſum ex-*
*primentia de præſenti;* cujus locutionis hic vide-
tur eſſe ſenſus, verba ex præcepto vel conſti-
tutione Eccleſiæ eſſe neceſſaria.
44 Verùm pro veritate tenendum exiſtimo,
ad Matrimonium verba præcisè non deſide-
rari, ſed internum conſenſum per ſigna qua-
liacunque manifeſtari poſſe. Card. de Luca
ad Concil. Trident. *diſc. 26. num. 28.* Covar.
in 4. *Decret. p. 2. cap. 4. in pr. num. 1.* Sanchez
*cit. l. num. 5.* Boſco *ſect. 4. concluſ. 3. num. 129.*
45 Ratio eſt: tum quia nec in SS. Paginis, nec in
SS. Canonibus textus invenitur, quòd Chri-
ſtus Dominus, elevandô Matrimonium ad di-
gnitatem Sacramenti, mutaverit naturam
contractûs, ad cujus eſſentiam opus non eſt,
ut conſenſus exprimatur per verba: tum quia
46 ex *cap. 1. n. 67.* Eccleſia quondam permiſit
Matrimonium præſumptum, atque ex ſola
copula carnali, poſt Sponſalia de futuro habi-
tâ, præſumpſit Matrimonium de præſenti,
tametſi verba non intervenerint.
Ad *cit. cap. tua fraternitati* Reſp. illud, ſi 47
maturè expendatur, ad confirmationem aſ-
ſertæ veritatis plurimùm conducere: dum
enim S. Pontifex ediſſeruit, verba tantùm eſſe
neceſſaria *quoad Eccleſiam,* denotare voluit, ver-
ba tantùm ad probationem conſensûs in foro
externo deſiderari; & ideò, ſi probatio con- 48
ſensûs aliter haberi valeat, locô verborum
admitti ſigna, veluti conſtat ex ſubjunctô ibi-
dem exemplo de mutis & ſurdis, qui, licèt in-
ternum conſenſum non verbis ſed ſignis tan-
tummodò manifeſtare queant, nihilominùs
à Matrimonio contrahendo non arcentur.
Quænam porrò ſint ſigna, conſensûs inter- 49
ni manifeſtativa, non quidem in individuo
determinari, ſed in genere quodlibet ſignum,
quod ex Juris diſpoſitione, intentione contra-
hentium, vel circumſtantiis contractûs tradi-
tionem corporum de præſenti indicat, ſuffi-
cere poteſt. Covarruv. *cit. l. num. 3. & ſeqq.*
Sicut ſi puella, in præſentia Parochi & Teſtium 50
de conſenſu de præſenti in conjugium, hic
& nunc cum Titio contrahendum, requiſita,
vel annuat capite, vel porrigat Titio manum,
aut annulum ejus digitis inſerat. P. König
ad *h. t. n. 109.*
Ex præcedentibus fluit ulterior ſequela, 51
quòd internus conſenſus de præſenti etiam
per epiſtolam declarari valeat: nam de con-
tractibus conſenſualibus non ſolùm in genere
patet, quòd conſenſus per epiſtolam exprimi
valeat *l. conſenſu 2. §. 2. ff. de O. & A.* ſed in
ſpecie de contractu Matrimoniali talis expreſ-
ſio comprobatur in *l. mulierem 5. ff. de R. N.*
Ergo concludendum eſt, quòd ratio Sacra-
menti, Matrimonio ſuperaddita, non impediat,
quò minùs per epiſtolam celebretur. Idque 52
non tantùm ante, ſed etiam poſt Concilium
Tridentinum procedit: ſicut enim conſenſus
abſentium per Procuratorem, ſic etiam per
epiſtolam coram Parocho & Teſtibus hôc vel
ſimili modô explicatur. I. ſi is, qui 53
ſcribit epiſtolam ad virginem, ſignificet, ſe
non tantùm traditionem ſui corporis facere,
ſed etiam ex nunc in reciprocam traditionem,
à virgine faciendam, conſentire: nam, ſi vir-
go, lectâ epiſtolâ coram Parocho & Teſtibus,
conſentiat, utriusque conſenſus de præſenti
in facie Eccleſiæ ſimultaneè manifeſtatur.
II. ſi



II. ſi ſponſa v. g. recipiens epiſtolam reſcribat
ſponſo, ſe non tantùm illius conſenſum de
præſenti acceptare, ſed etiam repromittere:
tunc enim, ſi ſponſus coram Parocho & te-
ſtibus exprimat conſenſum, expreſſus eſt in
facie Eccleſiæ. Sanchez *lib. 2. diſp. 12. n. 3. & 4.*

## §. III.

### *Quænam ulteriùs requirantur ad conſenſum Matrimonialem?*

55 DE conſenſu Matrimoniali, in anteced. §.
explanatô, nonnulla adhuc diſputan-
da ſuperſunt. Et quidem
Diſputatur I. an conſenſus utriusque con-
jugis debeat eſſe ſimultaneus? Ratio, quæ
diſputationem excitat, eſt paritas, ab aliis Sa-
cramentis deducta: nam in illis requiritur
ſimultas ſeu coëxiſtentia phyſica materiæ &
56 formæ. Quâ tamen ratione non con-
ſideratâ, dicendum eſt, conſenſum utriusque
conjugis non debere eſſe ſimultaneum phyſi-
cè, ſed tantùm moraliter, quatenùs nempe
pars illa, quæ primò conſenſum manifeſtat,
eum non revocat, donec altera quoque pars
conſentiat. Covarr. in 4. *Decret. p. 2. cap. 4.*
*init. num. 7.* Sylveſter *Verb. Matrim. 2. q. 6.*
57 Sanchez *lib. 2. diſp. 32. n. 3.* Ratio eſt:
quia contractus reliqui, præcipuè conſenſua-
les, non requirunt aliam ſimultatem, quàm
moralem: utpote cùm inter abſentes, per
procuratorem, & epiſtolam celebrari va-
leant, in quibus caſibus utriusque contra-
hentis conſenſus non poteſt aliter quàm mo-
raliter concurrere *l. origo 1. §. 2. ff. de Contrah.*
*empt. l. conſenſu 2. §. 2. ff. de O. & A.* Ergo
etiam contractus Matrimonialis tantummo-
dò requirit ſimultatem moralem conſensûs;
dum etiam inter abſentes, per procurato-
rem, aut epiſtolam celebrari poteſt.
58 Diſparitas itaque jam indicata fuit: cùm
enim cætera Sacramenta non participent ra-
tionem contractûs; ſimultate morali, qualis
in contractibus aliàs ſufficit, contenta non
ſunt.
59 Diſputatur II. poſsitne conſenſus, ab uno
conjugum, tempore contractûs Matrimo-
nialis omiſſus, poſteà ſuppleri, tametſi alter
conjugum, hujus rei non conſcius, conſen-
ſum de novo non ponat? Affirmat cum mul-
tis Sanchez *cit. l. n. 9.* ob rationem, ex *n. 57.*
60 quia enim ad Matrimonium non deſideratur,
ut conjugis utriusque conſenſus ſimul & ſe-
mel eôdem ponatur tempore: conſequens
eſt, quòd, ſi unus ex conjugibus ab initio præ-
ſtiterit conſenſum, & non revocaverit; alter
verò poſteà conſenſum omiſſum ſuppleverit,
utriusque conſenſus eôdem tempore morali-
61 ter concurrat. Negat Leſſius de *J. & J.*
*lib. 2. cap. 41. num. 16.* & alii: quia voluntas
conjugis, ab initio verè conſentientis, habuit
annexam conditionem, ſi conjux alter etiam
conſentiat. Ergo, ſi conjux alter non ſtatim
conſentiat, conſenſus prior evaneſcit. Ac- 62
cedit, quòd, ſi Matrimonium nulliter ſit con-
tractum, conſenſus ab utroque conjuge ſit
renovandus, ut docet ipſemet Sanchez *di-*
*ſput. 35. n. 2.* Atqui Matrimonium, in quo
tantùm unus ex conjugibus de præſenti con-
ſentit, nulliter eſt contractum: quippe cùm
ex *num. 33.* mutuus conſenſus in mutuam
corporum traditionem adeſſe debeat. Er-
go &c.
Ad priorem rationem poteſt reſponderi, 63
negandô, quòd utriusque conjugis conſen-
ſus eôdem tempore moraliter concurrat,
quando unus ab initio verè conſentit, & alter
fictè, vel nulliter conſentiens poſteà conſen-
ſum renovat: prior ſiquidem conſenſus ex
*num. 62.* fuit nullus, nec convaluit, aut con-
valeſcere potuit, eſto conſenſus alterius par-
tis poſt Matrimonium jam contractum ſuper-
venerit. Aliud eſt de conſenſu ſimul- 64
taneo, qui reperitur in Matrimonio, inter ab-
ſentes, per literas aut epiſtolam contractô:
tunc enim Matrimonium adhuc eſt in fieri, &
in facto eſſe ponitur ab eo tempore, quô
utriusque conſenſus ex mutua voluntate
concurrit. Sed in noſtro caſu Matrimonium
jam ſupponitur in facto eſſe: unde, cùm de-
ficiat conſenſus mutuus, neque tunc valet,
neque poſteà valebit.
Diſputatur III. an, qui fictè ſolummodò 65
conſenſit, poſtmodùm verè & internè tenea-
tur conſentire?
Reſp. in foro externo non eſſe dubium,
quin, ſi talis renueret in Matrimonio perſe-
verare, propter contrariam præſumptionem
ad perſeverantiam eſſet compellendus: ve- 66
rùm in foro interno diverſas eſſe ſententias;
& affirmativam quidem ex eo ſuaderi: par-
tim quòd ſcandalum graviſſimum alioquin
vix evitari valeat: partim quòd pars decepta
patiatur irreparabile damnum, dum, propter
decipientis præſumptum conſenſum, non
poteſt aliud Matrimonium contrahere. Pon-
tius de *Matrim. lib. 2. cap. 5. n. 5.* Licèt 67
& negativa non careat ſuâ ratione: quia, ta-
metſi pars fictè conſentiens ob deceptionem
alterius peccaverit, attamen conſenſus ita
poſitus eſt nullus, nec conſentientem ad nu-
ptias, de novo contrahendas, obligare po-
teſt. Sanchez *lib. 2. diſput. 11. num. 4. & 5.*
Wieſtner *h. t. num. 142. & ſeq.* Krimer *ibid.*
*num. 529.*

# SECTIO III.

## *De Forma accidentali Matrimonii.*

SUMMARIA.

*68. & ſeqq. Matrimonium poteſt contrahi ſub conditione poſſibili.* 72. *& ſeqq. Purificatâ conditione, non eſt neceſſum, ut ponatur novus conſenſus.* 76. *& ſeqq. Si Matrimonium cum duabus ſub conditione contrahatur, & conditio, adjecta ſecundo, priùs exiſtat, valet ſecundum plurimos ſecundum.* 79. *& ſeqq. Contrarium aſſeritur, & roboratur.* 84. *& ſeq. Quando conjuges, pendente conditione, exercent copulam, præſumuntur à conditione recedere.* 86. *& ſeqq. Aliud eſt, ſi conditio ſit de præſenti vel de præterito.* 89. *Ante notitiam de eventu talis conditionis copula non eſt licita.* 90. *& ſeqq. Refertur ſententia, quæ non requirit præſentiam Parochi & teſtium pro eo tempore, quô ponitur conditio.* 93. *& ſeq. Refertur altera ſententia.* 95. *& ſeq. Suggeritur modus utramque ſententiam conciliandi.* 97. *& ſeq. Conditio reſolutiva rejicitur in Matrimonio.* 99. *& ſeq. Conditio impoſſibilis de natura vel facto, habetur pro non-adjecta.* 101. *& ſeq. Impugnatur Covarruvias.* 103. *& ſeqq. Caſus afferuntur, in quibus conditio memorata non habetur pro non-adjecta.* 107. *Conditio iſta habet eundem affectum, ſive adjiciatur de futuro vel non.* 108. *Non item conditio impoſſibilis de jure.* 109. *Cæteroquin hæc conditio æquivalet priori, ſi Matrimonii ſubſtantiæ non repugnet.* 111. *& ſeq. Si repugnet ſubſtantiæ, Matrimonium vitiatur.* 113. *& ſeq. Conditio, ſi te virginem invenero, plerumque eſt turpis.* 115. *Uti & conditio, ſi mecum concubueris.* 116. *& ſeq. Non autem conditio, ſi donaveris centum.* 118. *Proponitur controverſia de conditione ſervandi caſtitatem.* 119. *& ſeqq. Adducuntur rationes, quòd talis conditio non repugnet ſubſtantiæ Matrimonii.* 125. *& ſeqq. Rationes oppoſitæ examinantur, & enervantur, per quatuor objectiones Adverſariorum & earum ſolutiones.* 141. *& ſeq. Matrimonio poteſt adjici dies.* 143. *& ſeqq. Item modus.* 146. *& ſeq. Qui tamen, ſi Matrimonii ſubſtantiæ contrarius ſit, illud vitiat.* 148. *Item demonſtratio.* 149. *Et cauſæ.*

### §. I.

### *De Matrimoniô, ſub conditione poſſibili contractô.*

68 FOrma accidentalis Matrimonii conſiſtit I. in adjectione *conditionis;* quæ, ſi poſſibilis ſit, omninò admittitur, ſive concipiatur de futuro, ſive de præterito, ſive de præſenti: tum ex regulari natura contractuum; tum ex ſpeciali textu de Matrimonio in *cap. ſuper eo 5. de Condition. appoſit.*

69 Nec turbat, vel quòd actus legitimi, quibus accenſeri videtur Matrimonium, non recipiant conditionem vel diem *cap. actus 50. de R. J. in 6. l. actus 77. ff. eôd.* vel quòd Sacramenta ſub conditione de futuro poſſibili ne-
70 queant adminiſtrari. Inprimis enim allegata regula intelligitur de ſolis actibus, quibus ex natura ſua, vel diſpoſitione Legis conditio prohibetur adjici; cujusmodi non cenſetur eſſe Matrimonium, quod, uti naturam & proprietatem contractûs in cæteris ſequi-
71 tur, ſic etiam in adjectione conditionis. Deinde paritas ex reliquis Sacramentis non facit ad rem: utpote quæ, ſicuti jam ſæpiùs eſt repetitum, de natura contractûs nihil participant. Cæterùm

72 Controverſia movetur I. an, ſi conditio poſſibilis de futuro, adjecta Matrimonio, purificetur, ac pater v. g. cujus aſſenſui valor Matrimonii fuit alligatus, aſſentiatur, conjuges de novo in Matrimonium conſentire debeant? Invenio negantes & affirmantes.
73 Iſti cum Covarruv. in 4. *Decretal. p. 2. cap. 3. in pr. n. 5.* Gutierrez *Q. Q. Canon. lib. 1. cap. 12. num. 21.* Pontio *lib. 3. cap. 14. n. 3.* allegant *cit. cap. ſuper eo 5. de Condition. appoſit.* ubi dicitur, eos, qui ſub conditione Matrimonium inierunt, ante conditionis eventum non eſſe cogendos ad Matrimonium contrahendum: ex quo infertur à ſenſu contrario, eos poſt eventum conditionis cogendos eſſe ad Matrimonium contrahendum, & conſenſum de novo ponendum. Illi cum Sanchez 74
*lib. 5. diſp. 8. n. 5.* Fagnano ad *cit. cap. ſuper eo 5. n. 2. & 3.* Boſco *ſect. 8. concl. 2.* Boſſio de *Matrim. cap. 10. n. 70.* ſuum placitum principaliter ſtabiliunt tum ex natura contractuum aliorum, qui poſt eventum conditionis absque renovatione prioris conſenſus perfici, ac retrò ſemper valuiſſe cenſentur, prout docuimus in *Lib. III. tract. de Pact. & Contract. cap. 1. num. 278.* tum ex natura Sponſalium de futuro, quæ juxta *tr. 1. cap. 3. num. 129.* citra renovationem conſensûs, poſt conditionis poſitionem, verificantur.

Cum ultimis, quorum ſententiam apud 75
Canoniſtas receptiſſimã, & in Curia Romana ſervari conſuetam appellat Fagnanus *d. l.* & ego conſentio; & ad *cit. cap. ſuper eo 5.* Reſp. ibidem per *ly contrahendum* idem ſignificari ac per *ly conſummandum:* cùm enim S. Pontifex Urbanus III. eſſet quæſitus, an illi, qui contraxerunt Matrimonium de præſenti ſub conditione de futuro, ante conditionis eventum cogi poſſint ad Matrimonium conſummandum? Reſcripſit ille, quòd cogi non poſſint ad Matrimonium *contrahendum;* ſicque, ut reſponſio cum interrogatione conveniat, per *ly contrahendum* intellexit *ly conſummandum.*

Con-



76 Controverſia movetur II. utrùm, ſi quis ſucceſſivè duo Matrimonia ſub conditione contrahat, & conditio, adjecta ſecundo Matrimonio, priùs exiſtat, valeat Matrimonium ſecundum præ primo? In affirmativam eunt quàmplures, Sanchez *lib. 5. diſp. 8. n. 16.* Boſco *cit. l. concluſ. 3. per tot.* Wieſtner *h. t. num. 14.*
77 Ratio eſt: quia, ſi conditio, adjecta ſecundo Matrimonio, priùs exiſtat, quàm conditio, adjecta primo, ſecundum Matrimonium fit purum & abſolutum, ac jus reale producit. Ergo valet præ primo: utpote quod adhuc
78 pendet, & jus reale non producit. Certè ſi Sponſalia de futuro abſoluta, cùm producant jus perſonale, ſolvantur per poſteriora de præſenti: cur Matrimonium prius conditionatum, quod nullum dat jus, per poſterius, quod eveniente conditione purificatur, & jus reale producit, non ſolvatur?

79 In negativam intrepidè declinat Pontius *lib. 3. cap. 13. n. 21.* Ratio illius eſt: quia Matrimonium primum, conditionatè initum, inducit obligationem puram, exſpectandi conditionis eventum; & ſimul obſtaculum ponit, ne contrahatur ſecundum. Ergo, ſi ſecundùm nihilominùs ineatur, initur invali-
80 dè, nec ullum operatur effectum. Huic rationi alia & fortior adjungi poteſt: quia, ſi Matrimonium prius fuiſſet purè contractum, illud valeret præ ſecundo, etiam purè contracto. Ergo pariter Matrimonium primum, conditionatè celebratum, valebit præ ſecundo, licèt conditio, adjecta ſecundo, priùs exiſtat: quippe cùm ex dictis in *num. 74.* conditio, adjecta primo, retrotrahatur, & idem efficiat, ac ſi Matrimonium ſtatim ab initio purè celebratum fuiſſet.

81 Hæcque ratio me quoque convincit. Ad contrariam Reſp. jus reale, quod per Matrimonium ſecundum, poſt exiſtentiam conditionis, producitur, non eſſe abſolutum, ſed conditionatum, ſi nempe conditio, priori adjecta, non fuerit purificata: unde, ſi conditio, adjecta priori, poſteà reddatur exiſtens, deficit & exſpirat jus reale Matrimonii ſecundi.
82 Argumentum, à Sponſalibus derivatum, non ſtringit: nam primum Matrimonium, eſto non producat jus in re abſolutum, producit tamen conditionatum, quod, impletâ conditione, ſtatim à principio ſupponitur abſolutum fuiſſe. Sponſalia de futuro verò nec abſolutum nec conditionatum jus in re producunt; unde per poſteriora de præſenti redduntur infirma.
83 Sanè, ſi liceat à Sponſalibus ad Matrimonium argumentari, tunc, ſicuti Sponſalia conditionata de futuro, ſecundô locô contracta, non valent aut jus perſonale producunt, etiamſi conditio adjecta priùs exiſtat ex *tr. 1. cap. 3. num. 124.* pariter Matrimonium conditionatum, ſecundô locô contractum, non valebit, nec jus reale producet, etiamſi conditio adjecta priùs exiſtat.

84 Controverſia movetur III. utrùm Matrimonium, ſub conditione contractum, purificetur per interventum copulæ? Hic diſtinguo inter conditionem de futuro vel de præſenti aut præterito. Si conditio adjecta ſit de futuro, & conjuges ante conditionis exiſtentiam carnaliter ſimul concumbant, à conditione receſſiſſe, & Matrimonium ipsô factô ratificâſſe & conſummâſſe cenſentur *cap. de illis 3. cap. ſuper eo 5. cap. per tuas 6. de Condition. appoſit. & ibid.* Gonzalez *num 1.* Ratio 85
eſt: quia, dum conjuges utuntur actu, ſolis conjugibus conceſſô, juſtè præſumitur, quòd non peccare, ſed jus conjugale modô licitô velint exercere; quod fieri non poſſet, niſi recederent à conditione, & jus abſolutum in corpora ſibi invicem conferrent. Si con- 86
ditio ſit adjecta de præſenti vel præterito, v. g. Matrimonium inter nos contractum ſit, ſi nobilis, dives, aut perſona legitimè nata ſis, interventus copulæ nihil operatur. Vel enim conditio tempore contractûs exiſtit, vel deficit. Si exiſtat; Matrimonium jam 87
eſt abſolutè contractum, ac conditio perinde habetur, ac ſi nunquàm adjecta fuiſſet *l. cùm ad præſens 37. cum 2. ſeqq. ff. de R. C.* Si 88
deficiat; Matrimonium ſtatim tempore contractûs eſt nullum, nec poteſt convaleſcere per copulam, quæ non maritali aut conjugali jure, ſed auſu fornicariô attentatur. Panormit. ad *cit. cap. per tuas 6. n. 4.* Fagnanus *ibid. num. 22.* Covarruv. *p. 2. cap. 3. §. 1. num. 13.* P. Wieſtner ad *tit. de Condit. appoſit. num. 6.*
Interim, antequàm conjuges ſciant exiſten- 89
tiam conditionis, de præſenti vel de præterito adjectæ, non poſſunt licitè commiſceri: quantùm enim ex parte illorum eſt, conditio necdum purificata cenſetur. Boſco de *Matr. diſp. 11. ſect. 8. concl. 5. n. 148.* P. Reiffenſtuel ad *cit. tit. n. 20.*

Controverſia movetur IV. utrùm, ſi con- 90
ditio ponatur, Parochus & teſtes de novo advocari, vel ſaltem à contrahentibus deſuper certiores fieri debeant? Pro negativa, cui favent Sanchez *lib. 5. diſp. 8. n. 24.* Boſco *cit. l. num. 156.* Boſſius de *Matr. cit. cap. 10. n. 80.* P. Krimer ad *tit. de condit. appoſ. n. 872.* facit, 91
quòd juxta Concil. Trid. Parochi teſtiumque præſentia tantummodò requiratur eô tempore, quô Matrimonium contrahitur. Atqui Matrimonium non contrahitur, quando purificatur conditio, ſed quando adjicitur; imò & quando purificatur conditio, retrotrahitur ad tempus, quô fuit adjecta. Ergo &c.
Confirmatur: quia præſentia Parochi & te- 92
ſtium neque requiritur ad conſtitutionem procuratoris, neque ad exhibitionem diſpenſationis inter perſonas impeditas, eſto Matrimonium absque mandato per procuratorem, vel absque diſpenſatione inter perſonas impeditas valere non poſſit. Ergo etiam non requiritur ad implementum aut verificationem conditionis, eſto ſinè hoc Matrimonium non perficiatur.

Pro affirmativa, cui patrocinantur P. En- 93
gel ad *tit. de Condit. appoſ. n. 18.* P. König *ibid. num. 21.* P. Wieſtner *ibid. num. 11. & ſeq.*



pugnat

pugnat intentio & mens Concilii Tridentini,
quod Parochi teſtiùmve præſentiam ideò re-
quiſivit, ut poſſint de Matrimonio, legitimè
celebratô, teſtari. Sed, niſi interſint imple-
mento conditionis, aut ſaltem certiores red-
dantur de Matrimonio, legitimè celebratô,
94 teſtari non poſſunt. Ergo &c. Confir-
matur. Si pars una conditionem poteſtati-
vam aut mixtam ſecretò adimpleret, nec al-
tera pars vellet credere, conditionem imple-
tam eſſe, magna conſurgeret perplexitas &
confuſio, nec decidi poſſet, an Matrimonium
ſit perfectum. Ergo etiam, ſi adimpleatur
conditio, neſcientibûs Parochô & teſtibûs, res
omninò perplexa redditur & confuſa, nec
decidi poteſt, an Matrimonium ſit perfe-
ctum.

95 Meô judiciô poſſet utraque ſententia in
praxin deduci, & dici, quòd, ſi purificatio
conditionis ſit aliunde notoria, ac publicè
conſtet, pacem v. g. cujus eventui Matrimo-
nii valor alligatus erat, concluſam eſſe, nec
opus ſit, ut Parochus & teſtes implemento
conditionis præſentes ſint: utpote cùm ad
negotia pacis non adhibeantur Parochi; nec
opus ſit, ut Parocho vel teſtibus intimetur:
eò quòd manifeſta non indigeant intimatio-
ne vel probatione. Itàque intelligo dupli-
cem reſolutionem S. Congregationis, à Pio
V. & Clem. VIII. probatam, uti refert Fa-
gnanus ad *cap. ſuper eo de Conditionib. num. 5.
& 6.* Sin autem purificatio conditionis 96
non ſit notoria, debent omninò contrahen-
tes providere, ut Parocho & teſtibus inno-
teſcat, quatenùs Eccleſia poſſit formare ju-
dicium prudens de actuali & abſoluta Matri-
monii exiſtentia. Et ſic accipio citatam re-
ſolutionem, à Clem. VIII. ratificatam, quam
ſua Sanctitas noluit pro omnibus caſibus in
futurum deſervire: quia nempe non ſemper
conditionis purificatio eſt notoria.

Controverſia movetur V. poſsitne Matri- 97
monio apponi conditio reſolutiva, v. g. con-
traho tecum, usque dum pulchriorem aut
ditiorem invenero?

Reſp. negativè. Nam in *cap. ult. de Condit.
appoſ.* hæc conditio: *donec inveniam aliam in
honore vel facultatibus digniorem &c.* dicitur ad-
verſa ſubſtantiæ Matrimonii. Hæc autem
eſt conditio reſolutiva, & ſimillima noſtræ, in
controverſia propoſitæ. Ergo &c. Ra- 98
tio autem eſt: quia conditio reſolutiva ſup-
ponit actum ab initio validum, eumque poſt
ſuam exiſtentiam reſolvit. Ergo, ut locum
habeat, contractus ex ſua natura ſolubilis ſit,
neceſſum eſt. Atqui Matrimonium, ſemel
validè contractum, non eſt ſolubile *cap. qui-
cunque 1. d. t.* Ergo &c. Gonzalez ad *d. cap. n. 8.*

## §. II.

### *De Matrimonio, ſub conditione impoſſibili contractô.*

99 AN Matrimonium æquè contrahi poſſit
ſub conditione impoſſibili quàm poſſi-
bili? Diſcutientum eſt. Refert autem, an
conditio ſit impoſſibilis ex natura, facto, vel
Jure. Si impoſſibilis ſit ex natura vel facto,
juxta *cit. cap. ult. de Condition. appoſit.* propter
favorem Matrimonii pro non-adjecta reputa-
100 tur. Quantumvis enim cæteri contra-
ctus ex adjectione talis conditionis vitientur,
uti concluſum in *Lib. III. tract. de Pact. & Con-
tract. cap. 1. num. 247.* in Matrimonio tamen
ipſamet conditio vitiatur, ac pro omiſſa judi-
catur: quia in re tam gravi, ubi agitur de
periculo ſacrilegii, præſumptio Juris eſt, quòd
aliquis conditionem magis ex joco & quoad
ſonum externum, quàm ſeriò & quoad inten-
tionem animi protulerit: quippe cùm aliàs
ſcienter committeret ſacrilegium, & Matri-
monii formam ac materiam irritaret. Pro-
indeque Matrimonium in hoc paſſu ſequitur
naturam actuum ultimæ voluntatis, in qui-
bus conditio impoſſibilis tanquàm ſupervaca-
nea rejicitur *§. impoſſibilis 10. Inſtit. de Hæred.
inſtituend.* P. Engel ad *tit. cit. n. 12.*

101 Et quamvis Covarruv. in *9. Decret. p. 2.
cap. 3. §. 7. n. 9.* hanc deciſionem reſtringat
ad conditionem impoſſibilem, ex facto ta-
lem, & quidem reſpectu unius tantùm vel
alterius perſonæ, veluti ſi quis Matrimonium
cum perſona paupere contrahat ſub conditio-
ne, ſi centum millia aureorum in dotem dede-
rit: attamen non ſatisfacit generalitati tex- 102
tûs, & proprietati verborum, quæ ſub ly *im-
poſſibilis* utique magis denotat impoſſibilita-
tem veram, atque ex natura aut facto abſo-
lutè impoſſibili talem, quàm impoſſibilita-
tem reſpectivam, quæ interventu humanæ
induſtriæ vel potentiæ poteſt auferri; proin-
deque non tam impoſſibilitas quàm difficul-
tas appellari debet. Paulus Duranus Epi-
ſcopus Urgellenſis in *tr. de Condition. & Mod.
impoſſibilib. p. 4. cap. 6. n. 31.*

Dixi: *eſſe præſumptionem Juris.* Admittitur 103
ergo probatio in contrarium, & conditio im-
poſſibilis pro adjecta habetur I. quando con-
trahentes per errorem putârunt, illam eſſe
poſſibilem: tum quia in ſimili caſu non reji-
citur in teſtamento, ut habetur in *cit. Lib. III.
tract. de Succeſſ. hered. p. 1. cap. 1. n. 276.* tum
quia conditio quoad poſſibilitatem magis ex
imaginatione contrahentium, quàm ex natu-
ra & facto conſideratur. Covarruv. *cit. l. n. 5.*
Duranus *cit. l. n. 34.* Wieſtner ad *tit. de Con-
dit. appoſ. n. 18.* II. quando conſtat ex 104
circumſtantiis loci, temporis, aut perſona-
rum, quòd conditio ſolùm adjecta fuerit ad
indicandam Matrimonii diſplicentiam, qua-
tenùs pars altera ſciat, tam parum cum ipſa
Matrimonium fore contrahendum vel con-
tractum, quàm parum conditio poterit exi-
ſtere. P. Engel ad *cit. tit. num. 13.* III. 105
quando contrahentes ignorant deciſionem
*cit.*



*cit. cap. ult.* licèt enim ignorantia Juris clari
non excuſet, excuſat tamen ignorantia Juris
ob diverſas DD. explicationes diverſimodè in-
telligibilis, præſertim ubi agitur de damno
vitando, & jugo inſolubili declinando, quale
verſatur in Matrimonio, in quod partes, ean-
dem conſtitutionem ignorantes, conſentire
non videntur. Covarruv. *cit. l. num. 1.* San-
chez *lib. 5. diſp. 3. num. 11.* Duranus *cit. l. n. 32.*
contra Pontium *lib. 3. cap. 4. num. 8.* Wieſt-
106 ner *cit. l. num. 24.* Ex quo idem San-
chez *num. 14.* & Duranus *num. 35.* inferunt,
quòd moraliter loquendô, rarò aut ferè nun-
quàm eveniat caſus, in quo judicandum ſit,
etiam in foro exteriori, Matrimonium, ſub
impoſſibili conditione celebratum, valere:
quia Pontificis deciſio nota & cognita judica-
ri non debet fœminæ contrahenti.

107 De reliquo nihil intereſt, an conditio impoſ-
ſibilis de natura vel facto adjiciatur de futuro,
præterito, vel præſenti: partim quia diſpoſi-
tio *cit. cap. ult.* eſt generalis & indiſtincta: par-
tim quia nihil intereſt in hæredis inſtitutione,
quomodò conditio impoſſibilis exprimatur
per *l. ſi Mævia 45. ff. de Hæred. inſtit.* partim quia,
quod impoſſibile eſt, ſemper eſt, & tale ma-
net, qualitercunque exprimatur. Covarruv.
*d. l. num. 2.* Duranus *cit. l. num. 45.* Engel *cit.
l. num. 13.* Wieſtner *num. 28.* contra Sylve-
108 ſtrum in *§. Matrimon. 3. q. 1. inf.* Aliud
evenit in conditione impoſſibili de Jure: cùm
enim hæc non alia de cauſa rejiciatur à Ma-
trimonio, niſi quòd invitet ad delinquen-
dum; ſanè non habetur pro rejecta, quando
delictum non ampliùs futurum ſed præteri-
tum & jam perpetratum eſſe ſupponitur.

109 Transeundô nunc ad conditionem, quæ
Jure nuncupatur impoſſibilis, illa vel adver-
ſatur ſubſtantiæ Matrimonii, vel tantùm aliun-
110 de repugnat honeſtati. Si poſterius; pari ſty-
lo de illa, ac altera, quæ impoſſibilis eſt na-
turâ vel factô, diſſerendum eſt juxta *cit. cap.
111 ult. de Condit. appoſ.* Si prius; conditio
non vitiatur, ſed Matrimonium *d. cap. ultim.*
quia Matrimonium aut verè non appetunt,
aut ſincerè non intendunt, qui, quod ipſius
ſubſtantiæ repugnat, efficere nituntur.
112 Cenſentur autem ſubſtantiæ Matrimonii re-
pugnare conditiones, quæ ſunt contra bonum
prolis, fidei, vel Sacramenti *arg. cap. omne ita-
que 10. XXVII. q. 2.* Contra bonum prolis eſt
conditio: *ſi generationem prolis evites:* contra
bonum fidei: *ſi pro quæſtu te adulterandam dede-
ris:* contra bonum Sacramenti: *donec inve-
niam aliam honore vel facultatibus digniorem. d.
cap. ult.*

113 De conditione turpi, quæ tantùm honeſta-
ti repugnat, quæritur, num talis ſit judican-
da, quando Titius dicit: contraho tecum,
ſi virginem te invenero; ſi mecum concubu-
eris; ſi donaveris centum? Ubi

114 Reſp. I. primam conditionem, niſi intelli-
gatur de mediis licitis, virginitatem per ho-
neſtas matronas aut obſtetrices juxta *cap. cau-
ſam 14. de Probat.* explorandi, eſſe turpem &
impoſſibilem de Jure: utpote cùm ſinè pec-
cato nequeat in executionem deduci. Covar-
ruv. in *4. Decret. cit. p. 2. cap. 3. §. 2. num. 16.*
Sanchez *diſp. 16. num. 7.* P. Wieſtner *cit. l.
num. 41.*

Reſp. II. conditionem ſecundam, niſi fera- 115
tur in concubitum, qui conſequitur Matri-
monium ex jure Matrimoniali, abſolutè quæ-
ſitô, ſimiliter turpem eſſe: cùm in actum li-
citè reduci nequeat. Covarruv. *d. l. num. 17.*
Sanchez *d. diſp. num. 3.* P. Wieſtner *num. 42.*

Reſp. III. conditionem tertiam eſſe hone- 116
ſtam per textum in *cap. de illis 3. de Condit appoſ.*
ubi Panormit. *num. 3.* Covarruv. *d. l. §. 3. n. 1.*
Sanchez *lib. 1. diſp. 23. num. 4.* Non enim in-
vitat ad delinquendum, dum aliquis centum
absque peccato donare valet; non refragan- 117
te textu in *l. ſi ita 57. §. 2. ff. de V. O.* ubi ex
ſtipulatione conditionali, quâ fœmina ſic ſti-
pulatur: *ſi tibi nupſero, decem dari ſpondes;* actio
denegatur: quia non denegatur abſolutè, ſed
causâ cognitâ, ſi nempe malitioſus animus ex
parte ſtipulantis detegatur.

De conditione altera, quæ Matrimonii ſub- 118
ſtantiæ refragatur, grave diſſidium eſt, utrùm
eidem æquivaleant ſequentes conditiones:
contraho tecum, ſi mecum vixeris in perpetua
caſtitate; ſi debitum nunquam exegeris;
aut mecum non concubueris? Affirmant
Covarruv. *cit. p. 2. cap. 3. §. 1. num. 3.* Sanchez
*lib. 5. diſput. 10. n. 2.* P. Engel ad *tit. de Condit.
appoſ. n. 10.* P. Wieſtner *ibid. n. 52.* Gonzalez
ad *cap. ult. d. t. n. 8.* Negant poſt Abulenſem,
Paludanum, & Rebelłum Pontius de *Matrim.
lib. 3. cap. 11. à n. 5.* Boſco de *Matrim. diſp. 11.
ſect. 8. concl. 9. à n. 421.* Clericatus de *Sacram.
Matrimon. deciſ. 3. n. 21. & ſeqq.* Krimer ad
*cit. tit. à n. 805.* ac noviſſimè Clariſſ. P. Kugler
de *Matrim. p. 1. q. 21. per tot.*

Poſtrema ſententia probatur I. conditio, 119
quæ licitè & meritoriè poteſt ſervari poſt Ma-
trimonium contractum, non repugnat illius
ſubſtantiæ; proindéque in ipſo contractu lici-
tè & validè poteſt apponi: quod enim repug-
nat ſubſtantiæ, nunquam non illicitum eſt.
Atqui conditio de ſervanda caſtitate, vel non-
exigendo debito aut concubitu, licitè & meri-
toriè poteſt ſervari poſt Matrimonium, velu- 120
ti non tantùm pateſcit ex puriſſimo conjugio
D. Virginis cum S. Joſepho, de quo D. Augu-
ſtinus in *cap. conjux 9. XXVII. q. 2.* ſed etiam
S. Imperatoris Henrici, & Chunegundis, Ju-
liani & Baſiliſſæ, Conradi Regis, & Mathil-
dis, Eduardi III. Regis Angliæ & Edithæ, ac
plurium aliorum conjugum, quos recenſet
Clericatus de *Sacram. Matrim. deciſ. 2. num. 16.*
probante id Apoſtolô *1. ad Corinth. 7.* ibi: *tem- 121
pus breve eſt: reliquum eſt, ut, qui habent uxores,
tanquàm non habentes ſint;* probante id ipſum
Jure Eccleſiaſtico in *tot. tit. de Converſ. conjugat.*
ubi etiam poſt Matrimonium conſummatum
datur conjugibus facultas, accedente mutuô
conſenſu, intrandi Monaſterium.

Probatur II. in plerisque contractibus po- 122
teſt uſus vel uſusfructus à dominio ſeu propri-
*etate*

etate ſeparari, ac fundus v. g. ſinè proximo
jure utendi-fruendi per emptionem-venditio-
nem aut alium contractum transferri: nec
enim contra *l. in vendentis* 13. *Cod. de Contrah.*
*empt.* ſubſtantia contractûs in arbitrium con-
trahentium tunc conferri cenſetur, ſed mu-
tuò conſenſu quidpiam contrahentibus reſer-
vatur, quod alioquin non factâ exceptione re-
ſervatum non foret. Ergo etiam in contra-
ctu Matrimoniali poteſt fieri talis ſeparatio,
ac dominium ſeu proprietas in corpus absque
proximo utendi-fruendi jure per copulam
transferri. Ergo Matrimonio poteſt adjici
conditio de ſervanda caſtitate, vel non-exi-
gendo debito: utpote cùm in ſimili pacto con-
juges ſibi invicem tradant dominium & pro-
prietatem in corpora, nec poſſint alteri rurſus
idem dominium & eandem proprietatem con-
cedere; reſervatô tamen uſu vel fructu pro-
ximo corporis quoad commercium carnale.
123 Probatur III. ſi memorata conditio foret
adverſa ſubſtantiæ Matrimonii, non poſſet
valere Matrimonium, contractum à perſonis,
ſimplici caſtitatis votô ligatis: quippe cùm ta-
les prudenter non poſſint aliam intentionem
habere, quàm tradendi dominium in corpus,
ſinè actuali uſu. Atqui conſequens eſt con-
tra omnes: utpote cùm ſimplex caſtitatis vo-
tum, ſive tantùm interveniat ex parte unius,
ſive ex parte utriusque, non conſtituat im-
pedimentum dirimens Matrimonii. Ergo &
antecedens.
124 Probatur IV. poteſt quis Matrimonium
contrahere cum intentione ſervandi caſtita-
tem, & ingrediendi Religionem *cap. commiſ-
ſum* 16. *h. t.* Ergo etiam Matrimonium quis
contrahere poteſt cum conditione ſervandi
caſtitatem: non enim oſtendi valet implican-
tia, cur intentio, quæ interiùs & in animo eſt
juſta, nequeat in pactum & conditionem ex-
teriùs deduci.
125 Objicies I. Conditio, quæ eſt contra ge-
nerationem prolis, repugnat ſubſtantiæ Ma-
trimonii juxta ſæpe *cit. cap. ult. de Condit. appoſit.*
Atqui conditio de ſervanda caſtitate vel non
exigendo debito &c. eſt contra generationem
prolis: nam, caſtitate ſervatâ, & debitô nun-
quam exactô, proles non generatur. Er-
go &c.
126 Reſp. diſtinguendô major. Conditio,
quæ eſt contra generationem prolis poſitivè,
repugnat ſubſtantiæ Matrimonii, concedo
major. quæ tantùm eſt contra generationem
prolis negativè, nego major. &, ſic diſtin-
ctâ minore, neg. conſeq. Explicatur diſtin-
127 ctio. Conditio dicitur generationi
prolis poſitivè contraria, quando generatio
per remedia poſitiva impeditur, ac poculum
ſterilitatis ſumitur, copula in vaſe innaturali
exercetur, abortus procuratur, aut alia po-
nuntur, per quæ conjuges, utentes copulâ,
ponunt obicem intento per naturam effectui
ſeu generationi. Negativè dicitur conditio
generationi contraria, quando per eam omit-
titur copula, ad prolem generandam ex in-
tentione naturæ deſtinata. Priori 128
modô adjecta conditio repugnat ſubſtantiæ
Matrimonii juxta *cap. aliquando* 7. *XXXII. q.* 2.
quia copulam exercere velle, & tamen impe-
dire per actum poſitivum, ut effectus, per
copulam à natura intentus, non ſequatur,
bono prolis adverſatur. At conditio, adje-
cta poſteriori modô, non repugnat ſubſtan-
tiæ Matrimonii: quia copulam non exercere,
& ſic omittere medium, ad generationem
idoneum, bono prolis non adverſatur. Aliàs 129
conjuges eſſent obligati ad copulam, nec poſ-
ſent aut Religionem cum mutuo conſenſu in-
gredi, aut caſtitatem vovere, aut aliàs ab
uſu conjugali abſtinere; quod tamen, ut lo-
quitur Boſco *cit. l. n.* 430. nullus ſanæ mentis
dixerit, ut conſtat ex *num.* 120. *& ſeq.*
Eadem reſponſio datur ad aliud argumen- 130
tum, quod eſt ſimilis tenoris, nempe quòd
conditio de ſervanda caſtitate vel debito non-
petendo refragetur fini principali Matrimonii,
hoc eſt, generationi prolis. Cùm enim ge-
neratio prolis non tam ſit finis Matrimonii
quoad illius proprietatem, quàm potiùs quo-
ad uſum, quatenùs copula, ceu uſus Matri-
monii, à natura principaliter refertur ad ge-
nerationem prolis: conſequens eſt, quòd,
cùm occaſione præfatæ conditionis tantùm
excludatur copula, ſicque generatio prolis
non impediatur poſitivè, ſed tantùm nega-
tivè, contra finem principalem Matrimonii
nihil agatur.
Objicies II. ad Matrimonium requiritur 131
eſſentialiter traditio corporum & jus exigendi
debitum conjugale. Sed, ubi Matrimonio
annectitur conditio de ſervanda caſtitate, &
debito non-exigendo, traditio corporum &
jus exigendi debitum non confertur: quippe
cùm conjuges debeant abſtinere à copula, &
debitum nec petere nec exigere poſſint.
Ergo &c.
Reſp. ex *num.* 122. diſtinguendô major. ad 132
Matrimonium requiritur eſſentialiter traditio
corporum & jus exigendi debitum quoad pro-
prietatem & radicaliter, concedo major.
quoad uſum & actualiter, nego major; &
eôdem modô diſtinctâ minore conſeq. Ad
Matrimonium itaque ſolùm requiritur, ut
fiat mutua corporum traditio quoad proprie-
tatem & jus radicale exigendi debitum, non
autem quoad uſum & jus actuale: nam, ut di-
ctum in *num.* 120. Matrimonium poteſt con-
ſiſtere absque illius uſu & conſummatione;
conſequenter poteſt in conjugem transferri
proprietas, quin uſus & uſusfructus corporis
transferatur.
Objicies III. ſi Matrimonium contrahi poſ- 133
ſit ſub conditione ſervandi caſtitatem, nihil
impedit, quò minùs à perſonis, votô caſti-
tatis ſimplici adſtrictis, validè & licitè con-
trahatur. Atqui conſequens defendi nequit:
eò quòd votum caſtitatis ſimplex ſit impedi-
mentum impediens Matrimonii. Ergo &c.
Reſp. negandô minor. Quemadmodùm 134
enim votum caſtitatis ſimplex non adimit vo-
venti



venti proprietatem in corpus; ita non adimit
poteſtatem, eandem proprietatem in conju-
gem ſinè actuali uſu transferendi; veluti cla-
reſcit ex Matrimonio D. Virginis, quæ, non
obſtante votô Virginitatis, antecedenter emiſ-
ſô, poteſtatem in corpus tranſtulit in caſtiſſi-
135 mum Sponſum S. Joſephum. Quòd
autem conſtituat impedimentum impediens
Matrimonii, ſolummodò verificatur in caſu,
quô non tantùm proprietas ſed etiam uſus
actualis alteri confertur: tunc enim ponitur
actus voto contrarius, & uſus, qui DEO per
votum conſecratus erat, homini communi-
136 catur. Et hinc Urbanus II. approba-
vit, imò, ut refert Clericatus de *Sacr. Matrim.*
*cit. deciſ.* 2. *n.* 16. imperavit Matrimonium,
quod contraxit Machildis Italiæ Comitiſſa
cum Wulfone Duce, ſub eo pacto, ut virgi-
nitatis votum ſervaret inviolatum.
137 Objicies IV. caſu quô unus ex contrahen-
tibus nollet ſervare caſtitatem, ſub cujus ex-
preſſa conditione Matrimonium antehàc con-
tractum erat, Matrimonium non minùs debe-
ret reſolvi, quàm aliud, in quo adjecta condi-
tio non ſervatur. Atqui conditio, quæ facit,
ut Matrimonium reſolvatur, repugnat illius
ſubſtantiæ ex *num.* 97. Ergo &c.
Reſp. negandô major. Pro cujus negatio- 138
nis intellectu ſciendum eſt, in Matrimonio,
cum obligatione ſervandi caſtitatem contra-
ctô, reperiri conditionem & modum, prout
etiam in cæteris negotiis ſæpenumerò con-
currit modus cum conditione, veluti mon-
ſtratum in *Lib. III. tract. de Pact. & Contract.*
*cap.* 1. *num.* 267. Conditio reperitur, ſpe-
ctatô contractûs initiô, quatenùs neutra pars
contrahentium alteri vult eſſe devincta, niſi
ſub conditione, ut obſervet caſtitatem, & ab-
ſtineat ab exactione debiti. Modus con 139
currit, ſpectatô contractûs complementô:
poſtquàm enim pars utraque conſenſit in ob-
ſervantiam caſtitatis & abſtinentiam à debito,
contractus jam eſt abſolutus, & utraque pars
obligatur ad caſtitatem & abſtinentiam ſer-
vandam. Et licèt alia negotia, ſi modus 140
non ſervetur, quandoque poſſint reſolvi: at-
tamen Matrimonium, cùm inſolubile ſit, ta-
lem reſolutionem non ſuffert, ſed, ubi ſemel
abſolutum & validum eſt, individuam & inſo-
lubilem vitæ conſuetudinem operatur.

## §. III.

### *De Matrimonio contracto ſub die, modo, demonſtratione, vel cauſa.*

141 Forma accidentalis Matrimonii conſiſtit
II. in adjectione *diei*, qui, ſi incertus ſit
quoad quæſtionem *an*, æquivalet conditioni
juxta *tr.* 1. *cap.* 3. *n.* 134. & conſequenter eô
142 jure & effectu adjicitur, quô conditio. Sin
autem ſit certus, poteſt quidem adjicii tan-
quàm terminus *à quo*, ut Matrimonium quoad
ſuos effectus pro contracto habeatur à tem-
pore exiſtentis diei. Boſco de *Matr. ſect.* 8. *con-
cluſ.* 11. *n.* 513. *& ſeq.* non autem tanquàm
terminus ad *quem*, ut, adveniente die, Matri-
monium obligare ceſſet: utpote cùm in effe-
ctu talis dies non differat à conditione reſo-
lutiva, quam in *num.* 97. à contractu Matri-
moniali rejecimus.
143 Forma accidentalis Matrimonii conſiſtit
III. in adjectione *modi*, de quo, ſi impoſſibilis
ſit, naturâ, factô, vel jure, non impari ratione
diſcurrendum, quàm de conditione, quòd
nempe pro non addito reputetur *arg.* ſæpe *cit.*
144 *cap. ult. de Condit. appoſ.* Niſi Matrimonii
ſubſtantiæ repugnet; in qua hypotheſi Ma-
trimonium adjectione modi vitiatur per *cit.*
*cap. ult.* Sanchez de *Matrim. lib.* 5. *diſput.* 21.
*num.* 7. Boſco de *Matrim. ſect.* 8. *concl.* 11. *per*
145 *tot.* König ad *cit. tit. n. ult.* Sin autem
modus ſit poſſibilis, tunc, ſicuti Matrimo-
nium non ſuſpendit, ſed tantùm obligatio-
nem inducit, ponendi gravamen, per modum
impoſitum: ita nullatenùs improbatur, ve-
luti catervatim docent Interpretes. In 146
eo tamen, quòd in *num.* priori dictum, Ma-
trimonium per modum, illius ſubſtantiæ con-
trarium, vitiari, diſſentit cum aliquibus P.
Wieſtner ad *cit. tit. n.* 55. eò quòd conſen-
ſus in Matrimonium non eliciatur à modo, ac
proinde conſenſus non feratur in aliquid,
quod adverſetur ſubſtantiæ Matrimonii. Sed 147
contra eſt: tum quia generatim modus, ſub-
ſtantiæ negotii contrarius, illud vitiat, ut
traditum in *d. lib. III. tract. de Pact. & Contract.*
*cap.* 1. *n.* 269 tum quia conſenſus eatenùs
elicitur dependenter à modo, quatenùs non
eſt abſolutus, ſed reſtrictus ad modum & il-
lius implementum: tum quia, qui vult ali-
quid, quod repugnat ſubſtantiæ negotii, ſive
voluntate abſolutâ, ſive conditionatâ, non
vult efficaciter ipſum negotium.
Forma accidentalis conſiſtit IV. in adje- 148
ctione *demonſtrationis*, de qua pariformiter eſt
ſentiendum in Matrimonio & Sponſalibus
juxta *tr.* 1. *cap.* 2. *n.* 139.
Forma accidentalis conſiſtit V. in adjectio- 149
ne *cauſæ*, quæ, licèt ſit falſa, tam parum infir-
mat Matrimonium, quàm ultimas volunta-
tes, niſi vim & effectum conditionis obtineat,
veluti ſi dicam: *ducam te, quia* 1000. *afferes
in dotem;* ut tenent Sanchez *cit. l.
n.* 2. Boſco *cit. l. n.* 506.
*& ſeqq.*

# CAPUT III.

## *De Effectu Matrimonii.*

Effectus Matrimonii ſunt multiplices. Quidam reſpiciunt ipſos conjuges, vel in communi, vel in ſingulari; quidam reſpiciunt liberos, ex Matrimonio ſuſceptos.

## SECTIO I.

### *De Effectibus Matrimonii quoad ipſos conjuges.*

SUMMARIA.

1. *Effectus Matrimonii eſt gratia Sacramentalis.* 2. *Vinculum conjugale.* 3. *Obligatio fidei.* 4. *& ſeqq. Jus petendi & obligatio reddendi debitū.* 11. *Quod non urget ante primū bimeſtre.* 12. *Poteſtas maritalis.* 13. *Ratione cujus uxor tenetur ſequi maritum.* 14. *Illa tamen moderata ſit, oportet.* 15. *& ſeq. Maritus illuſtris per ſe loquendô non habet Juriſdictionem in uxorem; ſed tantùm ex ſpontanea illius ſubjectione.* 17. *Item poteſtas patria.* 18. *Uxor participat mariti dignitatem.* 19. *& ſeq. Nobilitatem.* 21. *Forum.* 22. *Et cæteras prærogativas.* 23. *Retinetque illas poſt mariti obitum.* 24. *Niſi alteri nubat.* 25. *& ſeqq. Fæmina, nubens marito conditionis inferioris, amittit prærogativas participatas; non autem connatas.*

### §. I.

### *Quînam effectus ſint communes utrique conjugi?*

1 INter effectus Matrimonii, communes utrique conjugi, numeratur I. gratia Sacramentalis, quam Divina Benignitas indulſit conjugibus Chriſtianis, ut Matrimonii jugum, quod oneroſum eſt & grave, majori cum ſuavitate & merito ſupportare poſſint.

2 II. vinculum conjugale, quod, cùm ex Matrimonio ethnico & legitimo quoque conſurgat, per Matrimonium Chriſtianum magis magiſque roboratur & perficitur.

3 III. fides conjugalis, ratione cujus tenetur unus conjux alteri cohabitare, mutuum amorem & amicitiam exhibere, ab omni concubitu & affectu venereo circa perſonas alias abſtinere.

4 IV. eſt debitum conjugale, tum activum ſeu jus petendi copulam & commixtionem carnalem viri & uxoris; tum paſſivum ſeu obligatio reddendi, ſi ab uno conjugum fuerit petitum, juxta textum Apoſtoli 1. *Corinth.* 7. ibi: *uxori vir debitum reddat; ſimiliter autem & uxor viro.* Et licèt jus petendi per ſe loquendô ſit arbitrarium ac liberum, poſſintque conjuges à debito laudabiliter & meritoriè abſtinere per textum in *cap. quod DEO* 4. *XXXIII. quæſt.* 5. attamen obligatio reddendi ſemper ſtringit, ſi petitio fuerit rationabilis & ſeria,
5 nullâve cauſa à redditione excuſet. Cenſetur autem petitio rationabilis, ſi fiat I. modô humanô, ac petens ſit mentis compos; quâ ratione ebrius aut amens non petit juſtè, nec obligat ad reddendum, niſi ex charitate ad evitandum peccatum contra naturam. Gobat *tract.* 10. *num.* 615. II. ſi fiat de- 6
bito tempore: nam, (ut nihil dicam de tempore menſtruo, vel tempore prægnantiæ, de quo latè agit Zacchias *Quæſt. Medico. Legal. lib.* 7. *tit.* 3. *q.* 3. *à n.* 11. *& q.* 4. *à n.* 6.) etiam diebus ſolennioribus, aut quando acceditur ad S. Eucharistiam, à debito abſtinendum eſſe, inculcant SS. PP. in *cap. ſciatis* 1. *& ſeqq. XXXIII. q.* 4. etſi plerique in hoc non agnoſcant præceptum, ſed conſilium *arg. cap. penult. eâd. q.* 4. III. ſi fiat in loco non- 7
ſacro, vel non-publico, ne vel Eccleſia exinde polluatur, ut dictum in *Lib. III. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 133. aut ſcandalum quoddam oriatur. IV. ſi fiat in vaſe connaturali: nam, ut loqui- 8
tur D. Ambroſius in *cap. offerebat* 12. *XXXII. q.* 7. *minus eſt malum, ſecundùm naturam coire, quàm adversùs naturam delinquere;* &, ut diſſerit D. Auguſtinus in *cap. uſus* 14. *eâd. quæſt.* 7. *uſus naturalis & licitus eſt in conjugio, ſicut illicitus in adulterio. Contra naturam verò ſemper illicitus, & procul dubiò flagitioſior atque turpior, quem ſanctus Apoſtolus & in fœminis & in maſculis arguebat, damnabiliores volens intelligi, quàm ſi in uſu naturali vel adulterandô, vel fornicandô peccarent.* V. ſi obſervetur ſitus ordina- 9
rius, ac vir incubus & mulier ſuccuba ſit; quem modum ceu faciliorem, generandæ proli aptiorem, & conjugibus minùs in ſanitate nocentem, à Natura inſtitutum eſſe, demonſtrat Zacchias *quæſt. Medico-Legal. d. lib.* 7. *tit.* 3. *q.* 1. *à n.* 38. ſimulque modos aliàs non-naturales, unà cum periculo generationis & valetudinis, inde ſequenti, *à n.* 46. deſcribit.

10 Cauſæ, à redditione debiti excuſantes, generatim ad duas revocari poſſunt: videlicèt ſi petitio non ſit rationabilis & juſta; vel ſi reddenti periculum ſanitatis immineat; quod periculum, cùm nemo meliùs ſcire debeat, quàm Medicus; nemo fortaſſis ad forum Canonicum aut Theologicum meliùs expreſſit quàm laud. Zacchias *d. tit.* 3. *quæſt.* 2. 3. 4. *&* 5. Quantum verò ſit peccatum, vel non rectè petere, vel non reddere debitum, ad Moraliſtas remittimus, inter quos primus eſt Sanchez de *Matrim. tot. lib.* 9. Id ſolùm 11
meminiſſe juvat, quòd intra primum bimeſtre, à nuptiarum die computandum, conjunx conjugi petenti debitum reddere non teneatur: quoniam id tempus conjugibus à Jure conceditur, ad deliberandum, an Religionem aliquam, à Sede Apoſtolica approbatam, velint ingredi *cap. ex publico* 7. *de Converſ. conjugat.* Videatur Clericatus de *Sacrament. Ord. dec.* 14. ubi nonnulla adducit exempla, virorum & mulierum, qui, poſt Matrimonium, ante illius conſummationem, ad Ordines Religioſos convolârunt.



### §. II.

### *Quînam effectus Matrimonii ſingulares ſint ex parte mariti?*

12 INter effectus ſingulares ex parte mariti præcipuè eminent duo, poteſtas maritalis, & patria. Poteſtas maritalis extendit ſe ad uxorem, quæ viro, tanquàm capiti, in ordine ad gubernationem & adminiſtrationem domeſticam eſt ſubjecta, juxta Divinam ordinationem *Gen.* 3. *v.* 16. *& ad Epheſ. cap.* 5. *ŷ.* 22. *cap.*
13 *noluit* 16. *& ſeqq. XXXIII. q.* 5. Qua de cauſa mulier virum tenetur ſequi, &, ubi is habitationem figit, habitare *cap. unaquæque* 3. *XIII. q.* 2. Niſi grave corporis aut animæ periculum immineat, Magnif. D. P. König ad *h. t. n.* 15. aut vir nullibi domicilium figere velit. P. Pirhing ad *d. t. n.* 174. aut certus habitationi locus determinatus, nec juſta diſcedendi cauſa à marito probata fuerit. P. Schmalgrueber ad *tit.*
14 *de Sponſal. à n.* 120. Interim maritale regimen in uxorem non deſpoticum, ſeverum, aut exoſum: ſed moderatum & temperatum eſſe debet. Lauterb. ad *tit. ff. de R. N.* §. 83. tum quia uxor non eſt ancilla, ſed ſocia & conſors *l. nuptiæ* 1. *ff. de R. N. l. adverſùs* 4. *Cod. de Crim. expilatæ hered.* tum quia, ut dicitur in *cap. ſi ducturi* 2. *XXXII. q.* 6. qualem quiſque vult habere uxorem, talis &
15 ipſe ſit, oportet: tum quia, ut legitur in *cap. indignantur* 4. *eâd. q.* 6. ad maritos pertinet, *& virtute vincere, & exemplô regere fœminas.*

Illud in quæſtionem trahi video, num, ſi maritus ſit Illuſtris ac Nobilis, & Juriſdictionem in ſuo territorio habeat, eandem quoque adversùs uxorem exercere poſſit? Negant non pauci, quos inter recenſentur Modeſtinus Piſtorius, Schubhard, Myler ab Ehrenbach in *Gamalog. Perſon. Illuſtr. cap.* 7. *n.* 22. apud Stryck in *uſu mod. Pand.* ad *tit. de Juriſdict.* §. 29. Affirmat cum aliis Vitriarius *Inſt. Jur. publ. lib.* 3. *tit.* 17. §. 12. Diſtinguit meliùs *cit.* 16
Stryck, ac uxorem per ſe loquendô maritali Juriſdictioni non eſſe ſubjectam, aſſerit: eò quòd uxor ejusdem dignitatis ſit particeps *l. fœminæ* 8. *ff. de Senator.* par autem in parem non habeat imperium aut Juriſdictionem per *l. nam Magiſtratus* 4. *ff. de Recept. qui arbitr.* contendit tamen, ex Juriſdictione prorogata, & ſpontaneâ ſubjectione, expreſsâ, vel tacitâ, quæ inducitur ex contractibus aut delictis, ab uxore in territorio mariti geſtis, uxorem à marito judicari poſſe *arg. l. eſt recept.* 14. *ff. de Juriſd.* 17

Poteſtas patria circa liberos occupatur, poteſtque maritus partim ipſorum perſonas regere; partim eorum actiones in bonum familiæ dirigere; partim etiam res (ſervatâ peculiorum diſtinctione, de qua in *lib. III. tract. de Jure propriet. cap.* 2. *à n.* 144.) ad utilitatem propriam applicare. Revideantur dicta in *eod. lib. III. tract. I. p.* 1. *cap.* 1. *à num.* 76.

### §. III.

### *Quînam effectus Matrimonii ſint ſingulares ex parte uxoris?*

18 INter effectus Matrimonii ſingulares ex parte uxoris præcipuus eſt, quòd participet dignitatem, nobilitatem, forum, & pleraque mariti privilegia. De dignitate textus perſpicuus occurrit in *l. fœminæ* 8. *ff. de Senatorib. & l. mulieres* 13. *Cod. de Dignitat.* Unde in Germania extra dubium eſſe, exiſtimat Stryck ad *cit. tit. ff. de Senatorib.* §. 6. quòd virgo nobilis, Principi Imperii nupta, titulô mariti
19 Durchleuchtige ſit honoranda. De Nobilitate communem quoque ſententiam poſt Tiraquellum, Beſoldum, Hœping & alios allegat idem Stryck §. 7. & meritò: quandoquidem in *cit. l. mulieres* 13. disertè nobilitas mariti transfertur in uxorem in *verb. genere*
20 *nobilitamus.* Licèt utique nobilitas, quam maritus transfundit in uxorem, ex nativitate plebejam, in quibusdam locis, præcipuè in Capitulis Eccleſiarum Cathedralium & aliarum, quoad deſcendentes non attendatur; ſalvâ cæteroquin nobilitate uxoris, quæ radiis mariti coruſcat *Nov.* 105. *cap.* 2. *in pr.* De foro res etiam eſt expedita, quòd uxor 21
illud habeat cum marito commune juxta *cit. l. mulieres* 13. ibi: *& forum ex eorum perſona ſtatuimus.* Etiam in cauſa, quâ alteri ante Matrimonium erat obligata. Pranzkius ad *tit. ff. de Judic. n.* 12. Schöpffer in *tr. de Statu viduit. mat. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 15.

De cæteris mariti privilegiis, quòd uxori 22
communicentur, textus extant in *l. ult. Cod. de Injur. l. medicos* 6. *l. ult. Cod. de Profeſſor. & Medic.* König ad *h. t. num.* 120.

Atque hæc privilegia, forum, nobilitatem, 23

H 2 & dig-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
ALERE FLAMMAM VERITATIS

& dignitatem mariti retinet uxor poſt illius mortem, quàmdiu manet vidua per *cit. l. mulieres* 13. *Cod. de Dignitat. l. ult. Cod. de Incol.* quia, dum amoribus conjugalibus iteratò ſe non implicat, mariti prædefuncti prærogativis digna reputatur. Quamobrem etiam in viduis certorum Collegiorum & Opificum quotidie videmus, eas in Collegio manere, & artificium mariti per idoneos miniſtros aut proviſores exercere. Mev. *p.* 8. *dec.* 52. Schöpffer

24 *d. l. n.* 17. At, quàmprimùm alteri nupſit, prioris conjugis prærogativas amittit, ac poſterioris fortunam ſequitur juxta *cit. l. mulieres* 13. *& Nov.* 22. *cap.* 36. Schöpffer *d. l. n.* 24. 25. 33. Niſi ſpeciali Principis indultò retentionem veterum jurium impetraverit juxta *l. ult. in pr. ff. de Senator.* Stryck ad *eund. tit.* §. 8.

25 Cæterùm, ſi fœmina nubat marito conditionis inferioris, ex vulgato afferto priorem ſtatum & conditionem amittere dicitur per *l. fœmina* 8. *ff. de Senatorib. l. cùm te* 10. *Cod. de Nupt.*

26 Verùm cum *cit.* Stryck §. 9. diſcrimen eſt ſtatuendum inter prærogativas connatas, qualis eſt nobilitas ac illuſtris conditio; & inter prærogativas participatas, quæ participantur à patre, qui v. g. eſt Conſul, Conſiliarius, aut Miniſter Principis.

27 Et has quidem filia perdit, dum nuptias pangit cum marito diverſæ ſortis: quippe cùm per nuptias è familia patris egrediatur, nec paternorum jurium particeps remaneat, ſed mariti ſortem conſequatur juxta *cit. l. cùm te* 10. *Cod. de Nupt.*

28 Illas verò, cùm ſanguini, quem fœmina per Matrimonium non exuit, cohærere videantur, reſervat per *cit. l. cùm te & l. ſi ut* 1. *Cod. de Dignitat.* prout mores Europæ commonſtrant, dum v. g. filia Regis, Ducis, Principis, Comitis, Baronis, Nobilis &c. titulò, quem antecedenter ex ſplendore Natalium accepit, condecorari ſolet. Springsfeld de *Appanag. cap.* 3. *n.* 13. Myler ab Ehrenbach *Gamalog. Perſonar. illuſtr. cap.* 5. §. 28. König *h. t. n.* 119.

# SECTIO II.

## *De Effectibus Matrimonii quoad liberos.*

### SUMMARIA.

29. *Effectus Marimonii quoad liberos eſt ipſorum legitimitas.* 30. *& ſeq. Stante Matrimonio nati præſumuntur legitimi.* 32. *Etiam ſecundò die.* 33. *Vel menſe decimò poſt mortem patris.* 34. *Etiam ex Matrimonio putativo.* 35. *Matrimonium, cum impedimento cognationis clandeſtinè contractum, impedit legitimatem.* 36. *& ſeqq. Idem aſſeritur, quando impedimentum aliud ſubeſt.* 41. *& ſeq. Hæcque obtinent in utroque foro.* 43. *& ſeqq. Error Juris non impedit, quò minùs Matrimonium dicatur putativum, & ad prolis legitimitatem ſufficiens.* 49. *& ſeqq. Dubium practicum antecedens de valore Matrimonii legitimitatem tollit.* 52. *Non item ſubſequens.* 53. *& ſeqq. Proles eſt legitima, tametſi pendente lite de Matrimonii valore concepta fuerit.* 57. *Matrimonium poteſt liberos illegitimos facere legitimos.* 58. *Si nati fuerint ex perſonis, inter quas Matrimonium conſiſtere potuit.* 59. *Secus, ſi ex perſonis aliis.* 60. *& ſeqq. Hunc effectum operatur etiam Matrimonium ratum.* 64. *& ſeqq. Similiter & Matrimonium ſecundum cum concubina vel fornicaria contractum.* 70. *& ſeqq. Nec non Matrimonium putativum.* 74. *& ſeqq. Sufficit ad legitimationem, quòd parentes fuerint habiles tempore nativitatis.* 77. *& ſeqq. Contraria propulſantur.* 83. *& ſeqq. Nepos per Matrimonium avi legitimari poteſt.* 88. *& ſeq. In ordine ad ſucceſſionem avi.* 89. *& ſeqq. Diſceptitur, an conſenſus liberorum requiratur?* 92. *Reſolvitur, quòd requiratur ad acquirendam poteſtatem patriam.* 93. *Legitimatio tribuitur etiam per reſcriptum Principis.* 94. *Ex cauſa neceſſitatis vel utilitatis Eccleſiæ poteſt S. Pontifex ad temporalia aliquem legitimare.* 95. *& ſeqq. Quod etiam contingit, quando diſpenſat in radice Matrimonii.* 98. *& ſeqq. Indicatur diſcrimen inter reſcriptum & diſpenſationem in radice.* 101. *Iſte tamen effectus non extenditur in præjudicium liberorum jam natorum.* 102. *& ſeqq. Attingitur legitimatio per oblationem curiæ.* 105. *Ad effectum Matrimonii quoad liberos refertur etiam educatio, quæ principaliter incumbit patri.* 106. *& ſeq. Minùs principaliter matri competit.* 108. *Et poſt mortem patris principaliter.* 109. *Refertur quoque illuc onus alendi, quod præprimis reſpicit patrem.* 110. *& ſeq. Etiam primò triennio.* 112. *Deinde veniunt aſcendentes paterni.* 113. *& ſeq. Poſteà Mater.* 115. *Tum aſcendentes materni.* 116. *Demum fratres & ſorores.* 117. *& ſeqq. Non tantùm liberi legitimi, ſed etiam naturales ſunt alendi.* 122. *Niſi ſint divites, aut ſeipſos alere nequeant.* 123. *Aut ingratitudinem commiſerint.* 124. *Explicatur, quid alimentorum nomine contineatur.* 125. *Agitur de ſumptibus ſtudiorum.* 126. *Exprimitur obligatio, quam reciprocè habent liberi ad alendos parentes.*

## §. I.

### *De Legitimitate Liberorum.*

29 Quoad liberos, ex Matrimonio procreatos, effectus non modicus & magnæ ubique conſiderationis eſt legitimitas, ſeu legitima nativitas, cujus auxiliò plurimorum jurium & favorum in utroque foro participes redduntur.



30 Hicque effectus ſequitur ex Matrimonio I. tametſi liberi ſint nati ex uxore, de qua conſtat, quòd ſæpiùs adulterium commiſerit per *l. filium* 6. *ff. de his qui ſui vel alieni jur. l. miles* 11.

31 §. 9. *ff. ad L. Jul. de Adult.* Imò, tametſi ipſàmet uxor aſſerat, ſe hunc vel illum ex liberis ex adulterio concepiſſe *l. Imperatores* 29. §. 1. *ff. de Probat.* quia ex una parte præſumptio ſtat pro favore prolis innocentis; ex altera parte confeſſio matris non poteſt alii quàm matri nocere, veluti patet ex *lib. II. tract. III. de Proceſſu Judic. cap.* 4. *à num.* 48.

32 Sequitur II. ſive liberi poſt Matrimonium contractum nati ſint menſe octavô vel nonô; ſive ſub initium menſis ſeptimi *l. ſeptimò* 12. *ff. de S. H.* ſive, ut communis ſententia colligit ex *l. nuper* 11. *Cod. de Naturalib. lib.* ſecundô vel tertiô die poſt nuptias; quantùm ſcilicèt agitur de favore liberorum, non item de favore parentum, per copulam carnalem anticipatò congredientium. Stryck in *uſu mod. ad cit. tit. ff.* §. 13.

33 Sequitur III. quando liberi ſunt nati poſt mortem patris ex vidua, tam menſe nonô, quàm decimô *arg. l. Gallus* 29. *in pr. ff. de Liber. & poſthum.* Niſi forſitan pater graviter & continuò ante ſuum obitum ægrotâſſet *arg. l. inteſtato* 3. §. 11. *ff. de Suis & Legitim. hæred. d. l. filium* 6. *ff. de His, qui ſui vel alieni juris &c.* Poſt decimum menſem an partus editus pro legitimo habendus? Diſquirit Zacchias *quæſt. Medico. Legal. lib.* 1. *& tit.* 2. *q.* 6.

34 Sequitur IV. non tantùm ſi Matrimonium fuerit verum, ſed etiam putativum, utpote quod eandem vim & valorem habet, quàmdiu non detegitur error, & unus ſaltem ex conjugibus remanet in bona fide juxta *cap. cùm inter* 2. *& cap. ex tenore* 14. *Qui filii ſint Legit.* Sed hic pauliſper ſubſiſtendum, ac unum vel alterum dubium eſt diſcutiendum.

35 Dubitatur itaque I. an Matrimonium putativum ſufficiat ad tribuendam legitimitatem, quando non fuit contractum in facie Eccleſiæ?

Si Matrimonium, omiſsis denuntiationibus, ſit contractum cum impedimento cognationis, liberos exinde natos non cenſeri legitimos, textus eſt luculentus in *cap. ult.* §. *ſi quis de Clandeſtina deſponſat.* Ratio ibidem ſubjungitur: quia parentes taliter contrahendô *non expertes ſcientiæ, vel ſaltem affectatores ignorantiæ, videntur.*

36 Verùm, ſi aliud impedimentum ſubſit, res admodùm intricata eſt. Pontius de *Matrim. lib.* 5. *cap.* 27. *n.* 7. Gofredus, Zabarella, & alii, quos allegat P. Wieſtner ad *cit. tit. num.* 85. volunt, liberos ex Matrimonio, cum alio impedimento contractô, natos, eſſe legitimos: eò quòd *cit. cap.* loquatur ſolùm de Matrimonio *in gradu prohibito*; adeóque tanquàm conſtitutio odioſa non debeat ampliari ad Matrimonium cum alio impedimento, in quo nulla graduum computatio reperitur, contractum.

37 Covarr. in 4. *Decret. p.* 2. *cap.* 6. *in pr. n.* 15. Sanchez *l.* 3 *diſp.* 47. *n.* 4. Sylveſter *Verb. legitimus num.* 1. Barboſa in *cit. cap. ult. n.* 13. Wieſtner *cit. l. num.* 86. aſſeverant, liberos non fieri legitimos, eſto Matrimonium cum alio impedimento clandeſtinè ſit contractum:

38 partim quia in *cap. cùm inter* 2. *cap. quod nobis* 9. *Qui filii ſint legit.* proles declaratur legitima, quæ nata fuit ex Matrimonio, in facie Eccleſiæ celebratô; ideóque non obſcurè ſignificatur, prolem non fore legitimam, ſi in facie Eccleſiæ celebratum non fuerit:

39 partim quia in *cit. cap. ult. de Clandeſt. deſponſat.* ab initio generaliter prohibetur Matrimonium clandeſtinum, ne impedimenta, qualiacunque fuerint, abſcondita maneant; & poſteà generaliter ſubjungitur: *ſi quis hujuſmodi clandeſtina conjugia &c.* & rurſus: *ſi ambo parentes impedimentum ſcientes legitimum &c.*

40 Quòd autem mentio ſubjiciatur de Matrimonio *in gradu prohibito*, non reſtringit priorem & poſteriorem locutionem generalem, ſed tantùm explicat & declarat: vel quia impedimentum cognationis eſt frequentius; vel quia per gradum prohibitum non tam cognatio quàm impedimentum quodlibet intelligi poteſt.

41 Dubitatur II. an proles ex Matrimonio putativo, ſed clandeſtino, procreata, ſaltem in foro conſcientiæ pro legitima ſit habenda? Rationem dubitandi ſuggerit Suarez apud P. Wieſtner ad *tit. Qui filii ſint legit. n.* 11. citans, quòd diſpoſitio *cit. cap. ult. de Clandeſt. deſp.* fundetur in præſumptione ſcientiæ vel affectatæ ignorantiæ impedimenti; ideòque, ceſſante præſumptione, ceſſet diſpoſitio, in præſumptione fundata. Sed

42 Concludendum eſt negativè cum Barboſa ad *cit. cap. cùm inter* 2. *n.* 27. Pontio de *Matr. lib.* 11. *cap.* 8. *n.* 3. P. Wieſtner *cit. l. num.* 12. Ratio eſt: quia, tametſi diſpoſitio *cit. cap.* fundetur in præſumptione, ea tamen eſt Juris & generalis; proindeque, ſicut aliæ diſpoſitiones, in præſumptione generali & Juris fundatæ, obligant pro utroque foro in omni eventu: ſic etiam diſpoſitio *cit. cap.*

43 Dubitatur III. an Matrimonium cenſeatur eſſe putativum, in ordine ad prolis legitimitatem, quod fuit contractum cum errore Juris, dum conjuges v. g. ſciverunt, ſe eſſe in tertio vel quarto gradu conſanguineos aut affines, ſed erroneè crediderunt, Matrimonium in tali gradu non eſſe prohibitum?

44 Negativam commendat duplex ratio. I. quòd error Juris æquiparetur ſcientiæ & malæ fidei *cap. qui contra* 82. *de R. J. in* 6. quæ impedit, ut Matrimonium cenſeatur eſſe putativum.

45 II. quòd ignorantia Juris non proſit, ſed noceat, quotieſcunque de lucro captando agitur *l. Juris* 7. *l. error.* 8. *ff. de Juris & facti ignorant.*

46 Affirmativam autem potentiùs & efficaciùs commendat generalitas textuum in *cap. cùm inter* 2. *cap. quod nobis* 9. *cap. ex tenore* 14. *Qui filii ſint legit.* in quibus Matrimonium ſupponitur eſſe putativum, atque legitimorum natalium cauſativum, quando contractum eſt à conjugibus, qui verſabantur in ignorantia impedimenti,



ſinè

ſinè diſtinctione, num ignorantia ſit Juris vel
47 facti. Capienda itaque generalitas, &, cùm favor innocentis prolis vertatur, reſtringenda non eſt per *cit. cap. ex tenore* 14. *in fin.* Abbas in *cap. perlatum d. t. num.* 5. Barboſa ad *cit. cap. cùm inter n.* 17. Wieſtner ad *cit. tit. n.* 16. Reiffenſtuel *ibid. num.* 6.

48 Ad rationem negativæ Reſp. dupliciter. I. quòd error Juris æquiparetur ſcientiæ, & noceat ipſimet ignoranti, non autem tertio; II. quòd noceat, ſi proles innocens certet de lucro, non autem de damno, per illegitimos natales avertendô.

49 Dubitatur IV. an, ſi parentes dubitent de valore conjugii, proles exinde concepta ſit legitima?

Gonzalez in ſæpe *cit. cap. cùm inter* 2. *n.* 4. indiſtinctè reſpondet, prolem cenſeri legitimam: quia, qui dubitat, eſt in bona fide.
50 Sed *cit.* P. Wieſter *num.* 18. & *ſeq.* & *cit.* P. Reiffenſtuel *num.* 8. & 9. non ſinè fundamento diſtinguunt inter dubium, antecedens Matrimonium; & inter dubium ſubſequens. Dubium antecedens, ſi practicum ſit, & Matrimonium, eô non depoſitô, contrahatur,
51 impedit prolis legitimitatem: tum quia, quod non eſt ex fide, ſeu actuali credulitate de honeſtate operationis, peccatum eſt *cap. ult. de Præſcript.* tum quia, qui cùm dubio practico operatur, habet affectatam ignorantiam, quæ ſcientiæ æquivalet per *cap. ult. de Clandeſt. deſponſat. cap. eos* 2. *de Temporibus Ordinat. in* 6.
52 Dubium ſubſequens, ſicuti non impedit, quò minùs Matrimonium cenſeatur cum bona fide contractum, aut uſus conjugalis licitè exerceatur, debitum ſi non petendô, ſaltem reddendô juxta *cap. inquiſitioni* 44 *de Sentent. excommunicat.* ita non impedit legitimitatem.

Dubitatur V. an proles ſit legitima, quæ 53
nata fuit, pendente lite de Matrimonii valore?

Reſolutio noſtra eſt affirmativa. Panorm. ad ſæpe *cit. cap. cùm inter n.* 6. Barboſa *num.* 13. Gonzalez *num.* 8. Pirhing ad *eund. tit. num.* 7. Magnif. D. P. König *ibid. num.* 6. P. Reiffenſtuel *ibid. num.* 9. Textus eſt in *cit. cap. cùm inter*, ubi liberi pronuntiantur legitimi, *qui concepti fuerant ante latam ſententiam.* Ergo litis pendentia non obſtat legitimæ nativitati.
Ratio eſt: quia, pendente lite, nec alius poſ- 54
ſeſſione ſuâ privatur per *rubr.* & *cap. à memoria* 1. *Ut lite pend.* nec conjuges ab uſu conjugii repelluntur *cap. laudabilem* 2. *eod.* Ergo cum proles, pendente lite concepta, concepta ſit ex conjunctione licita, pro legitima eſt habenda.

Neque opponas: in ordine ad perceptio- 55
nem fructuum poſt litem conteſtatem omnes poſſeſſores in mala fide conſtitutos præſumi *l. certum eſt* 22. *Cod. de R. V.* Hoc enim exaudiendum eſt de ſolis fructibus patrimonii, qui faciunt poſſeſſorem cum detrimento veri domini locupletiorem; non autem de fructibus Matrimonii ſeu liberis, qui neque poſſeſſori lucrum afferunt, neque tertio diſpendium inferunt.

De cætero, ſi quæſtio incidat de legitimita- 56
te liberorum, erit præſumptio pro liberis, in quaſi poſſeſſione legitimitatis exiſtentibus; nec illi, ſed, qui contrarium afferunt, aſſertionem ſuam probare obſtringuntur; quam in rem ſervient, tum ea, quæ diſcuſſa fuerunt in *Lib. II. tr. III. de Proceſſ. Jud. cap. 3. à num.* 55. tum ea, quæ pro veritate conſultus prolixè deduxit Fagnanus in *cap. lator* 5. *Qui filii ſint legit. à n.* 6.

## §. II.

## *De Liberorum Legitimatione.*

57 ALter, nec minoris conſiderationis, effectus Matrimonii quoad liberos eſt, quòd ipſos, ante Matrimonium illegitimè genitos, legitimet, ſeu legitimos efficiat: nam, ut loquitur S. Pontifex in *cap. tanta* 6. *Qui filii ſint legit. tanta eſt vis Matrimonii, ut, qui anteà ſunt geniti, poſt contractum Matrimonium legitimi habeantur.*

58 Nec refert: an liberi, antehàc illegitimè nati, ſint naturales tantùm in ſenſu civili, hoc eſt, ex concubina ſuſcepti; an autem in ſenſu Juris Canonici, hoc eſt, ex ſimplici fornicatione geniti: nam in ſenſu Juris Canonici, quem praxis hodierna recipit, omnes liberi per ſubſequens Matrimonium, à parentibus ad illud habilibus contractum, legitimantur *d. cap tanta* 6. etiamſi concepti forent ex meretrice, ſi modò de patre naturali conſtet. Rota Romana in *rec. p.* 9. *dec.* 314. *num.* 23. & *ſeq.*
59 Illi verò, qui nati ſunt ex parentibus, ad Matrimonium pro tunc contrahendum ob impedimentum aliquo inhabilibus, quales ſunt adulterini, ſacrilegi, inceſtuoſi, per ſubſequens Matrimonium legitimari non poſſunt *eôd. cap. tanta* 6. Hæc plana ſunt. At

Controverſum eſt I. utrùm ad legitimatio- 60
nem liberorum ſufficiat Matrimonium ratum, præſertim in ultimo vitæ articulo contractum? Rationem controverſiæ ſubminiſtrat textus in *l. nuper* 11. *Cod. de Natural. liber.* ubi ad legitimationis effectum requiritur *ſpes tollendæ ſobolis*; qualis non ſubeſt in Matrimonio rato, præſertim contracto in ultima vitæ
periodo. Attamen opinio receptiſſima 61
affirmat, & ex noſtris Clariſſ. DD. Engel ad *tit. Qui filii ſint. legit. n.* 9. König *ibid. num.* 21. D. de Wolleren in *Quæſt. Salisburgenſ. q.* 1. *à num.* 24. D. Franz ad *tit. Inſt. de Nupt. p.* 3. *n.* 8.
Ratio eſt: quia Matrimonium ratum, quô- 62
cunque tempore contrahatur, eſt verum Matrimonium. Ergo ſufficit ad legitimationem liberorum, ad mentem *cit. cap. tanta* 6. quod nihil aliud, quàm verum Matrimonium deſiderat. Accedit praxis Eccleſiæ, quâ moribundis datur licentia ducendi ſuas concubinas, in ordine ad liberos, ex illis illegitimè genitos, legitimandos; ubi ſinè dubio non cenſetur aliud Matrimonium eſſe contractum, quàm ratum.



63 Textus oppoſitus non refragatur. Nam ſpes tollendæ ſobolis non deficit in Matrimonio rato, etiam in periculo mortis contractô, quantùm eſt ex natura contractûs Matrimonialis: utpote cùm jus radicale tribuat ad copulam & prolis generationem.

64 Controverſum eſt II. an, ſi Matrimonium aliquod intermediet, ac Titius v. g. qui ex Bertha concubina ſuſtulit aliquot liberos, Matrimonium primò contrahat cum Mævia, dein, hâc defunctâ, Matrimonium ineat cum Bertha; an, inquam, liberi naturales, ex Bertha ſuſcepti, adhuc legitimentur?

65 Dixeris, quòd non: quia nomine Matrimonii Jura non intelligunt ſecundum, ſed primum, utpote cùm illud odioſum, hoc favorabile ſit: qua ex cauſa ſi quis promiſerit Sempronio mille in dotem, ſi duxerit Bertham, & is primô locô Mæviam, poſteà Bertham duxerit, nihil ampliùs valet petere *l. dotis promiſſio* 68. *in fin. ff. de J. D.* At

66 Tenendum, quòd ſic. Ita Panormit. ad *cit. cap. tanta* 6. *n.* 3. Barboſa *ibid. n.* 7. Pirhing ad *eund. tit. num.* 36. Magnif. D. P. König *ibid. num.* 27. Clariſſ. D. de Wolleren *cit. quæſt.* 1. *à n.* 42. Ratio eſt: quia Matrimonium ſecundû non minùs eſt verum, quàm primum, tam in ratione contractûs, quàm in ratione Sacramenti: unde quoad vim legitimandi diſcrimen inter unum & alterum non eſt ſtatuendum.

67 Ad argumentum objectum Reſp. Matrimonium ſecundum non eſſe odioſum de Jure Canonico juxta *cap. penult.* & *ult. de Secund. Nupt.* de Jure Civili verò tunc præcipuè odioſum cenſeri, quando contrahitur à vidua intra annum luctûs; hoc ipſum tamen odium redundare in ſolam viduam, non item in liberos, in quorum favorem contra binubos conjuges Jus Civile non pauca decrevit, ut
68 infra videbimus. Inſtantia de ſtipulatione, tanquàm negotio ſtricti Juris, eſt prorſus impertinens: nam ibi promiſſionis effectus dependet ab intentione promittentis, qui præſumitur de primo Matrimonio cogitâſſe: hic autem legitimationis effectus non dependet ab intentione contrahentium, ſed à Matrimonio, quod ex ſe virtutem legitimandi
69 accepit. Certè ſi Matrimonium ſecundum abſolutè diceretur ineptum, ad conferendum legitimationis effectum, liberi, ex vidua geniti, per Matrimonium, cum illa ceu binuba contractum, non poſſent legitimari; quod neſcio, an quiſpiam ſomniaverit.

70 Controverſum eſt III. an liberi efficiantur legitimi per Matrimonium putativum? Negant Covarruv. in 4. *Decret. p.* 2. *cap.* 8. §. 2. *num.* 20. Fachin. *lib.* 3. *contr. cap.* 55. Pirhing ad *cit. tit. num.* 34. Rationem dant: quia vis legitimandi tribuitur ſanctitati, reverentiæ, & efficaciæ Sacramenti Matrimonii. Atqui in Matrimonio putativo deficit omnis reverentia, ſanctitas, & efficacia Sacramenti. Er-
go &c. Affirmant Caniſius ad *cit. cap.* 71
*tanta num.* 2. Gonzalez ad *cap. cùm inter eod. tit. num.* 6. Pontius de *Matrim. lib.* 11. *cap.* 1. *num.* 13. Wieſtner ad *cit. tit. n.* 38. Rationem afferunt: quia, ſi Matrimonium putativum virtutem habeat, liberos faciendi legitimos; utique virtutem habebit, liberos efficiendi legitimatos. Valet ſiquidem argumentum à majori ad minus, &, qui poteſt, quod plus & majus eſt, poteſt etiam, quod
minus eſt *cap. cui licet* 53. *de R. J. in* 6. Pro- 72
fectò ſi Matrimonium putativum præceſſiſſet nativitatem liberorum, illi ſtatim ex nativitate fuiſſent legitimi. Ergo etiam, ſi nativitati liberorum ſuperveniat, liberi mox legitimantur: nam fictione Juris Matrimonium retrotrahitur, & ſtatim ab initio contractum fuiſſe reputatur.

Hæc poſterior ſententia, cùm faveat inno- 73
nocenti proli, placeatque Rotæ Romanæ, quam, ut veriorem & æquiorem ſecuta fuit, in *una Pampilonenſ. Matrim. p.* 2. *rec. dec.* 280. *n.* 1. & in *una Sponſal.* coram Cavalerio 19. *Nov.* 1607. meum perinde favorem & aſſenſum meretur. Nec verum eſt, legitimandi vim adſcribi tantùm ſanctitati & reverentiæ Sacramenti Matrimonii, quod tale eſt in veritate, ſed etiam quod tale eſt in opinione & bona fide: ſicut enim illegitima nativitas provenit ex antecedenti culpa parentum; ſic effectus legitimationis provenit ex Matrimonio, cum eorum bona fide contractô.

Controverſum eſt IV. utrùm, ſi parentes 74
tempore conceptionis liberorum ſint inhabiles ad Matrimonium contrahendum, tempore nativitatis autem exiſtant habiles, veluti ſi maritus, durante Matrimoniô, cum perſona ſoluta concumbat, &, antequàm ex tali concubitu naſcatur proles, Matrimonium per mortem uxoris ſolvatur; proles per Matrimonium ſubſequens legitimetur?

In hac controverſia rurſus innocenti proli 75
cum admiſſione legitimationis faveo, faventque mecum Covarruv. in 4. *Decretal. d. p.* 2. *cap.* 8. §. 2. *num.* 2. Fachin. *lib.* 3. *contr. cap.* 50. Gutierrez de *Matrim. cap.* 72. *à num.* 6. Clariſſimi DD. Collegæ, D. de Wolleren *cit. q.* 1. *à num.* 56. D. Franz ad *cit. tit. Inſtit. de Nupt. p.* 3. *n.* 5.
Ratio eſt: quia ex *l. nuper* 11. 76
*Cod. de Naturalib. lib.* & *Nov.* 89. *cap.* 8. quotieſcunque de ſtatu liberorum agitur, illud tempus eſt inſpiciendum, quod liberis eſt favorabilius. Ergo, dum agimus de ſtatu legitimitatis, inſpicimus hic tempus nativitatis, utpote quod liberis eſt favorabilius, & facit, ut non tantùm nati ſed etiam concepti videantur à perſonis, inter quas Matrimonium conſiſtere potuit.

Zoëſius ad *tit. Qui filii ſint legit. n.* 18. Pir- 77
hing *ibid. n.* 34. Gletle 1. *p. Pand. q.* 7. *num.* 4. objiciunt I. quando liberi ſunt concepti ex perſona, cum qua Matrimonium ſtare non potuit, non gaudent favore legitimationis ſæpe *cit. cap. tanta* 6. *l. Divi* 5. *d. l. nuper* 11. *Cod.*

*Cod. de Natural. lib.* Atqui liberi in contro-
verſia præſenti ſunt concepti ex perſona, cum
qua Matrimonium ſtare non potuit. Er-
go &c.

78 Reſp. diſtinguendô major. quando liberi
ſunt concepti à perſona, cum qua Matrimo-
nium ſtare non potuit neque tempore con-
ceptionis, neque tempore nativitatis, non
gaudent favore legitimationis, concedo ma-
jor. cum qua Matrimonium ſtare non potuit
tempore conceptionis, ſed tempore nativita-
79 tis, nego major. Jam autem ex *cit. l. nuper*
patet, in ſtatu liberorum dignoſcendo tempus
illud, quod eſt favorabilius, & conſequenter
in præſenti tempus nativitatis eſſe conſideran-
80 dum. Et quamvis in *cit. cap. tanta 6.*
ſimpliciter dicatur, quòd, ſi *vir vivente uxore
ſua aliam cognoverit, licèt poſt mortem uxoris ean-
dem duxerit, nihilominùs ſpurius ſit filius, & ab he-
reditate repellendus:* attamen ſubintelligendum
eſt, quòd filius, vivente prima uxore, ex co-
pula adulterina natus fuerit.

81 Objiciunt II. legitimatio nihil operatur,
niſi Matrimonium contrahatur cum fœmina,
quæ fuit antehàc concubina *d. l. Divi 5. Cod.
de Natural. lib.* Ergo ſi ſolutus commiſcea-
tur cum fœmina binuba, & cum ea contrahat
Matrimonium, legitimatio nihil operatur:
utpote cùm fœmina illa non ſit concubina,
ſed adultera.

82 Reſp. hoc argumentum ſolùm procedere
de rigore Juris Civilis veteris, quô concubi-
natus erat toleratus; at de Jure Canonico
& hodiernô, quô concubinatus eſt improba-
tus, non ſolùm legitimari poſſe liberos, ex
concubina ſuſceptos, ſed, ut dictum in *n.* 58.
omnes, qui nati ſunt ex perſonis, inter quas
Matrimonium vel tempore conceptionis, vel
tempore nativitatis, vel tempore intermediô
conſiſtere potuit.

83 Controverſum eſt V. an nepos per Matri-
monium avi poſſit legitimari? Caſus eſt iſte.
Sejus ex Bertha concubina ſuſcepit Titium
filium ſpurium, qui, antequàm Bertha duce-
retur in uxorem à Sejo, celebravit nuptias
cum Caja, &, ex ea ſuſceptô filiô Semproniô,
mortuus eſt: controvertitur, utrùm, ſi Se-
jus Bertham concubinam in Matrimonium
ſibi collocet poſt mortem Titii filii ſpurii, Sem-
pronius nepos legitimetur?

84 In negativam, quam magis communem
& receptam appellat Rota Rom. in *rec. p. 9.
dec.* 214. *num.* 10. *&* 11. cum Baldo & Bacho-
vio tranſit Antonius Gabrielius *commun. con-
cluſ. de legit. concl.* 1. *n.* 57. ex ratione, quòd,
mortuô filiô, deficiat medium, effectum legi-
85 timationis ad nepotem propagandi. Verùm
non eſt efficax hæc ratio. Non enim requiritur
medium, de facto exiſtens, ut effectus legiti-
mationis ad nepotem propagetur, ſed ſufficit
medium poſſibile; vel actu quidem prætteri-
tum, ſed fictione Juris perdurans: quemad-
modùm ad effectum adoptionis, ut quis ado-
ptetur in nepotem, non eſt opus, ut exiſtat
filius, ſed ſufficit, quòd exiſtere poſſit §. *licet
autem 5. Inſtit. de Adopt.* Affirmant 86
eapropter Fachin. *lib. 3. controverſ. cap.* 56.
Zoëſ. ad *tit. ff. de Concubin. n.* 8. Clariſſ. D. de
Wolleren ſæpe *cit. q.* 1. *à num.* 77. Clariſſ. P.
Wieſtner ad *tit. Qui filii ſint legit. n.* 41. nepo-
tem per avi Matrimonium legitimari. Ra- 87
tio eſt: quia Matrimonium, ſi primitus inter
Sejum & Bertham concubinam fuiſſet ini-
tum, filium & nepotem effeciſſet legitimum.
Ergo etiam filium & nepotem reddit legiti-
mum, ſi fuerit initum poſt mortem filii: nam
fictione Juris cenſetur eſſe contractum eô
tempore, quô filius ſpurius erat conce-
ptus.

Dices: talem legitimationem ad nihil pro- 88
deſſe nepoti: cùm enim natus ſit ex thoro le-
gitimo, legitimus ex ipſâ nativitate fuit, ta-
metſi partem habuerit illegitimum.

Reſp. talem legitimationem utique nepo-
ti prodeſſe, non tam reſpectu patris, quàm
reſpectu avi: huic enim, præciſâ legitima-
tione, tam parum ſuccedere poſſet, quàm
pater ipſius: utpote cùm nepos, ex filio na-
turali genitus, jus ſuitatis, quô pater caruit,
reſpectu avi non conſequatur.

Controverſum eſt VI. utrùm ad inducen- 89
dam legitimationem conſenſus liberorum
exigatur?

De Jure Civili certum eſt, liberorum exigi
conſenſum juxta *Nov. 89. cap.* 11. De 90
Jure Canonico ſecus eſſe, perhibet ex com-
muni ſenſu Covarruv. *cit. cap. 8. §. 2. n.* 12.
& P. Wieſtner ad ſæpe *cit. tit. Qui filii ſint le-
git. n.* 44. quia legitimatio eſt favor, conceſ-
ſus ipſi Matrimonio, cui privatorum contra-
dictio vel renuntiatio prævalere nequit per *l.
Jus publicum 38. ff. de Pact.* Atquia Jus 91
Civile nullibi correctum reperitur à Jure Ca-
nonico, nec etiam ratio corrigendi ſubeſt;
idem utrôque Jure dicendum exiſtimant Fa-
chin. *lib. 3. contr. cap.* 54. Gletle 1. *p. Pand.
quæſt.* 8. *à n.* 2. Clariſſ. D. Franz ad *cit. tit. de
Nupt. p. 3. n.* 9. Quod eatenùs veriſ- 92
ſimum puto, quatenùs agitur de jure poteſta-
tis patriæ, cui, ſi liberi nolint ſubjici, per le-
gitimationem ſolam non adiguntur; ſicuti
viciſſim pater non poteſt, invitis filiis, jus pa-
triæ poteſtatis diſſolvere, prout diſſerit Impe-
rator in *cit. Nov. 89. cap. 11. in pr.*

Porrò ſi liberi illegitimi non poſſint effe- 93
ctum legitimationis adipiſci per Matrimo-
nium: vel quia parentes jam mortui ſunt; vel
quia ſubeſt impedimentum aliud: legitimari
poſſunt per reſcriptum Principis, vel Eccle-
ſiaſtici, qualis eſt S. Pontifex; vel Sæcularis,
qualis eſt Imperator pro toto Imperio, vel
alius Princeps aut Status Imperii pro ſuo Ter-
ritorio; ita tamen, ut legitimatus ab uno,
non cenſeatur eſſe legitimatus ab altero, ve-
luti probatum manet ex *Lib. I. tract. de Poteſt.
Ordin. cap. 6. à n.* 67. Nihilominùs ex 94
cauſa neceſſitatis vel utilitatis Eccleſiæ non
prohibetur S. Pontifex effectum legitimatio-
nis in ordine ad jura temporalia & politica
in toto terrarum orbe extendere per textum
nota-



notabilem in *cap. per venerabilem 13. Qui filii
ſint legit.* ubi Panormit. *n.* 1. *&* 15. Gonza-
lez *num.* 29. propter Juriſdictionem tempo-
ralem indirectam, quam eidem adſtruximus
in *d. Lib. I. tractat. de Juriſdict. cap. 2. à
num.* 146.

95 Quæſtio gravis ſupereſt: an S. Pontifex
aliquando poſſit in ordine ad temporalia ali-
quem legitimare per diſpenſationem in radi-
ce Matrimonii, cum impedimento dirimente
nulliter contracti, declarandô, illud retrò
fuiſſe validum? Negativæ calculum adji-
ciunt Antonius de Butrio, Molina, Navarrus,
quos & alios citat P. Wieſtner *cit. l. num.* 66.
96 Affirmativa tamen, cui adſtipulantur Covar-
ruv. *cit. cap. 8. §. 8. n.* 42. Panormit. ad *d. cap.
per venerabilem n.* 21. Gonzalez *ibid. num.* 22.
Gutierrez de *Matrim. cap. 84. à n.* 10. San-
chez de *Matrim. lib. 8. diſp. 7. n.* 4. Wieſtner
*d. l. num.* 70. quàmve tenuit Rota *p. 2. rec. de-
ciſ.* 280. *n. 3. & ſeqq.* & *p. 17. dec.* 377. *n.* 56.
97 *& ſeqq.* communior & certior eſt. Ratio
eſt: quia, quòd liberi ſint illegitimi, & inha-
biles ad jura quædam temporalia, cauſa non
eſt alia, quàm Lex Eccleſiaſtica, dirimens Ma-
trimonium, & annullans illius effectus. Sed
S. Pontifex poteſt in hac Lege diſpenſare, &
declarare, Matrimonium retrò fuiſſe ſemper
validum. Ergo &c.

98 Nec dicere poſſis, S. Pontificem ex *n.* 93.
vi poteſtatis ordinariæ & directæ non poſſe
aliquem per reſcriptum ad temporalia legiti-
mare: adeóque non poſſe in radice Matri-
99 monii diſpenſare. Aliud enim eſt, legiti-
mare per reſcriptum; aliud, in radice Matri-
monii diſpenſare. Nam, ſi quis per reſcri-
ptum legitimetur, ſupponitur, nullum ante-
cedenter Matrimonium fuiſſe contractum;
quô caſu, cùm proles ſpuria à ſucceſſione &
cæteris juribus politicis arceatur ab ipſomet
Jure Civili, S. Pontifex effectum legitimatio-
nis ad talia jura porrigere nequit. At, 100
ſi diſpenſetur in radice Matrimonii, ſupponi-
tur, Matrimonium fuiſſe contractum, & de-
fectum legitimitatis ex ſolo Jure Eccleſiaſti-
co, quod impedimentum dirimens introdu-
xit, ſtatutum: hinc Pontifex impedimen-
tum tollere, & legitimitatis effectum conce-
dere poteſt.

Sicuti tamen per reſcriptum Principis libe- 101
ri non conſequuntur effectum legitimitatis in
præjudicium liberorum, legitimè natorum,
niſi Princeps exprimat; ſic neque per diſpen-
ſationem in radice Matrimonii liberi conſe-
quuntur ſimilem effectum in præjudicium
aliorum, legitimè natorum, niſi Pontifex ex-
primat: nec enim S. Pontifex jus, alteri quæ-
ſitum, minuere velle præſumitur, niſi volun-
tatem ſuam manifeſtè declaret.

Reſtaret adhuc pro complemento aliquid 102
dicendum de legitimatione per oblationem
curiæ, quâ pater liberos ſuos naturales, aut
ipſimet liberi ſeipſos offerebant curiæ ſeu Or-
dini Decurionum §. *ult. Inſt. de Nupt.* Sed, 103
quia Juriſperiti concordi ſcribunt calamô,
hunc legitimandi modum penitus exoleviſſe:
hinc exſoletæ materiæ diutiùs non inhæren-
dum, ſed tantùm cum Stryckio in *uſu mod.
Pandect. ad tit. de his qui ſui vel alieni jur. §.* 19.
monendum eſt, quòd, ſi hodiedum filius ſpu- 104
rius in Senatorem reciperetur à Principe
ſciente, is tacitè legitimatus crederetur: cùm
enim ad Senatum alii quàm legitimi non
admittantur; Princeps, qui voluit conſe-
quens, antecedens etiam voluiſſe præſu-
mitur.

## §. III.

### *De Educatione, & Alimentatione liberorum.*

105 INter effectus Matrimonii quoad liberos ſin-
gularem diſpectionem meretur eorum
educatio & alimentatio. Educatio principa-
liter ſpectat ad patrem, cui, ſicuti ex jure po-
teſtatis patriæ competit jus regendi liberos &
eorum actiones; ita incumbit obligatio, eoſ-
dem educandi in probis moribus, vera Reli-
gione, pietate, & artibus *arg. l. qui filium 4. ff.
Ubi pupill. educari &c.* nam ex educatione, quæ
dicitur altera natura, felicitas & ſalus ſubſe-
quentis vitæ dependet. Miller ad Struv.
106 *exercit. 30. th. 77. lit. n.* Minùs princi-
paliter educatio pertinet ad matrem: pater
ſiquidem in familia ſic imperat, ut aliquale
imperium matri concedatur; &, ut Ariſto-
teles 8. *Ethicor. ad Nicomach. cap.* 10. ait, *viri
& uxoris ſocietas ad Optimatum principatum ma-*
107 *ximè videtur accedere: pro dignitate enim vir im-
perat, in iiſque rebus imperat, in quibus virum opor-
tet imperare, &, quæ mulieri conveniunt, ei per-
mittit.* Miller ad Struv. *exercit. 29. ad pand.
th. 56. lit. r.*

Quin etiam poſt obitum patris educatio 108
principaliter matri tribuitur *l. educatio 1. Cod.
Ubi pupill. educari deb.* ſi, ut dicitur in ead. *l.
vitricum non induxerit:* utpote cùm fœminæ
novis maritis plerumque res & vitam filiorum
addicere *l. lex quæ 22. Cod. de Adminiſtrat. tut.*
eoſque tam impensè non ampliùs diligere
præſumantur *arg. l. fœmina 3. in pr. & l. hac edi-
ctali 6. in pr. Cod. de Secund. Nupt.* Lauterb. ad
*tit. ff. Ubi pupill. educ. §. 2. & 3.*

Alimentatio liberorum comprimis onerat 109
patrem *l. ſi quis 5. §. 1. ff. de Agnoſcend. & alend.
liber.* non tantùm ſi liberi triennium jam ex-
ceſſerint; ſed etiam ſi recèns in mundum
editi fuerint, imò adhuc in utero materno de-
lituerint *l. curator 5. ff. de Ventre in poſſeſſ. mitt.*
Quantumvis enim in *l. penult. Cod. de Patria* 110
*pot.* inſinuari videatur, matrem ad alimenta,
primô trienniô præſtanda, obligatam eſſe.
Perez in *compend. vitæ hom. cap. 13. n.* 60. id ta-
men eſt tantùm intelligendum de alimentis
per lactationem, quam olim ad triennium
usque

uſque debebat exhibere mater, ut tradit Lau-
111 terb. ad *cit. tit. de Agnoſc. & alend.* §. 13. Non
autem de cæteris alimentis, quæ ſtatim pater
ſubminiſtrare tenetur *l. ſi competenti* 3. *Cod.*
*eòd.* Martin. Coler. in *tractat. de Aliment.*
*lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 4. Miller ad Struv. *exercit.* 25.
*th.* 74.

112 Secundò locò liberis alimenta conferre
tenentur aſcendentes paterni *d.l. ſi quis* 5. §. 1.
*&* 2. *ff. de Agnoſcend. vel alend.* adeò ut, ſicut
officium alendi eſt magis paternú, quàm ma-
ternum; ita aſcendentes paternos ad ali-
menta ante matrem teneri, cum aliis con-
cludat allegatus Coler. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 12.
*& ſeq.*

113 Tertiò locò cogitur liberis alimenta ſub-
miniſtrare mater, ſi nempe nec pater, nec
aſcendentes paterni ſuperſtites, aut locuple-
tes ſint *d. l. ſi quis* 5. §. 2. 4. *&* 14. *l. non quemad-*
114 *modùm* 8. *ff. d. t.* Si tamen pater aut
aſcendentes ſuperſtites & locupletes ſint,
matri propter alimenta à ſe præſtita actio-
nem negotiorum geſtorum aſſignat Lauter-
bach. ad *eund. tit.* §. 14.

115 Quartò locò memoratum onus imponitur
aſcendentibus per lineam maternam ſæpe
*cit. l. ſi quis* 5. §. 2. *&* 5. & *l. non quemadmodum*
8. *ff. d. t.* Lauterb. *d.* §. 14. Coler. *d.l.* 1. *cap.* 8.
*num.* 2. quia non tam ex jure poteſtatis pa-
triæ, quàm naturalis conjunctionis alimenta
præſtantur.

116 Quintò locò fratres & ſorores, in ſubſidium
parentum, ſe invicem alere obſtringuntur
per *l. mutui* 73. §. 1. *ff. de Jure Dot. l. tutor* 13.
§. 2. *ff. de Adminiſtrat. & peric. tutor. l. in omni-*
*bus* 1. §. 2. *ff. de Tut. & rat. diſtrah.* Coler. *d.*
*lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 1. *& ſeqq.*

117 Atque hæc obligatio alendi non ſolùm ex-
tenditur ad filios & fratres, naturales ſimul &
legitimos, ſed etiam ad naturales tantùm
118 *Auth. licèt patri Cod. de Natural. lib.* Limi-
tatur autem in liberis & fratribus, ex damna-
to coitu genitis, quales ſunt inceſtuoſi, adul-
terini, ſacrilegi *d. Auth. licet patri in fin. Auth.*
*ex complexu Cod. de Inceſt. nupt. Novell.* 89. *cap.*
119 *ult.* Quam tamen limitationem de
Jure Canonico ſublatam eſſe, pateſcit ex *cap.*
*cùm haberet* 5. *De eo, qui duxit in Matrimon.*
nec ſolùm pro foro Eccleſiaſtico, ſed etiam
Sæculari, veluti pro certo, allegatis præjudi-
ciis, tradunt Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 88. *num.* 4.
*&* 12. Coler. *cit. lib.* 1. *cap.* 3. *à num.* 33.
120 Lauterbach. *cit. l.* §. 16. quia ſcilicèt Juri
Naturali repugnare videtur, ut proles, quæ
delictum non commiſit, ſit inferioris condi-
tionis, quàm brutum, atque à parentibus, à
quibus accepit vitam, per ſubtractionem me-
diorum vitâ denuò ſpolietur: ut adeò S. Pon-
tifex in hac materia, ubi periculum verſa-
tur peccati, procul dubiò conſtitutionem
Civilem pro toto Imperio reformare potue-
rit. Quamquàm, ſi Jus Civile ſumatur 121
in alio ſenſu, & alimenta non accipiantur
*naturaliter* pro neceſſitate vitæ conſervanda,
ſed *civiliter* pro dignitate & conditione paren-
tum, illius conſtitutio neutiquàm poſſit im-
probari, veluti ſubindicatum eſt in *Lib. III.*
*tractat. de Succeſſ. hæreditar. part.* 2. *cap.* 1.
*num.* 45.

Ceſſat autem obligatio alendi I. in liberis, 122
qui vel ipſimet abundant divitiis, aut gau-
dent mediis, ad ſui ſuſtentationem neceſſa-
riis; vel talis ſunt ætatis ac conditionis, ut
per exercitium artis alicujus liberalis aut
mechanicæ, vel per honeſtum ſervitium
aut famulatum ſeipſos alere poſſint *l. ſi quis* 5.
§. 7. *ff. de Agnoſcend. & alend. lib.* Struv. *exer-*
*cit.* 30. *th.* 76. Miller *ibid. in not. lit. b.* Lau-
terbach. *eòd. tit.* §. 16. II. in liberis, 123
qui talem commiſerunt ingratitudinem, ut
exhæredari valeant per *cit. l. ſi quis* 5. §. 11.
& ibi Gothofred *lit. ſ.* Pontanus in *tract. de*
*Aliment. cap.* 5. *num.* 2. *& ſeqq.* Miller *cit. loc.*
*lit. e.*

Alimentorum nomine non tantùm con- 124
tinetur cibus, potus, veſtitus *l. verbo* 43. *ff.*
*de V. S.* ſed omne illud, quod tuendi curan-
dive corporis noſtri gratiâ utimur *l. & cæte-*
*ra* 44. *ff. eòd.* puta habitatio *l. legatis* 6. *ff. de*
*Aliment. vel cibar. legat.* ſuppellex domeſtica,
ligna ad calefaciendum, & medicamenta.
Coler. de *Aliment. lib.* 2. *cap.* 1. *à num.* 2.
Miller *cit. l. th.* 77. *in not. à lit. a.* Sum- 125
ptus ſtudiorum, etiamſi non ſint eatenùs in
obligatione, ut pater filium ad ſtudia appli-
care, & ſumptus teneatur ſubminiſtrare:
nihilominùs, quando pater filium ſemel ad-
movit ad ſtudia, & is capacitati ingenii con-
jungit induſtriam & profectum, impenſas lar-
giri compellitur. Miller *cit. l.*

Eadem porrò ratio, quæ parentes ſtrin- 126
git ad alendos liberos, ſtringit etiam liberos
ad alendos parentes *l. ſi quis* 5. *in princ. &*
§. 2. *ff. de Agnoſc. & alend. lib.* quatenùs, cùm
de condigno ſatisfacere, & parentibus vitam
reddere non poſſint, ſaltem pro viribus
fovere ſtudeant. Coler. *lib.* 1. *cap.* 5. *&* 7.
Struv. *d. exercit. th.* 78. Miller *ibid. in*
*not.* Lauterbach. ad *cit. t.*
§. 19.

CAPUT



# CAPUT IV.

## *De Acceſſoriis Matrimonii.*

ACceſſoria Matrimonii ſunt ea, quæ plerumque ſolent accedere Matrimonio, vel conſtituendo, vel conſtituto, puta, Dos, Donatio propter nuptias, Donatio inter conjuges &c. quibus per modum appendicis annectimus ſecundas Nuptias, in *tit. ult. lib.* 4. *Decretal.* propoſitas.

## SECTIO I.

### *De Dote, & Donatione propter Nuptias.*

SUMMARIA.

*1. & 3. Triplex acceptio dotis. 4. Ejus definitio. 5. Eſt res data marito. 6. Ad onera Matrimonii ferenda. 7. Dos dividitur in promiſſam & conſtitutam. 8. Improbatur à quibusdam hæc diviſio. 9. & ſeqq. Probatur ab aliis. 12. Modus conciliandi partes diſſidentes ſuggeritur. 13. & ſeq. Dividitur quoque in profectitiam & adventitiam. 15. Dotem conſtituere poteſt, qui liberam habet rerum adminiſtrationem. 16. Ex neceſſitate dotem filiæ conſtituit pater. 17. & ſeqq. Etſi ſit emancipata. 22. & ſeqq. Non autem ſi dives ſit, ac mediis propriis inſtructa. 26. & ſeq. Nec etiam, ſi legitima non ſit; niſi ex æquitate. 28. Avus quoque tenetur nepti conſtituere dotem. 29. Item aliquando mater. 30. Aut frater germanus. 31. Aut ſtuprator. 32. Mulier ipſa non tenetur. 33. Objectum dotis ſunt res, in patrimonio exiſtentes. 34. Etiam aliena. 35. Etiam uſusfructus. 36. Etiam feudales, ſi ſpectant ad uxorem. 37. Promiſſio dotis indefinita valet reſpectu patris. 38. Non item reſpectu extranei. 39. Etiamſi uxor marito permittat uſumfructum bonorum, illa tamen non præſumuntur eſſe dotalia. 40. & ſeqq. Explicatur natura & qualitas bonorum paraphernalium. 46. Declarantur bona receptitia. 47. Explanantur pacta dotalia. 48. Alia ſunt ſimplicia; alia mixta. 49. & ſeqq. Eorum differentia. 55. & ſeqq. Oſtenditur modus, quò hæc pacta diſcerni poſſunt. 59. & ſeqq. Indicatur effectus promiſſæ dotis. 62. Panditur effectus dotis conſtitutæ. 63. & ſeqq. Bona, durante Matrimonio acquiſita, de Jure Communi non fiunt inter conjuges communia. 65. In dubio præſumuntur ad maritum ſpectare. 66. Pro repetitione dotis conceditur actio ex ſtipulatu. 67. Quandoque marito competit repetitio impenſarum. 68. & ſeqq. Prolixiùs exponitur, qualiter per adulterium dos amittatur. 77. & ſeqq. Deſcribitur donatio propter nuptias. 80. Adſtruuntur perſonæ, illam conſtituentes. 81. & ſeqq. Subjiciuntur effectus.*

### §. I.

### *De Natura & diverſitate Dotis.*

1 DOs, à dando, vel donando ſic dicta, po-
teſt accipi tripliciter. I. formaliter
pro conventione, quâ dos conſtituitur per *l.*
*dotis* 1. *ff. de Jure Dot. l. exigere* 65. *ff. de Judic.*
2 II. effectivè pro jure, quod marito vel uxo-
ri competit in dote *l. quamvis* 75. *& paſſim ff.*
3 *de Jure Dot.* III. objectivè pro re, in
dotem conſtitutâ *l. ſi pater* 41. *ff. Soluto Matri-*
*mon. l. quod dicitur* 5. *in pr. l. voluptuaria* 7. §. 1.
*ff. de Impenſis in rem dotal.* germanicè Heyrath-
Gut / Ehe-Steur / Braut-Schatz / Mitgifft.
Pluribus ſecunda placet acceptio; meo pro-
poſito commodior videtur tertia; in qua
4 Deſcribitur dos, quòd ſit res, marito data,
vel promiſſa, ad ferenda onera Matrimonii.
5 Dixi I. *res, marito data vel promiſſa*; quæ vo-
cabula occupant vicem generis, quatenùs
etiam res aliæ marito poſſunt ab uxore, vel
aliis conferri.

Dixi II. *ad ferenda onera Matrimonii*; quæ 6
verba ſubeunt locum differentiæ: eò quòd
nulla res alia marito detur ad onera Matri-
monii ferenda, quàm dos *l. pro oneribus* 20.
*Cod. de Jure Dot.* nec etiam dos ſub alia condi-
tione detur, quàm ut Matrimonium ſequa-
tur per *l. plerumque* 10. §. 4. *ff. d. t.* Cùm enim
maritus debeat uxorem, liberos, & totam fa-
miliam alere, ſubſidiò & levamine opus ha-
bet, ut faciliùs alimenta ſuppeditare queat.

Dos I. dividitur in promiſſam & conſtitu- 7
tam. Dos *promiſſa* vocatur, quæ conſiſtit in
nudis terminis promiſſionis. Dos *conſtituta*
nuncupatur, quæ traditione rei perficitur. 8
Hanc diviſionem cum aliis improbat Lau-


terbach

usque debebat exhibere mater, ut tradit Lau-
111 terb. ad *cit. tit. de Agnoſc. & alend.* §. 13. Non
autem de cæteris alimentis, quæ ſtatim pater
ſubminiſtrare tenetur *l. ſi competenti 3. Cod.
eod.* Martin. Coler. in *tractat. de Aliment.
lib. 1. cap. 6. n. 4.* Miller ad Struv. *exercit. 25.
th. 74.*

112 Secundò locò liberis alimenta conferre
tenentur aſcendentes paterni *d. l. ſi quis 5. §. 1.
& 2. ff. de Agnoſcend. vel alend.* adeò ut, ſicut
officium alendi eſt magis paternū, quàm ma-
ternum; ita aſcendentes paternos ad ali-
menta ante matrem teneri, cum aliis con-
cludat allegatus Coler. *lib. 1. cap. 7. num. 12.
& ſeq.*

113 Tertiò locò cogitur liberis alimenta ſub-
miniſtrare mater, ſi nempe nec pater, nec
aſcendentes paterni ſuperſtites, aut locuple-
tes ſint *d. l. ſi quis 5. §. 2. 4. & 14. l. non quemad-*
114 *modùm 8. ff. d. t.* Si tamen pater aut
aſcendentes ſuperſtites & locupletes ſint,
matri propter alimenta à ſe præſtita actio-
nem negotiorum geſtorum aſſignat Lauter-
bach. ad *eund. tit.* §. 14.

115 Quartò locò memoratum onus imponitur
aſcendentibus per lineam maternam ſæpe
*cit. l. ſi quis 5. §. 2. & 5.* & *l. non quemadmodùm
8. ff. d. t.* Lauterb. *d.* §. 14. Coler. *d. l. 1. cap. 8.
num.* 2. quia non tam ex jure poteſtatis pa-
triæ, quàm naturalis conjunctionis alimenta
præſtantur.

116 Quintò locò fratres & ſorores, in ſubſidium
parentum, ſe invicem alere obſtringuntur
per *l. mutui 73. §. 1. ff. de Jure Dot. l. tutor 13.
§. 2. ff. de Adminiſtrat. & peric. tutor. l. in omni-
bus 1. §. 2. ff. de Tut. & rat. diſtrah.* Coler. *d.
lib. 1. cap. 9. n. 1. & ſeqq.*

117 Atque hæc obligatio alendi non ſolùm ex-
tenditur ad filios & fratres, naturales ſimul &
legitimos, ſed etiam ad naturales tantùm
118 *Auth. licèt patri Cod. de Natural. lib.* Limi-
tatur autem in liberis & fratribus, ex damna-
to coitu genitis, quales ſunt inceſtuoſi, adul-
terini, ſacrilegi *d. Auth. licet patri in fin. Auth.
ex complexu Cod. de Inceſt. nupt. Novell. 89. cap.*
119 *ult.* Quam tamen limitationem de
Jure Canonico ſublatam eſſe, pateſcit ex *cap.
cùm haberet 5. De eo, qui duxit in Matrimon.*
nec ſolùm pro foro Eccleſiaſtico, ſed etiam
Sæculari, veluti pro certo, allegatis præjudi-
ciis, tradunt Gail. *lib. 2. obſerv.* 88. *num.* 4.
*& 12.* Coler. *cit. lib. 1. cap. 5. à num.* 33.
120 Lauterbach. *cit. l.* §. 16. quia ſcilicèt Juri
Naturali repugnare videtur, ut proles, quæ
delictum non commiſit, ſit inferioris condi-
tionis, quàm brutum, atque à parentibus, à
quibus accepit vitam, per ſubtractionem me-
diorum vitâ denuò ſpolietur: ut adeò S. Pon-
tifex in hac materia, ubi periculum verſa-
tur peccati, procul dubiò conſtitutionem
Civilem pro toto Imperio reformare potue-
rit. Quamquàm, ſi Jus Civile ſumatur 121
in alio ſenſu, & alimenta non accipiantur
*naturaliter* pro neceſſitate vitæ conſervanda,
ſed *civiliter* pro dignitate & conditione paren-
tum, illius conſtitutio neutiquàm poſſit im-
probari, veluti ſubindicatum eſt in *Lib. III.
tractat. de Succeſſ. hereditar. part. 2. cap. 1.
num. 45.*

Ceſſat autem obligatio alendi I. in liberis, 122
qui vel ipſimet abundant divitiis, aut gau-
dent mediis, ad ſui ſuſtentationem neceſſa-
riis; vel talis ſunt ætatis ac conditionis, ut
per exercitium artis alicujus liberalis aut
mechanicæ, vel per honeſtum ſervitium
aut famulatum ſeipſos alere poſſint *l. ſi quis 5.
§. 7. ff. de Agnoſcend. & alend. lib.* Struv. *exer-
cit. 30. th. 76.* Miller *ibid. in not. lit. b.* Lau-
terbach. *eòd. tit.* §. 16. II. in liberis, 123
qui talem commiſerunt ingratitudinem, ut
exhæredari valeant per *cit. l. ſi quis 5. §. 11.*
& ibi Gothofred *lit. ſ.* Pontanus in *tract. de
Aliment. cap. 5. num. 2. & ſeqq.* Miller *cit. loc.
lit. e.*

Alimentorum nomine non tantùm con- 124
tinetur cibus, potus, veſtitus *l. verbo 43. ff.
de V. S.* ſed omne illud, quod tuendi curan-
dive corporis noſtri gratiâ utimur *l. & cæte-
ra 44. ff. eòd.* puta habitatio *l. legatis 6. ff. de
Aliment. vel cibar. legat.* ſuppellex domeſtica,
ligna ad calefaciendum, & medicamenta.
Coler. de *Aliment. lib. 2. cap. 1. à num.* 2.
Miller *cit. l. th. 77. in not. à lit. a.* Sum- 125
ptus ſtudiorum, etiamſi non ſint eatenùs in
obligatione, ut pater filium ad ſtudia appli-
care, & ſumptus teneatur ſubminiſtrare:
nihilominùs, quando pater filium ſemel ad-
movit ad ſtudia, & is capacitati ingenii con-
jungit induſtriam & profectum, impenſas lar-
giri compellitur. Miller *cit. l.*

Eadem porrò ratio, quæ parentes ſtrin- 126
git ad alendos liberos, ſtringit etiam liberos
ad alendos parentes *l. ſi quis 5. in princ. &
§. 2. ff. de Agnoſc. & alend. lib.* quatenùs, cùm
de condigno ſatisfacere, & parentibus vitam
reddere non poſſint, ſaltem pro viribus
fovere ſtudeant. Coler. *lib. 1. cap. 5. & 7.*
Struv. *d. exercit. th. 78.* Miller *ibid. in
not.* Lauterbach. ad *cit. t.
§. 19.*

CAPUT



# CAPUT IV.

## *De Acceſſoriis Matrimonii.*

ACceſſoria Matrimonii ſunt ea, quæ plerumque ſolent accedere Matrimonio, vel conſtituendo, vel conſtituto, puta, Dos, Donatio propter nuptias, Donatio inter conjuges &c. quibus per modum appendicis annectimus ſecundas Nuptias, in *tit. ult. lib. 4. Decretal.* propoſitas.

## SECTIO I.

### *De Dote, & Donatione propter Nuptias.*

SUMMARIA.

*1. & 3. Triplex acceptio dotis. 4. Ejus definitio. 5. Eſt res data marito. 6. Ad onera Matrimonii ferenda. 7. Dos dividitur in promiſſam & conſtitutam. 8. Improbatur à quibusdam hæc diviſio. 9. & ſeqq. Probatur ab aliis. 12. Modus conciliandi partes diſſidentes ſuggeritur. 13. & ſeq. Dividitur quoque in profectitiam & adventitiam. 15. Dotem conſtituere poteſt, qui liberam habet rerum adminiſtrationem. 16. Ex neceſſitate dotem filiæ conſtituit pater. 17. & ſeqq. Eſto ſit emancipata. 22. & ſeqq. Non autem ſi dives ſit, ac mediis propriis inſtructa. 26. & ſeq. Nec etiam, ſi legitima non ſit; niſi ex æquitate. 28. Avus quoque tenetur nepti conſtituere dotem. 29. Item aliquando mater. 30. Aut frater germanus. 31. Aut ſtuprator. 32. Mulier ipſa non tenetur. 33. Objectum dotis ſunt res, in patrimonio exiſtentes. 34. Etiam aliena. 35. Etiam uſusfructus. 36. Etiam feudales, ſi ſpectant ad uxorem. 37. Promiſſio dotis indefinita valet reſpectu patris. 38. Non item reſpectu extranei. 39. Etiamſi uxor marito permittat uſumfructum bonorum, illa tamen non præſumuntur eſſe dotalia. 40. & ſeqq. Explicatur natura & qualitas bonorum paraphernalium. 46. Declarantur bona receptitia. 47. Explanantur pacta dotalia. 48. Alia ſunt ſimplicia; alia mixta. 49. & ſeqq. Eorum differentia. 55. & ſeqq. Oſtenditur modus, quò hæc pacta diſcerni poſſunt. 59. & ſeqq. Indicatur effectus promiſſæ dotis. 62. Panditur effectus dotis conſtitutæ. 63. & ſeqq. Bona, durante Matrimonio acquiſita, de Jure Communi non fiunt inter conjuges communia. 65. In dubio præſumuntur ad maritum ſpectare. 66. Pro repetitione dotis conceditur actio ex ſtipulatu. 67. Quandoque marito competit repetitio impenſarum. 68. & ſeqq. Prolixiùs exponitur, qualiter per adulterium dos amittatur. 77. & ſeqq. Deſcribitur donatio propter nuptias. 80. Adſtruuntur perſonæ, illam conſtituentes. 81. & ſeqq. Subjicitur effectus.*

### §. I.

#### *De Natura & diverſitate Dotis.*

1 DOs, à dando, vel donando ſic dicta, po-
teſt accipi tripliciter. I. formaliter
pro conventione, quâ dos conſtituitur per *l.
dotis 1. ff. de Jure Dot. l. exigere 65. ff. de Judic.*
2 II. effectivè pro jure, quod marito vel uxo-
ri competit in dote *l. quamvis 75. & paſſim ff.*
3 *de Jure Dot.* III. objectivè pro re, in
dotem conſtitutâ *l. ſi pater 41. ff. Soluto Matri-
mon. l. quod dicitur 5. in pr. l. voluptuaria 7. §. 1.
ff. de Impenſis in rem dotal.* germanicè Heyrath-
Gut / Ehe-Steur / Braut-Schatz / Mitgifft.
Pluribus ſecunda placet acceptio; meo pro-
poſito commodior videtur tertia; in qua
4 Deſcribitur dos, quòd ſit res, marito data,
vel promiſſa, ad ferenda onera Matrimonii.
5 Dixi I. *res, marito data vel promiſſa;* quæ vo-
cabula occupant vicem generis, quatenùs
etiam res aliæ marito poſſunt ab uxore, vel
aliis conferri.

Dixi II. *ad ferenda onera Matrimonii;* quæ 6
verba ſubeunt locum differentiæ: eò quòd
nulla res alia marito detur ad onera Matri-
monii ferenda, quàm dos *l. pro oneribus 20.
Cod. de Jure Dot.* nec etiam dos ſub alia condi-
tione detur, quàm ut Matrimonium ſequa-
tur per *l. plerumque 10. §. 4. ff. d. t.* Cùm enim
maritus debeat uxorem, liberos, & totam fa-
miliam alere, ſubſidiò & levamine opus ha-
bet, ut faciliùs alimenta ſuppeditare queat.

Dos I. dividitur in promiſſam & conſtitu- 7
tam. Dos *promiſſa* vocatur, quæ conſiſtit in
nudis terminis promiſſionis. Dos *conſtituta*
nuncupatur, quæ traditione rei perficitur. 8
Hanc diviſionem cum aliis improbat Lau-

 terbach

terbach ad *tit. ff. de Jure Dot.* §. 5. tum quia in
*l. de diviſione 5. ff. Soluto Matrim.* dicitur, do-
tem conſtitui traditione: tum quia dominium
rei dotalis non poteſt in maritum abſque tra-
ditione transferri ex *l. traditionibus* 20. *Cod. de*
9 *Pact.* Verùm eandem diviſionem
cum Zaſio & Tiraquello defendunt Fachin.
*lib.* 10. *controv. cap.* 24. Stryck in *diſp. de Jure
Mariti in bon. uxor.* (habetur in *diſſertat. Fran-
cofurt. vol. noviſſ. num.* 17.) *cap.* 1. *n.* 21. par-
tim quia in *l. nuptura* 57. *l. ſi mulier* 59. *in pr. l.
ſive generalis* 61. *in pr. ff. de Jure Dot. & t. t. Cod.
de Dot. promiſſ.* dos promiſſa ſupponitur eſſe
10 vera dos: partim quia mulier, cujus nomine
marito dos tantùm eſt promiſſa, dicitur habe-
re dotem in *l. cùm poſt* 43. §. 1. *ff. de Adminiſtrat.*
11 *& peric. tut.* partim quia dos promiſſa ſuos pro-
ducit effectus, ſingulari conſideratione dig-
nos, ut infra videbimus: adeóque dotis no-
mine non debet indigna cenſeri.
12 Crediderim itaque, ſi dos accipiatur obje-
ctivè in noſtra ſignificatione, propter ratio-
nes mox allatas, eandem vocabuli proprieta-
te donandam, ſive promiſſa tantùm, ſive
conſtituta ſit. Si verò ſumatur effectivè in
ſenſu Lauterbachii & aliorum, ob argumen-
ta in *num.* 8 ſolam dotem conſtitutam propriè
talem eſſe. Conferatur in *Lib. III. de Jure
Proprietat. cap.* 3. *n.* 97. *& ſeqq.*
Dos II. dividitur in profectitiam & adven- 13
titiam. *Profectitia* eſt, quæ promittitur vel
conſtituitur à patre, aſcendentibus paternis
vel alio, intuitu & contemplatione patris *l.
profectitia* 5. *in pr. &* §. 2. *ff. de J. D.* *Adventitia*
eſt, quæ citra contemplationem & intuitum
patris ab alio quàm patre promiſſa vel conſti-
tuta fuit *arg. l. dotem* 35. *ff. eod. l. un.* §. 13. *Cod.
de R. U. A.* Ipſamet uxor ſi dotem 14
promittat, aut conſtituat, illa quidem in *d. l.
profectitia* 5. §. 11. adventitia nominatur.
Struv. *exercit. ad Pand.* 30. *th.* 4. propriè ta-
men loquendò nec adventitia nec profectitia
eſt, ut ſentit Lauterbach *cit. l.* §. 8. & Miller
ad Struv. *cit. th.* 4. *lit. n.*

## §. II.

### *De Perſonis, quæ dotem promittere, vel conſtituere poſſunt, aut debent?*

15 DOtem promittere vel conſtituere poteſt,
qui liberam rerum adminiſtrationem
obtinet, & alienare non prohibetur: quia ſci-
licet dotis datio eſt ſpecies alienationis. Mil-
16 ler ad Struv. *cit. l. th.* 3. *lit. b.* Dotem
promittere vel conſtituere ex neceſſitate te-
netur I. pater *l. capite* 19. *ff. de R. N. l. ult. Cod.
de Dot. promiſſ.* cùm enim pater teneatur filiæ
de honeſto Matrimonio proſpicere, tenetur
etiam ei de dote, ſinè qua difficulter nubit,
17 proviſionem facere. Nec intereſt,
utrùm filia ſit emancipata, vel adhuc in pa-
tria poteſtate conſiſtat: quippe cùm in *cit. l.
ult. Cod. de Dot. promiſſ.* ab initio generaliter
ſupponatur, patrem obligatum eſſe, ad do-
tem, pro liberis quibuscunque conſtituen-
dam; & circa medium ſubdatur: *omninò pa-
ternum eſſe officium, dotem vel ante nuptias dona-
18 tionem pro ſua dare progenie.* Accedit textus
in *l. profectitia* 5. §. *ult. ff. de J. D.* ubi aſſeritur,
quòd, ſi pater emancipatæ filiæ, tanquàm il-
lius curator, dotem conſtituiſſet, *magis quaſi
pater quàm curator id feciſſe videatur.* Zoëſ. ad
*tit. ff. eod. n.* 7. Struv. *cit. exercit,* 30, *th.* 3.
Miller *ib. lit. c.* Clariſſ. D. de Baſſis in *deciſ.
Juſtinian. ad cit. l. ult. deciſ.* 23. *n.* 7.
19 Diſſentit cum aliis Lauterbach *cit. l.* §. 11.
tum propter textum in *cit. l. capite* 19. *ff. de R. N.*
ubi dicitur, parentes eſſe cogendos, ut libe-
ros, *quos habent in poteſtate*, dotent: unde à
ſenſu contrario infertur, liberis emancipatis,
velut à patria poteſtate jam dimiſſis, dotem
20 de neceſſitate non eſſe conſtituendam. Sed
meminiſſe oportet, duas citatæ *l.* conſtitu-
tiones inveniri: in prima vetatur parentibus,
ne liberis Matrimonium inhibeant; in ſecun-
da præcipitur, ut liberis dotem non negent.
21 Cùm igitur in ſola conſtitutione prima de li-
beris, in poteſtate conſtitutis, fiat mentio,
non item in ſecunda: conſequens eſt, quòd
pater liberis dotem præſtare debeat, ſive ſint
adhuc in poteſtate conſtituti, ſive jam eman-
cipati.
An verò pater dotare teneatur filiam divi- 22
tem, quæ aliunde ſuis mediis eſt inſtructa?
Nova eſt controverſia; in qua contra Gail.
*lib.* 2. *obſerv.* 95. *n.* 14. Perez ad *tit. Cod. de Dot.
promiſſ. n.* 8. Vultejum 2. *conſil. Marpurgenſ.*
49, *num.* 4. cum Struv. *cit. l.* Millero *ibid. lit.
d.* Fachin. *lib.* 10. *contr. cap.* 38. Lauterbach
*d. l.* §. 10. de Baſſis *cit. l. num.* 8. concludo
negativè, Ratio eſt: tum quia Impera- 23
tor in *cit. l. ult. Cod. de Dot. promiſſ.* & JCtus in
*l. profectitia* 5. §. *ult. ff. de J. D.* hunc caſum
proponunt tanquàm dubium, an, ſi pater filiæ
locupleti conſtituat dotem, eam ex bonis
propriis, vel ex bonis filiæ cenſeatur conſti-
tuiſſe? quæ ſanè dubitatio prorſus inanis &
domitiana fuiſſet, ſi pater obligatus foret,
dotare filiam divitem: tum quia pater non 24
eſt obligatus, filiæ diviti ſuppeditare alimen-
ta, velut in *cap.* 3. *num.* 122. dictum; adeóque
nec obligatus eſt, eidem conſtituere dotem,
quæ in locum alimentorum ſurrogata vide-
tur.
Nec obſtat, quòd pater filiæ diviti legiti- 25
mam obſtringatur relinquere. Siquidem à
legitima non ducitur argumentum idoneum
ad dotem: utpote cùm legitima debeatur
poſt mortem, nec præcisè rationem alimen-
torum habeat; dos autem debeatur in vita,
& rationem alimentorum participare videa-
tur.
Multò magis neceſſitas dotandi ceſſat in 26
filia naturali, ſpuria, vel ex damnato coitu
ſuſceptâ *arg. l. uxorem* 41. §. 11. *ff. de Legat.* 3.
*l. humanitatis* 8. *Cod. de Natural. liber.* Quam- 27
quàm, ſi talis filia ſit inops, ſicuti ex *cap. an-
teced.*



*teced. num.* 117. *& n.* 119. debet à patre ſuſten-
tari; ita etiam pro alimentorum modo modi-
cam dotem ab eodem ex æquitate conſtituen-
dam eſſe, doceant Gail. 2. *obſerv.* 88. *num.* 4.
*& ſeqq.* & Lauterbach ad *tit. de J. D.* §. 13.
28 II. nepti tenetur proſpicere de dote avus
paternus, ſi pater vel mortuus ſit, vel in bo-
nis ſuis non habeat, unde filiam dotare poſſit
*l. capite* 19. *ff. de R. N. l. profectitia* 5. §. 8. *l. avus*
79. *in pr. ff. de J. D.* ubi Brunn. *num.* 2. *& arg.
l. ult. Cod. de Dot. promiſſ.*
29 III. dotem liberis conſtituere tenetur ma-
ter, ſi pater aut avus ſit inops, & illa locuples
per *l. neque mater* 14. *Cod. de J. D.* cùm enim
mater in ſimili circumſtantia teneatur alere
liberos, ex *cap. priori n.* 113. tenetur etiam
dotem ſubminiſtrare. Lauterbach ad *cit. tit.
ff.* §. 16. Stryck in *uſu mod. ibid.* §. 6.
30 IV. in ſubſidium parentum dotem ſuppedi-
tare cogitur frater germanus aut conſangui-
neus *arg. l. cùm plures* 12. §. 3. *ff. de Adminiſtrat.
& peric. tut.* ubi, dum dotatio ſororis, aliô pa-
tre natæ, dicitur eſſe actus liberalitatis, tacitè
innuitur, dotationem ſororis germanæ vel
conſanguineæ eſſe actum neceſſitatis. Perez
in *Cod. ad tit. de Doti promiſſ. n.* 15. Zoëſ. ad *tit.
ff. de J. D. num.* 16. Lauterb. *ibid.* §. 17. Mil-
ler ad Struv. *cit. l. th.* 3. *lit. l.*
V. ad obligationem dotandi compellitur, 31
qui virginem aut viduam honeſtam corrupit,
juxta explicationem in *tract. I. cap.* 3. *à num.* 72.
Miller *cit. l. lit. d.*
Ipſa mulier ad dotem conſtituendam non 32
poteſt adigi: cùm Matrimonium abſolutè
loquendô ſinè dote poſſit contrahi, & ſubſi-
ſtere *l. ult. verſ. ſicut autem &c. Cod. de Donat.
ante nupt. l. ult. Cod. de Repud.* ubi Brunn. *num.* 1,
*& ſeqq.* Miller *cit. l. lit. a.*

## §. III.

### *De Objecto Dotis.*

33 OBjectum Dotis ſunt res quælibet, mobi-
les & immobiles, corporales & incor-
porales, nomina & actiones *l. ſi res* 12. §. *ult.
l. debitor* 36. *l. ſi uſusfructus* 66. *l. ſi mulier* 77. *ff.*
34 *de J. D.* Nec tantùm res propriæ poſ-
ſunt in dotem venire, ſed etiam alienæ *l. jure*
6. §. 1. *l. mater* 34. *ff. eod.* eô ſcilicèt effectu,
ut in maritum uſucapiendi conditio transfe-
ratur per *l. un. Cod. de Uſucap. pro dote, & t. t.
ff. pro dote.* Hic tamen
35 Quæres I. utrum uſusfructus in dotem
poſſit deduci?
Reſp. ex *l. dotis* 7. §. 2. *ff. de J. D.* cum Struv.
*d. l. th.* 6. & Miller *ibid. lit. c.* affirmativè:
quemadmodùm enim ipſamet mulier fructus
percipere valet; ſic etiam jus percipiendi fru-
ctus, non quidem radicale, ſed actuale, po-
teſt in maritum transferre.
36 Quæres II. poſsitne feudum dotale fieri?
Reſp. quòd poſſit, ſi feudum pertineat ad
fœminam, quæ dotem conſtituit juxta *tit* 13.
*& tit.* 17. *Feud.* 2. Lauterb. ad *tit. ff. de J. D.*
§. 24. ita tamen, ut iſta conſtitutio non fiat
per æſtimationem, quæ facit venditionem
*arg. tit.* 55. *in pr. Feud.* 2. Miller ubi ſupra. Sin
autem feudum ad fœminam non pertineat, ex
illius fructibus, ſaltem Germaniæ moribûs,
eam à patre pro conditione & ſtatu ſuo dotan-
dam eſſe, tradit Struv. in *ſyntag. Jur. Feud.
cap.* 14. *aphor.* 17. Hornius *Juriſprudent. Feud.
cap.* 21. §. 13.
37 Quæres III. an dos indefinitè poſſit pro-
mitti?
Reſp. cum diſtinctione: vel dos promitti-
tur à patre, vel extraneo. Si prius; valet
promiſſio, quantumvis indefinita ſit *l. cùm poſt*
69. §. 4. *ff. de J. D.* cùm enim pater ex officio
filiam dotare teneatur: hinc promiſſio dotis,
indefinitè facta, cenſetur comprehendere ta-
lem dotem, quæ facultatibus ipſius & digni-
38 tati mariti correſpondeat. Si poſterius;
promiſſio non valet per *cit. l. &* §. junctâ *l. fru-
ſtra* 1. *Cod. de Dot. promiſſ.* ubi Brunn. *num.* 1.
*& ſeqq.* quia promiſſio tam vaga reſpectu ex-
tranei, cujus arbitrio quantitas cenſetur reli-
cta, fieri poteſt eluſoria; niſi additum fuerit,
*arbitriò boni viri*, quô caſu quantitas dotis ex
arbitrio boni viri determinanda eſt *l. ſi cum* 3.
*Cod. d. t.*
Quæres IV. an, ſi mulier, non factâ men- 39
tione dotis, maritum omnibus bonis frui per-
mittat, ea in dotem dediſſe præſumatur?
Reſp. talia bona magis paraphernalia quàm
dotalia præſumi. Ita Struv. *cit. exercit.* 30.
*th.* 6. Miller *ibid. lit. n.* Stryck in ſupra *cit. diſp.
de Jure mariti in Bon. uxor. cap.* 1. *n.* 25. Heeſer
in *locis commun. p.* 2. *loc.* 12. *n.* 14. quia, dum
mulier ex *num.* 32. dotem conſtituere non te-
netur; præſumptio magis pro paraphernis
quàm dote ſumenda eſt.
Quæres V. quid ergo ſint bona parapher- 40
nalia?
Reſp. paraphernalia vel ſtrictè vel latè ac-
cipi poſſe. Latè accepta comprehendunt
omnia bona, quæ ſunt extra dotem, ſive ma-
rito ſint tradita, ſive non *l. hàc lege* 8. *Cod. de
Pact. convent.* Strictè accepta denotant 41
illa bona, quæ uxor, ſeclusô dotis titulô, tra-
didit marito *l. ult. Cod. d. t.* Heeſer *cit. l. n.* 6.
Et in his, ſicut marito non competit domini- 42
um, ſed tantùm adminiſtratio & cuſtodia,
niſi dominium ab uxore ſpontaneâ voluntate
ceſſum fuerit, ut dictum in *lib. III tract. de Ju-
re propriet. cap.* 3. *num.* 116. ſic etiam eidem 43
non competit uſus abſolutus; ſed, ut ſtatu-
tum habetur in *cit. l. ult.* ſi fœneratitiæ cau-
tiones ſeu nomina paraphernorum locô ſint
tradita, poteſt equidem maritus uſuras in ſuam
& uxoris utilitatem ſimul expendere, ſortem
tamen ſeu capitalem ſummam uxori reſtitue-
re debet Brunn. ad *cit. l. num.* 3. *&* 4. Quin 44
etiam, ſi mulier uſum ſibi reſervaverit, mari-
tus nequidem in commodum promiſcuum
uſuras aut fructus bonorum paraphernalium
appli-

applicare valet per *l. ſi ego 9. §. ult. ff. de J. D.*
45 Brunn. *cit. l. num.* 14. Et, ſi mulier
uſum ſemel marito conceſſerit, non prohibe-
tur eundem, uti & ipſa paraphernalia, revo-
care per *l. hac lege* 8. *Cod. de Pact. convent.* Brunn.
*d. l. n.* 12.

Quæres VI. quid ſint bona receptitia? 46
Reſp. bona receptitia nuncupari, quæ ne-
que in dotem, neque in adminiſtrationem
marito ſunt tradita, ſed ab uxore pro uſu &
arbitrio ſibi reſervata. Lauterbach ad *tit. ff.*
*de J. D.* §. 45.

## §. IV.

### *De Pactis dotalibus.*

47 AD formam & modum, quò dos promitti-
tur, aut conſtituitur, poſſunt revocari
pacta dotalia, ſeu mutua conventio, quâ
conjuges ſuam intentionem de dote conſer-
vanda vel retinenda, vel etiam de bonis cæte-
ris eorumque acquiſitione declarant, germa-
nicè Ehe-Pact, Ehe-Beredung/ Heyraths-Ab-
redung/ Heyraths-Spruch.
48 Sunt enim hæc pacta ſubinde *ſimplicia*,
quando ſcilicèt manent in terminis contractûs
& actûs inter vivos; interdum ſunt *mixta*,
quando tranſeunt in actum ultimæ voluntatis
ac futuram conjugum ſucceſſionem conti-
nent. Intereſt verò plurimùm ſcire, num
49 illa pacta ſint ſimplicia, num mixta. Nam
I. pacta ſimplicia valent de Jure Communi;
niſi cauſam dotis efficiant duriorem, uti dum
conveniunt conjuges, ut maritus aut ejus hæ-
redes dotem lucrentur, licèt deceſſerit ante
uxorem *l. ſi convenerit 2. l. de die 14. ff. de Pact.*
50 *dotal.* Mixta econtrà reprobantur *l. hæredi-*
*tas 5. Cod. de Pact. convent.* & ſolùm ex conſue-
tudine ſuſtinentur. Stryck in *uſu mod. ad tit.*
51 *de Pact. dotal.* §. 3. II. ad pacta ſim-
plicia quoad ſubſtantiam non requiruntur te-
ſtes, ſed tantùm quoad probationem, quæ
duorum numerô contenta eſt per *l. ubi nume-*
52 *rus 12. ff. de Teſtib.* Ad pacta mixta,
ſicut ad aliam voluntatem ultimam, de ſub-
ſtantia ſeu ſolennitate requiruntur 5. teſtes
per *l. ult. §. ult. Cod. de Codicill.* Stryck de *Cau-*
53 *tel. Contract. ſect. 3. cap. 8. §. 16. & ſeq.* III.
pacta ſimplicia non ampliùs immutari vel re-
vocari poſſunt, niſi cum utriuſque conjugis
54 aſſenſu *arg. l. ſicut 5. Cod. de O. & A.* Mixta ta-
men, ad inſtar alterius voluntatis ultimæ, mu-
tationem & revocationem haud aſpernantur
per *l. quod iterum 4. ff. de Adimend. vel transf. le-*
*gat.* Lauterb. ad *cit. tit. ff. de Pact. dotal.* §. 14.
Stryck *cit. cap.* 8. §. 20.
Interim, ut quis diſcernere poſſit unum pa- 55
ctum ab altero, debet ſingulariter ad modum
paciſcendi advertere: ſi enim paciſcentes utan-
tur terminis, qui actibus inter vivos ſunt pro-
prii v. g. contrahere, paciſci, convenire,
abhandlen/ vergleichen/ abreden ꝛc. pactum
cenſendum eſt ſimplex *arg. l. verba 20. ff. de*
*V. S.* Sin autem addantur termini, 56
qui conveniunt ultimis voluntatibus, v. g.
ſuccedere, jure hæreditariò capere, hæredem
inſtituere &c. erben/ einſetzen/ ſuccediren ꝛc.
pactum eſt habendum pro mixto. Styck *cit.*
*cap. 8. §. 21.* Miller ad Struv. ſæpe *cit. exercit.*
*30. th. 19. in not. per tot.* Sanè, quòd ſi 57
tantùm mentio mortis inciderit, ac dictum
v. g. quòd unus conjux poſt mortem alterius
dimidiam partem lucretur, pactum remanet
ſimplex: utpote cùm tempus mortis plerum-
que ſoleat adjici, non ut pactis vim tribuat,
ſed executionem euſque ſuſpendat. Lauterb.
*cit. l.* §. 3. Similiter, licèt inveniatur 58
hæc vox *hæres* vel *hæreditariè* germanicè erblich/
negotium in terminis pacti ſimplicis conſiſte-
re poteſt: quia frequenter in contractibus
mentio fit hæredum, ac contrahentes non
tantùm ſibi ſed etiam hæredibus ſuis proſpi-
cere ſolent, ut patet ex *d. lib. III. tract. de Pact.*
*& Contract. cap. 1. num.* 308. Stryck *cit. l.*
§. 27. qui tamen in §. *ſequent.* ſollicitè mo-
net, ad evitandum omne dubium, inten-
tionem conjugum ſpecificè exprimendam
eſſe.

## §. V.

### *Quis effectus ſit Dotis?*

59 EFfectus dotis alius eſt, ſi promiſſa tantùm;
alius, ſi conſtituta ſit. Si promiſſa tan-
tùm ſit; producit ex parte promittentis ob-
ligationem conſtituendi ſeu tradendi; & ex
parte promiſſarii confert actionem petendi
60 conſtitutionem. Hæcque actio, ſi ſtipu-
latio intervenerit, dicitur actio ex ſtipulatu;
ſin autem promiſſio fuerit nuda, naſcitur con-
dictio ex Lege *l. ad actionem 6. Cod. de Dot.*
*promiſſ.* Stryck in *tract. de Action. forenſ. ſect.* 1.
*membr.* 3. §. 32. Imò de Jure noviori in *l. un.*
§. 1. *Cod. de R. U. A.* etiam in caſu, quò nulla
ſubfuit ſtipulatio, actionem ex ſtipulatu per
Juris fictionem competere, communiter ſta-
tuunt Interpretes cum Brunnem. ad *cit. l. ad*
*exactionem 6. n.* 3. Lauterbach ad *tit. ff. de J. D.*
§. 30. Eckold *ibid.* §. 7. contra Stryck *cit. l.*
Etenim *cit. l. un.* §. 1. non tantùm actionem 61
ex ſtipulatu concedit pro dote jam conſtituta,
denuò repetendâ; ſed etiam pro promiſſa tan-
tùm exigendâ, veluti colligitur tam ex gene-
ralibus terminis, ibi: *ſicut enim & ſtipulationes*
*ineſſe dotibus intelliguntur;* quàm ex compara-
tione ſtipulationis cum hypotheca, quæ do-
tis promiſſionem perinde ac conſtitutionem
firmat.
Si dos conſtituta ſit; operatur dominium 62
civile ex parte mariti, cujus vim & virtutem
deſcripſimus in *d. lib. III. tract. de Jure propriet.*
*cap. 3. à num.* 118. & ſimul ibidem poteſtatem
domi-



dominii naturalis, quod reſidet penes uxo-
rem, adumbravimus *à num.* 129. Quin &
hypothecam, quæ dotis nomine competit,
delibavimus in *cap. 5. à n. 57. & à n. 259.*
63 An ea, quæ conſtante Matrimonio compa-
rata, quæſita, vel aucta ſunt, inter conjuges
ſint communia, & communiter dividenda?
Jam antiqua lis gliſcit inter Jureperitos. Ne-
gantes tamen & ratione & numerô præva-
luiſſe videntur: quia de Jure Civili non ha-
betur clara deciſio, quòd ſocietas bonorum
inter conjuges ipsô factô contrahatur; ſed
potiùs in *l. rerum 1. ff. de Act. rer. amot.* indi-
catur, ex communione vitæ non inferri com-
munionem bonorum; nec minùs uxorem
furtô ſe obſtringere, quando aliquid marito
ſurripit, quàm filiam, quæ patri quidpiam
64 aufert. Unde, quæ maritus ex ſua pe-
cunia, patrimonio, vel induſtria comparavit,
ad ipſum privativè ſpectant; ſicut & uxoris
eſſe cenſentur, quæ illa ex ſuo patrimonio, pe-
cunia, vel induſtria congregavit per *l. mul-*
*tum 6. Cod. Si quis alteri vel ſibi &c. l. ex pecunia*
*12. Cod. de J. D.* Covarruv. in 4. *Decret. p. 2.*
*cap. 7. §. 1. n. 5.* Brunnem. ad *l. quintus 51. ff.*
*de Donat. inter vir. & uxor. n. 4.* Stryck in *cit.*
*diſp. de Jure Mariti in bon. uxor. cap. 1. num. 6.*
Heeſer in *loc. commun. pract. p. 2. loc. 7. n. 8. &*
65 *ſeqq.* Etſi conſuetudines & ſtatuta loco-
rum, perinde ac pacta dotalia, Juri Commu-
ni plurimùm derogare conſueverint; quô
ſenſu interpretandum eſt *cap. ſignificavit 2. de*
*Donat. inter vir. & uxor.* ubi poſt Matrimonii
diſſolutionem conjuges ad diviſionem bono-
rum communium compelli jubentur. Pa-
normit. ad *idem cap. n.* 3. Gonzalez *ibid. n.* 6.
In dubio tamen præſumptio ſtat pro marito,
quòd bona, durante Matrimoniô quæſita, ad
ipſum pertineant *d. l. quintus 51. ff. de Donat.*
*inter vir. & uxor.* quam inſigniter illuſtrat
Stryck ad *eund. tit.* §. 12. *& ſeqq.*
66 Cui porrò reſtitutio dotis, ſolutô per mor-
tem Matrimoniô, ſit facienda? Conſtat ex
ſupra *cit. tract. de Jure propriet. cap. 3. n. 131. &*
*ſeqq.* Ubi gemina tantùm notanda veniunt;
I. pro reſtituenda dote conceſſam eſſe actio-
nem ex ſtipulatu, quamvis nulla præceſſerit
ſtipulatio; & quidem cum privilegio & qua-
litate actionis bonæ fidei, ſi uxor vel ejus hæ-
redes dotem repetant §. *fuerat 29. Inſtit. de*
*Act. l. un. §. 2. Cod. de R. U. A.* Brunnem. *ibid.*
67 *n. 18. & ſeqq.* II. marito, aut ejus hæ-
redibus, competere repetitionem expenſa-
rum, non quidem earum, quas fecit ob fru-
ctus, aut, tanquàm onus reale, fructibus in-
hærens, ſolvit *l. neque 13. l. ult. ff. de Impenſ. in*
*rem dotal.* ſed illarum, quæ factæ ſunt propter
rem dotalem: has enim, ſi neceſſariæ fue-
rint ac magnæ, vel poſt reſtitutionem dotis
condictione indebiti poteſt repetere *l. quod*
*dicitur 5. §. 2. ff. d. t.* vel, donec ſatisfactum
fuerit, per retentionem dotis per indirectum
poteſt conſequi *d. l. quod dicitur 5. in pr.* ſin
utiles fuerint, retentionem quidem non ha-
bet, utpote quæ extra caſum mox propoſitum
in dote locum non invenit, ut dictum in
*Lib. III. tract. de Pact. cap. ult. num.* 143. ſed,
ſi uxor ſciverit, habet actionem mandati; &,
ſi neſciverit, actionem negotiorum geſtorum
*l. un. §. 5. Cod. de R. U. A.* ſi verò voluptuariæ
fuerint, eas ſolummodò tollere permittitur,
quando ſeparationem, abſque corruptione
rei, patiuntur. *d. l. un.* §. 5. Stryck in *uſu mod.*
*ad ff. d. t. §. 1. & ſeqq.* Eôdem modô dos 68
erit reſtituenda, ſi Matrimonium ratum ſol-
vatur per diſpenſationem Pontificiam, aut
Religioſam Profeſſionem *cap. mulieres 1. de*
*Donat. inter vir. & uxor.* quin &, ſi Matrimo-
nium nulliter aut ignoranter ſit contractum
per *d. cap. mulieres;* ſin autem ſcienter ita
contractum ſit, dos applicatur fiſco *l. qui con-*
*tra 4. Cod. de Inceſt. & inutil. Nupt.*
Quòd ſi Matrimonium non ſolvatur quo- 69
ad vinculum, ſed quoad thorum & menſam
ex cauſa adulterii, tunc, ſi uxor fuerit adulte-
ra, dotem lucratur maritus; ſin autem mari-
tus fuerit adulter, dos redit ad uxorem *cap.*
*plerumque 4. de Donat. inter vir. & uxor. l. con-*
*ſenſu 8. §. 4. & 5. Cod. de Repud. Nov. 117. cap. 8.*
*℣. ſi de adulterio &c.* Niſi dos ad patrem 70
ex Jure Communi, vel ad extraneum ex ſpe-
ciali reſervatione debeat reverti. Stryck *cit.*
*diſp. cap. 2. n.* 75. aut adulterium ob utrius-
que culpam ad divortium non ſuffecerit per
*cap. intelleximus 6. & cap. ult. de Adulter. l. viro*
*atque uxore 39. l. cùm mulier 47. ff. Soluto Ma-*
*trim.* Si tamen liberi extarent, dos, ab 71
adultero conjuge perdita, quoad proprieta-
tem illius liberis ſervanda, & quoad uſumfru-
ctum innocenti conjugi tribuenda foret. *No-*
*vell. 117. cap. 8. §. 2.* Covarruv. *cit. l. §. 6. n. 7.*
P. Engel ad *tit. de Donat. inter vir. & uxor n. ult.*
P. Wieſtner *ibid. num.* 55. P. Reiffenſtuel
*num.* 101. Stryck in ſæpe *cit. diſp. de Jure ma-*
*riti in bon. uxor. cap. 2. n.* 74.
Idem, quod ſtatuimus de dote, de bonis 72
paraphernalibus ſtatuendum exiſtimat Co-
varruv. *cit. §. 6. n. 2.* propter textum in *cit. cap.*
*plerumque 4.* ubi æqualiter de dote *& dotalitio*
diſponitur. Sed Abbas ad idem *cap.* 73
*num.* 8. Gonzalez *ibid. num.* 6. Caniſ. *ibid.*
*num.* 3. Sanchez de *Matrim. lib. 10. diſput. 8.*
*num.* 10. Wieſtner *d. l. num.* 57. Reiffen-
ſtuel *num.* 102. meliùs in materia tam odio-
ſa, propter defectum expreſſi textûs, exten-
ſionem hanc rejiciunt, & nomine *dotalitii in*
*cit. cap. plerumque* non bona paraphernalia,
ſed donationem propter nuptias *arg. cap. ex*
*parte 15. de Foro compet.* vel æſtimationem do-
tis, quæ conſtituta fuit in rebus fungibilibus,
vel alias res intelligunt.
Atque hæc dotis amiſſio, cùm habeat ra- 74
tionem pœnæ, non incurritur ante ſenten-
tiam Judicis; quemadmodùm nec aliæ pœ-
næ, quæ requirunt executionem & actum
externum, ante ſententiam incurruntur per
*cap. cùm ſecundum 19. de Hæret. in 6.* Covar-
ruv. *cit. l. n.* 1. Sanchez *cit. l. num.* 13. eſto, 75
ſi pars innocens dotem jam habeat, eandem,
citra aliam Judicis ſententiam, retinere va-
leat

leat per ſæpe *cit. cap. plerumque 4. de Donat. in-
ter vir. & uxor.* ubi, dum uxori nocenti dotis
repetitio negatur, utique illius retentio ma-
rito innocenti permittitur. Panormitan. ad
*idem cap. n. 4.* Wieſtner *cit. l. n. 58.* Reiffen-
ſtuel *num.* 106.
76 Quando autem ſententia jam ſemel eſt
promulgata, & ſimul executioni data, dos
amiſſa valde probabiliter redit ad partem no-
centem, ſi cum innocenti reconciliata, & an-
tiquæ cohabitationi fuerit reſtituta per ſæpe
*cit. cap. plerumque 4.* quod generatim decer-
nit, amiſſionem dotis poſt reconciliationem
ceſſare.

## §. VI.

### *De Donatione propter nuptias.*

77 AFfinis quoad nomen, & quoad effectum
eadem ferè cum dote cenſetur donatio
propter nuptias *l. cùm multæ 20. in pr. Cod. de
Donat. ante nupt.* quæ etiam contra-dos ap-
pellatur, germanicè Gegen-Steuer / Gegen-
Vermachung / Gegen-Gab / Widerlag / Wi-
derlegung; & deſcribitur, quòd ſit donatio,
uxori facta, in ſecuritatem & remuneratio-
78 nem dotis. Ut enim uxor ob dotem,
marito conſtitutam, ſecurior exiſtat, maritus,
aut alius ipſius nomine, contra-dotem ſeu
donationem propter nuptias conſtituit *d. l.
cùm multa 20. in pr. §. eſt & aliud 3. Inſt. de Do-
79 nat.* Et hinc etiam in *Novell. 97. cap. 1.
& 2.* & *Nov. 119. cap. 1.* ſancitum extat, quan-
titatem hujus donationis quantitate dotis nec
majorem nec minorem eſſe debere; conſue-
tudine tamen aliud indicante, ut docent
Gail. 2. *obſ.* 18. Lauterbach. ad *tit. ff. de J. D.*
§. 41. dummodò maritus, ſi liberos habeat
ex priori Matrimonio, ſecundæ uxori plus
non donet, quàm uni ex liberis *l. hac edictali 6.
in pr. Cod. de Secund. nupt.*
80 Dixi *aut alius, ipſius nomine.* Alius ille
vel conſtituit hanc donationem ex neceſſita-
te, qualis eſt pater ex *l. ult. Cod. de Dot. promiſſ.*
vel conſtituit in ſubſidium, qualis eſt mater
*arg. cit. l. ult.* & *l. neque mater 14. Cod. de J. D.*
Lauterbach. in *diſput. de Donat. propter nupt.*
(habetur in *Diſp. Tubing. Vol. 1. n. 9.*) *th.* 28.
vel ex libera voluntate, qualis eſt extraneus.
Lauterbach. *d. l. th.* 30. Struv. *exercic.* 30.
*th.* 34. Miller *ibid. lit. g.* Repetantur dicta
*à num.* 15.
Quale dominium uxori in rebus, propter 81
nuptias donatis, competat; qualem inſuper
hypothecam in illis obtineat, conſtat ex
*Lib. III. tract. de Jure propriet. cap. 3. à n. 113.
& cap. 5. num. 59. & ſeq.* Quibus ad- 82
dendum eſt I. quòd maritus nequeat res im-
mobiles, propter nuptias donatas, conſtante
Matrimoniò alienare *Novell. 61. in præfat.* &
*cap. 1. in princ. & §§. ſeqq.* Lauterb. *cit. l.* §. 56.
II. quòd, ſi maritus incipiat ad incitas verge- 83
re, uxor res hujusmodi vindicare poſſit. *No-
vell. 97. cap. 6. §. 1.* Lauterb. *cit. l.* §. 57. III. 84
quòd, ſolutò Matrimoniò per mortem alteru-
trius conjugis, donatio propter nuptias de
Jure Communi non acquiratur uxori vel ejus
hæredibus, ſed ad maritum, ejus patrem, vel
hæredes, adinſtar dotis, revertatur *cap. ult.
de Donat. inter vir. & uxor. l. ſi liberis 18. Cod. de
Donat. ante nupt.* Brunn. *ibid. n.* 1. Lauterb.
*cit. l. §. 58. & ſeq.* IV. quòd, factò propter 85
adulterium mariti divortiò, mulier donatio-
nem propter nuptias lucretur per *cap. plerum-
que 4. d. t. Nov. 117. cap. 9. Novell. 134. cap. 10.*
proprietate liberis, ſi qui adſint ex marito,
ſervandâ *d. Nov. 117. cap. 9. in pr.* Quod 86
in tantum ampliatur, ut, ſi nulla donatio pro-
pter nuptias conſtituta fuerit, mulier quar-
tam omnium mariti adulteri bonorum par-
tem acquirat *l. jubemus 11. §. 1. Cod. de Repud.*
Lauterb. *cit. l.* §. 76.

# SECTIO II.

## *De Donationibus inter conjuges, & aliis ejusmodi actibus.*

### SUMMARIA.

87. *& ſeq. Donationes inter conjuges ſunt prohibitæ.* 89. *& ſeqq. Etiam ſi fiant mediante perſona, conjuncta per poteſtatem patriam.* 92. *Aut etiam mediante perſona extranea.* 93. *Notatur praxis hodierna.* 94. *Hoc etiam procedit in Matrimonio putativo;* 95. *Si modo pars una ſit in bona fide.* 96. *Procedit quoque in Matrimonio rato.* 97. *Non autem in Sponſalibus de futuro.* 98. *Niſi effectus in tempus Matrimonii ſuſpendatur.* 99. *Nec in aliis contractibus onerosis.* 100. *Niſi fraudulenter agatur.* 101. *Aut jus aliquod in gratiam alterius non uſurpetur.* 102. *Valet donatio rei alienæ.* 103. *Valet repudiatio juris primùm acquirendi.* 104. *& ſeq. Valet donatio ad dignitatem, honorem, aut ornatum conjugum.* 106. *& ſeqq. Valet donatio remuneratoria & reciproca.* 109. *Valet donatio ex cauſa pietatis.* 110. *Valet donatio in certis ſolennitatibus.* 111. *Valet donatio, in tempus mortis collata.* 112. *Donatio valida habet effectum alterius donationis.* 113. *Invalida poteſt revocari.* 114. *Niſi donator ante revocationem deceſſerit.* 115. *& ſeqq. Hoc ipſum procedit de donatione incompleta.* 119. *& ſeq. Reſp. ad* l. 23. ff. de Donat. inter vir. & uxor. 121. *Donatio excedens 500. ſolidos debet inſinuari.* 122. *Per juramentum ſit irrevocabilis.* 123.



*Licitè, non autem validè.* 124. *Cùm donatione ſimilitudinem habet morgengaba.* 125. *Munera nuptialia.* 126. *Dotalitium.* 127. *& ſeq. Proxeneticum.*

## §. I.

### *Quibus in caſibus Donatio inter conjuges ſit prohibita?*

87 MAtrimonio accedere ſolet Donatio in-
ter conjuges, quæ tamen in illis caſi-
bus, in quibus una pars evadit ditior, & altera
pauperior, ſeu, in quibus una pars rem ali-
quam, in ſuo patrimonio exiſtentem, ex me-
ra liberalitate transfert in alteram, regulari-
ter eſt prohibita *cap. ult. de Donat. inter vir. &
uxor. l. hac ratio 3. in pr. l. ſi ſponſus 5. §. ult. ff.
88 eòd.* Ratio præcipua talis prohibitionis
eſt, ne mutuus amor inter conjuges fiat vena-
lis; &, ſi pars alterutra propter tenacitatem
non velit, aut propter indigentiam donare
non valeat, penitus exſpiret *l. moribus 1. l. nec
eſſet 2. ff. d. t.* Et hoc
89 Procedit I. non tantùm ſi conjux imme-
diatè donet conjugi, ſed alteri perſonæ, quæ
ipſi per patriam aut dominicam poteſtatem eſt
90 conjuncta *d. l. hac ratio 3. §. 2. & ſeqq.* Sic
enim mater filio, in mariti poteſtate exiſten-
ti, donare non poteſt: quia res donata marito
91 cederet *d. l.* §. 4. Sic etiam ſocer non
rectè donat nurui vel genero: cùm filius aut
filia, in ejusdem poteſtate conſtituta, dona-
92 re videatur *d. l. §. 6. & 7.* Quin nec
extraneo poteſt unus ex conjugibus eâ lege
donare, ut ille rem donatam rurſus alteri
conjugi donet: eò quòd idem ſit, conjugi
quidquam per ſe vel per alium donare *d. l. §. ult.*
Zoëſ. ad *ff. d. t. n.* 5. Struv. *exercit. 20. th. 25.*
Miller *ibid. in not. lit. b.* Lauterb ad *d. tit.* §. 4.
93 Quamquàm, quod dictum de patria poteſta-
te, in illis locis, ubi per nuptias patria pateſtas
ſolvitur, rariorem uſum habeat. Brunn. ad
ſæpe *cit l. n.* 7. Stryck in *uſu mod. ad cit. tit.* §. 2.
94 Procedit II. tam in Matrimonio vero quàm
putativo *d. l. hac ratio 3. §. 1.* utpote cùm
Matrimonium putativum, quàm diu tale ma-
net, ſecundùm regulas veri Matrimonii æſti-
metur; nec debeant conjuges putativi me-
lioris eſſe conditionis quàm veri. Panormi-
tan. ad *cap. ult. de Donat. inter vir. & uxor. n.* 14.
Brunn. ad *d. l. hac ratio 3. n. 1.* Lauterb. *ibid.*
§. 4. Si tamen uterque conjux nullita- 95
tem Matrimonii ſciviſſet, res donata donata-
rio, tanquàm indigno, à fiſco poſſet auferri *l.
cùm his 32. §. ult. ff. d. t.*
Procedit III. ſive Matrimonium ſit con- 96
ſummatum, ſive ratum duntaxat: ſiquidem
ex una parte in *l. Seja 66. in pr. ff. d. t.* ſuppo-
nitur, donationem, quæ facta eſt poſt Matri-
monium, legitimò conſenſu contractum, non
valere; ex altera verò parte per Matrimo-
nium non ſolùm intelligitur conſummatum,
ſed etiam ratum ex *l. cùm hic 32. §. 13. ff. d. t.
l. nuptias 30. ff. de R. J.* Struv. *cit. exercit.* 30.
§. 24. Ad Sponſalia verò de futuro nul- 97
latenùs hæc prohibitio eſt amplianda: quippe
cùm Matrimonii nomine non comprehen-
dantur *l. inter eòs 27. l. quod vir 65. ff. d. t.* Niſi 98
ſponſus de futuro v. g. donet ſponſæ, effectu
donationis in tempus Matrimonii ſuſpensò:
tunc enim, cùm donatio conferatur in tem-
pus inhabile, ſtatim ab initio nullius momen-
ti cenſetur *d. l. cùm hic 32. §. 22. ff. eòd.* Zoëſ.
*ibid. n.* 2.
Procedit IV. ut quidem ſub prohibitione 99
donationis non veniant conventiones one-
roſæ, ſed conjuges inter ſe venditionem v. g.
ſocietatem, aut locationem &c. celebrare
valeant *l. quod autem 7. §. 6. l. ſi prædia 18. in pr.
ff. d. t.* attamen, ſi fraus interveniat, ac pre- 100
tium v. g. merces, aut lucrum ex toto vel ex
parte remittatur, aut condonetur, remiſſio
vel condonatio non ſubſiſtit *l. ſi ſponſus 5. §. 5.
ff. eòd.* Brunnem. *ibid. num.* 4. Gail. 2. *obſ.* 90.
*num.* 9.
Procedit V. ſi conjux in favorem conjugis 101
ſervitute conſtitutâ non utatur: quantum-
vis enim ſervitus per non-uſum poſt de-
cennium ſtrictò jure perimatur, ſolutò tamen
Matrimoniò rurſus concedi poteſt *d. l. ſi ſpon-
ſus 5. §. 6.* ubi Brunn. *n.* 5.

## §. II.

### *In quibus caſibus Donatio inter conjuges ſit permiſſa?*

102 A Regula prohibitæ Donationis excipitur
I. donatio rei alienæ *l. ſed etſi 25. ff. de
Donat. inter vir. & uxor.* quia donator ex di-
ſtractione rei non ſuæ pauperior non efficitur
ex *num. 87. & ſeq.*
103 II. excipitur repudiatio juris, primùm ac-
quirendi, puta legati vel hæreditatis *l. ſi ſpon-
ſus 5. §. 13. & 14. ff. d. t.* quia in ſignificatio-
ne ſtrictiori non-acquirere, non eſt alienare
*l. alienationis 28. in pr. ff. de V. S.*
104 III. excipitur donatio ad conſequendam
dignitatem, nobilitatem, gradum, aut offi-
cium, ab uxore marito facta *l. quod adipiſcenda
40. cum 2. ſeqq. ff. de Donat. inter vir. & uxor.*
quia vel maritus exinde ditior non redditur;
vel uxor, quæ ſplendore mariti corruſcat,
pauperior non efficitur. Idem eſt, ſi 105
maritus uxori donet, ut comprior ac orna-
tior incedat per *l. ſi vir 18. ff. d. t.* P. Wieſt-
ner ad *eund. tit. n.* 12. cùm ornatus uxoris ce-
dat in gloriam & honorem mariti *arg. l. ſi ut
certo 5. §. 10. ff. Commod.*
IV. excipitur donatio remuneratoria *arg.* 106
*l. quod autem 7. §. 1. & 2. ff. eòd.* dum enim ad
donationem propriè dictam, ſi merita ſint
egregia, non refertur, non comprehenditur

in donatione, conjugibus interdictâ: præſertim cùm conjux, qui cauſâ remunerationis donat, alterum cum ſua paupertate locupletiorem facere non videatur. Panormit. *cit. l. num.* 7. P. Engel *ibid. n.* 1. Lauterb. *ubi ſupra*
107 §. 8. Idipſum tenendum de donatione reciproca, ſi fiat in continenti *d. l. quod autem* 7. §. 1. & 2. quia, quod uni decedit per donationem activam, rurſus per donationem paſ-
108 ſivam compenſatur; ſin autem ex intervallo notabili v. g. poſt annum fiat, non minùs eſt prohibita, quàm alia per *l. qua jam* 48. *ff. d. t.* pro hac ſiquidem eædem militent rationes, ob quas originaliter donationes inter virum & uxorem ſunt prohibitæ. Gail. 2. *obſ.* 40. *num.* 7. Miller ad Struv. *exercit.* 30. *theſ.* 29. *lit. b.*
109 V. excipitur donatio, ex pietate vel commiſeratione facta, puta ad recuperandam valetudinem conjugis *l. quod in uxorem* 13. *Cod. de Negot. geſt.* ad alimenta eidem decernenda per *l. ex annuo* 15. *in pr. ff. de Donat. inter vir. & uxor.* ad ſepulturæ electionem *l. ſi ſponſus* 5. §. 8. & 9. *ff. eod.* ad refectionem ædium, incendiô combuſtarum *l. quod ſi* 14. *ff. d. t.* ad levamen & ſubſidium exilii *l. inter virum* 43. *ff. eod.*
VI. excipitur donatio, quam in quantitate 110
moderata conjux facit conjugi, natalem diem agenti *l. ſed ſi* 31. §. 8. *ff. eod.* Quod ex conſuetudine non tantùm extenditur ad donationem, in Nativitate D. N. J. C. factam, ſed etiam ad aliam, quæ ſolennioribûs anni temporibûs fit *arg. d. l. & §. & l. nuper* 42. *ff. d. t.* Lauterb. *ib.* §. 9. Stryck §. 6.
VII. excipitur donatio, cujus effectus in 111
tempus ſoluti Matrimonii ſuſpenditur, ſive ſit mortis cauſâ, ſive alia *l. ſi eum* 9. §. *ult. ff. d. t. l. ſed interim* 11. *in pr. l. vitricus* 60. §. 1. *ff. d. t.* quia confertur in tempus habile, quô vir & uxor eſſe deſinunt *l. quia* 10. *ff. eod.* Struv. *d. exercit.* 30. *th.* 29. Miller *ib. lit. n.*

## §. III.

### *Quis effectus ſit Donationis inter conjuges?*

112 Effectus Donationis inter conjuges eſt, quòd in caſibus permiſſis non minùs transferat dominium aut uſucapiendi conditionem, quàm alia donatio; in caſibus autem prohibitis nec dominium transferat, nec conditionem uſucapiendi pariat *l. hac ratio* 3. §. 10. *l. ſi ſponſus* 5. §. 9. *l. quod autem* 7. §. 9. *ff. l. cre-*
113 *ditor* 20. *Cod. de Donat. inter vir. & uxor.* Unde res malè donata & tradita, ſi adhuc extet, rei vindicatione poteſt à donatore pro libitu revocari *d. l. ſi ſponſus* 5. §. *ult. l. ſi ſtipulata* 33. §. 1. *ff. d. t.* ſi jam conſumpta ſit, & quidem bonâ fide, poterit condici condictione ſinè cauſa *dd. ll. & l. etſi de* 9. *Cod. eod.* ſin malâ fide, ad exhibendum vel actione Legis Aquiliæ agitur *l. ſi mulier* 37. *ff. d. t.* Lauterb. *ib.* §. 10.
114 Caſus exceptus eſt, quando donator donationem ante mortem non revocavit: tunc enim, cùm donatio ex *num.* 111. cadat in tempus habile, & donator voluntatem ſuam non revocet, donatio convaleſcit, nec poteſt ab illius hærede revocari *cap. ult. d. t. l. cùm hic* 32. §. 2. & 4. *ff. l. donationes* 25. *Cod. d. t.*
115 Idque non tantùm obtinet, quando donatio fuit completa per traditionem (in quo unanimiter omnes conſentiunt) ſed etiam quando remanſit incompleta per ſolam conventionem per textum expreſſum in *Nov.* 162. *cap.* 1.
116 *in pr. & §.* 1. quæ, licèt à Vinnio *lib.* 2. *ſelect. qq. cap.* 15. & ſequacibus pro non-authentica reputetur: eò quòd in vulgatis editionibus deſiderata, à Neotericis primùm ex Græco translata, & ſinè inſcriptione alicujus Imperatoris in Corpus Juris Communis relata fue-
117 rit: attamen ex quo tempore ſedem ſtabilem in eodem Corpore Juris poſſidet, &, ad modum aliarum Novellarum, quæ ſæpe inſcriptione alicujus Imperatoris ſunt deſtitutæ, concepta reperitur, tamdiu pro authentica eſt cognoſcenda, quàmdiu veritas contraria demonſtrari nequit. Accedit, quòd 118
omnis donatio, antehàc prohibita, per ſubſequentem D. Severi conſtitutionem per mortem donantis valida fuerit effecta *l. cùm hic* 32. §. 1. 13. & 23. *ff. d. t.* & in ſpecie donatio, quâ per ſtipulationem obligatio annua, quæ utique traditionem propriè talem non recipit, contracta fuit *l. ſi ſtipulata* 33. *in pr. ff. eod.* Struv. *cit. exercit.* 30. *th.* 30. Lauterb. ad *cit. tit.* §. 14.
Graviter tamen obſtare videtur *l. Papinia-* 119
*nus* 23. *ff. d. t.* ubi Ulpianus probat ſententiam Papiniani, exiſtimantis, non poſſe conveniri hæredem mariti, qui per ſtipulationem aliquid uxori ſpopondit, *licèt durante voluntate maritus deceſſerit.* Verùm dupliciter re- 120
ſponderi poteſt I. hunc textum per *cit. Novell.* 162. *cap.* 1. *in pr. & §.* 1. abrogatum eſſe; Brunn. ad *d. l. Papinianus.* Zoëſ. ad *cit. tit. ff. num.* 24. II. in *cit. l. Papinianus* duas inveniri partes; & in prima quidem, quæ in ℣. *rectè* ab Ulpiano disertè probatur, conſtitui, quòd Oratio Divi Severi, valorem donationibus, ante mortem non revocatis, tribuens, pertineat ad donationes rerum; in altera verò, quâ excipiuntur donationes, per ſtipulationem factæ, ſententiam Papiniani non probari, ſed tantùm referri, prout inſpicienti patulum erit.
Interim, ſi res donata 500. ſolidos excedat, 121
donatio, quæ citra inſinuationem ad acta eſt celebrata, non convaleſcit, niſi quoad 500. ſolidos *l. donationes* 25. *Cod. de Donat. inter vir. & uxor.* Struv. *cit. th.* 30.
Video quoque, communiter ab Authori- 122
bus concludi, donationem irrevocabilem fieri, quando juramentô firmatur. Lauterb. *cit. l.* §. 12. Struv. *d. l. th.* 29. Miller *ibid. lit. l.*
Sed ex noſtris principiis, in *Lib. II. tract. III.* 123
*de Proc. Jud. cap.* 7. *à n.* 50. jactis, hoc ita intelligen-



telligendum, ut ipſa quidem donatio per adjectionem juramenti non convaleſcat, indeque poſſit validè revocari; attamen, quia juramentū habet pro objecto actum permiſſū, ſeu non-revocationem donationis, conſequenter abſque diſpenſio ſalutis obſervari valeat, ea licitè revocari nequeat per *cap. cùm contingat* 28. *de Jurejur.*

## §. IV.

### *De cæteris actibus, cum Donatione ſimilitudinem habentibus.*

124 Cum Donatione inter conjuges ſimilitudinem habet I. morgengaba, quæ datur à marito uxori, ſecundô nuptiarum die, in præmium & pretium virginitatis, vel in pecuniis, vel in aliis rebus pretioſis; hæcque non prohibita, ſed conſuetudine fuit recepta. Wehner in ℣. *Morgengaba.* Lauterb. *cit. l.* §. 46.
125 II. munera nuptialia, quæ à parentibus, propinquis, & amicis in ſignum benevolentiæ novis conjugibus offeruntur, &, ut Lauterbach *cit. l.* §. 47. docet, inter ipſos æqualiter dividuntur.
126 III. dotalitium ſeu uſusfructus, quem maritus, in compenſationem dotis, uxori poſt mortem in ſuis bonis conſtituit, germanicè Leib-Geding / Leib-Zucht / Wittumb *rc.* Ubi, niſi aliud convenerit, uxor non poteſt ab hæredibus mariti dotem repetere, ſi dotalitiô frui deſideret. Lauterb. *d. l.* §. 45.
IV. proxeneticum, ſeu præmium nuptia- 127
le, quod proxenetis, qui Sponſalia vel nuptias conciliant, in remunerationem adhibiti laboris vel induſtriæ conceditur; &, ſi in quantitate moderata conſiſtat, licitè accipitur per *l. ult. ff. de Proxenetic.* Ubi obiter no- 128
tandum, quòd, ſi proxenetæ liberaliores fuerint in celebrandis dotibus ſponſi vel ſponſæ, pluſve divitias, pulchritudinem, mores &c. jactitaverint, quàm in rei veritate ſubſliterint, conveniri non poſſint, niſi doloſè verſati ſint *l. ſi proxeneta* 2. *ff. d. t.* Lauterb. *ubi ſupra* §. 44.

# SECTIO III.

## *De Secundis Nuptiis.*

SUMMARIA.

129. *Agitur de ſecundis nuptiis.* 130. *& ſeqq. Oſtenditur, quod Jure Divino & Canonico ſint licita.* 134. *Quando conſtat de morte alterius conjugis.* 135. *& ſeqq. Per moralem certitudinem.* 139. *Attamen de Jure communi non benedicuntur.* 140. *& ſeqq. Jus Civile damnat nuptias viduæ intra annum luctûs.* 144. *& ſeqq. Statuuntur etiam pœnæ.* 149. *& ſeqq. Sed iſta ſunt abrogata à Jure Canonico.* 153. *& ſeqq. Referuntur aliæ pœnæ, in favorem liberorum prioris Matrimonii contra binubos ſancita.* 162. *& ſeqq. Defenditur, has pœnas à Jure Canonico non eſſe ſublatas.* 166. *& ſeqq. Agitur de legato vidualitatis.*

## §. I.

### *An, quando, & quomodò Nuptiæ ſecundæ de Jure Canonico ſint licitæ?*

129 Secundas nuptias ad Matrimonium eatenùs revoco, tanquàm acceſſorias, quatenùs præſupponunt aliud Matrimonium, ſeu nuptias antecedenter peractas.
130 Nuptias ſecundas, imò tertias, quartas, & adhuc crebriùs (exemplô illius mulieris, quæ tempore Damaſi S. Pontificis ſucceſſivè viginti & duobus viris, quorum ultimus & ipſe jam viginti uxores ſepelierat, nupſiſſe refertur à Menoch. de *Arbitrar. Jud. quæſt. l.* 2. *cent.* 5. *caſu* 417. *num.* 5.) iteratas, Chriſtianis
131 non eſſe prohibitas, inclareſcit non ſolùm ex Jure Canonico in *cap. aperiant.* 11. *cap. DEUS* 12. *cap. ult. XXXI. q.* 1. *cap. dominus* 2. *cap. ſuper* 4. *de Secund. Nupt.* ſed etiam ex Jure Divino ad *Rom. cap.* 7. ibi: *quæ ſub viro eſt mulier, alligata eſt legi; ſi autem mortuus fuerit vir ejus, ſoluta eſt à lege viri;* & 1. *Corinth.* 7. ibi: *ſi dormierit vir ejus, liberata eſt; cui vult, nubat.*
132 Nec impedit I. *cap. de his* 8. *d. q.* 1. ubi binubis pœnitentia dictatur: dictatur enim in Concilio quodam particulari, non propter nuptias ſecundùm ſe, ſed propter inordinatum affectum & concupiſcentiam binubentium.
Nec impedit II. *cap. hâc ratione* 9. *d. quæſt.* 1. 133
ubi ſecundæ nuptiæ vocantur honeſta fornicatio. Nam, ut textum hunc explicat P. König ad *tit. de Secund. Nupt. n.* 3. per ſecundas nuptias intelliguntur illæ, quæ, datô repudii libellô, ad normam Legis Moſaicæ contrahuntur.
Antequàm verò tranſitus fiat ad ſecundas 134
nuptias, oportet, ut primæ ſint diſſolutæ; &, ſi diſſolutio contingat per mortem, neceſſum eſt, ut conſtet de morte conjugis defuncti, non tantùm per conjecturam probabilem, ſed moralem certitudinem juxta *cap. in præſentia* 19. *de Sponſalib.* in verb. *certum nuntium,* quod vocabulum in genere neutro accipiendum; & *cap. dominus* 2. *de Secund. Nupt.* veluti cum ſententia communiori concludunt Panormit. ad *cit. cap. in præſentia num.* 6. Covarruv. de *Sponſal. p.* 2. *cap.* 7. §. 3. *n.* 3. Sanchez *lib.* 2. *diſp.* 46. *num.* 6. P. Wieſtner ad *cit. de Secund. Nupt. num.* 6. Clariſſ. D. Joannes Philip-



pus

pus Moraſſ. in *Binub. fatali. cap.* 2. §. 3. *num.* 11.
135 Diſſentiunt poſt Sylveſtrum, Antonium de Butrio, Anchoranum apud Sanchez *d. l. n.* 5. Laymann *Theol. Moral. lib.* 5. *tr.* 10. *p.* 3. *cap.* 3. *num.* 2. Gobat *Theol. Sacram. tr.* 9. *num.* 292. Krimer ad *tit. de Secund. Nupt. n.* 1832. & noviſſimè Clariſſ. P. Kugler de *Matr. q.* 39. *à num.* 1844. ac conjecturam valde probabilem, quæve ſit major de morte quàm vita, admittunt ob textus in *cap. cùm per bellicam* 1. §. *nec tamen XXXIV. q.* 2. ubi, qui contrahit cum muliere, cujus maritus *non eſſe exiſtimabatur*, excuſatur à culpa; & *cap. ult. §. ſi autem Ut lite non conteſt.* ubi, *tamdiu*, inquit Pontifex, *alteruter conjugum exſpectetur, donec de ipſius obi-*
136 *tu veroſimiliter præſumatur.* Verùm nihil exinde convincitur: cùm exiſtimatio mortis, de qua loquitur *cap. cùm per bellicā &c.* non debeat eſſe qualiſcunque, ſed firma, ac certô nuntiô, vel aliâ concludenti probatione
137 confirmata; veriſimilitudo quoque, cujus meminit *cit. cap. ult.* pariformiter de certitudine morali poſſit explicari; nihil dicendô, quòd ibi non agatur de Matrimonio certè valido, ſed ob litem, ratione impedimenti motam, dubiô, & ſic faciliùs ſolubili.
138 Habebitur autem moralis certitudo de morte conjugis, ſi vel legitimus Magiſtratus, Eccleſiaſticus, Civilis, aut Militaris; vel Parochus, qui defunctum ſepelivit; vel Notarius publicus fidem deſuper faciant: ſi duo teſtes, omni exceptione majores, id atteſtentur: ſi concurrant plura indicia, ex quibus violenta præſumptio deducitur, puta, quòd maritus nomen dederit militiæ, periculoſa prælia vel obſidiones ſubiverit, per annos plurimos abfuerit, nec tamen quidpiam de illius ſalute vel vita ſcriptum aut relatum fuerit. Latè P. Wieſtner ad *tit. de Secund. Nupt. à num.* 7. Quin imò præſumptionem, quæ major ſit de morte quàm vita, ſufficere poſſe, quando propter diſtantiam & ignorantiam conjugis, factâ etiam diligenti inquiſitione, nequit haberi major certitudo, & periculum in mora eſt, in caſu practico judicavi.

Modus celebrandi ſecundas nuptias in eo 139
differt à modo celebrandi primas, quòd in illis ſub pœna ſuſpenſionis interdicta ſit benedictio Sacerdotalis, quæ iſtis alias impertiri ſolet *cap. capellanus* 1. *cap. vir autem* 3. *de Secund. Nupt.* quamquàm conſuetudo locorum in hac cæremonia ſit varia, prout teſtantur Gobat *Theol. experim. tract.* 10. *n.* 564. Pirhing ad *cit. tit. num.* 15. Wieſtner *ibid. num.* 29. eam verò non aliter valere putet Fagnanus ad *d. cap. vir autem num.* 8. quàm ſi Papa ſciat, & toleret.

## §. II.

### *Quales pœnas Jus Civile in conjuges binubos conſtituerit?*

140 JUs Civile diſſimili planè ratione circa ſecundas nuptias diſpoſuit. Comprimis autem graviter interdixit, ne vidua nubat tempore luctûs, quod juxta *l. ſi qua ex* 2. *Cod. de Secund. Nupt.* eſt annuum, nondum exactô
141 *l. ſi qua mulier* 1. *& paſſim Cod. d. t.* Ratio ſic diſponendi fuit: partim quòd, ſi novus inducatur maritus, ſanguinis & ſeminis confuſio, nec non prolis incertitudo conſequatur *l. liberorum* 11. §. 1. *ff. de his, qui not. infam. l. ſancimus* 53. §. 3. *Cod. de Epiſc. & Cleric.* partim quòd honor, amor, memoria, & religio prioris mariti per nuptias tam acceleratas periclitari videatur *d. l. ſi qua mulier* 1. *Nov.* 22. *cap.* 40.
142 Hæcque diſpoſitio, juxta ſententiam Clariſſ. D. Moraſſ. in *Binub. fat. cap.* 2. §. 2. *n.* 8. *&* 10. procedit, tum ſi vidua poſt mortem prioris mariti jam reperiatur gravida; tum ſi gravida non reperiatur, aut nullum ſit periculum, aut partum jam ediderit: eò quòd ſimili caſu, tametſi ceſſet ratio prima, rema-
143 neat ſecunda. Verùm Brunn. ad *cit. l. liberorum* 11. *n.* 2. in caſu, quô partus jam ſupponitur editus, renubendi facultatem viduæ non adimit, ob textum valde luculentum in *cit. l.* §. 2. ibi: *Pomponius eam, quæ intra legitimum tempus partum ediderit, putat, ſtatim poſſe nuptiis ſe collocare; quod verum puto.* Ratio prima ſiquidem eſt principalis; quâ proin ceſſante, ceſſat diſpoſitio, licèt perduret ſecunda, tanquàm minùs principalis.

Ex pœnis, in viduam præmaturè convolan- 144
tê ad ſecundas nuptias latis, I eſt infamia, ipsô Jure inflicta *l. prætoris* 1. *ff. de his qui not. infam. l. ſi qua mulier* 1. *l. ſi qua ex* 2. *Cod. de Secund. Nupt.*
II. non poteſt ſecundo marito in dotem dare 145
vel per ultimam voluntatem relinquere ultra tertiam partem bonorum *d. l. ſi qua mulier* 1. quod ipſum ad donationem inter vivos, quæ aliunde eſt inter conjuges interdicta, nec convaleſcit, niſi per mortem, extendit Clariſſ. D. Moraſſ in *Binub. fat. cap.* 5. §. 1. *num.* 4.
III. fœmina binuba non poteſt ex teſtamen- 146
to extranei quidpiam capere, vel titulô hæredis, vel titulô legati, vel titulô fideicommiſſi, vel titulô donationis mortis causâ *d. l. ſi qua* 1.
IV. amittit omnia bona, titulô lucrativô à 147
priori marito relicta, tam quoad proprietatem quàm quoad uſumfructum *d. l. ſi qua* 1. V. 148
non poteſt cognatis ſuis ultra tertium gradum ab inteſtato ſuccedere *d. l. ſi qua* 1.

Hæ tamen pœnæ conſtringunt ſolas mulie- 149
res, non autem maritos, utpote quos annus luctûs, pro ſecundis nuptiis à Jure Civili præfixus, non ſtringit: nec enim in illis ſubeſt periculum confuſionis ſanguinis aut partûs incerti; nec etiam obligatio reverentiæ tanta cenſetur in marito, quanta in uxore. D. Moraſſ *cit. l. cap.* 2. §. 2. *n.* 6. *&* 7.

Quin, loquendô de Jure Canonico, non 150
ſolùm infamiæ pœna, in uxores præproperè nubentes conſtituta, fuit abolita, per textus expreſſos in *cap. penult. & ult. de Secund. Nupt.*
ſed



ſed etiam reliquæ pœnæ; quemadmodùm contra Cynum, Baldum, Barboſam, & alios melior & practica ſententia tenet cum Covarruv. *in* 4. *Decretal. p.* 2. *cap.* 3. §. 9. *n.* 6. *&* 7. Sanchez *lib.* 2. *diſp.* 87. *n.* 23. Gail. 2. *obſ.* 98. *num.* 8. Gonzalez ad *cit. cap. ult. n.* 9. Engel ad *eund. tit.* König *ibid. num.* 8. D. Moraſſ. *cit.*
151 *cap.* 5. §. 1. *num.* 14. Ratio eſt: quia ex *num.* 131. de Jure Divino & Canonico conjugibus, ſolutô Matrimoniô, pleniſſima datur licentia, mox aliud contrahendi Matrimonium. Ergo, ſi fœminæ, non expletô annô luctûs, de facto Matrimonium cum alio contrahant, licitè contrahunt, nec vel infamiam vel aliam pœnam commerentur. Quòd ve 152
hæc ordinatio Juris Canonici etiam in terris Imperii ſit obſervanda, conſtat ex eo: quia agitur tam de libertate Matrimonii, quod unicè pendet ex determinatione SS. Canonum; quàm de periculo incontinentiæ, quod Legiſlatores Eccleſiaſtici removere tenentur.

## §. III.

### *Quid Jus Civile in favorem liberorum contra binubos conjuges decreverit?*

153 PRæter ſuperiores pœnas in mulierem, ad nuptias intra annum luctûs tranſeuntem, decretas, Jus Civile in favorem prioris conjugii ſequentia conſtituit I. ſi vidua vel etiam viduus quôcunque tempore Matrimonium reiteret, amittit proprietatem omnium bonorum, quæ titulô lucrativô à priori conjuge acquiſivit, & uſumfructum duntaxat retinet *l. fœmina* 3. *in pr. l. generaliter* 5. *in pr. &* §. 1.
154 *l. hac edictali* 6. §. 1. *Cod. de Secund. Nupt.* Et licèt olim conjugibus binubis licuerit, hæc lucra nuptialia inter liberos primi Matrimonii inæqualiter dividere *d. l. fœmina* 3. *d. l. generaliter* 5. *in pr. l. in quibus* 7. *Cod. d. t.* eadem tamen facultas per Novellam 2. *cap.* 1. *& Nov.* 22.
155 *cap.* 25. ſublata eſt. Dixi, *titulô lucrativô*: quæ enim ex titulo oneroſo conjux acquiſivit à conjuge, puta ex emptione, locatione, ſocietate, communione bonorum, morgengaba &c. à conjuge binubo non amittuntur. Clariſſ. D. Moraſſ in *Binub. fat. cap.* 5. §. 2. *num.* 25. *& ſeqq.*
156 II. vidua binuba amittit proprietatem bonorum, quæ obtinuit ex ſucceſſione liberorum primi Matrimonii *d. l. fœmina* 3. §. 1. Quod ipſum obtinet in viduo, de quo, licèt textus apertè non loquatur, generalitas tamen Legis, quæ pœnas, in favorem liberorum contra binubos ſancitas, conjugibus vult eſſe communes *d. l. generaliter* 5. *in pr. Nov.* 2. *cap.* 2. §. 1. *Nov.* 22. *cap.* 23. idem concludere jubet. Gail. 2. *obſ.* 98. *n.* 3. D. Moraſſ *d. cap.* 5. §. 6. *n.* 8. contra Fachin. *lib.* 3. *contr. cap.* 64.
157 III. nec viduus ſecundæ uxori, nec vidua ſecundo marito poteſt inter vivos vel ultima voluntate ex bonis propriis plus relinquere, quàm uni ex liberis prioris Matrimonii, cui minimum quid relictum eſt *l. hac edictali* 6. *in pr. Cod. de Secund. Nupt.*
158 Utrùm verò liberis ſecundi Matrimonii quantitatem ampliorem, quam liberis primi relinquere poſſint? Pro utraque parte diſceptatur, uti videre licet apud *cit.* Moraſſ. *d. cap.* 5. §. 4. *num.* 2. Quamvis ex conſilio Imperatoris in *Nov.* 22. *cap.* 48. *in pr.* æqualitas inter liberos utriuſque conjugii omni poſſibili mo-
159 dô ſervanda ſit. Ad dignoſcendum autem liberalitatis exceſſum, & inæqualitatem donationis, inſpiciendum eſt tempus, quô conjux binubus moritur, juxta manifeſtam deciſionem Juſtiniani in *cit. Nov. cap.* 48. Perez in *Cod. ad tit. de Secund. nupt. n.* 18. D. Moraſſ *d.* §. 4. *n.* 7.

IV. vidua bis nubens amittit tutelam, & 160
educationem liberorum *l. matres* 2. *l. ult. Cod. Quando mulier tut. offic. l. educatio* 1. *Cod. Ubi pupill. educari deb.* &, ſi tutorem alium non petierit à Judice, nec ſuſceptæ tutelæ rationes reddiderit, incidit in pœnas, nubentibus intra annum luctûs impoſitas *Auth. eiſdem Cod. de Secund. Nupt.* Hæc tamen pœna non af- 161
ficit maritum bigamum; ſed, quia nullus affectus paternum vincit, & liberi prioris thori manent ſub ejuſdem patris poteſtate, manet etiam marito gubernatio liberorum & rerum adminiſtratio per *l. ult. in pr. &* §§. *ſeqq. Cod. de Bon. quæ liber.*

Cæterùm, quod primô, ſecundô, & tertiô 162
locô conſtitutum in favorem liberorum retulimus, ceſſat, ſi liberi prioris Matrimonii vel nulli extiterint, vel ante parentem binubum deceſſerint *l. fœmina* 3. §. 1. *Cod. de Secund. Nupt.* P. Engel ad *eund. tit.* Omnes quo- 163
que has pœnas à Jure Canonico generaliter abrogatas eſſe, crediderunt Panormitan. ad *cap. Eccleſia* 10. *de Conſtitution. n.* 15. & Felin. *ibid. num.* 56. Sed, obluctante communiſſimâ aliorum ſententiâ, à qua in judicando non recedendum eſſe, judicat D. Moraſſ. *d. cap.* 5. §. 5. *n.* 29. Ratio eſt: quia, ut patet 164
ex dictis, hæ pœnæ non emanârunt in odium conjugum bigamorum, ſed in favorem liberorum primi Matrimonii, quibus LL. Civiles prolixiùs indulgere voluerunt, ne per ſecundum Matrimonium bona, antehàc parta, vel in novos conjuges, vel in novos liberos majori ex parte transfundantur. Unde libertas Matrimonii non officit, quò minùs hæ ſaluberrimæ conſtitutiones in praxin deducantur. Accedit, quòd ipſum Jus Canoni- 165
cum amiſſionem tutelæ, quam incurrit mater binuba, comprobaverit in *cap. ex parte* 67. *de Appellat.* Ut adeò diſcrimen non appareat, cur reliquas conſtitutiones, in commodum liberorum conditas, improbare debuerit vel potuerit. Covarruv. *cit. cap.* 3. §. 9. *num.* 9. Gutierrez de *Matrimon. cap.* 108. *à num.* 21. Barboſa ad *cit. cap. ult. de Secund. Nupt. num.* 3. Gail. 2. *obſ.* 92. *n.* 8. Engel *cit. l.* König ad *cit. tit. n.* 8. Wieſtner *ib. n.* 37.



Quæ-

166 Quæres: quid Juris ſit, quando maritus in
ſuo teſtamento legatum uxori reliquit ſub
conditione, de *non-nubendo*, vel *ſi non nupſerit*,
& uxor ad ſecundas nuptias convolavit, anne
legatum perdat?

Ratio dubitandi eſt: quia ſimilis conditio
videtur diminuere libertatem Matrimonii;
conſequenter non magis habebit effectum,
quàm cæteræ diſpoſitiones, contra liberta-
tem Matrimonii ex antedictis peractæ. Sed
167 Reſp. affirmativè cum Covarruv. *cit. loc.*
*num.* 14. & D. Moraſſ. *d. l. cap.* 4. *§.* 2. *n.* 35. *&*
*ſeqq.* Pro cujus ſeu declaratione ſeu proba-
tione facit, quòd equidem de Jure antiquiori
præfata conditio de non-nubendo rejecta, &
pro non-adjecta fuerit habita *l. quoties* 22. *l.*
*cùm tale* 72. *§.* 5. *ff. de Condition. & demonſtrat.*
Jure verò noviori eadem diſpoſitio remanſe-
rit quoad virgines, non autem quoad viduas,
cum quibus antecedens Matrimonium jam
erat conſummatum per textum in *Novell.* 22.
*cap.* 43. & *cap.* 44. *in princ.* & *inde tranſumptâ*
*Anth. cui relictum Cod. de Indicta Viduit. toll.* ubi
ſtatuitur, quòd, ſi vidua tranſeat ad alias nu-
ptias, legatum, ſub conditione non-nubendi
relictum, amittat. Cùm igitur ſæpe me- 168
morata conditio de Jure Civili reputetur eſſe
honeſta; ſitque rationi conſonum, ut volun-
tas defuncti adimpleatur: non invenio ratio-
nem aliam, ob quam Jus Canonicum à Civili
divortium feciſſe dicatur; non obſtante Ma-
trimonii libertate, quæ nullatenùs cenſetur
eſſe diminuta, quando binubentibus favor
aliquis ex privata teſtatoris voluntate nega-
tur, qui non-nubentibus fuiſſet indultus: po-
tuiſſet enim omninò non legare; & conſe-
quenter potuit etiam legare ſub conditione
non-inhoneſta.

# CAPUT V.

## *De Matrimonii diſſolutione, ſeu Divortio.*

Cùm inter præcipuos Matrimonii effectus numeretur vinculum inſolubile; conſectaneum eſt, diſſolutionem Matrimonio non cognatam, ſed contrariam eſſe. Et tamen non rarò experimur, ſententiam divortii inter conjuges promulgari, ac Matrimonium vel quoad vinculum, vel quoad thorum & menſam diſſolvi. Videndum itaque, an & quando divortium quoad vinculum aut thorum & menſam peti, aut concedi valeat.

## SECTIO I.

### *De Divortio quoad vinculum.*

SUMMARIA.

1. *& ſeqq. Matrimonium ratum eſt inſolubile.* 4. *& ſeqq. Niſi emittatur profeſſio in Ordine Religioſo.* 7. *Proponitur quæſtio, an per diſpenſationem S. Pontificis poſſit diſſolvi?* 8. *& ſeqq. Textus pro negativa.* 11. *& ſeqq. Rationes pro negativa.* 14. *& ſeqq. Rationes pro affirmativa.* 23. *& ſeqq. Præcluditur via cuidam reſponſioni adverſæ.* 27. *& ſeqq. Textus oppoſiti ſolvuntur.* 30. *& ſeqq. Rationes adverſæ proſternuntur.* 37. *& ſeq. Matrimonium conſummatum inter fideles à fortiori eſt inſolubile.* 39. *& ſeqq. Quædam ex oppoſito moventur.* 44. *& ſeqq. Removentur.* 50. *& ſeqq. Argumenta hæreticorum, tenentium, Matrimonium propter adulterium quoad vinculum diſſolvi.* 54. *& ſeq. Veritas orthodoxa ſtabilitur.* 56. *& ſeqq. Argumenta hæreticorum diſſipantur.* 62. *Matrimonium conſummatum ne quidem inter infideles diſſolvitur.* 63. *Ponitur caſus exceptus.* 64. *& ſeqq. Per ſolam converſionem Matrimonium antecedens non ſolvitur.* 67. *& ſeqq. Diſcutitur, an per Matrimonium ſubſequens ſemper diſſolvatur?* 70. *& ſeqq. Oſtenditur, Matrimonium infidelium per Religioſam profeſſionem, non autem per SS. Ordines diſſolvi.* 74. *Hæreticorum Matrimonia non ſunt ſolubilia.* 75. *Niſi defectus intentionis accedat.*

### §. I.

### *An & quomodò Matrimonium ratum quoad vinculum diſſolvi poſſit?*

1 Matrimonium ratum, ex Jure Divino &
Naturali inſolubile factum, crebriori
DD. calculò receptum eſt. Nam, ut alios
textus, quos accumulat Clericatus de *Sa-*
*cram. Matr. deciſ.* 7. *à num.* 24. & *deciſ.* 10. *à*
*num.* 16. omittam, Apoſtolus 1. *Corinth.* 7.
*℣.* 10. *iis autem*, ait, *qui Matrimonio juncti ſunt,*
*præcipio non ego, ſed Dominus, uxorem à viro non*
*diſce-*



*diſcedere; quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam,*
*aut viro ſuo reconciliari:* Qua de cauſa Bonifa-
2 cius VIII. in *cap. un. de Voto & Voti redempt in* 6.
aſſeverat, Matrimonii rati vinculum *ab ipſo Ec-*
*cleſiæ capite, & rerum omnium conditore, ipſum*
*in paradiſo & ſtatu innocentiæ inſtituente, unionem*
3 *& indiſſolubilitatem accepiſſe.* Cujus ul-
terior ratio eſt: quia Matrimonium ratum eſt
verum Matrimonium: conſequenter, ſicuti
Matrimonio connaturale eſt, ut inducat vin-
culum, & obliget ad individuam vitæ conſue-
tudinem; ita hoc ipſum in Matrimonio rato
dicendum eſt.

4 Duo ſolummodò referuntur caſus, in qui-
bus vinculum Matrimonii rati diſſolvitur, &
facultas aliud ineundi Matrimonium concedi-
tur. Primus & certus eſt, quando unus ex
conjugibus emittit profeſſionem in Religione
quadam, à S. Pontifice approbatâ, velut
oſtendimus in *lib. III. tract. de Perſ. Reb. & Jur.*
*Eccleſ. p.* 1. *cap.* 3. *à n.* 63. & deciſum extat in
Trid. Concil. *ſeſſ.* 24. *de Matrimon. Can.* 6.
5 Hancque prærogativam Religioſæ profeſſioni
ex triplici Jure conjunctam eſſe, pro concor-
dia ſententiarum diſcordantium adſtruit Cle-
ricatus de *Sacram. Matrim. deciſ.* 13. *n.* 30. *&*
*ſeqq.* Jure ſcilicèt *Divinò*, quatenùs DEUS
S. Pontifici dedit poteſtatem, ob cauſam ali-
quam interpretandi, & declarandi Jus Divi-
num, quòd in hoc vel illo caſu non ſtringat;
6 Jure *Naturali*, quod dictat, licitum eſſe tran-
ſitum à ſtatu minùs perfecto ad perfectiorem,
ſi neque præjudicium alicui inferatur, neque
ſcandalum aliquod ſequatur; Jure *Eccleſiaſti-*
*cò*, quod competentiam hujus poteſtatis ab-
undè declaravit.

7 Secundus caſus, ſed in controverſiam de-
ductus, eſt de diſpenſatione Pontificia: num
ſcilicèt S. Pontifex eâ fulgeat authoritate, ut
vinculum Matrimonii rati diſſolvere, & con-
jugibus licentiam, ad alia vota ſe conferendi,
poſſit indulgere? Covarr. *Var. in* 4. *Decretal.*
*p.* 2. *cap.* 7. *§.* 4. *n.* 21. Pontius de *Matrimon.*
*lib.* 9 *cap.* 3. *n.* 3. Gutierrez *Can. quæſt. lib.* 1.
*cap.* 17. *à num.* 12. & alii, quos noviſſimè re-
tulit, & ſectatus eſt P. Reiffenſtuel ad *tit. de*
8 *Divort. n.* 3. *negant* Textus ſunt I. in *cap. hi*
*qui* 25. *XXXIII. q.* 7. ubi Nicolaus Pontifex
negat, Matrimonium ob furorem, amentiam,
aut aliam infirmitatem ſupervenientem diſſol-
vi: adeóque judicat, Matrimonium abſolutè
9 eſſe inſolubile. II. in *cap. ex parte* 14.
*de Converſ. conjugat.* ubi Innocentius III. ad
conſultationem Archi Epiſcopi Lugdunenſis
reſpondit, Matrimonium, de præſenti con-
tractum, in nullo caſu diſſolvi poſſe, *niſi fortè*
10 *ſecùs fieret ex relevatione Divina.* III. in
*cap. licet* 3. *de Sponſa duor.* ubi Alexander III.
contra judicium ſuorum Anteceſſorum deci-
dit, Matrimonium primum & ratum per ſe-
cundum & conſummatum non diſſolvi.
11 Ratio inſuper datur I. quia Matrimonium ra-
tum ex *num.* 4. ſuam inſolubilitatem accepit
ex Jure Divino. Atqui S. Pontifex non po-
teſt ea diſſolvere, quæ Jure Divino ſunt con-
ſtituta: tum ex regula generali, quâ nequit
inferior in Lege ſuperioris diſpenſare; tum ex
conſideratione ſpeciali, quâ conjuges, quos
*DEUS conjunxit, homo ſeparare* non poteſt.
*Math.* 19. II. quia Matrimonium con- 12
ſummatum, ut paulò pòſt monſtrabitur, ne-
quit ex indulgentia Pontificia diſſolvi. Ergo
nec ratum diſſolvi poteſt: utpote cùm juxta
communem non niſi accidentaliter à Matri-
monio conſummato differat. III. quia 13
ipſimet Pontifices, & nominatim Innocentius
VIII. teſte Panormitano ad *cap. ex publico* 7.
*de Converſ. conjugat. n.* 14. profeſſi ſunt, talem
poteſtatem ſibi non competere.

Panormitanus *d. l.* Sanchez de *Matrimonio* 14
*lib.* 2. *diſp.* 14. *num.* 2. Barboſa *J. E. U. lib.* 1.
*cap.* 2. *num.* 121. Clericatus de *Sacram. Matr.*
*dec.* 15. *n.* 38. P. Engel ad *tit. de Sponſa duor.*
*n.* 3. P. König ad *eund. tit. p.* 1. *n.* 9. P. Wieſt-
ner ad *tit. de Divort. num.* 39. affirmativam ſo-
lidiſſimè defendunt; eaque ſententia videtur
hodie receptiſſima & veriſſima, ita ut Gobat
*Theol. experim. tract.* 10. *n.* 691. & Pignatell.
*to.* 1. *conſult.* 148. *n.* 5. *&* 6. aſſerant, ſinè te-
meritate & contumelia Sedis Apoſtolicæ con-
trarium aſſeri non poſſe. Probatur I. 15
quia ſub generali poteſtate, quam accepit S.
Pontifex, diſſolvendi in terra, quod ligatum
eſt, comprehenditur etiam vinculum, ex
Matrimonio rato contractum, non minùs,
quàm vinculum, ex nexu votorum ſolennium
& ſimplicium inductum. II quia, dum 16
per Religioſam profeſſionem ipſummet Ma-
trimonium ratum ex *num.* 1. diſſolvi poteſt;
poteſt à fortiori per diſpenſationem Pontifi-
ciam diſſolvi: ſiquidem & ipſa profeſſio Reli-
gioſa, juxta communiſſimam ſententiam, à
nobis in *lib. III. tract. de Perſ. Reb. & Jur. Eccleſ.*
*p.* 1. *cap.* 3. *n.* 248. ſtabilitam, per diſpenſatio-
nem Apoſtolicam diſſolvitur: ut adeò per ar-
gumentum à majori ad minus Matrimonium
quoque diſſolvi valeat, juxta vulgatum bro-
cardicon, in *l. de Acceſſionibus* 14. *§.* 3. *ff. de Diverſ.*
*tempor. præſcr. l. æquiſſimum* 5. *§.* 2. *ff. ad SCt. Ter-*
*tullian.* fundatum: ſi vinco vincentem te,
vinco etiam te. III. quia SS. Pontifi- 17
ces, ſanctitate perinde ac doctrinâ ſummè
conſpicui, non ſemel ſed ſæpiùs in Matrimo-
nio rato diſpensâſſe leguntur. Sic enim di-
ſpenſavit Gregorius VII. Anno 1074. uti te-
ſtatur Baronius in *Annal. Eccleſiaſt.* ad dictum
annum *num.* 23. Diſpenſavit Martinus V. 18
Anno 1417. creatus Pontifex, & Eugenius
IV. Anno 1431. ad eandem dignitatem eve-
ctus, uti teſtatur S. Antoninus in *Summa* 3. *p.*
*tit.* 1. *cap.* 21. *§.* 3. Diſpenſavit Alexan- 19
der VI. Anno 1492. Summò Pontificatu ex-
ornatus, uti teſtatur Bollandus in ejus vita
apud Clericatum *cit. l. num.* 22. Diſpen- 20
ſavit Paulus III. factus Pontifex Anno 1530.
& Pius IV. Anno 1560. uti teſtatur Navar-
rus in *Summa cap.* 22. *n.* 21. cujus conſiliô di-
ſpenſatio ter vel quater fuit indulta. Di- 21
ſpenſavit Gregorius XIII. Pontifex renuntia-
tus Anno 1572. & quidem undecies unâ die,
uti

uti teſtantur Authores complures apud *citat.*
22 Clericatum *num.* 27. *& ſeqq.* Diſpenſavit
Paulus V. Anno 1613. præmiſsâ Sacrâ Con-
gregatione Concilii die 20 Aprilis; uti teſta-
tur S. Congregationis Secretarius, Fagnanus
tum primâ vice præſens, in *cap. pernicioſam* 1.
23 *de Offic. Jud. Ord. n.* 61. Diſpenſavit
Urbanus VIII. Anno 1623. ad Summam Se-
dem aſſumptus, uti cum exhibitione litera-
rum diſpenſationis atteſtantur Pyrrhus Cor-
radus in *praxi diſpenſat. Apoſtol. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 35.
& Vincent. de Juſtis *de Diſpenſat. Matrim. lib.* 2.
*cap.* 10. *num.* 17. Dicere verò, quòd tot
tantique Pontifices in re tam momentoſa er-
raverint, aut limites ſuæ poteſtatis exceſſe-
rint, homini Chriſtiano in mentem venire
non debet.
24 Neque toleranda eſt reſponſio Adverſario-
rum, quòd memorati Pontifices noſtram ſen-
tentiam, tanquàm probabilem, fuerint am-
plexi; adeóque concludi non poſſit, ſenten-
tiam contrariam non eſſe probabiliorem.
25 Contra enim eſt: quia Romani Pontifices tam
faciles & proclives non ſunt ad ſententias,
quæ tantùm probabiles videntur, aſſumendas,
præſertim in materia tam delicata, quæ tan-
git Sacramentum, & minorem probabilita-
26 tem excludit. Neque etiam diſpenſa-
tiones Matrimoniales, in impedimentis, ex
Jure duntaxat humano conſurgentibus, præ-
cipitare, ſed, maturâ & condecenti delibera-
tione præmiſsâ, concedere ſolent: multò mi-
nùs igitur in impedimento ligaminis, quod
oritur ex Matrimonio rato, & Jure Divino
ſtringit, faciles erunt, prout in ſpecie com-
monſtravit Clemens VIII. die 6. Julii 1599.
qui ſpecialem indixit Congregationem, in
qua intervenerunt octo Cardinales, quatuor
Auditores Rotæ, & duo alii Theologi, om-
nes viri ſapientiſſimi, & omnes unanimiter di-
xerunt, Papam in Matrimonio rato diſpen-
ſare poſſe. Pignatell. *d. to.* 1. *conſult.* 148.
*num.* 5.
27 Ad I. textum oppoſitum Reſp. in *cap. hi qui*
25. nihil exprimi de Pontificia diſpenſatione;
&, ſi aliquid expreſſum fuiſſet, illud de Matri-
monio conſummato intelligendum eſſe: cùm
enim de furore & amentia, poſt Matrimoni-
um contractum ſuperveniente, loquatur,
ſupponit id, quod frequentiùs accidit, nem-
pe Matrimonium jam fuiſſe conſummatum.
28 Ad II. textum Reſp. eundem prorſus ineptè
pro ſententia contraria allegari: nam Inno-
centius III. in *d. cap. ex parte* 14. non reſpon-
det, aut deciſivè reſolvit, Matrimonium ra-
tum non poſſe in ullo caſu diſſolvi, ſed id per
modum rationis dubitandi proponit; & ta-
men, eâ ratione non obſtante, ad Archi-
Epiſcopum Lugdunenſem reſcribit, Matri-
monium ratum per Religioſam profeſſionem
diſſolvi poſſe. Hinc legitimè pro no-
ſtra ſententia deducitur, Matrimonium ra-
tum etiam Apoſtolicâ diſpenſatione diſſolvi
poſſe: quandoquidem ex *num.* 16. ipſamet
profeſſio diſpenſatione Papali relaxatur.
Ad III. textum Reſp. Matrimonium ratum 29
independenter ab Apoſtolica relaxatione non
tolli per ſubſequens conſumatum: illud enim &
iſtud inducit vinculum ligaminis, à quo con-
juges motu proprio ſeipſos liberare nequeunt.
Ad I. rationem adverſam Reſp. etiam vo- 30
tum ex Jure Divino inſolubiliter obligare, &
tamen à S. Pontifice remitti poſſe: quia ſcili-
cèt materia voti, ſeu libera determinatio, &
promiſſio humanæ voluntatis, ſubſtat Juris-
dictioni Pontificiæ, tam in fieri quàm in con-
ſervari; ſicque non obligat in illa circumſtan-
tia, in qua S. Pontifex non ampliùs acceptat
humanam promiſſionem, ut oſtenſum in *lib. I.*
*tract. de Jure Leg. cap.* 3. *n.* 77. Et quia 31
materia Matrimonii rati, libera nimirum &
mutua promiſſio conjugum, perinde ſubeſt
Jurisdictioni Pontificiæ tam in fieri quàm in
conſervari, conjuges non ampliùs obligat in
illa circumſtantia, in qua per diſpenſationem
Pontificiam tollitur, ut dictum in *eodem tr.*
*d. n.* 77. Ad II. rationem Reſp. Matri- 32
monium ratum à conſummato in ratione con-
tractûs differre quidem accidentaliter; at in
ratione vinculi propter diverſitatem ſignifica-
tionis integraliter & vix non eſſentialiter dif-
ferre: nam Matrimonium ratum ſignificat
conjunctionem Chriſti cum anima fideli, quæ
ſolubilis eſt per quodlibet peccatum grave;
conſummatum verò ſignificat conjunctionem
Chriſti cum Eccleſia, quæ eſt inſolubilis *cap.*
*debitum* 5. *de Bigam. non ordinand.* Accedit, 33
quòd Matrimonium ratum, cùm integritatem
corporis in antiquo ſtatu relinquat, non tra-
hat ſecum tam gravia obſtacula & incommoda,
quàm gravia cauſat Matrimonium conſum-
matum, quod integritatem corporis violat,
& alios exinde producit effectus. Ad III. 34
rationem Reſp. plus & ampliùs probare exem-
pla poſitiva, in quibus SS. Pontifices in Ma-
trimonio rato diſpensâſſe perhibentur, quàm
exempla negativa, in quibus non diſpensâſſe
feruntur; ſicuti regulariter plus & ampliùs
probant duo Teſtes, pro affirmativa depo-
nentes, quàm plures alii pro negativa.
Quàm enim frequenter tales intercedunt cir- 35
cumſtantiæ, in quibus diſpenſatio concedi
nequit, non propter defectum poteſtatis, ſed
propter defectum cauſæ rationabilis? Certè
non quælibet cauſa reputatur ſufficiens ad di-
ſpenſationem, in Matrimonio rato conce-
dendam, ſed omninò gravis poſtulatur, qua-
lis eſt notabilis diſparitas inter ſponſos; timor
inimicitiæ, diſcordiæ, vel ſcandali non levis;
ſuperveniens impotentia vel magna infirmi-
tas &c. quas & alias cauſas latiùs examinat
Clericatus *cit. deciſ.* 15. *à n.* 44. Quia 36
in illis caſibus, in quibus obligatio naſcitur ex
Jure Divino & Naturali, urgentiora diſpenſa-
tionis motiva requiruntur, quàm ſi tantùm
ex humano Jure deſcendat obligatio: ut ea-
propter plures cum Sanchez de *Matrim. lib.* 1.
*diſp.* 15. *num.* 61. teneant, diſpenſationem in
obli-



obligatione Juris Divini penitus invalidam
eſſe, niſi per cauſam arduam juſtificetur: nec
enim in voto v.g. DEUS obligationem remit-
tere præſumitur, niſi motivum rationabile
ſuccurrat. Adeóque dum manet obligatio,
diſpenſatio nihil operatur.

## §. II.

### *An Matrimonium conſummatum inter fideles diſſolvi poſſit, quoad vinculum?*

37 MAtrimonium conſummatum ex Jure
Naturali & Divino inter fideles in
nullo caſu diſſolvi poſſe, conſtans & perpetua
eſt traditio Eccleſiæ Catholicæ, fundata in
Oraculo Divino Marci 10. v. 11. ibi: *quicun-*
*que dimiſerit uxorem ſuam, & aliam duxerit,*
*adulterium committit ſuper eam: &, ſi uxor di-*
*miſerit virum ſuum, & alii nupſerit, mœchabitur.*
Confirmatur quoque Lucæ 16. v. 18. ibi:
*omnis, qui dimittit uxorem ſuam, & alteram*
*ducit, mœchatur; &, qui dimiſſam à viro du-*
38 *cit, mœchatur.* Et in hoc ſenſu Ale-
xander III. in *cap. ex publico* 7. *de Converſ. conju-*
*gat.* explicat recitatos textus Evangelicos,
quòd ſcilicèt intelligi debeant de Matrimo-
nio, quod carnali copulâ fuit conſumma-
tum.
39 Quæ veritatem hanc Orthodoxam concu-
tere videntur, ad tria capita revocari poſſunt.
Inprimis enim Matrimonium in Lege Naturali
ſolutioni fuiſſe ſubjectum, oſtendit tum
exemplum Abrahæ, qui, poſt filium Iſaac ex
Sara conceptum, Agar conjugem repudiavit
*Geneſ.* 21. *v.* 10. tum exemplum Romanorum
& Ethnicorum, qui, licèt naturali lumine
fuerint præditi, ſolutionem tamen Matrimo-
40 nii crediderunt eſſe licitam. Deinde
in Lege Veteris Teſtamenti ſcimus, libellum
repudii fuiſſe conceſſum, & quidem, ut com-
munior fert opinio cum Clericato de *Sacram.*
*Matrim. deciſ.* 9. *num.* 32. non tantùm ex cau-
ſa adulterii, ſed etiam ex cauſis aliis, videli-
cèt lepra, epilepſia, ſterilitate &c. per tex-
tum in Deuteron. *cap.* 24. *in pr.* ibi: *ſi acceperit*
*homo uxorem, & habuerit eam, & non invenerit*
*gratiam ante oculos ejus propter aliquam fœdita-*
*tem, ſcribet libellum repudii, & dabit in manu*
41 *illius, & dimittet eam à domo ſua.* Inſuper
in Lege Teſtamenti novi complures Impera-
tores & Principes inveniuntur, qui ſuas con-
juges repudiârunt, nempe Imperator Con-
ſtantinus Irenem; Lotharius Francorum
Rex Theutpergam; Carolus Craſſus Impera-
tor Richardem ſeu Richildem; quos & plu-
res enumerat *cit.* Clericat. *deciſ.* 10. *à num.* 2.
42 Denique in Jure Canonico reperiuntur duo
textus, idipſum innuentes in *cap. quod propo-*
*ſuiſti* 18. *XXXII. q.* 7. ubi Gregorius III. dat
viro licentiam, repudiatâ uxore, quæ *infirmi-*
*tate correpta non valuerit debitum reddere, magis*
43 *nubendi*, hoc eſt, aliam ducendi, & in *cap.*
*cùm in captivitate* 2. *XXXIV. q.* 2. ubi Innocen-
tius I. ad caſum, quò maritus, uxore ſuâ in ca-
ptivitate detentâ, Matrimonium cum alia
contraxit, ita reſpondit: *ſtatuimus, fide Ca-*
*tholicâ ſuffragante, illud eſſe conjugium, quod pri-*
*mitus erat gratiâ Divinâ fundatum; conventum-*
*que ſecundæ mulieris, priore ſuperſtite, nec divor-*
*tio ejectâ, nullo pacto poſſe eſſe legitimum*; adeó-
que ſi prima uxor fuiſſet *per divortium ejecta* ſeu
dimiſſa à marito, ſecundum conjugium pro
valido fuiſſet habitum.
Hæc & ſimilia enervaturus, Reſp. ad obje- 44
cta in *num.* 39. exemplum Abrahæ perperam
allegari: eò quòd diſſolutio Matrimonii non
ſit facta quoad vinculum, ſed tantùm quoad
thorum & menſam: quia nimirum Agar pro-
pter filium Iſmaëlem erat rixoſa, ſuperba, in-
corrigibilis, & intolerabilis erga Saram. pro-
ut ex Cornelio à Lapide in *Geneſ. cap.* 21. *v.* 14.
interpretatur Clericat. *d. deciſ.* 8. *num.* 21.
Exemplum quoque Romanorum & Ethnico- 45
rum nihil evincit: nam, ut ſcribit in ſimili
Menochius de *Arbitrar. Jud. quæſt. caſu* 420.
*num.* 88. „ mirum non eſt, ſi in hunc erro-
„ rem inciderint, cùm & his commiſerint ma-
„ jora: nam idola coluerunt, & nefandum
„ ſodomiæ vitium, quod Legi rationique na-
„ turali repugnare ſciebant: &, ſi percurri-
„ mus Authores, jam commemoratos, qui de
„ ferinis horum moribus ſcripſerunt, multa
„ certè inveniemus ab illis factitata, quæ nec
„ feræ ipſæ beſtiæ (ut ita loquar) feciſſent.
Ad objecta in *num.* 40. Reſp. libellum repudii 46
Judæis ex Divina diſpenſatione, ad majus ma-
lum evitandum, &, ut Divina Veritas *Matth.*
19. aſſerit, *propter duritiam cordis eorum* & odi-
um implacabile conceſſum, ſed tamen in eôd.
*cap.* rurſus abrogatum eſſe.
Ad objecta in *num.* 41. generaliter Reſp. 47
hujusmodi repudia non aliter accipienda,
quàm cætera Chriſtianorum facta, quæ tur-
pia & abominanda ſunt; nec proinde refle-
ctendum, quid fiat aut factum ſit, ſed quo-
modò fieri debuerit. In particulari verò re-
ſponſum ad ſingula dabit Clericat. *d. deciſ.* 10.
*à num.* 50.
Ad textum in *num.* 42. Reſp. illum triplici- 48
ter explicari poſſe; vel de Sponſalibus de fu-
turo, poſt quæ, ſi talis infirmitas detegatur,
cauſam reſiliendi tribuit, uti notatum in *tr.* 1.
*cap.* 5. *n.* 140. vel de Matrimonio, quod ante-
ceſſit impotentia, faciens mulierem ad co-
pulam inhabilem; vel etiam de Matrimonio
rato, cui ſucceſſit tanta infirmitas, quæ ad
diſpenſationem, à S. Pontifice petendam, erat
ſufficiens. Ad textum in *num.* 43. Reſp. 49
argumentum à ſenſu contrario non ſtringere
in materia tam liquida, & clarè deciſa; &, ſi
ſtringeret, in propoſito nihil operari, dum
nomine *divortii* in *d. cap. in captivitate* debet in-
telligi divortium improprium, quò conjuges
obun-

ob impedimentum dirimens à ſe invicem ſepa-
rantur. Gonzalez ad *cap. ſi qua mulier* 1. *de
Divort. num.* 13.

Aliud autem hic dubium movent hæretici
50 noſtri temporis, an Matrimonium apud fide-
les non poſſit diſſolvi quoad vinculum pro-
pter adulterium? Pro ratione dubitandi al-
legatur I. textus in ſæpe *cit. cap.* 19. *Matth.*
ubi Salvator noſter, *quicunque*, inquit, *dimi-
ſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam
duxerit, mœchatur*: ex quo à ſenſu contrario
deduci videtur, quòd, ſi quis ex cauſa forni-
cationis uxorem dimittat, & aliam ducat, non
51 mœchetur. II. proponitur textus in
*cap. ſi quis* 6. *XXXII. quæſt.* 1. ubi ſic legitur: *ſi
quis uxorem ſuam ſcit adulteram, & non vult di-
mittere eam, ſed in Matrimonio habere, tribus an-
nis pœniteat, &, quamdiu pœnitet, abſtineat ſe ab
illa.* Supponitur ergo, quòd uxor adultera
52 dimitti poſſit. III. adducitur textus
in *cap. uxor.* 17. *d. q.* 7. ubi D. Ambroſius, *uxor*,
ait, *à viro non diſcedat, niſi cauſâ fornicationis;
quòd ſi diſceſſerit, aut maneat innupta, aut reconci-
lietur viro ſuo: & vir ſimiliter non dimittat uxo-
rem. Ideò non ſubdit de viro, quod de uxore præ-
53 miſit, quia viro licet ducere aliam.* IV.
profertur textus in *cap. ſi qua mulier* 6. *XXXI.
quæſt.* 1. ubi in caſu, quô uxor marito necem
machinata fuerit, viro conceditur licentia,
aliam ducendi: idipſum itaque in caſu, quô
mulier adulteriô ſe contaminaverit, dicen-
dum apparet.

54 Verùm in Concilio Tridentino dubium
omne præciſum, & veritas Orthodoxa in
*ſeſſ.* 24. *de Matrimon. can.* 7. ſic definita eſt:
*ſi quis dixerit, Eccleſiam errare, cùm docuit &
docet, juxta Evangelicam & Apoſtolicam doctri-
nam, propter adulterium alterius conjugum Ma-
trimonii vinculum non poſſe diſſolvi, & utrumque
vel etiam innocentem, qui cauſam adulterio non de-
dit, non poſſe, alterô conjuge vivente, aliud Matri-
monium contrahere, mœcharique eum, qui, dimiſſâ
alterâ, aliam duxerit, & eam, quæ dimiſsô adulterô
55 alii nupſerit, anathema ſit.* Ratio pal-
maris eſt: quia, ſi Matrimonium ob fornica-
tionem diſſolveretur quoad vinculum, dare-
tur anſa conjugibus, ad aliud Matrimonium
aſpirantibus, fidem conjugalem violandi,
quatenùs jugum, quod faſtidiunt, excutere
valeant: fieret etiam conjugis adulteri con-
ditio melior, utpote quæ propter delictum
à vinculo tam ingrato ſe extricare poſſet:
fieret prætereà liberis, quorum cura & pa-
rentela, ſolutô Matrimoniô, vix ampliùs
à parentibus curaretur, ingens præjudi-
cium.

Ad I. textum oppoſitum Reſp. modum 56
arguendi à ſenſu contrario ex *cit. cap.* 19. Mat-
thæi penitus abſurdum & abſonum eſſe: cùm
enim propoſitio Divinæ Veritatis duplicem
ſenſum complectatur, ac mœchari dicat tum
eum, qui uxorem ſuam dimiſerit ex alia cau-
ſa, quàm fornicationis; tum alium, qui re-
tentâ uxore, vel aliàs dimiſsâ ſuperinduxerit
aliam: nullô jure infertur, quòd ex cauſa
fornicationis uxorem dimittere, &, illâ vi-
vente, aliam ducere liceat.

Ad II. textum Reſp. illum, ut legitur in 57
*annot. ad cit. cap.* apud D. Chryſoſtomum, cui
adſcribitur, inveniri non potuiſſe; &, ſi datô
non conceſsô, fuiſſet inventus, nil aliud ex
eo probari, niſi quòd maritus, qui conſcius
eſt adulterii uxoris, ſe corrigere nolentis,
nec tamen illam dimittit à thoro, pœniten-
tiam agere jubeatur: cùm & ipſe per ſuam
conniventiam, & indulgentiam adulterii ſe
participem reddat. Adde, quòd ab 58
uxore tantùm pro eo tempore, quô pœni-
tentiam agit, abſtinere jubeatur; quod ſig-
num eſt, divortium non concedi quoad vin-
culum, ſed tantùm quoad thorum & cohabi-
tationem.

Ad III. textum Reſp. eundem ex quorun- 59
dam opinione apocryphum reputari: quid-
quid tamen ſit, conſtat ex ſummario *cit. cap.*
D. Ambroſium aliter alibi ſenſiſſe; conſtat
etiam ex *cap. nemo* 4. *XXXII. q.* 4. & *cap. an quod*
2. *XXXIII. q.* 2. ex mente ejuſdem S. Docto-
ris conjuges ad imparia non judicari, & conſe-
quenter, ſicut uxor in caſu, quô maritus adul-
terium committit, non poteſt alteri nubere;
ita nec maritum, ſi uxor eôdem ſe crimine
polluat, poſſe aliam uxorem ducere.

Ad IV. textum Reſp. illum, ex Concilio 60
particulari apud Vermerias ſive Wormatiam
celebratô, deſumptum, ac poſtmodùm in
Decretales in *cap. ſi qua mulier* 1. *de Divort.*
translatum eſſe, ſed tamen in ſenſu longè di-
verſo, ac cum additione verborum, *poſt mor-
tem uxoris.* Refero totum contextum *cap.* 61
qui ſic ſonat: *ſi qua mulier in mortem mariti ſui
cum aliis conſiliata eſt, & ipſe aliquem illorum ſe de-
fendendô occiderit, poteſt ipſe* NB. *poſt mortem
uxoris, ſi voluerit, aliam ducere; ipſa autem inſi-
diatrix pœnitentiæ abſque ſpe conjugii ſit ſubjecta.*
Patet itaque, nihil ex hoc vel aliis textibus
ab hæreticis pro errore ſuo colorando extun-
di poſſe.

## §. III.

### *An Matrimonium conſummatum inter infideles quoad vinculum diſſolvi poſſit?*

62 NOn tantùm fidelium, ſed etiam infideli-
um Matrimonia ſunt inſolubilia, tanquàm
ex Jure Naturali & Divino, cui infideles æquè
ac fideles ſubjacent, talia per *cap. quanto* 7. &
*cap. gaudemus* 8. *de Divort.* libellô repudii, qui
Judæis quondam licitus erat, juxta *num.* 46.
authoritate Divinâ jam ſublatô. Clericat. de
*Sacram. Matrim. deciſ.* 11. *n.* 1. & 2.

Caſus exceptus eſt, quando unus ex infi- 63
delibus ad fidem convertitur, & alter, qui
perſe-



perſeverat in cæcitate, aut ex odio fidei non
vult eidem cohabitare; aut cohabitare qui-
dem non detrectat, ſed cum injuria & con-
tumelia Creatoris, nomen & fidem Chriſti
Domini blaſphemandô, vel conjugem con-
verſum ad alia flagitia traducendô; ſuffra-
gante Divinâ diſpenſatione, in favorem Chri-
ſtianæ fidei conceſsâ, ut patet ex 1. *Corinth.* 7.
*℣.* 15. *cap. ſimili* 3. *cap. uxor* 4. *cap. ſi infidelis* 7.
*XXVIII. q.* 1. *cap. quantò* 7. *℣. nos igitur cap. gau-
demus* 8. *℣. qui autem &c. de Divort.*

64 Hanc autem conjugii diſſolutionem non
ſtatim à tempore converſionis, aut perver-
ſæ cohabitationis induci, ſed primùm à tem-
pore conjugii novi, à conjuge converſo iniri,
contra Innocentium, Hoſtienſem, & alios in
*d. cap. quanto* ſtatuunt Covarruv. *p.* 2. *de Spon-
ſalib. cap.* 7. §. 4. *n.* 5. Sanchez de *Matrimon.
lib.* 7. *diſp.* 75. *n.* 4. Sylveſter *V. Matrimonium* 8.
*quæſt.* 18. *d.* 6. Clericatus *d. deciſ.* 11. *num.* 19.
65 P. Wieſtner ad *tit. de Divort n.* 27. tum quia
in *cap. gaudemus* 8. *d. t.* indicatur, conjugium
tale non diſſolvi per baptiſmum: tum quia
ibidem decernitur, conjugem converſum,
& ſecundô Matrimoniô non ligatum, debere
conjugem alterum, poſteà ad Chriſtiana Sa-
66 cra promotum, recipere; necquicquam con-
tradicente Apoſtolô *cit.* qui *fidelem ob diſceſſum
infidelis ſervituti non eſſe ſubjectum*, aſſeruit: hoc
enim non tam quoad actualem Matrimonii
ſolutionem, quàm potentialem eſt intelligen-
dum, quòd nempe conjux, ad fidem conver-
ſus, habeat jus, ab altero diſcedendi.

67 In eo multùm fluctuant DD. an fidelis non
poſſit ad aliud Matrimonium tranſire, tametſi
infidelis eidem abſque Creatoris contumelia
velit cohabitare? Negant plures, quos citat
Clericat. *cit. l. n.* 31. & ſequitur P. Wieſtner
*d. l. n.* 29. quia Apoſtolus *cit. l.* expreſsè dicit:
*ſi quis frater uxorem habet infidelem, & hæc con-
ſentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et, ſi
qua mulier habet virum infidelem, & hic conſentit
68 habitare cum illa, non dimittat virum.* Affir-
mant æquè multi, quos laudat idem Clericat.
*num.* 40. & ſequitur Panormit. ad *cit cap.
quanto n.* 6. & 7. Sanchez *d. lib.* 7. *diſp.* 74. *n.* 9.
Pontius *lib.* 7. *cap.* 48. *n.* 10 quia idem Apo-
ſtolus abſolutè dicit, quòd fidelis non ſit ſub-
jectus hujuſmodi ſervituti ſeu conjugio infi-
delis; & quia periculum eſt univerſale, ne
fidelis per cohabitationem cum infideli rurſus
in antiquam labem & luem infidelitatis reci-
dat per textum in *cap. Judæi* 10. *XXVIII.
quæſt.* 1.

Inter hæc contradicentia placita Clerica- 69
tus *d. l. à n.* 41. aliquot ſententias medias ſug-
gerit, & tandem in *num.* 44. ſuum judicium
exponit, ac Epiſcopi, in cujus Diœceſi repe-
ritur conjux fidelis, arbitrio relinquit, utrùm
conjugi infideli, cum fideli ſinè injuria coha-
bitare ſpondenti, ſit credendum, examinan-
dô & reflectendô ad qualitates, mores, pro-
miſſiones, aut rationes illius.

In eo quoque DD non ſunt unanimes, 70
utrùm, ſi conjux, ad fidem converſus, non
contrahat aliud Matrimonium, ſed SS. Or-
dines ſuſcipiat, aut Religioſam Profeſſionem
emittat, prius Matrimonium diſſolvatur? Ali-
qui affirmant utrumque cum D. Bonaventu-
ra, quem refert P. Wieſtner *cit. l. num* 32.
Alii negant quoad utrumque cum Pontio
*lib.* 7. *de Matrim. cap.* 48. *num.* 19. Wieſtner
*d. l. n.* 33. Nonnulli cum Sanchez *lib.* 7. 71
*de Matrim. diſp.* 73. *n.* 9. & 11. Salmanticenſ.
de *Matrimon. tract.* 9. *cap.* 4. *n.* 52. Clericato
de *Matrimon. deciſ.* 12. *num.* 7. & 9. rectiùs
affirmant quoad Profeſſionem Religioſam, &
quoad SS. Ordines negant; quorum opinio
magis eſt canonica. Ratio quoad Pro- 72
feſſionem Religioſam eſt: quia per aliud Ma-
trimonium, etiam ratum, ab infideli conver-
ſo contractum, Matrimonium prius, etiamſi
conſummatum ſit, diſſolvitur: ergo etiam
per Profeſſionem Religioſam, quæ tantarum
eſt virium, ut Matrimonium ratum dirimat.
Ratio quoad SS. Ordines eſt, quòd SS. Ordi- 73
nes tam potentes non ſint, ut antecedens Ma-
trimonium, ſeu ratum, ſeu conſummatum,
rumpant.

Nec illud dubiô caret, utrùm infideles, ſe- 74
cundùm quid tales, ſeu hæretici, contrahant
Matrimonium inſolubile? Nihilominùs apud
me eſt indubitatum, quòd, ſi Matrimonium
contrahant cum explicita vel implicita inten-
tione faciendi, quod facit vera Eccleſia, ſint
inſolubilia: tunc enim ex merito poteſt appli-
cari, quòd ſeparari non poſſint conjuges, quos
DEUS conjunxit. P. Wieſtner *cit. l. à n.* 14.
At, ſi deficiat illa intentio, vel adſit omninò 75
contraria, contrahendi nimirum Matrimo-
nium ſolubile, tunc ejuſmodi Matrimonium
eſt nullum, & non indiget aliquâ diſſolutione
*arg. cap. ult. de Condition. appoſit.* Gobat *Theol.
Experim. tr.* 10. *n.* 707.

## SECTIO II.

### *De Divortio quoad thorum & menſam.*

SUMMARIA.

*76. Ad divortium quoad thorum ſufficiunt plures cauſæ. 77. & ſeq. Inter has numeratur adulterium. 79. Etiam à marito commiſſum. 80. & ſeqq. Actu conſummatum. 83. Et formale. 84. Sinè prævia cauſa ex parte alterius. 85. & ſeq. Uxor maritum adulterum monere regulariter non tenetur. 87. & ſeqq. Innocens conjux non tenetur nocentem dimittere. 91. & ſeqq. Quando adulterium eſt manifeſtum, poteſt innocens authoritate propriâ divertere. 95. & ſeqq. Non autem, quando dubium eſt. 99. & ſeqq. In foro conſcientiæ poteſt adulter dimitti,*

dimitti, dummodò ſciatur illius adulterium, li-
cèt probari non poſſit. 103. & ſeq. Innocens po-
teſt nocentem recipere, ſi velit. 105. & ſeq.
Non autem tenetur. 107. Niſi remiſerit in-
juriam. 108. Aut ſimile delictum perpetra-
verit. 109. & ſeq. Etiam poſt ſententiam di-
vortii. 111. Cauſa divortii quoad thorum eſt
hæreſis. 112. & ſeqq. Et quidem perpetua, ſi
fiat authoritate Eccleſiaſticâ. 117. & ſeqq.
Datur etiam mutua delictorum compenſatio,
quando uterque conjux ſit hæreticus. 119. &
ſeqq. Non autem, quando unus committit adul-
terium carnale, & alter in hæreſin labitur. 124.
& ſeq. Superſunt alia divortii cauſæ. 126. &
ſeqq. Periculum animæ. 131. Quod facit di-
vortium temporale. 132. & ſeqq. Periculum
corporis. 138. Moleſta cohabitatio. 139. &
ſeqq. Crudelitas mariti. 145. & ſeq. Quam-
diu durat. 147. Aut periculum ſubeſt. 148.
& ſeq. Idem aſſeritur de truculentia uxoris.

## §. I.

## *De Divortio propter adulterium carnale.*

76 Divortium quoad thorum & menſam, quô
conjuges ab obligatione reddendi de-
bitum, & cohabitandi abſolvuntur, faciliùs &
ſæpiùs indulgetur, quàm Divortium quoad
vinculum.

77 Frequentiſſimum autem divortium com-
primis ex adulterio carnali contingit: nam,
ſive maritus cum alia fœmina, ſive uxor cum
alio viro commiſceatur, ac copulam carna-
lem actu conſummet; parti innocenti libe-
rum, & conceſſum eſt, à thoro & menſa ſepa-
rationem petere: tum ex Jure naturali, quò
fidem perfidè violanti non ampliùs eſt ſervan-
da fides; tum ex Jure Divino per textum in.
ſæpe *cit. cap. 19. Math.* tum ex Jure Canonico
*cap. præcepit 19. cap. ult. XXXII. q. 5. cap. quæſi-
vit 2. cap. ſignificâſti 4. cap. ex literis 5. cap. gau-
demus 8. de Divort.*

78 Nec obeſt, quòd in *cit.* textu Mathæi ſolùm
mentio fiat de viro, quòd propter adulte-
rium uxoris divortium petere valeat. Nam
1. *Corinth. 7. ℣. 12.* fit etiam uxoris mentio,
quòd nempe, ſi diſceſſerit à viro (utique ex
cauſa adulterii) vel debeat innupta manere,
vel ſuo viro reconciliari. Idque ex ratione
naturali, & textibus Canonicis abundè pa-
tet.

79 Dixi I. *cum alio viro aut fœmina commiſceatur.*
Quantumvis enim maritus abutatur uxore
propria, eamque renuentem per copulam ſo-
domiticam cognoſcat, divortii tamen per-
petui cauſam adeſſe, negant Sanchez de *Ma-
trim. lib. 10. diſp. 4. n. 8.* Pirhing ad *tit. de Di-
vort. ſub n. 5.* contradicente nihilominùs cum
aliis Schambogen ad *d. t. n. 4.* cujus ſenten-
tiam non improbabilem dicit Clariſſimus P.
Schmalzgrueber ad *d. t. n. 104.* cùm tantus
operis conjugalis abuſus etiam uſûs legitimi
privationem mereatur.

80 Dixi II. *copulam carnalem actu conſummet;*
ubi non refert, quomodò conſummetur co-
pula, utrùm in vaſe naturali, vel innaturali,
dum utrobique contra fidem Matrimonii pec-
catur, & caro in carnem alienam dividitur.
Sanchez *d. l. n. 3.* Si tamen copula tantùm
ſit attentata; & multò magis ſi tantùm am-
plexus, oſcula, vel tactus obſcœni interceſſe-
rint, nec adulterium propriè dictum commit-
titur, nec ſeparatio licitè petitur: quia caro
non eſt diviſa in perſonam aliam. Covarruv.
in 4. *Decret. p. 2. cap. 7. §. 6. num. 4.* Sanchez
*diſp. 4. num. 12. & 13.* P. Engel ad *tit. de Di-
vort. n. 13.*

Nec officit, quòd juxta *l. conſenſu 8. §. 3.* 81
*Cod. de Repud.* uxor poſſit repudiari propter
actus, qui præſumptivè tantùm adulterium
probant; & juxta *tit. 5. in pr. Feud. 1.* vaſal-
lus feudô privetur, ſi turpiter cum uxore Do-
mini luſerit. Nam cauſa Matrimonii 82
tam in prima ſui conſtitutione quàm in diſſo-
lutione non regulatur ſecundùm Leges Civi-
les aut Feudales, ſed ſecundùm S. Scripturam
& SS. Canones, in quibus, dum ſermo ingeri-
tur de adulterio, illud in ſenſu proprio debe-
mus accipere.

Idem à fortiori tenendum, quando adul- 83
terium tantùm eſt materiale; vel quia mari-
tus, credens, uxorem jam eſſe mortuam, cum
alia contraxit & conſummavit Matrimonium
*cap. cùm per bellicam 1. XXXIV. q. 1.* vel quia
uxor admiſit alium virum, qui ſe maritum eſ-
ſe ſimulavit *cap. in lectum 6. ead. q. 1.* vel quia
uxor per vim & violentiam compreſſa fuit per
*cap. itáne 3. & cap. propoſito 4. XXXII. q. 5.* San-
chez *cit. l. num. 11. & ſeqq.* P. Engel *cit. l.
num. 17.*

Simile judicium eſt, quando conjux conju- 84
gi dat anſam adulterandi, puta quòd adulte-
rium mandaverit aut ſuaſerit *cap. diſcretionem
6. de eo, qui cognovit conſanguin. uxor.* quòd
maritus uxori negaverit debitum *cap. ſi tu 24.
XXVII. q. 2.* quòdve maritus, cùm uxorem
ſciret adulteram, tacuerit, & non prohibue-
rit, aut impediverit *arg. l. ex lege 2. §. 2. ff. l.
crimen 2. Cod. ad L. Jul. de Adulter.* Secus 85
dicendum, quando uxor adulterium mariti
ſcivit, & tacuit: non enim tenetur uxor tam
ſtrictè maritum adulterum corrigere vel mo-
nere: quia ejus correctio vel monitio ple-
rumque contemnitur. Sanchez *d. l. num. 5.*
Wieſtner ad *tit. de Divort. n. 75.* Si ta- 86
men ponerentur tales circumſtantiæ, in qui-
bus correctio vel admonitio mulieris profu-
tura crederetur, aliud omninò concluden-
dum foret: nec enim quoad poteſtatem cor-
poris uxor viro, ſed vir uxori ſubjectus eſt 1.
*Corinth. 7.* indeque uxor poteſt corrigere vi-
rum, poteſtate corporis abutentem, ſi fru-
ctum & effectum ſperare poſſit. P. Reiffenſt.
ad *cit. tit. n. 68.*

Dubi-



87 Dubitatur autem I. an conjux innocens te-
neatur adulterum dimittere?

Reſp. negativè. P. Engel *cit. l. n. 18.* P. Pir-
hing ad *cit. tit. n. 14.* Clericat. *deciſ. 39. n. 25.*
Textus in *cap. de benedicto V. XXXII. q. 1. cap.*
88 *quemadmodum 25. §. illud de Jurejur.* Ra-
tio eſt: quia divortium propter adulterium
innocenti conjugi neque in Sacro Codice ne-
que in SS. Canonibus eſt præceptum, ſed tan-
tummodò permiſſum: unde, ſicuti nemo te-
netur aliis uti juribûs; ita nec divortium pe-
tere.

89 Nec impedit, quòd in *cap. ſicut 1. d. XXXII.
quæſt. 1.* & in *cap. ſi vir 3. de Adulter.* innocens
conjux, adultero cohabitans, patronus tur-
pitudinis & particeps criminis dicatur; & in
*cap. ſi quis 6. ead.* vir, uxorem adulteram non
dimittens, tribûs annis pœnitere jubeatur:
90 Hi namque & ſimiles textus exponi debent
de illa hypotheſi, in qua conjux nocens per
ſilentium innocentis non ad emendationem
ſed flagitii continuationem animatur.

91 Dubitatur II. poſsitne conjux innocens à
nocente in caſu adulterii authoritate propriâ
recedere?

Reſp. I. quòd, ſi adulterium ſit notorium,
notoreitate Juris vel facti, conjux innocens
authoritate propriâ recedere valeat. Covar-
ruv. in 4. *Decret. p. 2. cap. 7. §. 5. n. 11.* Panor-
mit. in *cap. plerumque 4. de Donation. inter vir. &
uxor. n. 4.* P. Wieſtner ad *tit. de Divort. n. 76.*
92 Textus dilucidus in *cap. ſignificaſti 4. de Divort.*
ubi maritus, qui propriâ receſſit authoritate,
non compellitur ad conjugem redire, *ſi noto-
rium eſt, mulierem adulterium commiſiſſe.* Tex-
tus non abſimilis in *cap. ex parte 9. de Sponſa-
libus.*

93 Nec contrarium dicit *cap. porrò 3. de Divort.*
ubi prohibetur receſſus à conjugio, quando
impedimentum conſanguinitatis eſt noto-
rium & manifeſtum, *abſque judicio Eccleſiæ.*
94 Aliud enim eſt, à Matrimonio recedere pro-
pter impedimentum dirimens, quô Matrimo-
nium etiam quoad vinculum diſſolvitur;
aliud, à Matrimonio recedere propter adulte-
rium, ubi tantum ſeparatio quoad thorum &
menſam infertur. Rectè igitur in caſu prio-
ri, tanquam momentoſiori, judicium Eccle-
ſiæ prærequiritur; non item in poſteriori, ve-
lut minùs periculoſo.

95 Reſp. II. quòd, ſi dubium vertatur de adul-
terio, receſſus abſque judicio Eccleſiæ con-
jugi non ſit conceſſus. Colligitur ex *cit. cap.
ſignificaſti 4.* & clarè ſtatuitur in *d. cap. ex par-
te 9. de Sponſalib.* in *verb. nemini licet; uxorem
ſuam ſine manifeſta cauſa fornicationis dimittere.*
96 Ratio eſt: partim quia in tali dubio pro inno-
cente ſtat præſumptio: partim quia in pro-
pria cauſa, quando non eſt notoria, Judex
idoneus eſt nemo.

97 Nec obmurmurat *cap. dixit 2. XXXII. q. 1.*
ubi S. Hieronymus, *ubicunque*, ait, *eſt fornicatio,
vel fornicationis ſuſpicio, uxor liberè dimittitur.*
98 Nam ſuſpicio fornicationis non debet eſſe
qualiscunque, ſed cum præſumptione vio-
lenta, quæ moralem facit certitudinem, con-
juncta *arg. cap. literis 12. de Præſumpt.* quæ ta-
men adulterium non relinquit dubium, ſed
certum efficit.

Reſp. III. quòd, ſi conjugi innocenti certò 99
de alterius adulterio conſtet, probationes au-
tem pro foro externo deficiant, is authorita-
te propriâ in foro conſcientiæ poſſit recede-
re. Panormitan. ad *cap. ult. de Adult. num. 6.*
Sanchez *cit. lib. 10. diſp. 12. n. 31.* P. Wieſtner
*cit. tit. n. 80.* P. Reiffenſtuel *ibid. n. 91.* Cle-
ricatus *cit. deciſ. 39. n. 31.* Ratio eſt: 100
quia Matrimonium ex natura contractûs non
aliter obligat ad thorum & redditionem debi-
ti conjugalis, quàm ſub conditione, ſi fides
conjugalis ſervetur per *cap. quemadmodum 25.
in princ. de Jurejur.* Ergo, ſi fides conjugalis
per adulterium certò noſcatur violata, ceſſat
obligatio; & quidem, cùm negatio debiti ſit
actus privatus, privatim etiam & authoritate
privatâ fieri poteſt.

Nec refragatur *cap. ſæculares 1. XXXIII. q. 2.* 101
ubi conjux, antequàm probatum fuerit adul-
terium, propriô motu recedens, excommu-
nicari jubetur. Hoc enim procedit de foro
externo, in quo, cùm quilibet conjux præſu-
matur innocens, donec probetur nocens,
præſumitur quoque, conjugem, qui propriô
motu, adulteriô non probatô, recedit, illicitè
recedere. Et ideò plerique ex citatis 102
Authoribus cenſent, divortium quoad coha-
bitationem, cùm occultum manere nequeat,
plerumque ſine ſcandalo in tali ſuppoſitione
fieri non poſſe. At quia ſeparatio quoad
thorum vel negatio debiti poteſt occulta ma-
nere, poteſt etiam ſine ſcandalo, bonâ con-
ſcientiâ, fieri. Clericat. *d. l.*

Dubitatur III. an conjux innocens poſ- 103
ſit aut debeat adulterum conjugem, ſe cor-
rigere volentem & promittentem, reci-
pere?

Reſp. I. conjugi innocenti non eſſe prohi-
bitum, conjugem adulterum, jam dimiſſum,
denuò recipere, ſi velit. Ratio eſt: quia 104
ex *num. 87.* conjux innocens non tenetur
nocentem dimittere, ſi non velit. Ergo etiam
non prohibetur dimiſſum recipere, ſi velit.
*cap. quod autem 7. XXXII. q. 1.*

Reſp. II. conjugem innocentem regulari- 105
ter non eſſe obligatum, ut adulterum reci-
piat. Textus in *cap. admonere 8. XXXIII. q. 2.*
ubi dimiſſio conjugis adulteri, etiam poſt pœ-
nitentiam, jam per annos ſeptem peractam,
approbatur. Ratio eſt: quia adulte- 106
rium ex ſua natura cauſat divortium perpe-
tuum; nec ullô tempore poteſt aboleri fidei
conjugalis violatio, per adulterium admiſſa.

Caſus excepti ſunt I. quando conjux in- 107
nocens injuriam, à nocente ſibi illatam, ſciens
(non autem ignorans aut dubitans Rota Ro-
mana in *rec. p. 4. to. 1. dec. 49. n. 8.*) remiſit,
vel expreſſè illam condonandô *arg. l. ſi maritus
15. §. 5. ff. ad L. Jul. de Adulter.* vel debitum
conjugale exigendô aut reddendô; vel alia
conjugalis affectus ſigna exhibendô. P. Engel

108 ad *tit. de Divort. num.* 18. II. quando
conjux innocens in idem crimen prolabitur,
*cap. ſignificaſti* 4. *in f. cap. ex literis* 5. *de Divort.*
tunc enim mutua delicta inter ſe quoad jus
partium compenſantur *cap. intelleximus* 6. *de*
*Adulter.* & injuſtè unus alteri crimen expro-
brat, quò ſeipſum conſpurcatum non igno-
109 rat *cap. nihil iniquus* 1. *XXXII. q.* 6. Idque
cum ſententia valde communi pariformiter
eſt tenendum, quando poſt latam divortii
ſententiam conjux innocens adulteriò ſe pol-
luit, veluti tradunt Covarruv. in 4. *Decret.*
*d. p.* 2. *cap.* 7. §. 6. *n.* 10. Barboſa in *cap. ult. de*
*Adult. n.* 4. Fagnanus in *cap. ex literis* 5. *de Di-*
*vort. num.* 9. P. Engel ad *eund. titul. num.* 15.
P. Wieſtner *ibid. num.* 89. Ratio eſt: 110
quia, tametſi ſententia divortii, quæ tranſiit
in rem judicatam, tribuat jus perpetuæ ſepa-
rationis; attamen jus illud non eſt abſolutum
ſed conditionatum, ſi nempe conjux innocens
continentiam ſervaverit: unde, ſi, latâ jam
ſententiâ, eòdem incontinentiæ cœnò invol-
vatur, jus perpetuæ ſeparationis extinguitur,
& mutua delictorum compenſatio inducitur.
Diſſentit cum S. Thoma & multis aliis Panor-
mitan. ad *cap. ult. de Adulter. n.* 5.

## §. II.

### *De Divortio propter adulterium ſpirituale.*

111 ADulterio carnali quoad divortium pro-
pinquum & conjunctum eſt ſpirituale
ſeu crimen hæreſis, quò unus ex conjugibus
ab unitate fidei & Eccleſiæ recedit, ac repro-
batæ cuidam ſectæ cum pertinacia adhæret,
per *cap. idololatria* 5. *cap. non ſolùm* 6. *XXVIII.*
*q.* 1. *cap. de illa* 6. *cap. quanto* 7. *in f. de Divort.*
*cap. ult. de Converſ. conjugat.* Ubi tamen mox
112 Diſceptatur I. an hæreſis det cauſam perpe-
tuo divortio, adeò ut conjux Catholicus non
teneatur hæreticum, poſteà reverſum ad fi-
dem, recipere?

Reſp. cum diſtinctione: vel enim conjux
Catholicus authoritate propriâ ſeparatus fuit
à conjuge hæretico; vel authoritate Eccleſi-
113 aſticâ. Si prius; tenetur ad conjugem
hæreticum, poſteà reverſum, redire *d. cap.*
*de illa* 6. Si poſterius; redire non tenetur
*d. cap. de illa* 6. *& cap. ult. de Converſ. conjugat.*
114 Et licèt Barboſa ad *cit. cap.* 6. *in f.* Pirhing ad
*tit. de Divort. n.* 31. Reiffenſtuel *ibid. num.* 32.
exiſtiment, conjugem, etiam authoritate
Eccleſiaſticâ ſeparatum, debere conjugem
hæreticum recipere, niſi Religionem ingre-
diatur; eamque ſententiam cum P. Engel
*eòd. tit. n.* 21. multum æquitatis habere videa-
115 tur P. König ad *eund. tit. num.* 17. attamen
cum hoc Authore & Covarruv. in 4. *Decret.*
*ſupra cit. cap.* 7. §. 5. *num.* 8. Juri conformio-
rem judico priorem diſtinctionem: eò quòd
in *d. cap. de illa* abſolutè pronuntietur, conju-
gem, Eccleſiæ judiciò ſeparatum, nullatenùs
eſſe compellendum, ut hæreticum conver-
ſum recipiat.

116 Nec dicere poſſis, idem *cap.* 6. *per cap. quan-*
*to* 7. immediatè ſequens, fuiſſe recantatum.
Nam, præterquàm quòd in eodem *cap.* 7.
non reperiatur aliquod recantationis veſtigi-
um; conſtat inſuper ex alibi dictis, inaudi-
tum & inſolitum eſſe in Jure Canonico, ut
unus textus in eadem compilatione per alium
correctus eſſe dicatur, quin expreſſa fiat
mentio.

117 Diſceptatur II. an, ſi conjux uterque fiat
hæreticus, inter delicta compenſatio fiat, &
divortium impediatur?

Varias hic diſtinctiones in medium affert
P. Wieſtner ad *tit. de Divort. n.* 94 Ego ta-
men in affirmativam indiſtinctè tranſeo, per
argumentum, ab adulterio petitum: cùm
enim in hoc ex *num.* 108. divortium impedia-
tur, quando uterque conjux infringit fidem
conjugalem: pariter impeditur divortium,
quando in hæreſi conjux uterque fidem Chri-
ſtianam infringit. Et, licèt ſeparatio 118
ex cauſa hæreſis ob publicum Eccleſiæ & Re-
ligionis Orthodoxæ favorem ſtatuta dicatur:
attamen, cùm favor hic ceſſet, quando uter-
que receſſit ab Eccleſiæ unitate, ceſſat etiam
ſeparatio. Panormitanus ad *cap. ult. de Converſ.*
*conjugat. in f.* Hoſtienſis, Joannes Andreas,
quos & plures recenſet, non autem ſequitur
Sanchez de *Matrim. lib.* 10. *diſp.* 16. *n.* 1.

Diſceptatur III. an detur mutua compen- 119
ſatio, ſi unus ex conjugibus committat adul-
terium carnale; alter autem ſpirituale?

Reſp. quòd non. Sanchez *cit. l. num.* 3.
Wieſtner *cit. num.* 95. Ratio eſt: quia, ſi 120
uxor v. g. in adulterium ruat, & vir hæreſin
profiteatur, delicta non ſunt paria, ſed diſpa-
ria: nam adulterium eſt crimen, quò fides,
conjugi data, violatur; hæreſis autem eſt
crimen, quò fides, Supremo Numini data,
contemeratur: adeóque compenſationem
inter ſe non admittunt.

Neque reponas: in diverſis quoque deli- 121
ctis, v. g. furto & injuria ſubinde compen-
ſationem admitti, quando utrinque ad ſimile
ac v. g. pecuniarium debitum agitur: conſe-
quenter, cùm in hæreſi & adulterio agatur ad
idem debitum, nempe ſeparationem quo-
ad thorum & menſam, admittitur mutua
compenſatio. Diſcrimen ſiquidem eſt 122
inter compenſationem debiti pecuniarii, ex
furto & injuria reſultantis; nec non inter
compenſationem divortii, ex hæreſi & adul-
terio petendi: illic enim utrumque debitum
reſpicit privatum favorem creditorum, ſicque
propter æqualitatem mutuò concurſu peri-
mitur; hic autem divortium ex adulterio re- 123
ſpicit quidem privatum favorem conjugis non
adulteri, divortium econtrà ex hæreſi non
tam favorem privatum conjugis Catholici,
quàm publicum Eccleſiæ fideique Catholicæ
bonum reſpicit; adeóque mutuò concurſu
delictum reciprocum non extinguitur.

§. III



## §. III.

### *De aliis cauſis, Matrimonium diſſolvendi.*

124 PRæter adulterium cauſas alias, ex quibus
divortium petere licet, ſupereſſe, ſtatuit
S. Synodus Tridentina *ſeſſ.* 24. *de Matrimonio*
ibi: *ſi quis dixerit, Eccleſiam errare, cùm ob mul-*
*tas cauſas ſeparationem inter conjuges quoad tho-*
*rum ſeu quoad cohabitationem, ad certum incer-*
*tumve tempus fieri poſſe, decernit, anathema ſit.*
125 Quando autem ex ſæpe *cit. cap.* 19. *Matth.*
objicitur, uxoris dimiſſionem non aliter eſſe
licitam, quàm ex cauſa fornicationis: id in-
telligendum eſt de dimiſſione, quæ provenit
ex natura ipſius conjugii, quatenùs fornica-
tio fidei conjugali eſſentialiter adverſatur.
Aliæ autem cauſæ dant facultatem, uxorem
dimittendi, non ex natura ipſius conjugii, ſed
ex alio capite & radice.
126 Talis cauſa eſt I. periculum animæ, quan-
do conjux conjugem ad grave peccatum v. g.
latrocinii, veneficii, maleficii &c. quin etiam
ad peccata carnalia, ipſis conjugibus inter ſe
prohibita, v. g. præpoſteram venerem, inci-
127 tat aut impellit: cùm enim ex Jure Naturali
& Divino cuilibet ſit permiſſum, animæ pe-
riculum & ruinam ſpiritualem evitare: non
erit interdictum, à conjugio, propter tale pe-
riculum, etiam authoritate propriâ recedere
per textum in *cap. idololatria* 5. *XXVIII. quæſt.* 1.
Sanchez de *Matrim. d. l.* 10. *diſp.* 17. *num.* 5.
Panormitan. ad *cap quæſivit* 2. *de Divort. n.* 3.
P. Engel ad *eund. tit num* 22.
128 Nec reclamat textus in eodem *cap. quæſivit*,
ubi diſertè negatur, quòd mulier à viro, pro-
pter furtum aut aliud crimen, ab eo commiſ-
ſum, ſeparari valeat, niſi ad fidei Religionem
129 corrumpendam impellatur. Reſp.
enim, divortium non concedi ex eo ſolo,
quòd unus conjugum delinquat (ſic enim in-
finita ferè peterentur divortia) ſed quòd unus
alterum ad delinquendum inſtiget: quippe
cùm periculum animæ non tam ex alterius de-
licto, quàm inſtigatione ad delinquendum
130 proveniat. Quòd verò ſolum fidei
periculum ibidem excipiatur, non habet
hunc ſenſum, quaſi ſeparatio tunc ſolum ſit
licita, ſi periculum abnegandæ fidei Catholi-
cæ ſubſit, ſed, quòd ſeparatio toties ſit con-
cedenda, quoties unus alterius fidei Religio-
nem corrumpere, hoc eſt, vitæ inſtitutionem
ſecundùm Religionis & fidei Catholicæ nor-
mam ac formam impedire ſtudet.
131 Hæc tamen ſeparatio, veluti contra Inno-
centium ad *d. cap. de illa* 6. *de Divort.* bene
concludit Sanchez *cit. diſp. num.* 14. non eſt
perpetua, ſed temporalis, ac eouſque con-
ceſſa, donec conjux perverſus redierit ad fru-
gem, & periculum animæ ceſſaverit: eſt enim
antiqua regula, quòd, ceſſante causâ, ceſſet
effectus; nec ullibi ſeparatio ob periculum
animæ, præterquàm in cauſa hæreſis, reperi-
tur excepta.
132 Talis cauſa eſt II. periculum corporis: ſi
enim conjugi ſano ex morbo vel defectu cor-
porali alterius conjugis ex judicio Medicorum
immineat periculum infectionis, ſanus di-
vortium interim petere non prohibetur per
*cap. pervenit* 1. *de Conjugio Leproſor.* Nec 133
enim Jus Naturale vel Divinum prohibet,
quò minùs aliquis grave malum corporis de-
clinare valeat. Rota Rom. in *rec. p.* 4. *tom.* 1.
*dec.* 49. *num.* 4. & *p.* 18. *tom* 2. *dec.* 801. *n.* 10.
Vincentius Petra *Comment. Apoſtol. tom.* 3. *pag.*
416. *num.* 23.

Nec dicere præſumas, Matrimonium non 134
tantùm quoad thorum ſed etiam quoad vin-
culum diſſolvi, tum propter aliam gravem
infirmitatem per *cap. quod propoſuiſti* 18. *XXXII.*
*q.* 7. tum in ſpecie propter lepram per *cap.*
*ult. de Conjugio Leproſor.* Nam, quod atti- 135
net priorem textum, is ſolutionem capit ex
*num.* 48. Quod concernit poſteriorem, non
loquitur de lepra, quæ ſupervenit Matrimo-
nio jam contracto, ſed Sponſalibus de futuro,
ubi non licet ambigere, quin parti non-in-
fectæ liceat recedere, & alia Sponſalia cele-
brare. Et quamvis in eodem *cap.* dica- 136
tur, quòd pars ſana non cogatur infirmam
accipere: *cùm nondum inter eos Matrimonium*
*ſit conſummatum;* non tamen excluditur Ma-
trimonium ratum, quaſi poſt illud ante con-
ſummationem ob lepram reſilire ſit conceſ-
ſum, ſed potiùs includitur, ac ly *conſumma-*
*tio* non de conſummatione per copulam car-
nalem, ſed per conſenſum intelligitur, ne
contradictio inter *d. cap. ult.* & *cap. pervenit* 1.
*ac cap. quoniam* 2. *d. t.* ſequatur, ut probè no-
tavit ibidem Gonzalez *num.* 8. Niſi quis 137
reſpondere malit, quòd Matrimonium ratum
ob ſupervenientem lepram ex diſpenſatione
S. Pontificis juxta *n.* 35 relaxari poſſit.

Talis cauſa eſt III. cohabitatio valde mo- 138
leſta, propter frequentia jurgia, rixas, &
diſcordias inter conjuges. Sanchez *cit. lib.* 10.
*diſput.* 18. *num.* 11. Pirhing ad *tit. de Divort.*
*num.* 61. *not.* 3. Schambogen *ibid. num.* 40.
Wieſtner *num.* 99. in tali ſiquidem conjurgio
ſalus corporis & animæ periclitatur.

Talis cauſa eſt IV. ſævitia mariti: ſi enim 139
in uxorem nimis crudeliter exardeſcat, gra-
viter illam verberet, ac periculum probabile
faciat, fore, ut in futurum quoque ſimilem
diſciplinam continuet, uxor à Judice Eccleſia-
ſtico ſeparationem petere, &, ſi judicium Ec-
cleſiæ ſinè periculo nequeat exſpectare, pro-
priò motu divertere poteſt. Textus in *cap. ex*
*tranſmiſſa* 8. *cap. literas tuas* 13. *in fin. de Reſtit.*
*ſpoliat.* P. Engel ad *tit. de Divort. n.* 23. P. Pir-
hing *ib. n.* 62. Ratio eſt: quia uxor non 140
eſt mancipium viri, ſed conſors thalami, &
rerum humanarum ac Divinarum ſocia, ut
dictum in *cap.* 3. *n.* 9. *& ſeqq.* Unde, ſi tracte-
tur ut ſerva, tantò juſtiùs ſeparationem pe-
tere valet, quantò aliàs notius eſt, cuilibet jus
defen-

defenſionis contra vim alterius injuſtam eſſe
141 conceſſum. Levia autem verbera, ſi uxori infligantur à marito, non ſufficiunt ad divortium. Panormit. ad *cap. quemadmodùm de Jurejur. n. ult.* P. Engel *d. l.* P. Reiffen-
142 ſtuel ad *cit. tit. de Divort. n.* 38. Vel enim uxor talia verbera promeruit, vel non? Si primum; nulla eſt ipſi injuria facta: cùm levis caſtigatio ſit marito permiſſa *arg. l. ſed &*
143 *ſi* 5. *& 2. in fin. ff. ad L. Aquil.* Si ſecundum; uxor equidem ferre non tenetur injuſta verbera; ſed, quia gravia non eſſe ſupponuntur, aliò remediò vel judiciali vel extrajudiciali maritum ad limites diſcretionis reducere debet.

144 Quanta autem mariti crudelitas eſſe debeat, ut cenſeatur nimia, & ad divortium petendum idonea, Judicis arbitrio communiter relinquunt Aa. Interim, ſi percuſſio ſit ſanguinolenta; ſi vulnus infligat; ſi cum periculo morbi vel mortis ſit conjuncta; apud omnes habebitur pro gravi. Rota Rom. in *rec p.* 18. *tom.* 1. *dec.* 115. *num.* 1. *&* 2. & *p.* 13. *deciſ.* 199. *à num.* 1. P. Reiffenſtuel *cit. loc. num.* 44.

145 Sed, utrùm mariti ſævitia cauſam faciat divortio perpetuo vel ſolùm temporali? Dubitari poſſet. Attamen ſatis receptum eſſe, colligo ex P. Engel *d. l. n.* 23. tale divortium plerumque eſſe temporale, donec ſcilicèt cru-
146 delitas & furor mariti deferbeſcat: eaquepropter ſententiam divortii non abſolutè proferri, ſed tantùm ad certum tempus, duos v. g. vel 3. annos, laudatus Author advertit, ita tamen, ut uxor redire non teneatur, niſi maritus de diſcretiori tractatione cautionem idoneam præſtiterit per *cit. ſupra cap. ex tranſmiſſa* 8. & *cap literas tuas* 13. *de Reſtit. ſpoliat.*
Sin verò tanta eſſet mariti barbaries, ut 147
probabilis ſpes de emendatione non appareat, ad mentem Rotæ *d. p.* 18. *dec.* 115. *n.* 6. crederem, divortii ſententiam in perpetuum declarari poſſe; quo in caſu conjux innocens repetit dotem. Rota *d. p.* 13. *deciſ.* 199. *n. ult.* Et, ſi voluerit, poterit Religionem intrare, ſicuti cum Sanchez *cit. diſp.* 18. *n.* 49. docet P. Wieſtner ad *tit. de Divort. n.* 108.

Unicum reſtat indagandum: utrùm mari- 148
tus ob truculentiam uxoris ſeparationem petere valeat?

Reſp. breviter, quòd, licèt uxoris in maritum truculentia non ita ſit frequens, quàm mariti crudelitas in uxorem, quantùm attinet gravia verbera, quæ utique maritus, niſi ignavum ſit animal, impedire vel retundere
valebit: nihilominùs, quia etiam uxores non 149
rarò conſpirant in necem mariti, hinc, ſi ex crudelitate uxoris maritus probabile mortis periculum timeret, ipſum Naturæ Jus divortium probaret. Panormit. in *cap. ſi qua mulier* 3. *de Divort. n.* 4. Joann. Andr. *ibid. n.* 3. Anchoran. *in fin.* Sanchez *d. diſp. num.* 8. Wieſtner *d. l. n.* 104. Reiffenſt. *ibid. num.* 53.

TRA.



# TRACTATUS III. DE IMPEDIMENTIS MATRIMONII.

EA, quæ Matrimonio, quò minùs liberè contrahatur, obſtant, ſunt impedimenta, juſtis ex cauſis de Jure, tam Naturali & Divino quàm Humano adinventa; hôc ipsô tamen aliquibus odioſa, quòd facultatem Matrimonium pro libitu contrahendi plurimùm circumſcribant; aliis verò moleſta, quòd multas pariant controverſias, ad omnium guſtum vix aliquando terminandas. Hæc itaque tertio tractatui in Libro IV. Decretalium negotium faceſſent.

## CAPUT I.
## *De Impedimentis in genere, & Impedientibus in ſpecie.*

QUamquam in *cit.* Decretalium Libro non extet rubrica, quæ ſit inſcripta vel de *Impedimentis in genere*, vel de *Impedientibus in ſpecie*; ne tamen integritas aut ſoliditas doctrinæ patiatur impedimentum, peropportuum erit, Impedimenta generatim ab initio diſpicere, & poſtmodùm Impedientia ſpeciatim diſquirere.

### SECTIO I.
### *De Impedimentis in Genere.*

SUMMARIA.

*1. & ſeqq. Deſcribitur Impedimentum in genere. 4. Dividitur. 5. & ſeq. Impedimentum à Jure Naturali, Divino, & Eccleſiaſtico poteſt conſtitui. 7. Principes infideles poſſunt Impedimenta ſtatuere. 8. Non autem fideles. 9. & ſeq. Epiſcopi non poſſunt Impedimenta dirimentia ſtatuere. 11. Benè verò impedientia. 12. & ſeqq. Per conſuetudinem Impedimenta rectè introducuntur. 17. Impedimentis Eccleſiaſticis non ligantur infideles. 18. & ſeq. Niſi exiſtant in territorio S. Pontificis. 20. & ſeq. Impedimentis infidelium non ligantur ſubditi fideles. 22. & ſeqq. Hæreticos Impedimentis obſtringi, prolixè docetur. 33. & ſeq. In Impedimentis naturalibus & Divinis ordinariè non diſpenſat Papa. 35. In Eccleſiaſticis diſpenſat. 36. & ſeqq. Epiſcopus non diſpenſat, quando diſpenſatio Apoſtolica ob- vel ſubreptitiè obtenta fuit. 34. & ſeq. Impedimentum dubium declarat. 41. & ſeqq. In occulto, ſi difficilis ſit recurſus ad S. Pontificem diſpenſat. 45. Ad diſpenſationem requiritur juſta cauſa. 46. Qualis cenſetur prærogativa perſonæ. 47. Conſervatio familiæ. 48. Præſtantia meritorum. 49. Sublatio litis. 50. Evitatio ſcandali. 51. Anguſtia loci. 52. Defectus dotis. 53. Matrimonium ignoranter contractum. 54. Conſervatio honoris. 55. Difficultas ſervandi votum. 56. Cauſa illa debet ſubſiſtere. 57. & ſeq. Tempore ſupplicationis. 59. Et Conceſſionis. 60. & ſeqq. Non autem poſteà. 63. & ſeqq. Enumerantur breviter, quæ in ſupplicatione ſunt exprimenda. 72. & ſeqq. Oſtenditur, quorſum ſupplicatio ſit dirigenda.*



§. I.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

defenſionis contra vim alterius injuſtam eſſe
141 conceſſum. Levia autem verbera, ſi
uxori infligantur à marito, non ſufficiunt ad
divortium. Panormit. ad *cap. quemadmodùm*
*de Jurejur. n. ult.* P. Engel *d. l.* P. Reiffen-
142 ſtuel ad *cit. tit. de Divort. n.* 38. Vel enim
uxor talia verbera promeruit, vel non? Si
primum; nulla eſt ipſi injuria facta: cùm le-
vis caſtigatio ſit marito permiſſa *arg. l. ſed &*
143 *ſi* 5. *&* 2. *in fin. ff. ad L. Aquil.* Si ſecun-
dum; uxor equidem ferre non tenetur inju-
ſta verbera; ſed, quia gravia non eſſe ſuppo-
nuntur, aliò remediò vel judiciali vel extra-
judiciali maritum ad limites diſcretionis re-
ducere debet.

144 Quanta autem mariti crudelitas eſſe de-
beat, ut cenſeatur nimia, & ad divortium pe-
tendum idonea, Judicis arbitrio communiter
relinquunt Aa. Interim, ſi percuſſio ſit ſan-
guinolenta; ſi vulnus infligat; ſi cum peri-
culo morbi vel mortis ſit conjuncta; apud
omnes habebitur pro gravi. Rota Rom. in
*rec p.* 18. *tom.* 1. *dec.* 115. *num.* 1. *&* 2. & *p.* 13.
*deciſ.* 199. *à num.* 1. P. Reiffenſtuel *cit. loc.*
*num.* 44.

145 Sed, utrùm mariti ſævitia cauſam faciat di-
vortio perpetuo vel ſolùm temporali? Du-
bitari poſſet. Attamen ſatis receptum eſſe,
colligo ex P. Engel *d. l. n.* 23. tale divortium
plerumque eſſe temporale, donec ſcilicèt cru-
146 delitas & furor mariti deferbeſcat: eaque-
propter ſententiam divortii non abſolutè pro-
ferri, ſed tantùm ad certum tempus, duos
v. g. vel 3. annos, laudatus Author advertit,
ita tamen, ut uxor redire non teneatur, niſi
maritus de diſcretiori tractatione cautionem
idoneam præſtiterit per *cit. ſupra cap. ex tranſ-
miſſa* 8. & *cap. literas tuas* 13. *de Reſtit. ſpoliat.*
Sin verò tanta eſſet mariti barbaries, ut 147
probabilis ſpes de emendatione non appareat,
ad mentem Rotæ *d. p.* 18. *dec.* 115. *n.* 6. cre-
derem, divortii ſententiam in perpetuum de-
clarari poſſe; quo in caſu conjux innocens
repetit dotem. Rota *d. p.* 13. *deciſ.* 199. *n. ult.*
Et, ſi voluerit, poterit Religionem intrare,
ſicuti cum Sanchez *cit. diſp.* 18. *n.* 49. docet
P. Wieſtner ad *tit. de Divort. n.* 108.

Unicum reſtat indagandum: utrùm mari- 148
tus ob truculentiam uxoris ſeparationem pe-
tere valeat?

Reſp. breviter, quòd, licèt uxoris in mari-
tum truculentia non ita ſit frequens, quàm
mariti crudelitas in uxorem, quantùm atti-
net gravia verbera, quæ utique maritus, niſi
ignavum ſit animal, impedire vel retundere
valebit: nihilominùs, quia etiam uxores non 149
raro conſpirant in necem mariti, hinc, ſi ex
crudelitate uxoris maritus probabile mortis
periculum timeret, ipſum Naturæ Jus divor-
tium probaret. Panormit. in *cap. ſi qua mulier*
3. *de Divort. n.* 4. Joann. Andr. *ibid. n.* 3. An-
choran. *in fin.* Sanchez *d. diſp. num.* 8.
Wieſtner *d. l. n.* 104. Reiffenſt.
*ibid. num.* 53.

TRA-



# TRACTATUS III.
## DE
# IMPEDIMENTIS MATRIMONII.

EA, quæ Matrimonio, quò minùs liberè contrahatur, obſtant, ſunt impedimenta, juſtis ex cauſis de Jure, tam Naturali & Divino quàm Humano adinventa; hôc ipsô tamen aliquibus odioſa, quòd facultatem Matrimonium pro libitu contrahendi plurimùm circumſcribant; aliis verò moleſta, quòd multas pariant controverſias, ad omnium guſtum vix aliquando terminandas. Hæc itaque tertio tractatui in Libro IV. Decretalium negotium faceſſent.

## CAPUT I.
### *De Impedimentis in genere, & Impedientibus in ſpecie.*

QUamquàm in *cit.* Decretalium Libro non extet rubrica, quæ ſit inſcripta vel de *Impedimentis in genere*, vel de *Impedientibus in ſpecie*; ne tamen integritas aut ſoliditas doctrinæ patiatur impedimentum, peropportuum erit, Impedimenta generatim ab initio diſpicere, & poſtmodùm Impedientia ſpeciatim diſquirere.

## SECTIO I.
### *De Impedimentis in Genere.*

SUMMARIA.

1. *& ſeqq. Deſcribitur Impedimentum in genere.* 4. *Dividitur.* 5. *& ſeq. Impedimentum à Jure Naturali, Divino, & Eccleſiaſtico poteſt conſtitui.* 7. *Principes infideles poſſunt Impedimenta ſtatuere.* 8. *Non autem fideles.* 9. *& ſeq. Epiſcopi non poſſunt Impedimenta dirimentia ſtatuere.* 11. *Benè verò impedientia.* 12. *& ſeqq. Per conſuetudinem Impedimenta rectè introducuntur.* 17. *Impedimentis Eccleſiaſticis non ligantur infideles.* 18. *& ſeq. Niſi exiſtant in territorio S. Pontificis.* 20. *& ſeq. Impedimentis infidelium non ligantur ſubditi fideles.* 22. *& ſeqq. Hæreticos Impedimentis obſtringi, prolixè docetur.* 33. *& ſeq. In Impedimentis naturalibus & Divinis ordinariè non diſpenſat Papa.* 35. *In Eccleſiaſticis diſpenſat.* 36. *& ſeqq. Epiſcopus non diſpenſat, quando diſpenſatio Apoſtolica ob- vel ſubreptitiè obtenta fuit.* 34. *& ſeq. Impedimentum dubium declarat.* 41. *& ſeqq. In occulto, ſi difficilis ſit recurſus ad S. Pontificem diſpenſat.* 45. *Ad diſpenſationem requiritur juſta cauſa.* 46. *Qualis cenſeatur prærogativa perſonæ.* 47. *Conſervatio familiæ.* 48. *Præſtantia meritorum.* 49. *Sublatio litis.* 50. *Evitatio ſcandali.* 51. *Anguſtia loci.* 52. *Defectus dotis.* 53. *Matrimonium ignoranter contractum.* 54. *Conſervatio honoris.* 55. *Difficultas ſervandi votum.* 56. *Cauſa illa debet ſubſiſtere.* 57. *& ſeq. Tempore ſupplicationis.* 59. *Et Conceſſionis.* 60. *& ſeqq. Non autem poſteà.* 63. *& ſeqq. Enumerantur breviter, quæ in ſupplicatione ſunt exprimenda.* 72. *& ſeqq. Oſtenditur, quorſum ſupplicatio ſit dirigenda.*



§. I.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## §. I.

### *Quid & quotuplex ſit Impedimentum?*

1 IMpedimentum dicitur quaſi pedum teni-
mentum, ſeu obſtaculum, ne quis progre-
di vel transmeare poſſit, prout vult. Unde
in exercitu ſarcinæ, currus, vehicula, & alia
involucra dicuntur impedimenta: quia ob-
ſtant concitato curſui & velocitati militum.
Clericat. de *Sacram. Matrim. deciſ.* 18. *num.* 3.
2 Quam notionem, ſi transferamus ad Impedi-
menta Matrimonii, Impedimentum poterit
deſcribi, quòd ſit obſtaculum morale, ſeu in-
habilitas, faciens, ut Matrimonium pro deſi-
derio & voluntate partium contrahi non poſ-
ſit. Quemadmodùm enim in aliis quoque
contractibus ejus generis obſtacula & inhabi-
litates reperiuntur; ſic etiam in contractu
Matrimoniali non pauca inveniuntur, quæ
homines ab illius celebratione retardant.
Sunt autem ex his impedimentis quædam 3
Impedientia, quædam Dirimentia. *Impedien-
tia* ſunt, quæ Matrimonium faciunt quidem
illicitum, validum tamen relinquunt. *Diri-
mentia* ſunt, quæ Matrimonium illicitum ſi-
mul & invalidum reddunt. Si dicas: 4
Impedimentum impediens etiam dirimens eſ-
ſe; ſicut in mea ſententia Lex prohibens eſt ir-
ritans. Reſp. quòd, ſicut Lex prohibens non
eſt irritans in hypotheſi, quâ conſtat de mente
Legislatoris; ita, cùm de mente Legislatoris
Eccleſiaſtici conſtet, quòd nonnulla Impedi-
menta tantùm voluerit eſſe impedientia, non
omne impediens, erit dirimens.

## §. II.

### *Quis poſſit Impedimenta Matrimonii conſtituere?*

5 JUre Naturali & Divinô Impedimenta con-
ſtitui poſſe, & de facto nonnulla fuiſſe
conſtituta, nemo eſt, qui negat. Jure Ec-
cleſiaſtico quoque Impedimenta introduci
poſſe, & de facto non pauca fuiſſe introdu-
cta, firmiſſimè credunt Orthodoxi, perſpi-
cuâ deciſione Concilii Tridentini in *ſeſſ.* 24. *de
Matrim. can.* 4. ſuffulti; hæreticis tamen in
6 vanum obſtrepentibûs. Cùm enim
Matrimonium habeat rationem contractûs,
& Eccleſia nonnullas perſonas ad contrahen-
dum inhabiles efficere poſſit, poteſt non mi-
nùs aliquas perſonas ad Matrimonium cele-
brandum impotentes reddere, absque eo,
quòd circa materiam aut formam Sacramen-
ti quidpiam contra Divinam inſtitutionem
immutetur: nam Chriſtus Dominus, elevan-
dô Matrimonium ad dignitatem Sacramenti,
non qualemcunque contractum præreqiſi-
vit, ſed validum, cujus determinatio pen-
det à conſtitutione Eccleſiæ. P. Engel ad *tit.
de Clandeſt. deſponſat. num* 11. Clericat. de *Sa-
crament. Matrim. d. deciſ.* 18. *n.* 16.
7 Si quæras: poſſintne Principes Sæculares
Impedimenta Matrimonii conſtituere?
Reſp. quòd Principes infideles id poſſint,
non autem fideles. Ratio diſcriminis eſt:
quia Matrimonium apud infideles eſt merus
contractus politicus & profanus; ideóque
ſubjacet cognitioni & diſpoſitioni Principis in-
fidelis, non ſecus, ac emptio-venditio, per-
8 mutatio, & reliqui contractus. Apud
fideles econtrà Matrimonium eſt contractus
ſacer, cum prærogativa Sacramenti conjun-
ctus; indeque nec cognitioni, nec diſpoſitio-
ni Principis Sæcularis fidelis eſt ſubjectus; ſi-
cuti nec profeſſio Religioſa, vel Ordo, vel
aliud Sacramentum à cognitione vel diſpoſi-
tione Principis Sæcularis dependet. Revi-
deantur dicta *in tr.* 2. *cap.* 1. *n.* 84. Covarruv.
in 4. *Decretal. p.* 2. *cap.* 6, §. 10. *à num.* 30. Fag-
nanus in *cap. utrum* 1. *de Cognat. Spirit. à n.* 20.
Clericat. *d. l. n.* 25.
Si præterea reſcire aveas: utrùm Epiſcopis 9
data ſit poteſtas, Impedimenta conſtituendi?
Reſp. quoad Impedimenta dirimentia ſen-
ſum & ſententiam vulgarem eſſe, quòd Epiſco-
pis nulla poteſtas ſit data. Covarruv. *d. l.*
Gobat *Theol. experiment. tract.* 9. *num.* 19. Cle-
ricat. *d. l. num.* 22. Ratio eſt: tum quia 10
textus non extat, ex quo tam inſignis pote-
ſtas in Epiſcopos fuerit transfuſa: tum quia
majores cauſæ, quales utique ſunt matrimo-
niales, quando agitur de valore, S. Pontifici
reſervatæ manent ex *cap. cùm ex* 1. *& cap. inter
corporalia* 2. *de Translat. Epiſc. cap. majores* 3. *in
pr. de Baptiſmo.* tum quia Jus Commune, Ma-
trimonium pro valido agnoſcens, non poteſt
ab inferioribus abrogari. *Clem. ne Romani* 2. *in
pr. de Elect.* Quoad impedientia verò 11
non dubitat Clericat. *d. l. num.* 13. quin Epi-
ſcopis poteſtas, illa ſtatuendi, competat.
Cujus ratio aſſignari poteſt: partim quòd
prohibitio Matrimonii, citra irritationem,
non videatur una ex cauſis majoribus: par-
tim quòd Superior quilibet frequenter ex ali-
qua cauſa poſſit illicitum reddere, quod aliàs
erat licitum: partim quòd Eccleſiæ vetitum
numeretur inter Impedimenta impedientia;
cùm tamen etiam Epiſcopis liceat, Matrimo-
nium ex cauſa aliquibus interdicere, ut dice-
tur in *num.* 77.
Si denuò quæſtionem inſtaures: num Im- 12
pedimenta per conſuetudinem introduci va-
leant?
Reſp. tres difformes opiniones in hac quæ-
ſtione reperiri, uti probatum facit Sanchez
de *Matrim. lib.* 7. *diſp.* 4. *à num.* 1. Sed mihi
præ cæteris probatur opinio, abſolutè affir-
mans, cui ſubſcribunt Panormit. ad *cap. ult.
de Conſuet. n.* 13. Gonzalez ad *cap. de Francia* 1.
*de Sponſalib. num.* 22. Gobat *Theol. experiment.
d. tr.* 9.



*d. tr.* 9. *num.* 25. Clericat. *d. deciſ.* 15. *num.* 21.
13 Textus ad propoſitum idoneus in *cap. ſuper eo*
3. *de Cognat. Spirit.* ubi S. Pontifex in Impedi-
mento cognationis ſpiritualis ad conſuetudi-
nem, hactenùs obſervatam, reſpiciendum
14 eſſe, decernit. Ratio eſt: quia gene-
ratim omnes conſuetudines rationabiles, ac
Legi Divinæ vel Naturali non contrariæ, in
*d. cap. ult. de Conſuet.* approbantur. Cùm er-
go conſuetudo, per quam introducuntur Im-
pedimenta Matrimonii, poſſit eſſe rationabi-
lis, ac Legi Divinæ vel Naturali non contra-
ria; benè concluditur, Impedimenta per il-
15 lam introduci poſſe. Profectò, ſi de
facto per conſuetudinem Impedimentum ali-
quod jam fuerit introductum, velut infra pa-
tebit de cultûs diſparitate; poterit etiam im-
poſterùm introduci.
Nec aliud indicatur in *cap. quod ſuper* 5. *de* 16
*Conſanguinit. & affinit.* Quamvis enim con-
ſuetudo, quâ Impedimentum cognationis na-
turalis quoad gradus, ab Eccleſia conſtitutos,
abrogatur, ibidem damnetur, & conſequen-
ter conſuetudo, quâ Impedimentum aliquod
introducitur, in eadem damnatione verſe-
tur: attamen ſupponendum eſt, tales ibi-
dem circumſtantias concurriſſe, ut conſue-
tudo legitimè necdum præſcripta, vel ex
quodam capite irrationabilis fuerit judi-
cata.

## § III.

### *Quinam Impedimentis Matrimonii ligentur?*

17 Impedimentis Matrimonii, à Jure Naturali
præſcriptis, omnes creaturas rationales
obligari, certum eſt; nec minùs certum, Im-
pedimentis, à Jure Eccleſiaſticô ſancitis, ſolos
fideles, non autem infideles, tanquàm Eccle-
ſiæ Juriſdictioni ſubtractos, obſtringi *cap.
quanto* 7. & *cap. gaudemus* 8. *de Divort.*
18 Dubitatur autem I. utrùm, ſi infideles exi-
ſtant in territorio S. Pontificis, eique tempo-
raliter ſubjaceant, obligentur Impedimentis
Matrimonii?
Reſp. ipſos obligari, ſi S. Pontifex ipſos ve-
19 lit obligatos eſſe. Ratio eſt quia, ſi-
cuti Rex aut Princeps infidelis poteſt ſubditis
infidelibus Impedimenta præſcribere: ſic
etiam S. Pontifex, ſi regimen & principatum
temporalem ſupra infideles obtineat: eſt
namque Matrimonium tunc purus contra-
ctus politicus, poteſtque ſubditis per Legem
politicam licitum aut invalidum reddi. San-
chez *d. l.* 7. *diſp.* 1. *n.* 3. P. Wieſtner ad *tit. de
Sponſalib. n.* 178.
20 Dubitatur II. utrùm, ſi fideles exiſtant in
territorio Principis infidelis, illius Legibus,
per quas Impedimenta Matrimonii ſtatuun-
tur, obligentur?
Reſp. contra Sanchez *d. l. diſp.* 2. *n.* 8. cum
Pontio de *Matrim. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 7. & P.
21 Wieſtner *d. l. n.* 179. negativè. Ratio
eſt: quia fideles, licèt exiſtant in territorio
Principis infidelis, eidem tamen quoad ſpiri-
tualia & ſupernaturalia neutiquàm ſubjecti
ſunt: adeóque nec ſubjecti ſunt quoad Ma-
trimonium, utpote quod, juxta repetitim
dicta, propter rationem Sacramenti ſpirituale
& ſupernaturale eſt.
22 Dubitatur III. utrùm hæretici ligentur
Impedimentis, Jure ſolùm Eccleſiaſticô ſta-
tutis?
Hæc dubitatio ſumpſit exordium ab eo
tempore, quô hæretici neoterici in Germa-
nia & vicinis provinciis invaluerunt: cùm
enim plerique vel ſaltem plurimi Matrimonia
cum Impedimentis Eccleſiaſticis celebrarent;
non defuerunt eximii nominis DD. quos al-
legat, nec dedignatur P. Wieſtner *cit. l. à
n.* 192. qui talia Matrimonia declarârunt va-
lida, quaſi ſcilicèt ejusmodi Impedimenta
quoad vim invalidandi non ligent hæreticos.
Ratio, quâ utuntur, palmaris eſt: quia con- 23
ſuetudo vim & virtutem habet, derogandi
Legibus Eccleſiaſticis, & convalidandi Ma-
trimonia, contra Leges Eccleſiaſticas con-
tracta. Atqui quoad Impedimenta Eccle-
ſiaſtica videtur apud hæreticos vigere talis
conſuetudo: quandoquidem à centum &
pluribus annis ipſorum Matrimonia, etiam
cum Impedimento Eccleſiaſtico contracta,
non ſolùm ab ipſis hæreticis pro validis agni-
ta, ſed etiam, poſt eorum converſionem ad
fidem Orthodoxam, à Dicaſteriis Eccleſiaſti-
cis tolerata fuerunt. Ergo &c.
Nihilominùs, quamquàm in praxi nolim 24
hanc ſententiam improbare; longè tamen ſo-
lidiorem, & principiis Juris conformiorem
exiſtimo ſententiam contrariam, quam latè &
egregiè propugnavit Gobat *Theol. experiment.
tract.* .. *à num.* 41. ac manifeſtè recepit Pig-
natell. *tom.* 5. *conſult.* 79. *à n.* 26. Vincentius
Petra *Comentar. Apoſtol. tom.* 4. *pag.* 77. *& ſeqq.*
item *pag.* 81. *à n.* 36. P. König in *proœm. Jur.
Can. n.* 9. Ratio fundamentalis eſt: 25
quia, ex quo hæretici, tanquàm ſubditi &
membra Eccleſiæ, Legibus Eccleſiaſticis ge-
neratim ſunt ſubjecti, veluti cum uniformi
aliorum doctrina concluſi in *Lib. I. tract. de
Jure Leg. cap.* 5. *n.* 122. ſuâpte naturâ ſequitur,
ipſos etiam Impedimentis Matrimonii, per
Leges Eccleſiaſticas introductis, quoad vim
annullandi, ſubeſſe, æquè ac Catholicos;
prout reſolvit S. Congregatio Concilii, de
die 19. Januarii 1605. referente ſic Gobatô
*d. l. n.* 464. ad Epiſcopum Tricharienſem,
Nuncium Apoſtolicum in Belgio, ſcribens:
hæreticos quoque, ubi decretum Concilii
Tridentini, de præſentia Parochi & teſtium
adhibendâ, eſt publicatum, teneri talem for-
mam obſervare; & propterea etiam ipſorum
Matrimonia, abſque forma Concilii, quam-
vis coram Miniſtro hæretico, vel Magiſtratu
loci contracta, nulla atque irrita eſſe. Aliam 26
declarationem refert prælaud. Petra *pag.* 78.
*num.* 20.

*num.* 20. de die 26. Sept. 1602. hiſce verbis: *hæreticos quoque, ubi decretum d.* Concilii *eſt publicatum, teneri talem formam obſervare, & propterea ipſorum Matrimonia absque forma Concilii, quamvis coram Miniſtro hæretico, vel Magiſtratu loci contracta, nulla atque irrita eſſe.* Aliam declarationem affert Pignatell. *d. l. num.* 30. *de die* 17. *Jan.* 1617. ubi Sacra Congregatio reſpondit: *decretum cap.* 1. *ſeſſ.* 24. *de ref. Matrim. ligare etiam hæreticos, ſi in eorum parochia publicatum fuerit, & lapſi ſint* 30. *dies à die publicationis.*

27 Neque vis ineſt allegatæ conſuetudini: cùm enim principale requiſitum conſuetudinis ſit conſenſus S. Pontificis, eô deficiente, nullô unquam tempore conſuetudo, derogans Impedimentis, Eccleſiaſticâ lege ſtatutis, convaleſcere poteſt, etiamſi mille foret annorum, ut rectiſſimè ſcribit *cit.* Petra *d. pag.* 77. *num.* 19. *& pag.* 82. *n.* 38. Hic autem deficit omninò conſenſus S. Pontificis: utpote cùm adſit expreſſus illius diſſenſus, per Oracula declarationum S. Congregationis manifeſtatus: quandoquidem, nullâ reflexione habitâ, quòd decretum Trid. Concilii à tempore publicationis in provinciis hæreticorum, nominatim in Hollandia, nunquam fuerit obſervatum, Matrimonia tamen hæreticorum, absque legitimo Parocho contracta, pro nullis declarata fuerunt; ſicuti præter allegatas declarationes conſtat ex pluribus aliis apud Pignatellum *d. l. n.* 27. 28. 29. 31. nec non una *Gedanenſ. Matrimonii*, quæ eſt Civitas Regni Pruſſiæ, in qua S. Congregatio primùm 1677. *die* 18. *Sept.* cenſuit, *nullum eſſe Matrimonium, inter Catholicum & hæreticam, non ſervatâ formâ Concilii celebratum.* Petra *pag.* 79.
28 *num.* 25. Certè cùm S. Pontifex, ut ex mente ſupremæ inquiſitionis tradit Pignatell. *tom.* 3. *conſ.* 63. *n.* 2. cum hæreticis, volentibus inter ſe Matrimonium in gradibus prohibitis contrahere, Sedes Apoſtolica, etiam expreſsè requiſita, non diſpenſet, niſi hæreſin abjuraverint; cùmque nuperrimè practicatum fuerit, ut, referente ſic Petra *d. l. pag.* 83. *n.* 29. quidam hæreticus Magnatitii Ordinis per Sedem Apoſtolicam peteret, nullum declarari Matrimonium, cum muliere in gradu prohibito contractum, & poſtmodùm ſe fidem Catholicam amplexurum promitteret; nihilominùs reſolutum eſſet, inſinuandum illi fore, ut priùs ad fidem Catholicam tranſeat, quàm aliter provideatur: irrefragabilis videtur præſumptio, quòd S. Pontifex prætenſam hæreticorum conſuetudi-
29 nem nullatenùs tolerare velit. Adhæc S. Pontifex prudenter velle non poteſt, ut hæretici ex ſua malitia reportent commodum, & ab Eccleſiæ Legibus, quas auſu nefandô unà cum Sanctiſſimo Legiſlatore ſpernunt, exſibilant, & conculcant, ob ſolam contumaciam eximantur; prout neque Princeps alius Politicus ſubditos rebelles à ſuis Legibus ex ea duntaxat cauſa poteſt eximere, quòd ex mero contemptu nolint illas agnoſcere. Cæteroquin hæretici melioris longè conditionis exiſterent, quàm Catholici, erga Sedem Apoſtolicam ejusque ſanctiones devotiſſimi & promptiſſimi: quippe cùm iſti Leges omnes, ab Eccleſia latas, obſervare tenerentur; illi econtrà prorſùs ex-leges & immunes forent: quod ſanè credendum aut præſumendum non eſt.

Quòd autem hæreticorum Matrimonia, 30
cum Impedimento Eccleſiaſtico celebrata, in Curiis Eccleſiaſticis, poſt eorum converſionem, aliquando tolerata fuerint, forſitan ex diſpenſatione Pontificia, quam in ſimili circumſtantia ſinè ſpeciali difficultate concedendam arbitror, evenit: nam, ut memorat ſæpe *cit.* Petra *pag.* 78. *n.* 23. cùm in S. Congregatione in una *Hollandiæ Matrim.* 1681. *die* 21. *Auguſti* proponeretur, Vicarium Apoſtolicum illius regionis putâſſe, Matrimonium, cum hæreticis coram Magiſtratu hæretico initum, ſi non ut Sacramentum, ſaltem ut contractum conſiſtere, ſubindeque non oportere conſenſum coram Miſſionariis ritu Catholico renovare: S. Congreg. Concilii reſpondit, Matrimonia non valere; attamen ſignanter animadverſû fuit, non expedire, talia Matrimonia ut invalida declarare, ſed potiùs conjuges in bona fide permittere, ne vel hæretici à converſione ad fidem Catholicam deterreantur, aut conjux, ad fidem jam converſus, gravi pœnâ à Magiſtratu hæretico coërceatur. Simile reſponſum exhibet idem Petra *ibid. in una Buſcaducenſ. Matrim. de die* 13. *Febr.* 1683.

Circa liberos verò, ex invalido Matrimo- 31
nio natos, reſponderi poteſt, eosdem pro legitimis reputari poſſe, ſi, ut plerumque contingit, parentes ipſorum, vel etiam ſola mater, ex errore Juris Matrimonium contraxerint: Matrimonium putativum quippe ſufficit ad producendam legitimitatem liberorum, ut dictum in *tract.* 2. *cap.* 3. *à num.* 34. aut, ſi placeat aliter reſpondere, dici poteſt, S. Pontificem in radice Matrimonii diſpenſâſſe, & liberos illegitimos effeciſſe legitimos, ſecundùm dicta in *d. cap. n.* 92. Vid. Pignatell. *d. tom.* 3. *conſult.* 63. *n.* 1. *&* 2. ubi aliquot exempla hujusmodi diſpenſationum recenſet.

Dubitatur IV. utrùm Impedimentis Ma- 32
trimonii perſonæ aliæ, quàm conjuges, eatenùs ligentur, ut ea per accuſationem aut denuntiationem deferre teneantur ad Judices Eccleſiaſticos?

Reſp. cum diſtinctione. Vel agitur de Matrimonio primùm contrahendo, vel jam contracto diſſolvendo. Si primum; obligantur omnes fideles, Impedimentum, quod ſubeſſe ſciunt, manifeſtare ſeu denuntiare juxta dicenda in *cap.* 5. Si ſecundum; 33
pariter omnes fideles ad accuſationem vel denuntiationem obligantur, utpote qui peccatum non minùs impedire tenentur, ne fiat, quàm ut factum ſemel non continuetur; habitô tamen diſcrimine inter perſonas accuſantes ſeu denuntiantes, ut nempe primò parentes; deinde conſanguinei; poſt iſtos vicini; & denique extranei, qui ſuſpectæ fidei non ſunt, admittantur. Textus in *cap. conſanguinei* 1. *cap. notificamus* 3. XXXV. *q.* 6. *cap. videtur nobis* 3. *cap. ſignificante* 5. *cap. ult. Qui Matrim. accuſ. poſſ.* & ibi largiter Canoniſtæ. Qualis verò tunc probatio ſit facienda; qualesve ſint admittendi teſtes? Ex *Lib. II. tr. III. cap.* 3. *& cap.* 5. ſuperabundanter patefiet.



## §. IV.

### *Quis poſſit in Impedimentis Matrimonii diſpenſare?*

34 Impedimenta Matrimonii, ex Jure Naturali vel Divino promanantia, diſpenſationi humanæ non eſſe obnoxia, conſtat ex *cap. literas* 13. *de Reſtit. ſpoliat.* & ratione vulgata, quòd Jus Naturale vel Divinum, ut oſtenſum in *Lib. I. tract. de Jure Leg. cap.* 2. *à num.* 169. & *cap.* 3. *à n.* 58. ab humana poteſtate, velut inferiori, relaxari nequeat; præterquàm ſi Impedimentum præſupponat determinationem humanæ voluntatis, cujusmodi cenſetur eſſe Impedimentum ligaminis, ex Matrimonio rato conſurgens, de quo in *tr.* 2. *cap.* 5. *num.* 7. *& ſeqq.*

35 Impedimenta, ex Jure Eccleſiaſtico deſcendentia, diſpenſationi Pontificiæ ſubeſſe, ſimiliter patet ex notiſſimo principio, quòd idem, qui Legem condidit, aut illius ſucceſſor, eandem denuò tollere vel minuere valeat per textus appoſitos in *cap. non debet* 8. *de Conſanguin. & affin. & cap. alma mater* 24. *de Sent. excommunicat. in* 6. Pignatell. *d. tom.* 3. *conſult.* 63. *n.* 1.

36 Solùm eſt ambiguum, utrùm Epiſcopus, cui regulariter ob rationem in *num.* 34. diſpenſatio non eſt conceſſa, in quibusdam caſibus diſpenſare queat; & I. quidem, utrùm non poſſit diſpenſare, quando jam antehàc à Sede Romana fuit impetrata diſpenſatio, ſed propter ob- & ſubreptionem nulliter? Rationem dubitandi præbet *cap. quia circa* 6. *de Conſanguinit. & affinit.* ubi S. Pontifex, ut notat Gonzalez in *cap. quia circa* 6. *de Bigam. n.* 2. reſcribit cuidam Archi-Epiſcopo, quòd tolerari poſſit Matrimonium, poſt diſpenſationem obreptitiè obtentam: *cùm ex ſeparatione*
37 *grave videatur ſcandalum imminere.* Sed reſpondendum eſt negativè cum Covarruv. *ad* 4. *Decretal. p.* 2. *cap.* 6. §. 10. *n.* 15. Gutierrez de *Matrim. cap.* 48. *n.* 1. Gonzalez ad *tit. cap. quia circa* 6. *de Conſang. num.* 2. quippe cùm in *d. cap.* S. Pontifex non conceſſerit facultatem diſpenſandi, ſed tantummodò Matrimonium tolerari voluerit, ob ſcandalum,
38 ex ſeparatione conſecuturum: conſtat autem, ob ſcandalum multa tolerari, quæ cæteroquin prohibita forent *cap. pervenit* 1. *Diſt.* 95. *cap. DEUS qui* 11. *de Vita & boneſt. Clericor. cap. cùm teneantur* 6. *de Præbend.* P. Wieſtner ad *tit.* 16. *libri* 4. *n.* 61.

II. ambiguum eſt: utrùm, ſi reverà dubi- 39
tetur de Impedimenti exiſtentia, poſſit Epiſcopus diſpenſare? Quidam hic abſolutè concedunt Epiſcopo diſpenſandi poteſtatem; at 40
Sanchez de *Matrim. lib.* 8. *diſp.* 6. *n.* 18. Boſco de *Matr. diſp.* 12. *ſect.* 13. *num.* 113. *& ſeq.* P. Wieſtner *d. l. n.* 62. *& ſeq.* meliùs aſſerunt, Epiſcopum quidem pro interim, ad declinandum ſcandalum, declarare poſſe, quòd Impedimentum non ſubſit; interim, ſi ex poſtfacto incipiat conſtare de Impedimento, ad S. Pontificem eſſe recurrendum.

Ambiguum eſt III. utrùm Epiſcopus di- 41
ſpenſare poſſit in Impedimento occulto? Ita quidem videri poſſet, paritate ex Concilio Trid. *ſeſſ.* 24. *de ref. cap.* 6. deductâ, ubi tribuitur Epiſcopo facultas, in irregularitatibus & cenſuris, ex occulto delicto provenientibus, diſpenſandi. Verùm non ita ſen- 42
tiendum. Aliud enim eſt, diſpenſare in irregularitate vel cenſura; aliud in Impedimento Matrimonii: nec licet in ſimilibus, quæ exorbitant à Jure Communi, formare conſequentiam aut extenſionem ad alia, diſtinctam naturam aut qualitatem habentia *cap. quæ à Jure* 28. *de R. J. in* 6. Interim, ſi 43
Matrimonium cum Impedimento occulto publicè fuiſſet contractum, absque ſcandalo ſeparari non poſſet, & recurſus ad S. Pontificem difficilis exiſteret, ex communi ſententia, quæ Epiſcopo dat licentiam, diſpenſandi in ſimili caſu in Legibus Eccleſiaſticis, haberet etiam diſpenſandi licentiam in Matrimonio: nam ex epikia & benigna interpretatione præſumitur, S. Pontificem tunc invitum non eſſe. Gutierrez de *Matrim. cap.* 49. *à num.* 7. Engel ad *tit.* 16. *libri* 4. *Decretal.* §. 2. *num.* 11. Wieſtner *ibid. num.* 65. Boſco *cit. l. n.* 118. *& ſeqq.* Quod ipſum tamen ad forum 44
internum ſolummodò coarctandum, nec ad externum extendendum exiſtimat P. Reiffenſtuel in *append. ad l.* 4. *Decretal.* §. 1. *num.* 19.

## §. V.

### *Ex quibus cauſis fieri poſſit diſpenſatio?*

45 Cùm diſpenſatio in Jure Eccleſiaſtico, ſi fiat à S. Pontifice, ſinè cauſa ſit quidem valida, non autem licita, ſicuti docui in *Lib. I. tr. de Jure Leg. cap.* 5. *n.* 261. neceſſum eſt, ut in diſpenſatione ſuper Impedimento Matrimonii juſta cauſa ſuccurat.

Talis cauſa eſt I. prærogativa perſonarum: 46
etenim cum Regibus, Principibus, & Magnatibus

tibus faciliùs diſpenſatur, quàm cum aliis, ſicut indicavit Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de ref. Matrim. cap. 5.* vel quia Patroni, protectores, & defenſores ſunt Eccleſiæ; vel quia propter ſtatûs eminentiam, & defectum perſonarum ſibi ſimilium, majorem in contrahendo Matrimonio difficultatem ſentiunt. Gobat *Theol. experim. tr. 9. n. 604.*

47 II. eſt conſervatio vel ipſius familiæ illuſtris, aut antiquâ nobilitate fulgentis, vel ejusdem ſplendoris, amplitudinis, & dignitatis, ex qua ſalus & incrementum Reipublicæ non raro dependet: cùm enim S. Pontifex quoad diſpenſationem in pluralitate beneficiorum erga Nobiles ſe proniorem oſtendat, ut patet ex *cap. de multa 28. in fin. de Præbend.* pariter quoad diſpenſationem in Matrimonio non erit adeò difficilis. Pyrrhus Corrad. in *praxi diſpenſat. Apoſt. lib. 7. cap. 2. n. 106. & ſeqq.* P. Wieſtner *cit. l. n. 78.*

48 III. eſt præſtantia meritorum in Eccleſia, ſive ſint propria & perſonalia, ſive paterna & avita, ſive aliena & ex parte Patronorum, qui ſuam interceſſionem pro facilitanda diſpenſatione interponunt per *cap. tali 17. 1. q. 7.* nam juſtitia diſtributiva favores & gratias liberaliùs bene meritis, quàm inmeritis, indulget. Pyrrhus Corrad. *d. l. n. 109.* Sanchez *d. lib. 8. diſp. 19. n. 32.*

49 IV. eſt ſublatio & extinctio diſcordiæ, litis, diſſenſionis &c. inter perſonas impeditas, earum parentes, aut propinquos: hujus enim intuitu nonnunquàm Jus Commune relaxatur *arg. cap. cùm ex injuncto 2. de N. O. N. cap. diſpendia 3. in princ. de Reſcript. in 6.* Corrad. *d. l. num. 84.* Sanchez *cit. l. n. 8.*

50 V. eſt evitatio ſcandali, & occaſionis mali ſpiritualis, ex cujus motivo SS. Canones quàmplurima connivent ex *num. 38.* Sanchez *d. l. n. 9.*

51 VI. eſt anguſtia loci, ſeu paucitas perſonarum ejusdem vel ſimilis conditionis, ob quam interdum diſpenſari poteſt, ut aliquis ducat perſonam conſanguineam, aut affinem, aut aliter impeditam: quia conjugalis amor, pax, & unio, ex æqualitate conjugis, ingens profectò ſubſidium & adjutorium acquirit. Corrad. *d. l. n. 6. & ſeqq.* Sanchez *d. l. n. 12.* P. Engel *ubi ſupra §. 3. n. 8.*

52 VII. eſt defectus competentis dotis ex perſona ſponſæ: cùm enim communiter reſpectus habeatur ad dotem uxoris, ſæpe accidit, ut, cui nulla vel parva eſt dos, facultas deficiat, Matrimonium ſtatui conformiter ineundi. Sanchez *d. l. num. 16.* Corrad. *d. l. num. 21. & ſeqq.* P. Wieſtner *d. l. n. 83. & ſeq.* P. Reiffenſtuel in *cit. append. §. 3. à num. 81.* Nec intereſt, utrùm maritus aut alius dotem conſtituere velit. Corrad. *d. l. n. 84.*

53 VIII. eſt Matrimonium, de facto cum ignorantia Impedimenti, ſaltem ex unius parte, contractum: ſiquidem, cùm Matrimonii diſſolutio plerumque non modica ſecum incommoda trahat & ſcandala per *cap. quia circa 6. de Conſang. & affin.* præſertim ubi jam extant liberi, ex Matrimonio putativo nati, pro quorum educatione multùm expedit, Matrimonium eſſe permanens & ſtabile; cauſa diſpenſationis incongrua non videtur. Sanchez *d. l. num. 33.* Pyrrhus Corrad. *lib. 8. cap. 4. per tot.* P. Wieſtner *n. 85.*

IX. eſt conſervatio honoris & famæ, cujus 54
periculum imminet ex præcedenti fœminæ imprægnatione: nam & S. Pontifex lapſis intendit auxiliari, quando ſperatur bonus effectus, & in ſpecie legitimatio prolis innocentis *arg. cap. cùm inter 2. & cap. ex tenore 14. Qui filii ſint legit.* Corrad. *d. lib. 8. cap. 5. per tot.* Gobat *cit. tract. 9. n. 606.*

Talis X. eſt in Impedimento voti ſimplicis 55
caſtitatis vel Religionis magna difficultas ſervandi votum per *cap. veniens 5. Qui Clerici vel voventes.* ubi Panormitan. *num. 9.* eò quòd conſultius longè ſit, periculum tam propinquum offenſas multiplicandi reſecare, quàm permittere. Sanchez *d. lib. 8. diſp. 20. num. 18.* Sylveſter *V. votum 2. quæſt. 14.* Wieſtner *d. l. num. 87.*

Hâc itaque vel ſimili causâ ſuggeſtâ, ſi, ut 56
fieri poteſt, & plerumque ſolet, diſpenſatio concedatur, & cauſa illa ſubſiſtat, diſpenſatio valet pro utroque foro: ſin autem cauſa non ſubſiſtat, diſpenſatio, tanquàm ob- aut ſubreptitiè obtenta, nullius eſt momenti per *cap. Sedes Apoſtolica 15.* & *cap. ſuper literis 20. de Reſcript.* Vid. in *Lib. I. tract. de Jure Leg. cap. 8. à num. 83.*

Exquires: quònam tempore cauſa di- 57
ſpenſationis in rei veritate ſubeſſe debeat, ne diſpenſatio cenſeatur ob- vel ſubreptitia?

Reſp. I. veritatem cauſæ non debere ex neceſſitate jam tunc ſubeſſe, quando ab oratore diſpenſatio petitur, prout ex communiori ſententia tradit Sanchez *d. l. diſput. 30. num. 2.*
Licèt meis principiis, in *cit. tr.* 58
*& cap. n. 99.* propoſitis, ſententia contraria propiùs accedat: eò quòd S. Pontifex, ſi ſciviſſet mendacium oratoris, cauſam, quæ non ſubſiſtit, ſubſiſtere dicentis, diſpenſationem non conceſſiſſet.

Reſp. II. cauſam verificari debere, quando 59
diſpenſatio à Romana Sede conceditur. Sanchez *d. l. num. 4.* Ratio eſt: quia diſpenſatio non conceditur aliter, quàm ſi preces veritate nitantur *cap. ex parte 2. de Reſcript.* Ergo, ut conceſſio ſortiatur effectum, oportet, ut cauſa, pro impetranda diſpenſatione ſupplicibus precibus inſerta, ſit vera, & quidem tempore conceſſionis, à quo reſcriptum gratiæ ſuum valorem habet per *cap. quia circa 6. de Conſanguin. & affin. cap. ſi eo tempore 9. de Reſcript. in 6.*

Reſp. III. diſpenſationi nihil officere, ta- 60
metſi cauſa, poſt conceſſam à Sede Pontificia diſpenſationem, incipiat deficere; veluti colligitur ex *cit. cap. quia circa 6.* ubi Pontifex diſpenſationis nullitatem ex eo tantùm oſtendere conatur, quòd ante illius conceſſionem precum veritas defecerit; traduntque Rebuffus, Maſcardus, & Emanuel Sa, apud Sanchez *cit. l. num. 11.* & multùm inclinat Boſco de *Matrimon. diſp. 12. ſect. 3. concl. 4. num. 312.* ſaltem ſi Matrimonium jam ſit contractum.
61 Ratio eſt: quia ex una parte ejusmodi diſpenſatio ſemel valida fuiſſe ſupponitur; ex altera verò parte condecens eſt, ut beneficium & gratia Summi Principis perpetuum habeat vigorem *cap. decet 16. de R. J. in 6.*



Diſſentit Sanchez *d. l. n. 8. & 14.* & ex parte 62
Pontius *lib. 8. de Matrim. cap. 20. n. 3. & 4.* quatenùs diſpenſationi valorem adſtruit, quando non verificatur cauſa tempore contrahendi Matrimonii; adimit econtrà, quando non verificatur tempore executionis, quô Ordinarius vel alius, à S. Pontifice deſtinatus, in cauſam inquirit. Ejusdem mentis eſt P. Reiffenſtuel *d. l. num. 217.*

## §. VI.

### *Quô modô, & ratione diſpenſatio petatur, & concedatur in Impedimentis?*

63 IN petenda diſpenſatione ſuper Impedimentis Matrimonii quàm plurima ſunt notanda, quæ prolixiùs exhibent Pyrrhus Corradus in *praxi diſpenſat. lib. 7. cap. 5. & lib. 8. cap. 1.* P. Wieſtner *cit. l. à num. 99.* P. Reiffenſtuel in *cit. append. à num. 235.* ex quibus breviter
64 ſequentia adduco. I. ut exprimatur Impedimentum, quale ſit; &, ſi Impedimentum ſit cognationis, exprimatur gradus; &, ſi cognatio ſit carnalis, ac perſonæ propinquæ inæqualiter diſtent à communi ſtipite, exprimatur tam gradus remotior, quàm propinquior, ſi hic ſit primus, veluti declaravit Pius V. in ſua conſtitutione, quæ incipit: *Sanctiſſimus* de die 26. Auguſt. 1566. apud *cit.* Reif-
65 fenſtuel *num. 167.* II. ut, ſi plura concurrant Impedimenta, ejusdem vel diverſi generis, v. g. publica honeſtas & affinitas, aut conſanguinitas ex duplici ratione &c. omnia & ſingula exprimantur: utpote cùm benignior ſit S. Pontifex cum illis, qui paucioribûs, quàm pluribus Impedimentis
66 detinentur. III. ut, ſi Matrimonium jam fuerit contractum, ſpecificè inſeratur, illud in facie Eccleſiæ contractum fuiſſe: Matrimonium quippe clandeſtinum eſt valde deteſtandum, ac obicem non parvum diſpenſationi ponit juxta Trid. Concil. *ſeſſ. 24. de ref.*
67 *Matrim. cap. 5.* IV. ut, ſi copula interceſſerit inter perſonas impeditas, eâ intentione, ut faciliùs impetretur diſpenſatio, hæc maligna intentio non reticeatur: quando quidem nec Leges, nec Legiſlatores dolis & fraudibus patrocinari ſolent per *cap. ſi quis 1. de eo qui cognovit conſanguin. cap. ſi vir 2. inf. de Cog-*
68 *nat. ſpirit.* V. ſecundùm aliquos exprimendum eſt, quòd diſpenſatio jam ſemel petita, ſed rejecta fuerit. Attamen Sanchez *diſp. 22. num. 14.* Pontius *d. l. 8. cap. 17. n. 3.* Wieſtner *d. l. num. 119.* & alii id negant: eò quòd rejectionis exprimendæ neceſſitas neque ex Jure, neque ex conſuetudine, neque ex ſtylo curiæ requiratur.

69 Quòd ſi Impedimentum Matrimonii ſit publicum, & conſequenter diſpenſatio petatur pro foro externo, ſupplicatio cum expreſſione nominis, cognominis, patriæ, diœceſis, & reliquarum qualitatum ſupplicantis, dirigitur ad S. Pontificem, qui diſpenſationem per Cardinalem Datarium in Dataria ſeu Cancellaria Apoſtolica expediri curat. Wieſtner
70 *d. l. num. 120.* Sin Impedimentum ſit occultum, ideóque diſpenſatio pro foro interno petatur, ſupplicatio absque nominis oratoris expreſſione dirigitur ad Cardinalem Majorem Pœnitentiarium, & diſpenſatio in Pœnitentiaria expeditur. Wieſtner *d. l. num. 126.* Quamquàm in Impedimen- 71
to conſanguinitatis occultæ diſpenſationes non à Pœnitentiaria, ſed à Cancellaria Apoſtolica petendas & expediendas eſſe, doceat Vincentius de *Juſt. in praxi diſpenſat. Matrim. lib. 1. cap. 8. num 30.* apud P. Wieſtner *d. l. num. 121.* præterquàm ſi conſiſtat in tertio vel ulteriore gradu, & Matrimonium actu ſit celebratum.

Porrò etiam diſpenſatio, quæ perficitur in 72
Cancellaria, dirigitur ad Ordinarium vel ejus Vicarium Generalem illius diœceſis, ex qua orator vel oratrix eſt oriundus, quatenùs de veritate precum cognoſcant. P. Wieſtner *cit. l. n. 134.* notans in *num. ſeq.* neque 73
commiſſionem Epiſcopo factam, à Vicario; neque commiſſionem, Vicario datam, ab Epiſcopo expediri poſſe *arg. cap. paſtoralis 11. §. præterea de Offic. Jud. Ordin. & cap. ult. §. ceterùm de Offic. Jud. deleg.* Relegantur dicta in *lib. I. tr. de Jure Leg. cap. 8. n. 17. & ſeqq.* Quæ 74
autem in Dataria expeditur, deſtinatur ad perſonam Eccleſiaſticam, Gradu Theologiæ vel Juris Canonici inſignem, quam orator vel oratrix in ſupplicatione ſpecialiter nominavit; ſimulque additur clauſula, ut literæ diſpenſationis, poſt earum executionem, mox lacerentur: utpote cùm effectum jam habere cenſeantur, & ſolum pro foro interno, non autem externo ſalutares & proficuæ ſint. P. Wieſter *d. l. num. 154.* Repetantur dicta in *cit. tr. & cap. n. 69. & ſeq.*

Quòd ſi ſchema vel formulare quoddam 75
aliquis deſideret, juxta quod ſupplicatio pro diſpenſatione ſit inſtruenda, duplex exhibeo, unum ad Papam pro foro externo; alterum ad Cardinalem Majorem Pœnitentiarium pro foro interno. Ad Papam eſt ſequens.

*BEATISSIME PATER.*

E*Xponitur humiliter Sanctitati Veſtræ pro parte Devotorum ipſius Oratorum, Chriſtophori N. & Thereſiæ N.* (hic apponuntur cognomina) *Diœceſis Salisburgenſis* (aut, ſi pars utraque ſit ex ſeparata Diœceſi oriunda) *Chriſtophori Auguſtana, & Thereſiæ Salisburgenſis Diœceſis* (additur etiam locus domicilii ex parte oratricis

tricis, ſi petatur diſpenſatio ex cauſa ſequenti v. g. ex *oppido Waging orta ) quòd, cùm dicta Oratrix in dicto loco, propter illius anguſtiam, virum ſibi non conſanguineum, vel affinem, paris conditionis, cui nubere poſſit, invenire nequeat, Oratores matrimonialiter inter ſe copulari intendunt;* (ſi alia diſpenſationis cauſa v. g. dos minùs competens &c. adſit, paululùm immutatur, & ſcribitur: *quòd, cùm dicta Oratrix dotem habeat minùs competentem, juxta ſtatûs ſui conditionem, cum qua virum ſibi non conſanguineum, vel affinem, paris conditionis, cui nubere poſſit, invenire nequeat, dictus Orator illam cum dicta minùs competente dote, uxorem ducere intendat &c.* & ſic de aliis cauſis ) *ſed quia primò affinitatis gradu ex eo provenienti, quia aliàs dictus Orator duxit in uxorem dictæ Oratricis ſororem germanam jam defunctam, invicem ſe attinent, deſiderium ſuum hac in parte adimplere non poſſunt abſque Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione* (ſi petatur diſpenſatio in alio Impedimento, illud pariformiter exprimitur v. g. in Impedimento voti ſolennis aut Ordinis ſacri: *ſed quia Orator præfatus ſacrò Diaconatûs Ordine initiatus, aut Religionem N. profeſſus exiſtit ) Supplicant igitur Sanctitati Veſtræ Oratores præfati, quatenùs cum ipſis, quòd Impedimentò primi affinitatis gradûs hujuſmodi non obſtante, Matrimonium inter ſe publicè, ſervatâ forma Concilii Tridentini, contrahere, illudque in facie Eccleſiæ ſolennizare, & in eo poſtmodum remanere liberè, ac licitè valeant, diſpenſare; prolem ſuſcipiendam exinde legitimam nuntiando, dignetur de gratia ſpeciali. Non obſtantibus præmiſſis, & conſtitutionibus, atque Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque cum clauſulis opportunis.*

76 Formulare ſupplicationis ad Cardinalem Majorem Pœnitentiarium.

Ab extra

*Eminentiſſimo & Reverendiſſimo Domino Domino S. R. E. Cardinali majori Pœnitentiario Romæ.*

Ab intra

*Eminentiſſime, & Reverendiſſime Domine.*

E*Xponitur humiliter Eminentiæ Veſtræ pro parte devoti illius Oratoris* ( ponitur hic N. N. aut nomen fictum v. g. Titii, Sempronii ) *quòd, poſtquàm carnaliter cognovit Bertham N. poſteà ignarus impedimenti bona fide* ( quando non ignoravit, ponitur: *conſcius impedimenti* ) *tractatum habuit de contrahendo Matrimonio cum ſorore dictæ Berthæ. Cùm autem dictum Impedimentum ſit occultum, tractatus verò publicus, &, niſi ad effectum deducatur, ſcandala exinde veroſimiliter exoritura ſunt, cupit Orator, ad vitanda ſcandala, & pro conſcientiæ ſuæ quiete, de præmiſſis, de quibus ſummè dolet, abſolvi, & ſecum diſpenſari. Quare Eminentiæ Veſtræ humiliter ſupplicat pro abſolutionis & diſpenſationis remedio.*

In fine per modum Poſtſcripti procurator literarum rogat: *dignetur Eminentia Veſtra reſponſum dirigere Salisburgum v. g. ad me infraſcriptum;* ubi ponitur nomen & cognomen procuratoris. Et, ſi fortè in loco, ubi Orator degit, non facilè poſſit haberi Doctor in Theologia, aut Jure Canonico, hoc ipſum in ſupplicatione ad calcem erit exponendum v. g. *Et quia in Oratoris loco nullus reperitur Confeſſarius, in Theologia Magiſter, vel Canonum Doctor, vel aliàs ad exequendum privilegiatus, dignetur Eminentia Veſtra providere, & diſpenſare, ut etiam alius exequi valeat.*

# SECTIO II.

## *De Impedimentis Impedientibus ſinè delicto.*

### SUMMARIA.

*77. Ponuntur Impedimenta Impedientia. 78. Explicatur Eccleſiæ vetitum, quod Epiſcopus facere poteſt. 79. Item Parochus. 80. & ſeqq. Interdictum Papale non cauſat Impedimentum dirimens, niſi habeat clauſulam irritantem. 88. & ſeqq. Interdictum, lite pendente ſuper Sponſalibus interdictum, non facit Matrimonium ſubſequens nullum. 94. & ſeq. Interdictum, quod habet rationem cenſuræ, non conſtituit Impedimentum impediens. 96. & ſeq. Nec etiam excommunicatio. 98. & ſeq. Explicatur tempus feriatum. 100. & ſeqq. Sola nuptiæ, non item contractus matrimonialis, tempore feriatò cenſentur prohibita. 103. Notatur conſuetudo Germaniæ. 104. & ſeq. Explicatur cathechiſmus. 106. & ſeqq. Diſcuritur, an hodiedum cauſet Impedimentum? 109. Explicatur Impedimentum ex Sponſalibus. 110. & ſeqq. Explicatur Impedimentum ex voto caſtitatis. 113 & ſeqq. Diſcrimen inter hoc votum & votum de non-nubendo, vel ingrediendi Religionem. 115. Diſpenſatio in Sponſalibus à quo concedatur? 116. A quo in voto? 117. Formulare ſupplicationis.*

### §. I.

### *De Interdicto ſeu Vetito Eccleſiæ.*

77 PRæmiſſâ Impedimentorum genericâ tractatione, ſubjicimus Impedimenta in ſpecie, & inprimis Impedientia, quorum aliqua ſunt abſque delicto, alia cum delicto conjuncta. Abſque delicto ſunt 5. in ſequentibus verſibus comprehenſa:

*Eccleſiæ vetitum, nec non tempus feriatum;*
*Atque Cathechiſmus, Sponſalia, jungito votum.*

Eccle-



78 Eccleſiæ vetitum ſeu interdictum, tanquàm primum Impedimentum impediens, nihil aliud eſt, quàm ſpecialis prohibitio, quâ Matrimonium authoritate Eccleſiaſticâ quibuſdam perſonis ex cauſa legitima redditur illicitum. Ubi quidem nemini dubium eſt, quin præter S. Pontificem etiam Epiſcopus Matrimonium interdicere valeat: cùm enim Epiſcopus in ſua Diœceſi non tantùm poſſit, ſed etiam debeat procurare bonum, & profligare malum; non tantùm poteſt, ſed etiam debet Matrimonium, vel ob procurationem boni vel ob profligationem mali, impedire. Boſco de *Matrim. diſp. 12. ſect. 2. concluſ. 3. num. 113.* At

79 Dubitatur I. an etiam Parochus Matrimonium ſic interdicere poſſit?

Reſp. quòd poſſit. Textus in *cap. ult. in f. de Clandeſt. Deſponſat.* Ratio eſt: quia, tametſi Parocho non competat Juriſdictio fori externi, vel judicialis cognitio cauſarum Matrimonialium; extrajudicialiter tamen in Impedimenta Matrimonii inquirere, & ad peccatum impediendum, nonnullis perſonis Matrimonium interdicere non prohibetur. Magnif. P. König. ad *tit. de Matrim. contra interd. Eccleſ. num. 2.* & plerique Canoniſtæ cum Sanchez de *Matrim. lib. 7. diſp. 6. n. 6.* Boſco *d. l. num. 114.*

80 Dubitatur II. num interdictum Papale non conſtituat Impedimentum dirimens Matrimonii?

Ratio dubitandi eſt I. quia in *cap. videtur 1. XXXV. q. 6.* deciſum extat à Cœleſtino Papa: *quod contra interdictum & ordinem Eccleſiæ factum*
*eſt, ratum non haberi, tam Divinæ quàm humanæ*
81 *Legis proclamat authoritas.* II. quia in
*cap. ad diſſolvendum 13. de Deſponſat. impuber.*
Innocentius III. *quòd ſi,* inquit, *contra interdictum noſtrum in præjudicium ipſius aliquid fuerit*
*attentatum, id irritum eſſe decernimus, & viribus*
82 *omninò carere.* III. quia interdictum
Papale vim habet Legis prohibentis, quæ, in noſtra ſententia, ſimul eſt irritans per *cap. quæ contra 64. de R. J. in 6. & l. non dubium 5. in pr. Cod. de LL.*

83 Ut iſtæ rationes ad caſum propoſitum appoſitè applicentur, oportet cum Pontio de *Matrim. lib. 6. cap. 7. num. 5.* Gonzalez ad *cap. ult. de Matrim. contr. contra interd. num. 2.* P. Wieſtner ad *d. t. num. 5.* diſtinguere, ſitne interdictum Papale ſimplex; an qualificatum,
84 id eſt, cum clauſula irritante munitum. Interdictum Papale ſimplex non conſtituit Impedimentum dirimens Matrimonii: cùm enim in *cap. literæ 1. & cap. ex literis 2. d. t.* Alexander III. indiſtinctè decidat, per interdictum Eccleſiæ Matrimonium fieri tantùm illicitum, non autem invalidum: poſſumus & debemus hoc ipſum de interdicto Papali ſimplici cum
85 fundamento intelligere. Unde, quod oppoſitum eſt in *num.* 82. de Lege prohibente, locum non invenit in interdicto ſimplici, quod, cùm perſonale ſit & odioſum, ac Sacramenti valorem attingat, pro favore & valore Matrimonii ſolemus explicare. Inter- 86
dictum Papale qualificatum haud dubiè tantâ pollet efficacia, ut Matrimonium, quod contra interdictum celebratur, non tantùm illicitè, ſed etiam invalidè celebretur juxta textus, in *num.* 80. & 81. recitatos. Po- 87
teſt ſiquidem S. Pontifex ex *num.* 5. per Legem generalem conſtituere Impedimentum dirimens generale: ergo etiam per ſpeciale decretum conſtituere poteſt Impedimentum dirimens ſpeciale: & hoc voluiſſe præſumitur, quando ſpeciali decreto clauſulam irritantem apponit.

Dubitatur III. utrùm, ſi lis pendeat in tri- 88
bunali Eccleſiaſtico ſuper valore præcedentium Sponſalium de futuro, & partibus litigantibus Apoſtolicâ vel Epiſcopali authoritate Matrimonium aliud pro interim interdicatur, illud non tantùm prohibitum ſed etiam irritatum eſſe cenſeatur?

Occaſionem huic dubio ſubſternit *cap. tuâ* 89
*fraternitas 4. de Sponſa duor.* ubi Alexander III. in ſimili facti ſpecie hunc in modum ad Archi-Epiſcopum Genuenſem reſcripſit: ut, *ſi amodo in tali caſu* ( partes ) *duxerint appellandum, eis in Eccleſia publicè interdicas, ne ante deciſionem cauſæ aliud contrahant Matrimonium. Et, ſi contra interdictum Eccleſiæ publicè factum venire præſumpſerint, Matrimonium tam præſumptuosè contractum poteris irritare.* Et hic textus 90
in affirmativam pertraxit nonnullos, quos citat & ſequitur Clericatus de *Sacram. Matr. deciſ. 56. n. 21.* in caſu, quô *importantiſſimum* urget motivum, ne Matrimonium cum alia perſona contrahatur, puta quòd ſponſus defloraverit ſponſam colligitantem, &, ſi non ducatur, oriantur ſcandala, hoſtilitates, vindictæ &c.

Verùm negativam, quam amplectuntur 91
Covarruvius *in 4. Decret. p. 3. cap. 6. in princ. n. 6.* Fagnanus ad *citat. cap. literæ 1. num. 1.* Lancellot. *de Attentat. p. 2. cap. 20. limit. 18. num. 1.* P. Wieſtner *cit. l. num. 15.* mihi perſuadent ſupra citati textus in *cap. literæ 1. & cap. ex literis 2. de Matrim. contr. contra interdict. Eccleſ.* in quibus Matrimonium, etiam durante controverſiâ ſuper Sponſalibus antehæc celebratis, deciditur eſſe validum. Ratio 92
eſt: quia vel interdictum in tali hypotheſi provenit à S. Pontifice, vel ab Epiſcopo. Si prius; conſtat ex *num.* 84. illud vim irritandi non continere. Si poſterius; patet ex *num.* 9. quòd Epiſcopus ſtatuere non poſſit Impedimentum dirimens per Legem communem; proindeque per ſpecialem prohibitionem etiam non poterit ejus generis Impedimentum decernere.

Ad textum in *cap. tua fraternitas R.* cùm 93
Sanchez de *Matri. d. l. 7. diſp. 2. n. 15.* ibidem litem fuiſſe motam non de Sponſalibus de futuro, ſed de præſenti, ſeu Matrimonio rato; & ideò Matrimonium ſecundum, pendente lite contractum, irritabile fuiſſe pronuntiatum, quatenùs, cùm de illius valore, priusquàm dubium de Matrimonio præcedenti deciſum

ciſum erat, conſtare non potuerit, intereà conjuges ab invicem ſeparari debuerunt.

94 Dubitatur IV. utrùm tempore interdicti, quod eſt ſpecies cenſuræ Eccleſiaſticæ, Matrimonium cenſeatur prohibitum?

Reſp. cum Panormit. ad *cap. non eſt* 11. *de Sponſalib. num.* 8. Sanchez *d. l.* 7. *cap.* 8. *num.* 2. Boſco *d. diſput.* 12. *ſect.* 2. *concl.* 2. *à num.* 76. Wieſtner *d. l. num.* 21. contra Pontium *d. l.*
95 6. *cap.* 9. *num.* 3. *&* 4. negativè. Ratio eſt: quia tempore interdicti, quod eſt ſpecies cenſuræ Eccleſiaſticæ, ſolùm interdicta videntur Sacramenta, quæ purè ſunt talia, atque à Miniſtris Eccleſiaſticis adminiſtrantur. Atqui Matrimonium habet admixtam ſibi naturam contractûs, ac pro Miniſtris agnoſcit ipſosmet contrahentes: adeóque, ſicut cæteri contractus tempore interdicti licitè celebrantur; ſic etiam Matrimonium, quod juxta *cap. Capellanus* 4. *de Feriis* omni tempore celebrari poteſt.

Dubitatur V. num excommunicatio faciat 96
Impedimentum impediens Matrimonii?

Reſp. excommunicationem catenùs Impedimentum impediens facere, quatenùs excommunicatus excommunicatione minori Sacramenta recipere nequit per *cap. ult. de Clerico excommunicato &c.* excommunicatus autem excommunicatione maiori nec Sacramenta recipere, nec etiam in aliis actibus cum reliquis fidelibus communicare poteſt. Sup- 97
ponitur tamen in *cap. ſignificaſti* 6. *de eo, qui duxit in Matrimon.* Matrimonium, ab excommunicato contractum, valere: ſiquidem excommunicatio valorem contractuum per ſe loquendò non tollit. Conferantur Covar. in 4. *Decret. p.* 2. *cap.* 6. *in pr. n.* 3. Sanchez *d. lib.* 7. *diſp.* 9. *per tot.* Pontius *d. lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 2.

## §. II.

### *De Tempore feriato.*

58 ALterum Impedimentum impediens, quod non provenit ex delicto, eſt tempus feriatum. Id antiquitus erat longiùs protractum, ac Matrimonium ab Adventu usque ad Epiphaniam; nec non à Septuageſima usque ad octavam Paſchæ; item duabûs vel tribus ſeptimanis ante feſtum S. Joannis Baptiſtæ prohibitum erat. Textus in *cap. non oportet* 8. *cap. non oportet* 10. *XXXIII. q.* 4. *cap.*
99 *Capellanus* 4. *de Feriis.* Hodie verò per Concilium Tridentinum in *ſeſſ.* 24. *de ref. Matr. cap.* 10. eſt reſtrictum ad tempus Adventûs usque ad Epiphaniam; & à die Cinerum usque ad Dominicam in Albis incluſivè.

100 Quin imò nec antiquò nec modernò Jure Matrimonium, quatenùs eſt contractus & Sacramentum, aliquô tempore prohibitum fuiſſe, veriſſimum exiſtimo: tum quia in *cit. cap. Capellanus* 4. *de Feriis* apertè dicitur, eam eſſe Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem, ut *quocunque tempore Matrimonium contrahatur,*
101 *conſenſu interveniente legitimò de præſenti:* tum quia in *cit. cap. oportet* 8. *&* 10. ſolùm prohibentur nuptiæ, quarum nomine non contractus Matrimonialis ſed externa pompa, convivium, choreæ &c. intelliguntur, veluti ſatis in Trid. *d. ſeſſ.* 24. *can.* 11. ibi: *prohibitionem ſolennitatis nuptiarum; & d. cap.* 10. ibi: *antiquas ſolennium nuptiarum prohibitiones &c.* declaratur. Panormit. ad *cit. cap. capellanus n.* 4. Sanchez *d. l.* 7. *diſp.* 7. *num.* 12. Boſco *cit. diſp.* 12. *ſect.* 2. *concluſ.* 4. *per tot.* P. Engel ad *tit. de Matrim. contra interd. Eccleſ.* §. 1. *n.* 4.

Neque objicias: Matrimonium debere 102
contrahi in facie Eccleſiæ cum benedictione Sacerdotali; adeóque non poſſe contrahi ſinè omni ſolennitate.

Contra enim eſt: quia & illud Matrimonium, quod coram Parocho & Teſtibus eſt contractum, cenſetur in facie Eccleſiæ celebratum; eaque benedictio ſubinde penitus omitti debet; aliàs privatim à Parocho impertiri poteſt.

In Germania tamen, extra neceſſitatis 103
caſum, Parochus tempore feriatô non ſolet Matrimoniis aſſiſtere, niſi prævie licentiam obtinuerit ab Epiſcopo, veluti teſtantur Gobat *Theol. experim. tract.* 9. *num.* 71. König ad *cit. tit. de Matrim. celebrato contra interd. n.* 3. Wieſtner *ibid. n.* 34.

## §. III.

### *De Cathechiſmo, Sponſalibus, & Voto.*

104 TErtium Impedimentum impediens eſt Cathechiſmus, ſeu inſtructio in fide Catholica, quæ ſolet præcedere Baptiſmum, & ante januam Eccleſiæ peragi, cum interrogatione baptizantis, & reſponſione baptizandi, in cujus locum & vicem alius ſubſtituitur.

105 Ex hac igitur Cathecheſi videtur initium quoddam regenerationis ſpiritualis reſultare, & efficere, ut ſpiritualis aliqua propinquitas inter baptizantem, baptizatum, & reſpondentem, conſurgat, ac Matrimonium impediat per textus in *cap. ante baptiſmum* 54. *de Conſecrat. diſt.* 4. *cap. contracto* 5. *de Cognat. Spirit. cap. per Cathechiſmum* 2. *eod. in* 6.

Num hodie poſt Concilium Tridentinum 106
hoc Impedimentum ſit exauthoratum? Controverſia eſt. Ratio affirmandi eſt: quia *cit.* Concil. *ſeſſ.* 24. *de ref. Matrim. cap.* 2. abrogavit omnes cæteros gradus Impedimenti cognationis ſpiritualis, præterquàm inter baptizantem, patrinum, baptizatum, & ejus parentes. Sanchez *d. lib.* 7. *diſp.* 10. *n.* 12. Boſco *d. l. concl.* 5. *à num.* 243. P. König *cit. l. n.* 4.
Ratio negandi eſt: quia memorata abrogatio 107
juxta



juxta literam textûs ſolùm eſt concepta de cognatione ſpirituali, quatenùs eſt Impedimentum dirimens; non autem de cathechiſmo, quatenùs eſt Impedimentum impediens. Lancellot. Navarrus, & plures, quos allegat Sanchez *d. l. n.* 13.

108 Utrumque ſatis probabiliter defenditur; in praxi tamen vix erit difficultas: quia plerumque reſponſio, quæ tempore baptiſmi fit ante fores Eccleſiæ, interponitur à patrinis, qui propter munus ſuſceptionis aut levationis aliunde Impedimento dirimenti obſtringuntur.

109 Quartum Impedimentum impediens conſtituunt Sponſalia de futuro: hæc quippe ponunt obſtaculum, quò minùs Matrimonium cum aliis perſonis licitè contrahatur, ut dictum & deductum in *tract.* 1. *cap.* 3. *à num.* 38.

110 Quintum Impedimentum impediens eſt votum caſtitatis, aut ingreſsûs in Religionem, quod, ſi præcedat Sponſalia de futuro, tam illa, quàm Matrimonium illicitum reddit *cap. conſuluit* 4. *cap. rurſus* 6. *Qui Clerici vel voven-*
111 *tes &c.* Poſt Sponſalia non valet aliud votum, quàm ingrediendi Religionem, ceu ſtatum perfectiſſimum, ut traditum in *d. tr.* 1. *cap.* 5. *n.* 34. *& ſeqq.* Nihilominùs, ſi votum caſtitatis emittatur, valebit, quantum valere poteſt, ut ſcilicèt debitum in Matrimonio ſubſequenti reddi debeat, exigi tamen non poſſit per *cap. quidam* 3. *de Converſ. conjugat.*

112 Id porro de voto caſtitatis notandum velim, quòd Impedimentum impediens tunc ſolùm cauſet, quando Matrimonium contrahitur modò ordinariò, nempe cum animo conſummandi; at, ſi modò extraordinariò contrahatur, nempe cum pacto ſervandi continentiam, non obſtat Matrimonio, veluti concluſum in *tract.* 2. *cap.* 2. *à num.* 119. & in præſenti docet Boſco de *Matrim. diſp.* 12. *ſect.* 2. *concluſ.* 1. *num.* 7. *&* 10.

113 Quæres: an votum caſtitatis ſit idem cum voto non-nubendi?

Reſp. eſſe quidem idem in ordine ad impediendum Matrimonium ex dictis; non tamen in ordine ad debitum conjugale. Nam, qui de facto poſt emiſſum votum de non-nubendo Matrimonium contraxit, licèt contrahendò peccaverit, ex probabiliori ſententia, quam poſt D. Antoninum & alios citatos defendunt Sanchez *de Matrim. lib.* 9. *diſput.* 33. *num.* 22. Engel ad *tit. Qui Clerici vel vovent.* §. 1. *num.* 4. Clariſſ. P. Schmalzgrueber *ibid. num.* 114. neque reddendô neque exigendô debitum conjugale peccat: quia, dum Matrimonium jam ſupponitur eſſe contractum, votum de non-nubendo redditur impoſſibi-
114 le, ſuamque vim obligandi perdit. Quod idem accidit cum voto de ſuſcipiendis SS. Ordinibus, aut ingrediendi Religionem: cùm per Matrimonii contractum & conſummationem illicitè quidem agatur, debitum verò licitè petatur & reddatur, ex quo votum, dum ampliùs obſervari nequit, obligare deſinit. Sanchez *d. l. n.* 14. *& ſeq.* Engel ad *cit. tit.* §. 1. *num.* 4. Wieſtner *ibid. n.* 59. Schmalzgrueber *d. l. n.* 118. Aliud in voto caſtitatis evenire, patet ex *num.* 111.

Circa diſpenſationem in tribus primis Im- 115
pedimentis nulla occurrit difficultas. In quarto ſeu Sponſalibus videtur etiam res valde liquida, quòd, cùm primo ſponſo vel ſponſæ jus ſtrictè dictum & rigoroſum ex illis acquiratur, vix alius, quàm Supremus Princeps Eccleſiaſticus ſeu S. Pontifex, diſpenſationem indulgere valeat; & quidem non ex qualibet cauſa, ſed neceſſitatis vel utilitatis publicæ, conformiter iis, quæ concluſa fuerunt in *Lib. I. tract. de Jure Leg. cap.* 1. *à n.* 194.

Quis in Impedimento quarto ſeu voto 116
caſtitatis aut Religionis diſpenſare valeat? Conſtat ex *Lib. III. tr.* 1. *p.* 1. *cap.* 3. *num.* 234. ubi notatum erat, diſpenſationem eſſe S. Pontifici reſervatam juxta *Extravag. ult. de Pœnitent. & remiſſ. inter commun.* Exceptionem tamen ab ea doctrina plurimi DD. faciunt, & diſpenſationem Epiſcopo concedunt, quando votum non eſt emiſſum immediatè in honorem DEI, ſed B. V. aut alterius Sancti; item quando votum eſt pœnale, v. g. ſi deinceps fornicatus ero, Religionem intrabo; item quando eſt conditionatum, v. g. ſi convaluero, ſervabo caſtitatem; item quando eſt votum virginitatis, aut caſtitatis temporalis, aut non-nubendi, aut non-petendi debitum, aut non tangendi fœminam &c. Quorum ratio eſt: quia hujuſmodi vota nonnihil degenerant à genuina voti caſtitatis aut Religionis natura; ſicque non cenſentur in materia ſtrictæ interpretationis, qualis eſt reſervatio, votorum nomine comprehendi. Videantur Laymann *Theol. Moral. lib.* 4. *tract.* 4. *cap.* 8. *num.* 9. 10. Reiffenſtuel ad *tit. de Voto & Voti redempt. à n.* 29. Clariſſ. P. Schmalzgrueber ad *tit. de Matrim. contr. contra Interd. Eccleſ. n.* 63.

Suppoſitô tamen, quòd Romæ diſpenſatio 117
ſit petenda, dirigitur ſupplicatio ad Cardinalem Majorem Pœnitentiarium hôc tenore. *Exponitur humiliter Eminentiæ Veſtræ pro parte devoti Oratoris N. N. vel Titii laici Diœceſis Friſingenſis, quòd ipſe aliàs vovit, ſe caſtitatem perpetuò ſervaturum* (aut Religionem intraturum) *Cùm autem infirmitatibus oppreſſus carnis ſtimulis ita agitetur, ut ſe continenter vivere poſſe, diffidat; pro ſua conſcientiæ tranquillitate cupit per Sedem Apoſtolicam Votum prædictum ad effectum contrahendi Matrimonium commutari. Quare Eminentiæ Veſtræ humiliter ſupplicat, quatenùs, prædictum Votum ad hoc, ut Matrimonium publicè juxta formam Concilii contrahere, & debitum conjugale exigere ac reddere licitè poſſit, in alia Pœnitentiæ ac pietatis opera diſpenſandô commutare Authoritate Apoſtolica dignetur.*

# SECTIO III.

## *De Impedimentis Impedientibus, quæ oriuntur ex delicto.*

### SUMMARIA.

118. *Deſcribitur inceſtus.* 119. *Etiam ſponſus, conſanguineam ſponſæ cognoſcens, contrahit Impedimentum impediens.* 120. *Saltem temporale.* 121. *Peccans cum propria conſanguinea, non incurrit Impedimentum.* 122. *& ſeqq. Duo textus ſolvuntur.* 126. *Quod dictum de maſculis, applicatur ad fœminas.* 127. *& ſeqq. Conjugicidium ponit Impedimentum impediens.* 131. *Item Presbytericidium.* 132. *Et occiſio liberorum.* 133. *& ſeq. Raptus alienæ ſponſæ ſimiliter cauſat Impedimentum.* 135. *Etiamſi ſponſa de futuro ſit.* 136. *Item ſuſceptio propriæ ſobolis.* 137. *Item Matrimonium cum Moniali.* 138. *Item pœnitentia publica.* 139. *Per conſuetudinem hæc Impedimenta dicuntur abrogata.*

### §. I.

### *De Inceſtu.*

118 IMpedimenta impedientia, quæ proveniunt ex delicto, continentur in his verſibus:

*Inceſtus, raptus ſponſatæ, Presbyteri mors,*
*Suſceptusve propriæ ſobolis, mors conjugis, aut ſi*
*Pœniteat ſolenniter, aut ducat Monialem.*

Primum igitur eſt inceſtus, quô maritus v.g. copulam carnalem exercet ac conſummat cum conſanguinea uxoris ſuæ: nam maritus & complex inceſtuoſa, uxore quoque mortuâ, Matrimonium aliud impediuntur contrahere *cap. ſi quis* 20. *XXXII. quæſt.* 7. *cap. ſi quis* 1. *cap. tranſmiſſa* 4. *De eo, qui cognovit conſanguin. uxor.*

119 Dixi I. *quô maritus.* Idem eſt, ſi ſponſus carnaliter peccet cum ſponſæ conſanguinea in primo gradu: licèt enim inceſtus propriè non committatur; attamen ob cœptam quandam affinitatem, ex impedimento publicæ honeſtatis oriundam, perſonis peccantibus in primo gradu, ad quem hodie poſt Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de ref. Matr. cap.* 3. Impedimentum publicæ honeſtatis eſt reſtrictum, Matrimonium interdicitur per rubricam & *cap. veniens* 2. *d. t.* uti contra Angelum, & Veracrux cum communi docent Panormit. ad *cit. cap. num.* 3. Sanchez de *Matrim. lib.* 7. *diſp.* 15. *n.* 5. Wieſtner ad *tit. de eo qui cogno-*
120 *vit conſang. n.* 4. Qui tamen Authores exiſtimant, hoc Impedimentum non eſſe perpetuum, ſed eousque ſolùm durare, quousque pars utraque, inceſtu polluta, vivit. *arg. cap. duo pueri* 12. *in fin. de Deſponſat. impub.*

121 Dixi II. *cum conſanguinea uxoris ſuæ.* Cum propria conſanguinea ſi maritus peccet, quamvis peccatum gravius admittere videatur, ac ſi peccet cum uxoris conſanguinea, Impedimentum impediens non incurrit: utpote cùm textus, ſinè quo Impedimenta non ſunt multiplicanda, deficiat. Sicque contra Pontium de *Matr. lib.* 6. *cap.* 13. *n.* 10. & alios docent Sanchez *d. l. num.* 16. Covarruv. in 4. *Decretal. p.* 2. *cap.* 6. *in pr. n.* 3. König ad *cit. tit. de eo qui cognovit &c. num.* 7. Zoëſ. *ibid. num.* 9.

Neque adducas I. textum in *cap. de inceſtis* 122
8. *XXXV. q.* 3. ubi generatim inceſtuoſis, & nominatim illis, qui cum perſonis conſanguineis ſunt commixti, Matrimonium interdicitur. Nam, ut patet ex tenore textûs, Ma- 123
trimonium interdicitur ſolùm inter perſonas complices, inter quas Impedimentum cognationis interdicit, non item inter illas & extraneas.

Neque adducas II. textum in *cap. ult. XXXV.* 124
*quæſt.* 8. ubi de inceſtuoſis indiſcriminatim ſtatuitur, ut, *ſi alter eorum morte præventus fuerit, alter, quàmdiu vivit, graviter pœniteat, & ſinè ſpe conjugii maneat.* Siquidem, ut rur- 125
ſus eluceſcit ex verbis antecedentibus, non tam propter inceſtum, quàm propter inobedientiam & contumaciam, quâ Eccleſiæ monitione contemptâ in delicto perſeverant, inceſtuoſis ſpes conjugii præſcinditur.

Sanè, quòd etiam fœminæ, cum conſangui- 126
neis maritorum aut ſponſorum peccatô carnis coinquinatæ, Impedimentum impediens ſibi conſciſcant, non tantùm identitatis ratio poſtulat, ſed etiam textus clariſſimi diſponunt in *cap. quædam* 19. *cap. ſi quis* 20. *XXXII. q.* 7. *cap. ſi quis cum matre* 5. *XXXV. q.* 2.

### §. II.

### *De Homicidio.*

127 AD Impedimenta impedientia ex delicto II. reducitur homicidium in variis caſibus. Et I. quidem ſi quis occiderit uxorem ſuam ex ira, rancore, odio, in perpetuum à Matrimonio debet abſtinere *cap. interfectores*
128 5. *cap. admonere* 8. §. *uxores XXXIII. q.* 2. Idem ex natura correlativorum, quam inter conjuges obſervari vult textus in *cap. indignantur* 4. *XXXII. q.* 6. eſt, ſi maritum uxor occidat, juxta *cap. ſi qua mulier* 1. *de Divort.* ubi Gonzalez *num.* 3. & 4. Nec aliud obtinet, 129
eſto maritus uxorê in adulterio deprehenſam occiderit: cùm enim de Jure Naturali & Canonico non liceat adulterum vel adulteram etiam in flagranti occidere *cap. inter hæc* 6. *cap.*
130 *quicunque* 7. *cap. ſi quod* 9. *XXXIII. quæſt.* 2. eò quòd iſte modus occidendi Juris ordini & charitatis Legibus adverſetur: Impedimentum impediens non minùs conſurgit, quàm ſi adulterium ſupponatur abeſſe. Sanchez *d. lib.* 7. *diſp.* 16. *n.* 2. & 3. Covarruv. *p.* 2. *de Sponſal. cap.* 7. §. 7. *n.* 15.

131 II. ſi quis occiderit Presbyterum, & ſuper occiſione fuerit convictus in judicio *cap. qui Presbyterum* 2. *de Pœnit. & remiſſion.* Convictus ſi non fuerit, Impedimentum ceſſat. Panormitan. ad *cit. cap. n.* 1.

III. ſi parentes filios ſuos occiderint *cap. ve-* 132
*niens* 1. *de his, qui filios occider.* Sed hoc tantùm in caſu, quô deeſt periculum incontinentiæ per *cit. cap.* ubi Barboſa *n.* 6. Wieſtner ad *tit. de Matr. contracto contra interd. n.* 51.



### §. III.

### *De Reliquis Impedimentis ex delicto.*

133 III. IMpedimentum ex delicto eſt raptus alienæ ſponſæ, ſeu illius violenta abductio de loco in locum: ut enim raptor in eo puniatur, in quo deliquit, non permittitur inire conjugium, qui conjugium alienum impedire vel perturbare non eſt veritus *cap.*
134 *ſtatuimus* 34. *XXVII. q.* 2. Et quia in hoc *cap.* ſtatuitur, ſponſæ raptæ non adimi licentiam, alteri nubendi, *ſi ipſa eidem crimini conſentiens non fuerit*: hinc à ſenſu contrario deducitur, eandem licentiam ſponſæ negari, quando in raptum conſenſit. Sanchez *d. lib.* 7. *diſp.* 12. *n.* 44.

135 Dixi: *alienæ ſponſæ;* cujus nomine citatus Sanchez *num.* 45. intelligit ſolam ſponſam de præſenti. Sed quia ſponſa, in communi loquendi conſuetudine, vel maximè denotat ſponſam de futuro: ideò malim cum P. König ad *cit. tit. de Matrim. contr. contra interd. Eccleſ. n.* 8. ſponſam tam de præſenti quàm de futuro intelligere.

136 IV. Impedimentum eſt ſuſceptio ſeu levatio propriæ ſobolis ex baptiſmo, ſinè neceſſitate, de induſtria, malitioſè, & animô privandi alterum conjugem debitô conjugali, facta *cap. de eo* 5. *XXX. q.* 1. Sanchez *d. lib. diſp.* 6. *num.* 8.

V. Impedimentum eſt Matrimonium cum 137
Moniali, ſeu Virgine DEO ſolenniter conſecrata de facto initum: impedit enim Matrimonium, non quidem reſpectu Monialis, utpote quæ ligatur Impedimentô dirimenti; ſed reſpectu viri, qui Matrimonium cum nulla alia fœmina licitè poteſt ampliùs contrahere *cap. hi ergo* 13. *XXVII. quæſt.* 1. Sanchez *d. l. num.* 11.

VI. Impedimentum eſt pœnitentia publi- 138
ca, quæ, licèt in ſe delictum non ſit, attamen, cùm propter delictum præcedens infligatur, tamdiu pœnitentem impedit à Matrimonio contrahendo, quàmdiu peragitur *cap. ſi quis* 16. & *cap. ult. XXXIII. quæſt.* 2. Sanchez *d. l. num.* 10.

Hæc porrò Impedimenta, quæ pullulant 139
ex delicto, per generalem conſuetudinem eſſe ſublata, partim Navarrus in *Manuali cap.* 22. *num.* 75. perhibet, &, nullam integrô, quô vixit ſæculô, diſpenſationem in illis petitam, aſſerit; partim Authores alii, qui ſcripſerunt in diverſis mundi partibus, atteſtantur, nominatim Leſſius de *J. & J. lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 68. Sanchez *d. l.* 7. *diſp.* 17. *num.* 8. Pontius *lib.* 6. *cap.* 14. *n.* 4. P. Engel ad *tit. de Matr. contracto contra interd.* §. 1. *n.* 12.

# CAPUT II.

## *De Impedimento dirimente Ætatis, Impotentiæ, Erroris, & Ligaminis.*

LUſtravimus Impedimenta in genere, & Impedientia in ſpecie. Luſtrabimus nunc ſigillatim Impedimenta dirimentia, quorum hodie ſexdecim recenſentur, &, memoriæ gratiâ, ſequentibus verſibus continentur:

*Error, Religio, triplex Cognatio, Crimen,*
*Cultûs diſparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honeſtas,*
*Raptus, Clandeſtina fides, Impos coeundi,*
*Ætas, Affines ſolvunt connubia cuncta.*

Aſſumemus autem hæc Impedimenta, non ſecundùm ordinem metri, ſed juxta methodi commoditatem; in præſenti *capite* quatuor illa, quæ trahunt originem ex Jure Naturali & Divino, videlicet Ætatem, Impotentiam, Errorem, Ligamen, diſcuſſuri.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

# SECTIO III.

## *De Impedimentis Impedientibus, quæ oriuntur ex delicto.*

### SUMMARIA.

118. *Deſcribitur inceſtus.* 119. *Etiam ſponſus, conſanguineam ſponſæ cognoſcens, contrahit Impedimentum impediens.* 120. *Saltem temporale.* 121. *Peccans cum propria conſanguinea, non incurrit Impedimentum.* 122. & *ſeqq. Duo textus ſolvuntur.* 126. *Quod dictum de maſculis, applicatur ad fœminas.* 127. & *ſeqq. Conjugicidium ponit Impedimentum impediens.* 131. *Item Presbytericidium.* 132. *Et occiſio liberorum.* 133. & *ſeq. Raptus alienæ ſponſæ ſimiliter cauſat Impedimentum.* 135. *Etiamſi ſponſa de futuro ſit.* 136. *Item ſuſceptio propriæ ſobolis.* 137. *Item Matrimonium cum Moniali.* 138. *Item pœnitentia publica.* 139. *Per conſuetudinem hæc Impedimenta dicuntur abrogata.*

## §. I.

### *De Inceſtu.*

118 IMpedimenta impedientia, quæ proveniunt ex delicto, continentur in his verſibus:

*Inceſtus, raptus ſponſatæ, Presbyteri mors,*
*Suſceptus propriæ ſobolis, mors conjugis, aut ſi*
*Pœniteat ſolenniter, aut ducat Monialem.*

Primum igitur eſt inceſtus, quô maritus
v. g. copulam carnalem exercet ac conſummat cum conſanguinea uxoris ſuæ: nam maritus & complex inceſtuoſa, uxore quoque mortuâ, Matrimonium aliud impediuntur contrahere *cap. ſi quis* 20. *XXXII. quæſt.* 7. *cap. ſi quis* 1. *cap. tranſmiſſa* 4. *De eo, qui cognovit conſanguin. uxor.*
119 Dixi I. *quò maritus.* Idem eſt, ſi ſponſus
carnaliter peccet cum ſponſæ conſanguinea in primo gradu: licèt enim inceſtus propriè non committatur; attamen ob cœptam quandam affinitatem, ex impedimento publicæ honeſtatis oriundam, perſonis peccantibus in primo gradu, ad quem hodie poſt Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de ref. Matr. cap.* 3. Impedimentum publicæ honeſtatis eſt reſtrictum, Matrimonium interdicitur per rubricam & *cap. veniens* 2. *d. t.* uti contra Angelum, & Veracrux cum communi docent Panormit. ad *cit. cap. num.* 3. Sanchez de *Matrim. lib.* 7. *diſp.* 15. *n.* 5. Wieſtner ad *tit. de eo qui cogno-*
120 *vit conſang. n.* 4. Qui tamen Authores
exiſtimant, hoc Impedimentum non eſſe perpetuum, ſed eousque ſolùm durare, quousque pars utraque, inceſtu polluta, vivit. *arg. cap. duo pueri* 12. *in fin. de Deſponſat. impub.*
121 Dixi II. *cum conſanguinea uxoris ſuæ.* Cum
propria conſanguinea ſi maritus peccet, quamvis peccatum gravius admittere videatur, ac ſi peccet cum uxoris conſanguinea, Impedimentum impediens non incurrit: utpote cùm textus, ſinè quo Impedimenta non ſunt multiplicanda, deficiat. Sicque contra Pontium de *Matr. lib.* 6. *cap.* 13. *n.* 10. & alios docent Sanchez *d. l. num.* 16. Covarruv. in 4. *Decretal. p.* 2. *cap.* 6. *in pr. n.* 3. König ad *cit. tit. de eo qui cognovit &c. num.* 7. Zoëſ. *ibid. num.* 9.

Neque adducas I. textum in *cap. de inceſtis* 122
8. *XXXV. q.* 3. ubi generatim inceſtuoſis, & nominatim illis, qui cum perſonis conſanguineis ſunt commixti, Matrimonium interdicitur. Nam, ut patet ex tenore textûs, Ma- 123
trimonium interdicitur ſolùm inter perſonas complices, inter quas Impedimentum cognationis interdicit, non item inter illas & extraneas.

Neque adducas II. textum in *cap. ult. XXXV.* 124
*quæſt.* 8. ubi de inceſtuoſis indiſcriminatim ſtatuitur, ut, *ſi alter eorum morte præventus fuerit, alter, quàmdiu vivit, graviter pœniteat, & ſinè ſpe conjugii maneat.* Siquidem, ut rur- 125
ſus eluceſcit ex verbis antecedentibus, non tam propter inceſtum, quàm propter inobedientiam & contumaciam, quâ Eccleſiæ monitione contemptâ in delicto perſeverant, inceſtuoſis ſpes conjugii præſcinditur.

Sanè, quòd etiam fœminæ, cum conſangui- 126
neis maritorum aut ſponſorum peccatô carnis coinquinatæ, Impedimentum impediens ſibi conſciſcant, non tantùm identitatis ratio poſtulat, ſed etiam textus clariſſimi diſponunt in *cap. quædam* 19. *cap. ſi quis* 20. *XXXII. q.* 7. *cap. ſi quis cum matre* 5. *XXXV. q.* 2.

## §. II.

### *De Homicidio.*

127 AD Impedimenta impedientia ex delicto
II. reducitur homicidium in variis caſibus. Et I. quidem ſi quis occiderit uxorem ſuam ex ira, rancore, odio, in perpetuum à Matrimonio debet abſtinere *cap. interfectores*
128 5. *cap. admonere* 8. §. *uxores XXXIII. q.* 2. Idem
ex natura correlativorum, quam inter conjuges obſervari vult textus in *cap. indignantur* 4. *XXXII. q.* 6. eſt, ſi maritum uxor occidat, juxta *cap. ſi qua mulier* 1. *de Divort.* ubi Gonzalez *num.* 3. & 4. Nec aliud obtinet, 129
ſi maritus uxorê in adulterio deprehenſam occiderit: cùm enim de Jure Naturali & Canonico non liceat adulterum vel adulteram

etiam



etiam in flagranti occidere *cap. inter hæc* 6. *cap.*
130 *quicunque* 7. *cap. ſi quod* 9. *XXXIII. quæſt.* 2. eò
quòd iſte modus occidendi Juris ordini & charitatis Legibus adverſetur: Impedimentum impediens non minùs conſurgit, quàm ſi adulterium ſupponatur abeſſe. Sanchez *d. lib.* 7. *diſp.* 16. *n.* 2. & 3. Covarruv. *p.* 2. *de Sponſal. cap.* 7. §. 7. *n.* 15.
131 II. ſi quis occiderit Presbyterum, & ſuper
occiſione fuerit convictus in judicio *cap. qui Presbyterum* 2. *de Pœnit. & remiſſion.* Convictus ſi non fuerit, Impedimentum ceſſat. Panormitan. ad *cit. cap. n.* 1.

III. ſi parentes filios ſuos occiderint *cap. ve-* 132
*niens* 1. *de his, qui filios occider.* Sed hoc tantùm in caſu, quô deeſt periculum incontinentiæ per *cit. cap.* ubi Barboſa *n.* 6. Wieſtner ad *tit. de Matr. contracto contra interd. n.* 51.

## §. III.

### *De Reliquis Impedimentis ex delicto.*

133 III. IMpedimentum ex delicto eſt raptus
alienæ ſponſæ, ſeu illius violenta abductio de loco in locum: ut enim raptor in eo puniatur, in quo deliquit, non permittitur inire conjugium, qui conjugium alienum impedire vel perturbare non eſt veritus *cap.*
134 *ſtatuimus* 34. *XXVII. q.* 2. Et quia in
hoc *cap.* ſtatuitur, ſponſæ raptæ non adimi licentiam, alteri nubendi, *ſi ipſa eidem crimini conſentiens non fuerit:* hinc à ſenſu contrario deducitur, eandem licentiam ſponſæ negari, quando in raptum conſenſit. Sanchez *d. lib.* 7. *diſp.* 12. *n.* 44.
135 Dixi: *alienæ ſponſæ;* cujus nomine citatus
Sanchez *num.* 45. intelligit ſolam ſponſam de præſenti. Sed quia ſponſa, in communi loquendi conſuetudine, vel maximè denotat ſponſam de futuro: ideò malim cum P. König ad *cit. tit. de Matrim. contr. contra interd. Eccleſ. n.* 8. ſponſam tam de præſenti quàm de futuro intelligere.
136 IV. Impedimentum eſt ſuſceptio ſeu leva-
tio propriæ ſobolis ex baptiſmo, ſinè neceſſitate, de induſtria, malitioſè, & animô privandi alterum conjugem debitô conjugali, facta *cap. de eo* 5. *XXX. q.* 1. Sanchez *d. lib. diſp.* 6. *num.* 8.

V. Impedimentum eſt Matrimonium cum 137
Moniali, ſeu Virgine DEO ſolenniter conſecrata de facto initum: impedit enim Matrimonium, non quidem reſpectu Monialis, utpote quæ ligatur Impedimentô dirimenti; ſed reſpectu viri, qui Matrimonium cum nulla alia fœmina licitè poteſt ampliùs contrahere *cap. hi ergo* 13. *XXVII. quæſt.* 1. Sanchez *d. l. num.* 11.

VI. Impedimentum eſt pœnitentia publi- 138
ca, quæ, licèt in ſe delictum non ſit, attamen, cùm propter delictum præcedens infligatur, tamdiu pœnitentem impedit à Matrimonio contrahendo, quàmdiu peragitur *cap. ſi quis* 16. & *cap. ult. XXXIII. quæſt.* 2. Sanchez *d. l. num.* 10.

Hæc porrò Impedimenta, quæ pullulant 139
ex delicto, per generalem conſuetudinem eſſe ſublata, partim Navarrus in *Manuali cap.* 22. *num.* 75. perhibet, &, nullam integrô, quô vixit ſæculô, diſpenſationem in illis petitam, aſſerit; partim Authores alii, qui ſcripſerunt in diverſis mundi partibus, atteſtantur, nominatim Leſſius de *J. & J. lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 68. Sanchez *d. l.* 7. *diſp.* 17. *num.* 8. Pontius *lib.* 6. *cap.* 14. *n.* 4. P. Engel ad *tit. de Matr. contracto contra interd.* §. 1. *n.* 12.

# CAPUT II.

## *De Impedimento dirimente Ætatis, Impotentiæ, Erroris, & Ligaminis.*

LUſtravimus Impedimenta in genere, & Impedientia in ſpecie. Luſtrabimus nunc ſigillatim Impedimenta dirimentia, quorum hodie ſexdecim recenſentur, &, memoriæ gratiâ, ſequentibus verſibus continentur:

*Error, Religio, triplex Cognatio, Crimen,*
*Cultûs diſparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honeſtas,*
*Raptus, Clandeſtina fides, Impos cœundi,*
*Ætas, Affines ſolvunt connubia cuncta.*

Aſſumemus autem hæc Impedimenta, non ſecundùm ordinem metri, ſed juxta methodi commoditatem; in præſenti *capite* quatuor illa, quæ trahunt originem ex Jure Naturali & Divino, videlicet Ætatem, Impotentiam, Errorem, Ligamen, diſcuſſuri.



ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO I.

## *De Impedimento dirimente Ætatis.*

### SUMMARIA.

*1. & ſeq. Pro Sponſalibus ætas ſeptennii eſt præfixa. 3. & ſeqq. Septennium non computatur moraliter ſed phyſicè. 6. & ſeqq. Ultimus tamen dies inceptus habetur pro completo. 10. & ſeqq. Illorum argumenta, qui Sponſalia, ante ſeptenniũ contracta, pronuntiant valida, ſi malitia ſuppleat ætatem. 15. & ſeqq. Fundamenta contraria. 19. Eligitur ſententia negans. 20. & ſeqq. Argumenta pro affirmativa ſolvuntur. 31. Sponſalia ante ſeptennium non habent effectum, niſi poſteà ratificentur. 32. Aut pars altera jam exceſſerit ſeptennium. 33. Pro Matrimonio determinata eſt pubertas. 34. & ſeqq. Quæ tamen non tam ex annis, quàm potentiâ generandi æſtimatur. 37. & ſeq. Matrimonium poteſt contrahi, tametſi poſt ætatem pubertatis perſona deſponſanda non reperiantur puberes. 39. & ſeqq. Matrimonium impuberum ex præſumptione Juris vim Sponſalium habet. 43. & ſeqq. Contrahentes Matrimonium ante tempus legitimum peccant, non autem contrahentes Sponſalia. 48. & ſeqq. Quædam opponuntur, & refelluntur. 52. Ante rationis uſum ex diſpenſatione Pontificiâ Sponſalia non poſſunt contrahi. 53. Poſteà etiam Matrimonium rectè contrahitur. 54. & ſeqq. Inſtantia removetur. 57. Ex cauſa graviſſima diſpenſat etiam Epiſcopus. 48. A Sponſalibus, in impubertate contractis, poſt pubertatem licet reſilire. 59. Non obſtante juramentò. 60. & ſeq. Oſtenditur, quouſque duret hæc facultas.*

## §. I.

### *Qualis ætas Sponſalibus contrahendis ſit præfixa?*

1 PRimum, quod in Sponſalibus aut Matrimoniis contrahendis ſpectatur, eſt ætas. Pro Sponſalibus validè celebrandis de Jure Naturæ requiritur ætas, in qua rationis uſus allucet; de Jure poſitivo autem tam pro maſculis quàm pro fœminis præfixum eſt ſeptennium *cap. un. XXX. q. 2. cap. literas 4. cap. acceſſit 5. cap. ad diſſolvendum 13. de Deſponſat. im-*
2 *pub. cap. un. in pr. eòd. in 6.* Ratio eſt: quia, dum ante completum ſeptennium uſus rationis vel non adeſt, vel non adeſſe præſumitur: hinc validus contractus, præſertim ſponſalitius, in quo agitur de ſtatu ſuſcipiendo, perfici nequit.

3 An verò ſeptennium debeat eſſe completum phyſicè ſeu mathematicè, vel tantùm moraliter & civiliter, ita ut dies unus aut alter deficiens non curetur? Inter Canoniſtas litigioſum eſt. Qui completionem moralem duntaxat cum Sylveſtro in *ſumma V. ſponſalia q. 2.* deſiderant, allegant vulgatum axioma, quòd parum pro nihilo reputetur, & defectus unius vel alterius diei non cenſeatur multùm perficere rationis uſum, ob quem ſeptennium aliàs expetitur.

4 At, qui completionem phyſicam & mathematicam expoſcunt, ac ne unum quidem diem deficere poſſe, contendunt cum Gonzalez ad *cap. acceſſit 5. de Deſponſat. impub. n. 4.* P. Pirhing ad *eund. tit. pub. num. 2.* P. König *ibid. num. 6.* principaliter ſe fundant in textibus, anteà citatis, in quibus, dum ſeptennium completum exigitur, luculenter innuitur, tempus brevius, quale eſt, ſi dies unus
5 aut alter deficiat, non ſufficere: nec enim in tempore, à Legibus determinatò, licet computationem facere moralem: cùm alioquin is, cui unus vel alter dies de anno 16.tò vel 24.tò deeſt, Religioſam profeſſionem emittere, vel Sacerdotium aſſumere poſſet. Quæ 6
ratio poſteriorem hanc ſententiam mihi probatiſſimam reddit; eâ duntaxat limitatione ſubjunctâ, ut, ſi dies ultimus ſit cœptus, habeatur pro completo, veluti *cit.* König & Pirhing cum Reverendiſſ. D. Guetrather *Inſtit. Jur. Can. lib. 2. tit. 10. n. 7.* contra P. Reiffenſtuel ad *tit. de Deſponſat. impub. n. 12.* tenent.
Cùm enim ultimus dies inceptus habeatur 7
pro completo toties, quoties eſt materia favorabilis, ut per modum regulæ declaravi in *Lib. II. tract. 3. de Proceſſu Judic. cap. 3. n. 136.* habetur etiam pro completo in materia Sponſalium, in qua perſæpe eſt favorabile, Sponſalia poſſe contrahere: cùm opportuna nubendi occaſio quandoque diffluat, ſi non ſtatim & in momento apprehendatur.

Neque reſpondeas: profeſſionem Religio- 8
ſam non valere, tametſi dies ultimus anni probationis inchoatus, non autem conſummatus ſit, uti concluſum in *Lib. III. in tract. de Perſon. Reb. & Jur. Eccleſ. p. 1. cap. 3. n. 116.*
Diſparitas enim eſt, quòd profeſſio Religioſa 9
cenſeatur in conſideratione juris eatenùs odioſa, quatenùs vinculum inſolubile producit; Sponſalia verò impuberum non producant vinculum inſolubile, ſed privatâ authoritate poſt pubertatem diſſolvi poſſint.

Implicatior autem controverſia movetur: 10
utrùm, ſi malitia ſuppleat ætatem, hoc eſt, uſus rationis ante ſeptennium adveniat, Sponſalia validè contrahantur? Argumenta affirmantium, ex quibus ſunt Covarruv. in *4. Decret. p. 1. cap. 2. n. 1.* P. Wieſtner ad *cit. tit. de Deſponſat. impub. n. 14.* P. Reiffenſtuel *ibid. n. 4.* P. Wex de *Sponſal. p. 1. §. 3. n. 18.*
ſequentia reperi. I. eſt textus in *l. in Spon-* 11
*ſalibus 14. ff. de Sponſal.* ubi JCtus, *in Sponſalibus*, ait, *contrahendis ætas contrahentium definita*

non



*non eſt, ut in Matrimoniis; quaproptér & à primordio ætatis Sponſalia effici poſſunt, ſi modò id fieri*
12 *ab utraque perſona intelligatur.* II. eſt textus in *cap. juvenis 3. de Sponſalib.* ubi ex Sponſalibus, ante ſeptennium contractis, Impedimentum publicæ honeſtatis conſurgere dicitur: adeóque ſupponitur, Sponſalia valere: cùm ex Sponſalibus, nullis ob defectum conſensûs, Impedimentum publicæ honeſtatis non con-
13 ſurgat *cap. un. de Sponſalib. in 6.* III. eſt paritas, ex Matrimonio deducta: cùm enim in hoc malitia poſſit ætatem ſupplere *cap. de illis 9. de Diſpenſat. impub.* cur non poſſit in Spon-
14 ſalibus idem fieri? IV. eſt ratio, quòd ſtando in Jure Naturæ is, qui conſenſum exprimere valet, Sponſalia validè contrahat: Ergo etiam ſtando in Jure poſitivo, quod nullibi perſpicuè receſſit à Jure Naturæ.

15 Argumenta negantium, quibus cum Panormit. ad *cit. cap. juvenis 3. de Sponſal. n. 5.* Fachin. *lib. 3. contr. cap. 26.* Engel ad *tit. de Deſponſat. impub. §. 1. n. 2.* König *ibid. num. 5.* Harpprecht ad *pr. Inſt. de Nupt. n. 10.* Clericato de *Sacram. Matrim. dec. 16. n. 22.* ſe jungit Reverendiſſ. DD. Guetrather *Inſt. Jur. Can. d. lib. 2. tit. 10. n. 6.* ſunt iſta. I. afferuntur textus in *num. 1.* in quibus Sponſalia, ante ſeptennium contracta, abſolutè pronuntiantur invalida; nec ulla fit diſtinctio, num rationis uſus prævenerit, necne: quippe cùm Jura non præſumant, uſum rationis citiùs illuceſcere; &, ſi aliquando contingat, id, tanquàm caſus rarior, in Jure non attenditur.
16 II. eſt ratio generalis, quòd infans, juridicè talis, qui nempe ſeptennium non implevit, ne quidem alios contractus celebrare valeat, eſto præcocitas ingenii prævertat annos, velut probatum fuit in *lib. III. tract. de Pact. & Contract. cap. 1. num. 128.* Ergo nec Sponſalia contrahere poteſt: utpote cùm major ratio militet pro Sponſalibus, quàm aliis contra-
17 ctibus. III. quia, dum Canones & Leges pro contractibus, teſtamentis, Ordinibus, Dignitatibus &c. ſtatuunt certa tempora, non licet contrahere, teſtari, Ordines, aut Dignitatem ſuſcipere, tametſi requiſita qualitas, deliberatio, maturitas, aut ſcientia celeriùs acquiratur; prout innumeris pene exemplis comprobari poſſet. Ergo, cùm Sponſalibus certum ſit tempus præfixum, ea non licet antecedenter contrahere, tametſi capa-
18 citas intellectûs anteceſſerit ætatem. IV. quia, ſi prætextu accelerati intellectûs liceret ante ſtatutum tempus inire Sponſalia, poſſent recitati Canones perfacilè circumveniri, eludi, vel in dubium vocari, dum, occurrente quæſtione ſuper nullitate Sponſalium, quilibet eoſdem in ſuum favorem pertrahere ſtuderet, vel allegandò rationis uſum, ſi Sponſalia placerent; vel negandò, ſi diſplicerent.

19 In caſtra negantium tantò promptior me converto, quantò ipſorum opinio conformior eſt meis fundamentis, in *lib. I. tract. de Jure Legali cap. 1. à n. 162.* traditis, ubi ex illo fundamento, quòd Leges, in præſumptione generali fundatæ, obligent ſemper & pro ſemper, quamvis præſumptio ceſſare videatur in particulari, deduxi, nec cæteros actus, quibus præſtituitur ætas determinata; nec in ſpecie Sponſalia validè celebrari poſſe; tametſi requiſita qualitas anteveneris.

Ad I. textum in contrarium Reſp. ex *d. l.* 20
*in Sponſalibus 14.* non mediocre præſidium opinioni noſtræ conciliari, ſi totus legatur contextus, & verba finalia cum antecedentibus conferantur: poſteaquàm enim JCtus dixerat, ab ætatis primordio Sponſalia poſſe contrahi, ſi modò id fieri ab utraque perſona intelligatur; mox explicat, quandonam perſonæ cenſeantur intelligere naturam negotii, dicens: *ſi non ſint minores quàm ſeptem annis.*

Ecce! JCtus agnoſcit, præſumptionem 21
eſſe generalem & Juris, quòd ante completum ſeptennium tantus rationis uſus, qui ſufficiat ad intelligendam Sponſalium naturam, non affulgeat: ergo nunquam contrahuntur validè, licèt fortaſſis in uno vel altero ſingulari caſu judicium maturiùs perficiatur.
Quòd autem JCtus addiderit, in Sponſalibus 22
non eſſe determinatam ætatem, ſicut in Matrimonio, in eo ſenſu eſt verum, quatenùs in Matrimonio ſpectatur pubertas, in Sponſalibus verò ſeptennium completum.

Ad II. textum Reſp. I. tranſmitti poſſe, 23
quòd in *cap. juvenis 3.* ſupponatur ex Sponſalibus, cum puella nondum ſeptenne initis, Impedimentum publicæ honeſtatis reſultaſſe; hinc tamen neutiquàm inferri, quòd illa Sponſalia valuerint: nam, ut liquet ex *cit. cap. un. de Sponſal. in 6.* Impedimentum publicæ honeſtatis oritur etiam ex Sponſalibus nullis, dummodò nulla non fuerint ex defectu conſensûs. Atqui Sponſalia, de quibus agitur in *cit. cap. juvenis*, ſecundùm Adverſarios non fuerunt nulla ex defectu conſensûs naturalis: quippe cùm puella non habuerit rationis uſum. Ergo potuerunt Impedimentum publicæ honeſtatis producere, quamvis ſecundùm nos ex defectu ætatis nulla pronuntientur. Reſp.
II. S. Pontificem in *cit. cap.* non abſolutam fe- 24
ciſſe deciſionem, quòd ex Sponſalibus, ante ſeptennium initis, ſemper oriatur Impedimentum publicæ honeſtatis, ſed ex ſpecialibus circumſtantiis protunc ita ſtatuiſſe: tum quia dubium erat, an non Sponſalia poſt ſeptennium fuerint ratificata, ſi non verbis, ſaltem factis, dum, ut loquitur Pontifex, *ex humana fragilitate forſitan tentaverunt, quod complere non potuerunt*, opus ſcilicèt conjugale: 25
tum quia in communi exiſtimatione puella, ſeptenniò non exactò deſponſata, dicebatur illius juvenis uxor: Pontifex itaque more ſolitò viam ſecuriorem eligere volens, declaravit, in caſu illo Impedimentum publicæ honeſtatis ſubfuiſſe.

Ad paritatem III. ex Matrimonio deſum- 26
ptam, redditur diſparitas: quia in Matrimonio contrahendo potiùs ad pubertatem naturalem quàm legalem reſpicitur, ac principaliter attenditur ad potentiam generandi, quæ,

hæc

ſi celeriùs appareat, Matrimonii contractus
ob periculum innocentiæ, cui perſonæ, ge-
nerationis capaces ſubjiciuntur, permittitur.
27 In Sponſalibus ex adverſo præciſè fit reflexio
ad uſum rationis, qui generaliter ante ſepten-
nium non irradiare præſumitur; nec ullum
periculum incontinentiæ ſubeſt, ratione cu-
jus Sponſalia propter acceleratam judicii ma-
turitatem pro validis reputari debeant.
28 Ad argumentum IV. ex Jure Naturali pe-
titum, quod in aliis quoque materiis objici,
& interdum malè applicari ſolet, Reſp. illud
ſolummodò efficax eſſe, quando textus ſoli-
di & momentoſi in utramque contradictionis
partem ex Jure poſitivo allegari poſſunt, ita,
ut res ab intrinſeco ſit verè dubia: tunc enim
in praxi rectè ſuadetur ſententia, quæ propiùs
accedit ad Jus Naturale; licèt in theoria ni-
hilominùs utraque ſententia ex merito pro-
29 pugnetur. Aliàs eveniret, ut Jus po-
ſitivum penitus negligeretur, & in rebus in-
differentibus ſolum Naturæ dictamen ſpecta-
retur: cùm materia vix occurrat, in qua tex-
tuum apparens repugnantia non videatur;
ipſa quoque Naturæ principia, quæ dubium
omne reſpuunt, nonnunquàm in ſpeciem
impugnari poſſint. Cùm igitur tam 30
ex textibus, quàm rationibus Juris, demon-
ſtratum ſit, Sponſalia nunquàm ante ſepten-
nium poſſe contrahi, non verſamur in re verè
dubia, ſed, ut mihi videtur, manifeſtè decisâ:
ideóque non confugiendum ad Jus Naturale,
ſed in Jure poſitivo, planè clariſſimô, perma-
nendum eſt.
Cæterùm Sponſalia, ante ſeptennium con- 31
tracta, omni prorſus effectu deſtituuntur,
niſi poſt ſeptennium ratificentur *cap. un. de De-
ſponſat. impub. in 6.* Eaque ratificatio debet
fieri per novum conſenſum: utpote cùm prior
non valuerit per *cap. acceſſit 5. d. t.* P. Engel
*ibid. §. 1. num. 7.* Si tamen alterutra 32
pars ſeptennium jam exceſſiſſet, tunc cum
P. König ad *cit. tit. num. 12. & 15.* dicendum
foret, quòd Sponſalia ex parte illius partis,
quæ ſeptennium exceſſit, valuerint in vim
ſimplicis promiſſionis *arg. l. jubemus 5. Cod. de
Emancipat. lib.* Conſentit Sanchez de *Matrim.
lib. 1. diſp. 16. n. 15. & 25.*

## §. II.

### *Qualis ætas contrahendo Matrimonio ſit præfixa?*

33 PRo Matrimonio contrahendo determina-
ta eſt ætas, ad coëundum idonea *cap.
puberes 3. de Deſponſat. impub.* Qualis cenſetur
eſſe pubertas, quæ incipit in maſculis poſt
annum 14.tum, & in fœminis poſt 12.mum
*d. cap. puberes 3. cap. continebatur 6. cap. atteſta-
tiones 10. cap. ex literis 11. eòd. tit.* Et
34 quamvis nominatiſſimus Medicus Paulus Zac-
chias in *Quæſtion. Medico. Legal. lib. 1. tit. 1. q. 6.
à n. 28.* putet, hoc pubertatis tempus ni-
mium eſſe præcox, præſertim quoad fœminas,
quarum vix duodecimam partem in anno 12.
propter defectum ſanguinis menſtrui ad gene-
rationem eſſe idoneam, experientiâ common-
35 ſtratum aſſerit: Quia tamen, ut oſten-
dit Coccius in *not. ad eund. Author. cit. l. n. 34.*
non deſunt exempla, in quibus fœminæ jam
ante memoratam ætatem ad generandum
deprehenſæ ſunt habiles: hinc Jura Canonica
non tantùm conceſſerunt Matrimonii contra-
ctum poſt impubertatem abſolutam, aut
etiam circa finem illius, ſed etiam ſi potentia
generandi citiùs incaleſcat *d. cap. continebatur
6. cap. de illis 9. & cap. atteſtationes 10. d. t.*
36 Sicque receſſum fecerunt ab ordinaria regula,
juxta quam Leges de caſibus frequentioribus
conſtitui ſolent; & quidem ex juſta ratione,
ut nimirum obviarent periculo incontinen-
tiæ, cui ætas, ad generationem proclivis,
ſubjacet. Gonzalez ad *cap. puberes 3. num. 4.
& ad cap. continebatur 6. num. 5. de Deſponſation.
impub.*
37 Quid autem, ſi potentia coëundi poſt an-
num 12.mum ex parte fœminæ, & poſt an-
num 14.tum ex parte maſculi needum ſit ex-
pedita, poteritne Matrimonium nihiloſecius
contrahi? Panormitanus ad *d. cap. puberes 3.
num. 4.* pro & contra diſputat, ac denique
concludit, ſententiam affirmativam eſſe æqui-
orem, ſed negativam fortè veriorem. Ego 38
tamen cum Covarruv. in *4. Decret. p. 2. cap. 5.
num. 3.* Sanchez de *Matrim. lib. 7. diſp. 104.
num. 15.* P. Engel ad *tit. de Deſponſat. impub.
§. 1. num. 8.* P. Wieſtner *ib. num. 25.* affirma-
tivam cenſeo veriorem: eò quòd juxta tex-
tus, repetitim citatos, Matrimonium, à pube-
ribus contractum, judicetur validum, etiamſi
potentia coëundi defuerit, dummodò ſpes
appareat, fore, ut cum tempore perficiatur
per *cap. laudabilem 5. & cap. ult. de Frigid. & ma-
leficiat.*
Sed quid, ſi Matrimonium ab uno vel duo- 39
bus impuberibus contrahatur, habebitne ſal-
tem vim Sponſalium de futuro? Si textum in-
tueamur in *cap. un. §. idem quoque de Deſponſat.
impub. in 6.* certum videtur, tale Matrimo-
nium habere vim Sponſalium de futuro. Sed 40
ſi rationem conſulamus, illa ſuadebit adver-
ſum dogma, quòd nempe, cùm actus agen-
tium ultra ipſorum intentionem non operen-
tur per *l. non omnis 19. ff. de R. C.* & impuberes,
Matrimonium contrahere volentes, non in-
tendant contrahere Sponſalia de futuro, Ma-
trimonium vim Sponſalitiam non habeat.
Exiſtimem, inter præſumptionem & veri- 41
tatem hic diſtinguendum eſſe. Nam, ſi im-
puberes attentent contrahere Matrimonium,
præſumitur, quòd omni meliori modo ſe
obligare, proindeque in defectum Matri-
monii Sponſalia contrahere voluerint *d. cap.
un. §. idem quoque de Deſponſation. impub. in 6.
& arg. l. ſi tam anguſti 13. ff. de Servitut.*
Sed



Sed quia hæc præſumptio tantùm eſt Juris,
non autem Juris & de Jure; veritati locus
ſupereſt, &, ſi impuberes noluerint reipsâ
contrahere Sponſalia, Matrimonium nequi-
dem in vim Sponſalium obligabit. P. En-
gel *cit. l. num. 10.*

## §. III.

### *An, qui deſponſantur ante legitimam ætatem, peccent?*

43 LIbet cum P. König ad *cit. tit. de Deſpon-
ſat. impub. n. 3.* diſtinguere inter Spon-
ſalia de futuro & de præſenti. Sponſalia de
futuro poſſunt ante legitimam ætatem cele-
brari, quin peccetur; Sponſalia de præſenti
verò ſine peccato contrahi non poſſunt, per
44 textum in *cap. ubi non eſt 2. d. t.* ubi Nicolaus I.
*diſtrictiùs*, inquit, *inhibemus, ne aliqui, quorum
uterque vel alter ad ætatem Legibus vel Canonibus
determinatam non pervenerit, conjugantur*; quæ
*conjunctio* non poteſt cum aliquibus intelligi
de conjunctione carnali per copulam: utpote
quæ impuberibus nequidem ex cauſa neceſſi-
tatis indulgeri poteſt, cùm tamen ibidem
conjunctio ex cauſa neceſſitatis publicæ tole-
45 retur; neque poteſt cum Sylveſtro in *V. Ma-
trim. 5. n. 6.* intelligi de conjunctione animo-
rum per Sponſalia de futuro: utpote quæ ve-
riùs eſt conjunctionis promiſſio: quàm ipſa
conjunctio: debet igitur intelligi de conjun-
ctione animorum, per Sponſalia de præſenti
46 conciliatâ. Ratio noſtræ diſtinctionis
eſt repetenda ex *lib. I. tract. de Jure Leg. cap. 1.
à num. 324.* quia Legum irritantium ea eſt in-
doles, ut, ſi expreſſam vel tacitam prohibi-
tionem de poſitione actûs contineant, obli-
gent ad omiſſionem actûs; ſecus non. At-
qui Lex Eccleſiaſtica, Matrimonium ob de-
fectum ætatis irritans, habet annexam pro-
hibitionem de poſitione actûs, tam expreſ-
ſam in *cit. cap. ubi non eſt 2.* quàm tacitam, ex
eo capite reſultantem, quòd Lex Divina pro-
hibeat, ne materia & forma Sacramenti, pro-
pter adjunctum Impedimentum, periculo
nullitatis exponatur. Econtrà Lex Eccle- 47
ſiaſtica, propter defectum ætatis irritans
Sponſalia, nec continet prohibitionem ex-
preſſam, nec tacitam de poſitione actûs: quia
nimirum excellentiâ Sacramenti Sponſalia
deſtituuntur. Ergo &c.
Neque opponas I. cum Sanchez *lib. 1. diſp.* 48
*17. num. 6.* quòd Matrimonium impuberum
ſecundùm dicta in *num. 41.* ex Juris præſum-
ptione tantùm valeat in vim Sponſalium de
futuro.
Reſp. enim, hoc ipſum graviter eſſe pec- 49
caminoſum, velle nulliter conficere Sacra-
mentum contra Legem Eccleſiæ irritan-
tem.
Neque opponas II. cum P. Krimer ad *tit.* 50
*de Deſponſat. impub. n. 605.* contrahentes non
velle nulliter conficere Sacramentum, cùm,
ſi ſciant, Impedimentum dirimens ipſis obſta-
re, non poſſint efficaciter velle Matrimoni-
um contrahere. Contra ſiquidem eſt: 51
quia, dum Matrimonium volunt contrahere,
volunt etiam, quantùm eſt ex ſe, conficere
Sacramentum: aliàs ne quidem adulti, ſi Ma-
trimonium cum Impedimento dirimente con-
traherent, peccarent: cùm etiam de ipſis
procederet objectio, quòd Matrimonium ef-
ficaciter nolint contrahere.

## §. IV.

### *Utrùm deſponſatio poſſit aliquando ante ætatem per diſpenſationem fieri licita?*

52 DEſponſatio per Sponſalia de futuro, vel
præſenti, accedente etiam S. Pontifi-
cis diſpenſatione, licita fieri non poteſt, ante-
quam ſeptennium ſit completum, niſi ratio-
nis uſus anteceſſerit. Cùm enim rationis de-
fectus ex ipſo Naturali Jure Sponſalibus po-
nat obicem; nequit ex indulgentia Pontificia
removeri.
53 Quòd ſi rationis uſum adeſſe ſupponamus,
authoritate S. Pontificis Matrimonium, ante
ſtatutum tempus, licitè contrahitur & validè
juxta *cap. ubi non eſt 2. de Deſponſat. impub.* P.
Engel ad *eund. tit. num. 9.*
54 Equidem Impedimentum impotentiæ con-
jugalis, cùm promanet ex Jure Naturali, ne-
quit à S. Pontifice relaxari; unde nonnemini
inferendum videtur, etiam Impedimentum
ætatis, quod conjugalem impotentiam ha-
bet adjunctam, ab eodem Pontifice relaxari
55 non poſſe. Verùm, cùm impotentia,
quæ comitatur ætatem, tantùmmodò ſit tem-
poralis, & cum tempore ceſſatura ſperetur;
hinc Matrimonium ex Jure Naturali non diri-
mit: eò quòd Jus Naturæ non velit, ut actua-
lis copula ſtatim ponatur, ſed tantùm ut co-
ëundi potentia cum tempore ſuccedat.
Antequàm tamen ejuſmodi perſonæ fiant 56
potentes ad copulam, cohabitare non debent:
cùm enim opus conjugale propter defectum
corporis exercere nequeant; & tamen peri-
culum ſit magnum, ne ſæpius & variè contra
continentiam peccent: cohabitatio permitti
non poteſt.
An Epiſcopis quoque poteſtas competat, in 57
ætate diſpenſandi? Diſquiritur; & cum Gon-
zalez ad *cit. cap. ubi non eſt 2. n. 7.* Pirhing ad *cit.
tit. num. 32.* & pluribus contra Barboſam af-
firmativè reſpondetur, ſi cauſa urgentiſſimæ
neceſſitatis, qualis eſt conſervatio pacis &
tranquillitatis publicæ, per Matrimonium in-
ter Magnates propagandæ, intercedat per
textum in *cit. cap.* ubi Nicolaus Pontifex di-

ſpen-

ſpenſationem ſibi non reſervavit, & conſequenter Epiſcopis tacitè conceſſit.

58 Id porrò de Sponſalibus adhuc obſervandum eſt, quòd, licèt poſt ſeptennium validè contrahantur, & Impedimentum publicæ honeſtatis producant *cap. acceſſit 5. cap. continebatur 6. de Deſponſat. impub.* attamen, cùm judicium ante pubertatem ſit infirmum & debile, impuberibus, Sponſalia contrahentibus, detur facultas, à Sponſalibus, invitâ alterâ parte, poſt pubertatem reſiliendi *cap. de illis 7.*
59 *cap. à nobis 8. d. t.* Non obſtante, quòd Sponſalia juramentô confirmata fuerint: quippe cùm juramentum ſequatur naturam actûs, cui apponitur; & *cap. ex literis 10. de Sponſalib.* quod objici poſſet, non loquatur de Sponſalibus impuberum, ſed puberum, aut pubertati proximorum, uti colligitur ex verb. *impubeſcentes* & ſubjunctô præceptô Apoſtolicô, quô fœmina in uxorem recipi, & maritali affectione tractari jubetur. Pontius de *Matrimon. lib. 12. cap. 9. num. 8.* Wieſtner ad *tit. de Deſponſat. impub. num. 26.* Reiffenſtuel *ibid. num. 16. & ſeq.*

Hæc tamen reſiliendi facultas juxta Covar- 60
ruviam in *4. Decretal. p. 1. cap. 5. §. 1. num. 2.* & alios pleroſque ſolùm competit intra triduum poſt adeptam pubertatem *arg. l. ult. Cod. de Error. Advocat.* nam, ſi diutiùs exſpectetur, conſenſus prior de novo firmatus & ratificatus præſumitur. Cùm autem in jure nihil in hoc 61
articulo definitum, ſed in *cit. cap. de illis 7. & ſeq.* reſiliendi facultas indefinitè ſit conceſſa: crederem ego, facultatem reſiliendi poſt pubertatem tamdiu ſupereſſe, quàmdiu priora Sponſalia verbis, aut factis confirmata non fuère; vel alterutra pars implementum Sponſalium non petiit.

# SECTIO II.

## *De Impedimento Impotentiæ.*

### SUMMARIA.

62. *Adſtruitur Impedimentum impotentiæ.* 63. *Accipitur pro impotentia coeundi.* 64. *Et impotentia generandi.* 65. *& ſeqq. Hæc tamen non obſtat Matrimonio.* 71. *Generatim enumerantur cauſæ impotentiæ.* 72. *& ſeqq. Specialiter attingitur maleficium.* 75. *& ſeqq. Oſtenditur modus tollendi maleficium.* 80. *& ſeqq. Exhibetur impotentia temporalis & perpetua.* 83. *& ſeqq. Demonſtratur impotentia abſoluta & reſpectiva.* 90. *& ſeq. Declaratur naturalis & accidentalis.* 92. *& ſeqq. Explicatur antecedens & conſequens.* 96. *& ſeqq. Perpetua dirimit Matrimonium, non autem temporalis.* 99. *& ſeqq. Abſoluta dirimit abſolutè; reſpectiva reſpectivè.* 101. *& ſeqq. Antecedens dirimit; non verò conſequens.* 105. *& ſeqq. Hermaphroditus poteſt Matrimonium contrahere juxta ſexum prævalentem.* 108. *& ſeq. Et, ſi uterque ſit æqualis, poteſt unum eligere.* 110. *& ſeq. Repellitur objectio.* 112. *& ſeq. Poteſt etiam contrahere juxta ſexum debiliorem, ſi non cauſet impotentiam coeundi.* 114. *In utroque autem caſu tenetur jurare de ſexu non mutando.* 115. *& ſeq. Spadones non ſunt inhabiles ad Matrimonium.* 117. *& ſeq. Caſtrati ſunt inhabiles.* 119. *& ſeqq. Dubitans de impotentia licitè Matrimonium contrahere nequit.* 121. *& ſeqq. Probatur ſententia, quòd Matrimonium propter impotentiam ex Jure Naturali dirimatur.* 128. *& ſeqq. Referuntur argumenta ſententiæ, negantis & affirmantis, ex Matrimonio, ab impotentibus inito, obligationem cohabitationis oriri.* 132. *Eligitur affirmativa, ſi contrahentes habuerint notitiam impotentiæ.* 133. *Eligitur negativa, ſi neſciverint impotentiam.* 134. *Subjungitur aliqua limitatio.* 135. *& ſeqq. Quidam tale Matrimonium pro vero judicant.* 139. *& ſeqq. Oſtenditur oppoſitum.* 141. *& ſeqq. Fundamenta prioris ſententiæ refelluntur.* 144. *Quando propter impotentiam ſeparatio petitur, adeundus eſt Judex Eccleſiaſticus.* 145. *& ſeqq. Determinatur tempus, intra quod petenda ſeparatio.* 149. *& ſeqq. Exhibetur modus, de impotentia judicandi & procedendi.* 158. *& ſeqq. Sententia divortii reſcinditur, ſi poſtmodum appareat, conjuges fuiſſe potentes.* 160. *& ſeqq. Quatuor caſus excepti afferuntur.*

### §. I.

### *Quid ſit Impotentia?*

62 IMpotentia conjugalis nonnunquàm in Jure quoad maſculos appellatur frigiditas per *rubr. & cap. accepiſti 1. & cap. laudabilem 5. de Frigid. & maleficiat.* eò quòd maſculus ex nimia frigiditate & defectu caloris nativi reddatur impotens ad coëundum vel generandum; interdum quoad fœminas vocatur arctitudo, quatenùs propter anguſtiam vaſorum genitalium conjunctio & commixtio carnalis impeditur *cap. fraternitatis 6. d. t.*

Sumitur dupliciter; I. pro impotentia 63
coëundi; II. pro impotentia generandi. Sumpta priori modô nihil eſt aliud, quàm inhabilitas ad commixtionem maris & fœminæ, quò minùs per copulam efficiantur una caro. Sumpta poſteriori modô eſt in- 64
habilitas ad generationem, præſuppoſitâ etiam maris & fœminæ commixtione & copulâ, perficiendam. Paulus Zacchias *QQ. Medico Legal. lib. 3. tit. 1. q. 1. n. 6. & 7. ſeqq.*

Utram-



65 Utramque impotentiam, tam coëundi, quàm generandi, impedimentum dirimens cauſare, videtur ex eo deduci, quòd finis primarius Matrimonii ſit generatio prolis: adeòque, cùm proles naſci non poſſit, dum etiam ſola impotentia generandi concurrit, Matri-
66 monium ſubſiſtere non valeat. Verùm per ſolam coëundi impotentiam, non item per impotentiam generandi Matrimonium dirimi, judiciô Sanchezii de *Matr. lib. 7. diſput. 92. à num. 26.* certiſſimum eſt: partim quia, dum ſola generandi impotentia concurrit, mas & fœmina inter ſe commiſceri, & ac-
67 tum conjugalem exercere poſſunt: partim quia generatio prolis pluribus ex cauſis, &, ſi credamus Paulo Zacchiæ *d. l. n. 26.* ex parte mulieris propemodùm ex infinitis impediri poteſt: ut adeò propter impotentiam generandi Matrimonium dirimere, nullatenùs
68 conſultum & proficuum ſit: partim quia Matrimonium cenſetur eſſe validum inter conjuges ſenes & ſteriles, de quibus ſpes generationis nulla ſupereſt, ut patet ex Matrimonio S. Zachariæ & Eliſabethæ, nec non uſu & praxi Eccleſiæ. P. König ad *tit. de Frigid. & maleficiat. n. 9. & ſeq.* P. Wieſtner *ib. n. 25.*

69 Ad rationem oppoſitam Reſp. prolis generationem non tam conjugii quàm copulæ conjugalis finem primarium eſſe, quatenùs conjuges, ſi velint exercere copulam, non poſſunt, quantùm eſt ex ſe, generationem impedire. Licèt itaque potentiâ generandi careant, dummodò tamen inſtructi ſint potentiâ coëundi, Matrimonium rectè contrahunt, & copulâ licitè utuntur, ſi, quantùm eſt ex
70 ſe, generationem non impediant. Quamobrem, ut deducitur ex *cap. nuptiarum 41. XXVII. q. 1.* licitum eſt, Matrimonium contrahere pro remedio concupiſcentiæ, abſque eo, quòd à contrahentibus generatio prolis intendi debeat, ſi modò, ut dictum, à conjugibus poſitivè non impediatur.

71 Si quæras: quibus ex cauſis impotentia coëundi proveniat?

Reſp. cauſas impotentiæ generatim ad 4. reduci poſſe I. eſt defectus ætatis, de qua in priori *ſect.* II. eſt defectus vaſorum & partium genitalium, ad coitum à natura deſtinatarum, uti ſi vir omninò non habeat talia membra, vel, ſi habeat, ſint aut nimis flaccida & frigida, ut vas muliebre penetrare, vel ſemen emittere nequeat; aut nimis ſint calida, & ſemen, antequàm penetret, effundat; item ſi fœmina tam arcta & anguſta ſit, ut maritus cum ea congredi non poſſit, & valde probabiliter, ſi & ipſa ſemen effundere non valeat per dicta in *tractat. 2. cap. 1. num. 51.* III. eſt defectus, ex morbo cauſatus, de quo Zacchias *d. lib. 3. tit. 1. q. 4.* IV. eſt defectus, ex maleficio, quod duplex eſt, unum naturale, alterum præternaturale. *Naturale* eſt, quod 72
oritur ex maleficio & malitia hominis per remedia naturalia: ſunt enim remedia quædam & medicamenta naturalia, per quæ conjuges ad copulam impotentes effici poſſunt, ut docet Zacchias *cit. q. 5. n. 47. & ſeq.* *Præ-* 73
*ternaturale* eſt, quod oritur ex maleficio & malitia hominis per media præternaturalia, cum pacto diaboli, tacito vel expreſſo: ſic enim deperditi quidam lurcones nonnunquàm in limine domûs vel alia parte defodiunt capillos, ligaturas, nodos &c. quibus conjuges, in illa domo viventes, tamdiu redduntur impotes ad coëundum, quàmdiu ſignum illud defoſſum manet. Ubi non 74
dubium, quin pactum tacitum vel expreſſum interveniat cum diabolo: cùm enim connexio naturalis inter cauſam & effectum deſit; non poteſt effectus ille cauſæ alteri, quàm præternaturali, & virtuti dæmonis adſcribi. Zacchias *d. q. 5. n. 50. & ſeqq.*

Si urgeas: an & quomodò maleficium hoc 75
præternaturale tolli valeat?

Reſp. illud per remedia ſpiritualia & ſupernaturalia, v. g. orationes, ſacrificia, jejunia, exorciſmos &c. licitè tolli poſſe; per remedia verò præternaturalia, quæ & ipſa pactionem diabolicam præſupponunt, tolli non poſſe, per textus in *cap. 19. & 20. Levitici cap. qui ſine 7. cap. illos 8. XXVI. q. 2.* Interim 76
tamen, ſi ſignum illud, ex cujus malefica poſitione contrahitur impotentia, ſinè novo maleficio removeri vel deſtrui poſſit, remotionem vel deſtructionem licitam eſſe, comperio. Ita Sanchez *d. lib. 7. diſp. 96. num. 3.* cum plurimis ibidem citatis. Ratio eſt: 77
tum quia remotio vel deſtructio ſigni fieri poteſt abſque pactione cum dæmone: eſt enim actio naturalis, & ex ſe indifferens; &, ſi fiat ex intentione bona, ad recuperandam potentiam conjugalem, nullam involvit malitiam: tum quia, ſi removeatur, vel deſtruatur ſig- 78
num, nihil agitur à diabolo, ſed tantùm ab ulteriori nocumento ceſſatur; adeòque nulla diaboli cooperatio vel invocatio intercedit: tum quia ipſemet maleficus ad remo- 79
vendum aut deſtruendum ſignum diabolicæ pactionis in utroque foro compelli poteſt; ergo etiam maleficiatus ſignum illud tollere non prohibetur: neque enim malefico plus eſt conceſſum, ne noceat, quam maleficiato, ut corporis ſalutem tueatur.

### §. II.

### *Quotuplex ſit Impotentia?*

80 IMpotentia conjugalis dividitur I. in perpetuam & temporalem. *Perpetua* eſt, quæ curari vel tolli non poteſt per remedia licita, naturalia vel ſupernaturalia, ſinè gravi periculo vitæ. *Temporalis* eſt, quæ per remedia licita, naturalia vel ſupernaturalia, ſinè gravi periculo vitæ curari poteſt vel tolli.

Dixi: *ſinè gravi periculo vitæ:* ſi enim non 81
vitæ ſed morbi tantùm periculum immineat ex curatione, impotentiam non perpetuam



ſed

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſed temporalem judicat cum multis Sanchez *d. lib. 7. diſp. 93. num.* 18. & P. Wieſtner ad *tit. de Frigid. n.* 7. propter textum in *cap. fraternitatis 6. d. t.* ibi: *nos perſpicaciter attendentes, quòd impedimentum illud non erat perpetuum, quod præter Divinum miraculum per artem humanam*
82 *abſque corporali periculo potuit removeri.* Licèt alii apud *cit.* Sanchez *num.* 17. contradicant, ac periculum morbi gravis æquiparent impotentiæ perpetuæ: eò quòd periculum hujusmodi vitæ periculô non deſtituatur.

83 II. dividitur impotentia in abſolutam & reſpectivam. *Abſoluta* eſt, quæ impedit commercium carnale cum omnibus diverſi ſexûs perſonis. *Reſpectiva* eſt, quæ copulam non abſolutè, ſed reſpectu certarum perſonarum
84 impedit. Idque contingere ſolet tam ex diſpoſitione corporis: eò quòd partes genitales maris & fœminæ debitam inter ſe proportionem & conformationem non habeant; quàm ex diſpoſitione animi, fortè quòd nimius ſit amor, aut nimium odium erga perſonam certam; quàm etiam ex maleficio. Fusè Zacchias *d. lib. 3. tit. 1. q. 6. per tot.*

85 Num autem impotentia reſpectiva poſſit appellari perpetua? Dubium facit *cap. requiſiſti 2. XXXIII. q.* 1. ubi S. Pontifex Gregorius, *ſi huic,* inquit, *non poterat concordare* (id eſt commiſceri) *naturaliter, quomodo alteri conveniet?*
86 Cui accedit *cap. laudabilem 5.* & *cap. fraternitatis 6. de Frigid. & maleficiat.* ubi Matrimonium redintegrari præcipitur, quod diſſolutum erat ob impedimentum reſpectivum: eò quòd pars impotens cum alia Matrimonium con-
87 traxerit. Nihilominùs credendum omninò cum Panormit. ad *cit. cap. fraternitatis num.* 19. Gutierrez de *Matrim. cap.* 113. *à num.* 1. Sanchez *d. diſp.* 93. *n.* 5. Pontio *lib. 7. de Mat. cap.* 65. *n.* 6. quòd etiam impotentia reſpectiva poſſit appellari perpetua per
88 *cap. ult. d. XXXIII. quæſt.* 1. Ratio eſt: quia, licèt impotentia reſpectiva, quæ provenit ex partium genitalium mala conformatione, ſæpe per medicamenta; &, quæ provenit ex nimio amore vel odio, ſucceſſu temporis facilè poſſit corrigi; attamen inter determinatas perſonas, virum & fœminam, tanta poteſt improportio & inæqualitas intervenire, ut neque per media naturalia, neque per ſupernaturalia poſſint ad copulam potentes effici, velut oſtendit *cit.* Zacchias *num. 2. & ſeqq.* Talis autem impotentia ex *num.* 80. eſt perpetua. Ergo &c.

Ad textus in *num. 85. & 86.* Reſp. eos in 89
præſumptione fundari, quòd, ſi quis cum una non poſſit congredi, neque cum altera, quæ ſimilis eſt priori, congredi poſſit, & viciſſim: ideòque ſi Matrimonium v. g. propter impotentiam reſpectivam cum una muliere dirimatur, & maritus poſteà Matrimonium contrahat cum alia, ſimilis conditionis & diſpoſitionis, eamque carnaliter cognoſcat, jubetur ad primam redire, quaſi Matrimonium cum illa tantùm ex errore fuerit diſſolutum.

III. dividitur impotentia in naturalem & 90
accidentalem. *Naturalis* eſt, quæ oritur ex defectu naturali, ac homini quaſi coæva & connata eſt, veluti ſi quis naſcatur ſinè partibus, ad copulam requiſitis, aut partes habeat, ſed in quantitate, qualitate, vel ſitu peccantes. *Accidentalis* eſt, quæ oritur ex quodam accidenti, maleficio v. g. vel morbo. Illa 91
ut plurimùm eſt perpetua & inſanabilis; hæc (ut verbis utar Zacchiæ *d. lib. 3. tit. 1. q. 5. num.* 38.) non ſemper eſt abſque remedio, ſed tunc ſolùm, cùm ex maximis & validiſſimis cauſis ortum habuerit, & diu jam perduraverit. Magnæ autem cauſæ erunt exempli gratiâ longi ac difficiles morbi, valida capitis, cervicis, vel ſpinæ percuſſio, larga ſanguinis evacuatio, & ultra vires facta &c. Hæc ille.

IV. dividitur impotentia in antecedentem 92
& ſupervenientem. *Antecedens* eſt, quæ Matrimonium jam contractum anteceſſit. *Superveniens*, quæ Matrimonio jam contracto ſupervenit. In dubio, ſi impotentia ſit na- 93
turalis, præſumitur anteceſſiſſe; ſin accidentalis ſit, ſuperveniſſe præſumitur. Ratio diſcriminis eſt: quia impotentia naturalis, ut dictum in *num.* 91. eſt perpetua; accidentalis autem de ſe perpetua non eſt; &, cùm adventitia ſit, non præſumitur, niſi probetur. P. König ad *tit. de Frigid. n.* 13.

Quòdſi dubium de hoc ipſo puncto verta- 94
tur, an impotentia ſit naturalis, vel accidentalis? Tunc, ſi ſtatim poſt Matrimonium contractum advertatur, præſumptio erit capienda pro antecedenti; ſin primùm poſt aliquod intervallum detegatur, præſumptio erit facienda pro ſubſequenti. Ratio eſt: quia 95
qualitates naturales homini præſumuntur ineſſe, nec tam brevi tempore mutari. Sanchez *cit. l. diſp.* 103. *n. 4. & 4.* P. Wieſtner ad *cit. tit. n. 30. & ſeqq.*

## §. III.

### *Qualis impotentia dirimat Matrimonium, & quô Jure?*

96 Cùm plures ſint impotentiæ ſpecies, ut clareſcit ex dictis, juvat impræſentiarum diſquirere, quænam ex illis Matrimonium dirimat? Ubi

Dico I. Impotentia perpetua dirimit Matrimonium; temporalis non dirimit. Textus in *cap. fraternitatis 6. §. quia igitur de Frigid. & maleficiat.* Ratio eſt: quia impotentia 97
perpetua cauſat perpetuam & abſolutam inhabilitatem ad Matrimonium, illudque proptereà reddit penitus impoſſibile; temporalis verò nec cauſat inhabilitatem abſolutam & perpetuam, nec Matrimonium penitus impoſſibile reddit; hinc propter iſtam Matrimonium non dirimitur, ſed propter illam.
98 Hinc etiam conjux, impotentiâ temporali laborans, tenetur adhibere media tam naturalia, quàm ſupernaturalia, ad tollendam impotentiam accommodata; dummodò non afferant periculum vitæ vel gravioris infirmitatis *d. cap. fraternitatis 6.* & *cap. laudabilem 5. de Frigid. & maleficiat.*

99 Dico II. Impotentia abſoluta & perpetua dirimit Matrimonium abſolutè cum omnibus perſonis; reſpectiva verò dirimit reſpectu illius tantùm perſonæ, reſpectu cujus verſatur impotentia. Colligitur ex *cit. cap. frater-*
100 *nitatis* ubi Panormit. *num. 19. & ſeq.* Ratio eſt: quia impotentia abſoluta reddit Matrimonium cum omnibus perſonis impoſſibile; non item impotentia reſpectiva.

101 Dico III. Impotentia antecedens, non autem ſubſequens, Matrimonium dirimit, ſive ſit ratum, ſive conſummatum. Textus in *cap. accepiſti 1. de Frigid. & maleficiat. cap. ſi uxorem* 18. *XXXII. q. 5. cap. hi qui* 25. *ead. quæſt.* 7.
102 Rationem dat Gonzalez ad *cap. laudabilem 5. d. t. n.* 7. quia plura impediunt Matrimonium contrahi, quæ ſupervenientia contractum non dirimunt *l. oratione 16. §. ult. ff. de R. N. quid enim*, ait JCtus in *l. ſi cùm dotem 22. §. 7. ff. Soluto Matr. tam humanum eſt, quàm fortuitis caſibus mulieris maritum vel uxorem viri participem eſſe?*

103 Nec obmurmurat textus in *cap. ex literis 3. d. t.* Dum enim ob impotentiam datur licentia, Matrimonium aliud contrahendi, non intelligitur ſubſequens ſed antecedens, ut conſtat ex verbis: *ſi mulier vitium illud à natura contraxit:* ſiquidem impotentia naturalis ex *num.* 93. præſumitur antecedere, non ſubſequi Matrimonium. Gonzalez ad *cit. cap.*
104 *num.* 2. Ex ſuppoſito, tamen, quòd impotentia Matrimonio ſuperveniat, antequàm conſummatur, cauſa ſufficiens datur, ut S. Pontifex per diſpenſationem illud reſcindat. Panormit. ad *cit. cap. n.* 3.

105 Hæc apud DD. magnô conſenſu recepta ſunt. Verùm

Dubitatur I. num valeat Matrimonium, contractum ab hermaphrodito, qui ſexum utrumque repræſentat, licèt non unô & eôdem modô? prout videre licet apud Zacchiam *Quæſt. Medico Leg. lib. 7. tit. 1. q. 8. à num.* 1. Ubi

106 Reſp. & dico I. Valet Matrimonium, quod contrahit hermaphroditus, non tantùm ſi contrahat juxta ſexum, qui prævalet, ſed etiam, ſi contrahat juxta ſexum ſpontaneè electum, quando uterque eſt æqualis. Prior pars eſt certa; poteſtque demonſtrari ex eo, quòd hermaphroditus juxta ſexûs prævalentiam dicatur maſculus aut fœmina *l. quæritur 10. ff. de S. H.* Ergo, ſi prævaleat ſexus maſculinus, contrahere poteſt ut maſculus; &, ſi prævaleat fœmininus, contrahere poteſt ut fœmina. Sanchez de *Matrim. lib. 7. diſp.* 106.
107 *num.* 4. Ut autem ſciatur, quinam ſexus prævaleat, aſſertioni ipſius hermaphroditi credendum eſſe, vult idem Sanchez *d. l. num.* 2. Sed *cit.* Zacchias *num.* 15. judicio Medicorum, ad quos propriè ſpectant hæc negotia, acquieſcendum eſſe, rectiùs adſtruit, & generatim docet, illum ſexum, de quo plures, majores, efficaciores & potentiores apparent proprietates, prævalere; moxque in *num. 16. & ſeqq.* ejuſmodi proprietates in ſpecie proponit, quòd nempe ſexus, qui mole magis eſt conſpicuus, qui partes genitales quoad formam & ſitum meliùs habet conformatas, qui eſt ſuperior aut ad latus dextrum &c. prævaleat; & in ſpecie, quòd habitus corporis virilis, vox gravis ac ſonora, animus ad virilia pronus, barba &c. virilem ſexũ; econtra habitus corporis muliebris, mollis & delicatus, vox exilis, animus demiſſus, barbæ carentia &c. ſexum muliebrem demonſtrent.

Poſterior pars non caret difficultate; quan- 108
doquidem non pauci inficiantur, hermaphroditum, qui pollet æqualiter utroque ſexu, poſſibilem eſſe, veluti comprobatum facit allegat. Zacchias *à num.* 24. Hic tamen Author *num. 29. & 30.* exiſtimat, non eſſe omninò impoſſibile, dari hermaphroditum tantæ perfectionis, in utroque ſexu, ut habilis ſit ad coëundum, officium viri & fœminæ exercere, & agere ac pati valeat; licèt habilis ad generandum exiſtere nequeat. Cùm 109
itaque Matrimonium dirimat ſola coëundi, non item generandi impotentia ex *num.* 66. poterit talis hermaphroditus juxta ſexum, à ſe determinatum, validè Matrimonium contrahere. Sanchez *cit. l. n.* 4. Sylveſter *V. hermaphroditus in fin.* Gutierrez de *Matrimon. cap.* 119. *n.* 1. P. König ad *tit. de Frigid. n.* 8. P. Wieſtner *ibid. n.* 35.

Dices: hermaphroditus tam ad SS. Ordi- 110
nes, quàm Religioſam profeſſionem eſt inhabilis, quemadmodùm in *Lib. I. tr. de Poteſt. Ord. cap. 3. n.* 36. & in *Lib. III. tr. de Perſ. Reb & Jur. Eccleſ. p. 1. cap. 3. n.* 102. dixi. Ergo etiam eſt inhabilis ad Matrimonium.

Reſp. negandô conſeq. & paritatem. Nam 111
SS. Ordinum ſuſceptio vel Religioſæ profeſſionis emiſſio prohibetur hermaphrodito propter indecentiam & plurima incommoda, quæ ſequerentur, ſi homo ſemi-vir & ſemi-fœmina inter Clericos aut Religioſos converſari deberet: Matrimonium verò, cùm principaliter ex parte contrahentium exigat potentiam ad copulam, eaque non deſit hermaphroditis, ipſis non interdicitur.

Reſp. & dico II. valet Matrimonium, quod 112
contrahit hermaphroditus, in quo ſexus unus eſt potentior, ſecundùm debiliorem, dummodò, præhabitô Medicorum conſiliô, reputetur habilis ad exercitium copulæ. Ita Pontius *lib. 7. de Matrim. cap. 65. n.* 5. P. Wieſtner *cit. l. num.* 36. P. Reiffenſtuel ad *eund. tit. num.* 24. contra Clericatum de *Sacrament. Matrim. deciſ. 32. n.* 51. Ratio eſt: quia, 113
tametſi ſimilis hermaphroditus à ſexu virili v. g. prævalente viris annumeretur; attamen, ſi poſ-

ſi poſſit in opere conjugali præſtare munus,
quod præſtant fœminæ, nihil impedit, quò
minùs ſecundùm debiliorem ac fœmineum
ſexum Matrimonium contrahat.
114 Nihilominùs, ſive Matrimonium in hac ſi-
ve in priori hypotheſi contrahatur ſecundùm
aliquem ſexum, debet hermaphroditus, ex
omnium ſententia, ſexûs alterius uſui cum
juramento renuntiare. Sanchez *cit. l. n.* 2.
115 Dubitabis II. utrùm ſpadones & evnuchi
ſeu caſtrati cenſeantur ad Matrimonium in-
habiles?
Reſp. & dico I. ſpadones, qui ſcilicèt alte-
rô duntaxat privati ſunt teſte, poſſunt Matri-
116 monium contrahere. Sanchez de *Matr.*
*lib.* 7. *diſp.* 93. *n.* 14. dicens, hanc concluſio-
nem eſſe nemini dubiam. Ratio eſt: quia, ut
Medici cum Zacchia ſæpe *cit. lib.* 3. *tit* 1. *q.* 9.
*num.* 4. *& ſeqq.* oſtendunt, ſpadones ſunt po-
tentes ad coëundum & generandum: eò
quòd vis & virtus, aliàs in duobus teſtibus
ſita, uniatur in uno.
117 Reſp. & dico II. evnuchi ſeu caſtrati, qui
nimirum utroque teſte ſunt orbati, non poſ-
ſunt contrahere Matrimonium. Sanchez *d. l.*
*num.* 17. aſſerens, hanc ſententiam eſſe indu-
bitatam, & à Sixto V. in quodam motu pro-
118 prio de Anno 1587. declaratam. Ratio
eſt: quia evnuchi ſeu caſtrati nec generare
poſſunt, uti pro certo ſupponit allegatus Zac-
chias *num.* 13. nec etiam coire per verum
actum conjugalem: utpote cùm ſemen ve-
rum, quod in teſtibus formari debet, emitte-
re nequeant.
119 Dubitabis III. utrùm, qui dubitat, ſitne
potens vel impotens, Matrimonium contra-
here valeat?
Reſp. negativè. Gutierrez de *Matrimon.*
*cap.* 116. *n.* 3. Sanchez *d. lib.* 7. *diſp.* 103. *n.* 10.
120 Wieſtner *cit. tit. n.* 37. Ratio eſt: quia,
qui taliter dubitat, & in dubitatione perſeve-
rat, Sacramentum Matrimonii periculo nul-
litatis; ſeipſum verò periculo fornicationis
exponit: conſequenter Matrimonium non
rectè contrahit.
121 Jam ad alterum quæſitum, in hoc §. pro-
poſitum, transgredior, & invenio, nonnul-
los cum Paludano ſenſiſſe, Matrimonium in-
ter impotentes ex ſolo Jure Eccleſiaſtico di-
rimi, allegantes pro ſe textum in *cap. quod Se-*
*dem* 2. *de Frigid. & maleficiat.* ubi S. Pontifex,
*ſicut puer*, inquit, *qui non poteſt reddere debitum,*
*non eſt aptus conjugio, ſic, qui impotentes ſunt, mi-*
*nimè apti ad contrahenda Matrimonia reputantur.*
Cùm ergo inter pueros ſeu impuberes Matri-
monium ex ſolo Eccleſiaſtico Jure dirimatur;
etiam inter impotentes ſolô Eccleſiaſticô Jure
dirimetur. Ratio eſt: quia, ſi Matri- 122
monium de Jure Naturali poſſit conſiſtere
cum impotentia temporali usque ad tempus,
quô durat: poterit etiam conſiſtere cum im-
potentia perpetua, usque ad tempus, quô
durat.
Verùm S. Thomas, S. Bonaventura, So- 123
tus, Sylveſter, quos citat & ſequitur Sanchez
*lib.* 7. *diſp.* 98. *num.* 2. Zoëſius ad *cit. cit. n.* 4.
Engel *num.* 1. Schambogen *num.* 7. König
*num.* 5. Wieſtner *num.* 45. Impedimen-
tum impotentiæ æquiſſimô jure derivant ex
Jure Naturali. Ratio petitur ex *tr.* 2. 124
*cap.* 2. *n.* 33. quia in Matrimonio eſſentialiter
requiritur traditio corporum cum mutuo ju-
re proprietatis & radicali facultate exigendi
debitum, ut conjuges poſſint effici una caro;
nec tantùm ex diſpoſitione Juris Eccleſiaſtici,
ſed magis ex determinatione Juris Naturalis,
velut indicatur Geneſ. *cap.* 2. *℣.* 24 *&* 1. Co-
rinth. 7. *℣.* 3. *&* 4. Implicat autem, ut per-
ſonæ impotentes ſibi invicem corpora tra-
dant cum tali jure & facultate. Ergo &c.
Ad textum in *cit. cap. quod Sedem.* Reſp. 125
inter pueros & impotentes ibidem fieri com-
parationem non ratione Juris prohibentis,
ſed ratione prohibiti effectûs, & Impedimenti
dirimentis: nam Matrimonium in effectu non
minùs eſt prohibitum impuberibus quàm im-
potentibus, licèt prohibitio deſcendat ex Ju-
re diverſo. Ad rationem dico: impo- 126
tentiam temporalem, cùm traditionem cor-
porum abſolutè non faciat impoſſibilem, Ma-
trimonium intereà nullum non efficere, ſed
tantùm illius uſum, exercitium, & actum ſe-
cundum in tempus habile ſuſpendere; impo-
tentiam verò perpetuam, cùm traditionem
corporum pro omni tempore abſolutè faciat
impoſſibilem, Matrimonium quoque hôc ip-
ſô nullum efficere. Simile quid accidit 127
in aliis conventionibus, ubi, ſi res prorſus im-
poſſibilis promittatur, promiſſio eſt prorſus
irrita; ſin autem res promittatur, cujus
poſſibilitas cum tempore ſperatur, promiſ-
ſio valet.

## §. IV.

### *Utrùm, ſi Matrimonium inter impotentes de facto contrahatur, nullum effectum producat?*

128 SI Matrimonium inter impotentes de facto
contrahatur, jus mutuum in corpora,
tanquàm effectus formalis & principalis, con-
ſurgere non poteſt ex *num.* 124. Interim ta-
men obligationem cohabitandi & mutua ob-
ſequia præſtandi, conſurgere, nec ſeparatio-
nem abſque diſpenſatione concedi poſſe, cum
Abbate in *cap. conſultationi* 4. *de Frigid. num.* 3.
P. Pirhing ad *eund. tit. n.* 3. tenet P. Reiffen-
ſtuel *ibid. num.* 61. allegans communem, ob 129
textum in *cit. cap. conſultationi* 4. ibi: *Romana*
*Eccleſia conſuevit in ſimilibus judicare, ut, quas*
*tanquàm uxores habere non poſſunt, habeant ut ſo-*
*rores.* Verùm Sanchez *lib.* 7. *diſp* 98. *n.* 12. 130
Zoëſius ad *cit tit. n.* 5. P. Engel *ib. n.* 8. & alii
negant, hanc obligationem ex tali Matrimo-
nio



nio ſubnaſci. Ratio eſt: quia hæc obligatio
procedere deberet à Matrimonio, vel quate-
nùs eſt Sacramentum, vel quatenùs eſt ſocie-
tas. Non primum: ſic enim, cùm nullum
jus operetur in corpora, nullam etiam obli-
gationem cohabitandi & obſequia reciproca
præſtandi, velut acceſſoriam & conſequen-
131 tem ex illo Jure, producit. Non ſe-
cundum: quia ſocietas neque contrahitur
ex conventione invalida; neque, ſi contraha-
tur, eam de Jure firmitatem habet, ut non
poſſit ad unius inſtantiam diſſolvi per *l. ſi con-*
*venerit* 14. *ff. Pro Socio.*
132 Ego ſic cenſeo. Vel contrahentes ſcive-
runt Impedimentum impotentiæ, vel igno-
rârunt. Si illud; præſumuntur Matrimo-
nium omni meliori modô contraxiſſe, ut, ſi
non poſſint ut conjuges cohabitare, ſaltem
ut fratres & ſorores cohabitare valeant *d. cap.*
*conſultationi* 4. quamquàm, ſi rurſus ab invicem
diſcedere velint, diſpenſatione opus non ha-
133 beant ob *cit.* textum in *l. ſi convenerit* 14. Si
hoc; nullam cohabitandi obligationem pro-
pter rationem in *num.* 130. *& ſeq.* agnoſco;
ſed, ſi, cognitâ impotentiâ, ſponte cohabita-
re velint, ut frater & ſoror; hanc eis licen-
tiam non denego juxta *cap. laudabilem* 5. *d. t.*
in *verb. quòd ſi ambo conſenſerint, ſimul eſſe, vir*
*eam, etſi non habeat ut uxorem, ſaltem habeat ut*
134 *ſororem.* Nec poteſt Judex Eccleſiaſti-
cus eandem licentiam, à Jure conceſſam, im-
pedire, niſi propinquum valde periculum
incontinentiæ vel libidinis advertat. San-
chez *d. diſp.* 98. *num.* 7.
135 Sitne verò Matrimonium illud, ab impo-
tentibus contractum, pro vero Matrimonio
reputandum? Quæſtio indeciſa, diuque jam
ventilata eſt. Paludanus, Tholoſanus, Me-
dina, & Pontius *de Matrim. lib.* 7. *cap.* 56. *&*
*ſeqq.* illud pro vero Matrimonio reputant.
136 Rationem dant I. quia in *cap. requiſiviſti* 2.
*XXXIII. q.* 1. de conjugibus impotentibus, ac
cohabitare nolentibus, dicitur: *quòd ſi reti-*
*naculum conjugale voluerit reſcindere, manere de-*
137 *beant innupti.* II. quia Matrimonii eſ-
ſentia magis in animorum quàm corporum
conjunctione eſt ſita. Sed ubi mas & fœmina,
tanquàm frater & ſoror cohabitant, adeſt
animorum conjunctio. Ergo &c. III. 138
quia Matrimonium Beatiſſimæ Virginis cum
S. Joſepho fuit verum Matrimonium; & ta-
men in hoc caſtiſſimo fœdere non interceſſit
commixtio, ſed ſola animorum concordia &
mutua cohabitatio.
Sanchez *d. lib.* 7. *diſp.* 97. *n.* 2. Zoëſius ad 139
*cit. tit. n.* 5. Wieſtner *cit. l. n.* 41. *& ſeqq.* &
omnes, qui doctrinæ conſequentiam amant,
hujusmodi Matrimonium pro legitimo non
agnoſcunt. Ratio fundamentalis eſt: tum
quia ex *num.* 124. ad Matrimonii valorem re-
quiritur traditio corporum cum radicali facul-
tate debitum exigendi; qualis utique non
poteſt conferri ab hominibus, impotentiâ
corporali ligatis: tum quia, ſi ſola animorum 140
conjunctio ſufficeret ad Matrimonium, poſ-
ſet quilibet impeditus, atque adeò pater cum
filia, frater cum ſorore, eunuchus cum fœ-
mina qualibet &c. Matrimonium inire; quod
aliquid inſolitum & paradoxum eſt.
Ad textum in *cap. requiſiviſti* Reſp. ſub no- 141
mine *retinaculi conjugalis* non intelligi verum
aliquod vinculum, ſed tantùm putativum;
cæteroquin contra *num.* 130. non foret in po-
teſtate conjugum, illud retinaculum excu-
tere: nam vinculum matrimoniale, quod
DEUS conjunxit, homo ſeparare nequit.
Ad rationem in *n.* 137. Reſp. Matrimo- 142
nium conſiſtere quidem in conjunctione ani-
morum, habere tamen eſſentialiter anne-
xam traditionem corporum, ad debitum con-
jugale debitè conformatorum; quæ, cùm
deſit perſonis impotentibus, inhabilitatem
omnimodam operatur.
Ad inſtantiam in *num.* 138. de Matrimonio 143
Beatiſſimæ Virginis cum S. Joſepho Reſp.
nullam ibidem conjunctionem corporum in
actu ſecundo interveniſſe, nec tamen con-
junctionem radicalem, ſeu traditionem
juris proprietatis in corpora, de ſe ad con-
jugalem copulam idonea, defuiſſe, prout
jam in *tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 134. declaratum
eſt.

## §. V.

### *Quâ ratione ſit procedendum cum conjugibus, ob impotentiam ab invicem ſeparandis?*

144 QUando Matrimonium cum impotentia
contractum eſt, & conjuges, ubi ſe im-
potentes eſſe cognoſcunt, ab invicem ſepa-
rari petunt, adeundus eſt I. Judex Eccleſiaſti-
cus, ſinè cujus authoritate non licet à Matri-
monio, cum impedimento qualicunque
contractô, propter arduitatem negotii, &
manifeſtum periculum ſcandali, quoad vin-
culum recedere *cap. porrò* 3. *de Divort.*
145 II. obſervandum eſt tempus legitimum;
circa quod tamen apparens eſt contradictio in
Jure, dum in *cap. accepiſti* 3. *de Frigid. & male-*
*ficiat.* mulieri, poſt annum vel dimidium al-
leganti impotentiam viri, reſponſi locô repo-
nitur: cur tamdiu tacuerit, *cùm facilè & intra*
*breve tempus ſcire potuerit, an ſit aptus ad copu-*
*lam?* Ex adverſo in *cap ult. d. t.* mulieri, poſt
octennium ad ſeparationem proclamanti, da-
tur audientia. Ad quorum proinde 146
textuum conciliationem eſt diſtinguendum:
an uterque conjux fateatur impotentiam; an
unus affirmet, & alter neget. Priore caſu
ſemper allegari poteſt impotentia, quanto-
cunque jam tempore conjuges in Matrimo-
nio ſteterint, *d. cap. ult.* quia Matrimonium,
ſemel invalidum, tractu temporis non con-
vale-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

valeſcit *cap. non debet* 8. *in fin. de Conſanguin. & affinit. cap. non firmatur* 18. *de R. J. in* 6. Rota
Roman. apud Zacchiam *to.* 2. *in una Taurinenſ.*
*diſſolut. Matrimon.* 16. *Martii* 1590. *deciſ.* 14.
147 *num.* 11. Poſteriore caſu non conce-
ditur audientia, ſi poſt tempus notabile,
unum v.g. vel alterum menſem, allegetur
impotentia *d. cap. accepiſti* 1. quia frivolè tan-
148 tùm & fruſtratoriè præſumitur allegata. Si
tamen experientia triennalis acceſſerit, aut
etiam evidentia vel veroſimilia ſigna impo-
tentiæ fuerint oſtenſa, locus eſt audientiæ per
*cit. cap. ult. & cap. fraternitatis* 6. *d. t.* Gutier-
rez de *Matrim. cap.* 120. *n.* 7. Sanchez *lib.* 7.
*diſp.* 109. *num.* 14. Wieſtner ad *cit. tit. n.* 49.
Et hinc
149 III. præmittenda eſt matura cauſæ cogni-
tio de ſignis impotentiæ; &, ſi aliunde de illis
conſtare nequeat, adhibendi ſunt Medici,
Chirurgi, Obſtetrices, vel aliæ honeſtæ Ma-
tronæ, de quarum peritia ſpecialis extat de-
ciſio Rotæ Roman. in *una Pampilonenſ. Matrim.*
*coram Coccino die* 13. *Maij* 1622. apud Zacchiam
*d. to.* 2. *deciſ.* 48. Horum teſtimoniò, juratâque
depoſitione, ſi certa deprehendantur ſigna,
Matrimonium quantocyus diſſolvitur *arg.*
150 *cap. laudabilem* 5. *d. t.* eſſet enim contra na-
turam, conjugibus, de quorum impotentia
manifeſtè conſtat, uſum Matrimonii conce-
dere velle. Panormit. ad *d. cap. fraternitatis*
6. *num.* 11. Gutierrez *d. l. num.* 2. Sanchez
*diſp.* 107. *num.* 3. P. Engel ad *cit. tit. num.* 6.
151 Si ſigna reperiantur veroſimilia, ac pro talibus
ab Inſpectoribus, & Inſpectricibus concordi
relatione ſint habita, Matrimonium non ſta-
tim diſſolvitur, ſed conjugibus defertur priùs
juramentum cum ſeptima manu propinquo-
rum; id eſt, conjuges jurare debent de veri-
tate, quòd poſt omnem operam adhibitam
Matrimonium conſummare non potuerint;
propinqui verò, vel in eorum defectum vici-
ni, vel aliæ perſonæ honeſtæ jurare tenentur
de credulitate, quòd omninò credant, con-
juges verum juraſſe *arg. cit. cap. laudabilem* 5.
Panormit. *ibid. num.* 5 *& cap. ult. de Frigid.*
Sanchez *cit. l. num.* 4. P. Engel *cit. num.* 6.
152 Si ſigna videantur dubia, conjugibus trien-
nium, ad experiendum, an Matrimonium
per veram & perfectam copulam conſumma-
re valeant, indulgetur *d. cap. laudabilem* 5. &
*cap. fraternitatis* 6. *d. t.* Sanchez *diſp.* 108. *n.* 4.
Rota Roman. in *una Pampilonenſ. Matrim.* 11.
*Decemb.* 1615. *coram Coccino* apud Zacchiam
*d. to.* 2. *dec.* 40. *num.* 4. cenſenturque ex mente
ejusdem Rotæ *num.* 10. ſigna dubia, quando
agitur de impotentia reſpectiva, ac Medici
inſpexerunt maritum, obſtetrices autem uxo-
rem: videntur enim eſſe teſtes ſingulares,
faciuntque judicium diverſum, niſi utriusque
perſonæ inſpectio ab omnibus inſtituatur.
Quòd ſi conjuges adhuc juvenes fuerint, nec 153
plenè attigerint pubertatem, tempus longius
conceditur, ſi ſpes ceſſaturæ ſucceſſu tempo-
ris impotentiæ affulgeat. P. Wieſtner *cit. tit.*
*num.* 53.
Transactô ſic trienniô, videndum, an 154
uterque conjux aſſerat, Matrimonium con-
ſummari non potuiſſe; an unus tantùm. Si
uterque; ad tollendam concluſionis ſuſpicio-
nem, ipſis juramentum cum ſeptima manu
propinquorum, modô in *num.* 151. explicatô,
defertur, eôque præſtitô ſententia divortii
promulgatur *d. cap. laudabilem* 5. *& cap. ult. de*
*Frigid.* Si unus tantùm; ex commu- 155
ni ſententia, in *cap. accepiſti* 1. *d. t.* fundatâ,
credendum eſt potiùs viro quàm mulieri. P.
Engel *cit. l.* P. Wieſtner *cit. l. num* 54. P. Reiſ-
fenſtuel ad *cit. tit. num.* 49. Quamvis Panor-
mit. ad *cit. cap. accepiſti num.* 5. & Sanchez
*diſp.* 109. *num.* 9. malint, illius conjugis aſ-
ſertioni ſtandum, quæ favet Matrimonio *arg.*
*cap. ult. de Sentent. & re judic.* ubi generatim
deciditur, in cauſa dubia ſententiam pro Ma-
trimonio ferendam.
Porrò triennium ex probabiliori ſententia, 156
quam ceu tutiorem tenuit Rota in dictis de-
ciſionibus coram Coccino, & aliis coram Pe-
nia, Seraphino, & Burrato, non currit ſtatim
à tempore contracti Matrimonii; nec currit
primùm à tempore decreti Judicis Eccleſiaſti-
ci, ſed potiùs à tempore attentatæ copulæ
*arg. cap ult. d. t.* Panormit. *ib. num.* 12. San-
chez *diſp.* 110 *n.* 4. & 5. Cardinal de Luca de
*Matrim. diſc.* 9. *num.* 10. &, ubi ſemel incepit 157
currere, in ordine ad conſummationem de-
bet cum experimento copulæ continuari mo-
raliter, eâ nimirum frequentiâ, quâ conjuges
alii, ejusdem conditionis, profeſſionis, ætatis
qualitatis &c. coire ſolent. Sanchez *diſp.* 111.
*n.* 26. Pontius *lib.* 7. *de Matr. cap.* 66. *num.* 17.

## §. VI.

### *Utrùm & quando Matrimonium, ob impotentiam diſſolutum, reſtaurari poſſit vel debeat?*

158 Matrimonium ob impotentiam, veram
aut præſumptam, Eccleſiasticâ autho-
ritate diſſolutum, regulariter eſt reſtauran-
dum, quando poſtmodùm apparet, conju-
ges fuiſſe potentes ſæpe *cit. cap. laudabilem* 5. &
159 *cap. fraternitatis* 6. *de Frigid.* Cùm enim
ſententia divortii ſupponatur ex errore lata,
illa quidem in rem judicatam tranſiit, ſed tan-
tùm revocabiliter, usque dum meliùs de ve-
ritate conſtiterit, ut patet ex *Lib. II. tr. III.*
*tract. de Proceſſ. Judiciar. cap.* 12. *n.* 108. *& ſeq.*
Dixi: *regulariter.* Caſus exceptus eſt I. 160
quando impotentia fuit ſublata per miracu-
lum: tunc enim Matrimonium non redinte-
gratur: eò quòd impotentia præcedens, quæ
non aliô quàm miraculoſô modô curari poteſt
cenſeatur eſſe perpetua ſæpe *cit. cap. fraterni-*
*tatis* 6. Sanchez *diſp.* 94. *num.* 10. ubi obſer- 161
vat,



vat, aliud eſſe, ſi potentia fuiſſet ſublata per
conſuetos exorciſmos aut orationes *cap. ult.*
*XXXIII. quæſt.* 1. quia, licèt hi modi tran-
ſcendant naturæ limites, attamen non pro
miraculoſis ſed conſuetis & ordinariis ha-
bentur.
162 Caſus exceptus eſt II. quando impotentia
fuit ſublata per maleficium per *cit. cap. frater-*
*nitatis* in *verb. per opus humanum &c.* nam ma-
leficium licitè nequit adhiberi; & ideò impo-
tentia, quæ per maleficium eſt curanda, re-
putatur perpetua. Sanchez *cit. l. n.* 11.
163 Caſus exceptus eſt III. quando Matrimo-
nium fuit diſſolutum ob impotentiam reſpe-
ctivam: id quippe non ampliùs reſtauratur,
eſto conjuges aliud poſteà Matrimonium
contraxerint, & potentes reperti fuerint:
quia, ut dictum eſt ſupra, impotentia reſpe-
ctiva ſolùm dirimit Matrimonium inter per-
ſonas determinatas, reſpectu quarum inha-
bilitas ad coitum invenitur. Sanchez *diſp.* 99.
*num.* 18.
Caſus exceptus eſt IV. quando divortium 164
fuit decretum ob impotentiam, ex maleficio
contractam: cùm enim maleficium perſæpe
cauſet impotentiam ſolummodò reſpecti-
vam; hinc, ſi unus ex conjugibus, ob impo-
tentiam ab altero ſeparatus, contrahat &
conſummet Matrimonium cum alia diverſi
ſexûs perſona, tam parum reſtauratur Matri-
monium, quàm parum reſtauratur in caſu im-
potentiæ reſpectivæ *d. cap. ult. XXXIII. q.* 1.
Sanchez *cit. diſp. n.* 22. Gonzalez ad *cap. lau-*
*dabilem n.* 8.

# SECTIO III.

## *De Impedimento Erroris.*

### SUMMARIA.


165. *Deſcribitur error ſubſtantialis.* 166. *Cauſat Impedimentum dirimens.* 167. & *ſeqq. Datur diſparitas inter Matrimonium & alia Sacramenta.* 170. & *ſeq. Vis dirimendi Matrimonium propter errorem deſcendit ex Jure Naturali.* 172. & *ſeqq. Error conditionis ſervilis ex parte libera perſona facit Impedimentum dirimens.* 176. *Sed ex Jure tantùm humano.* 177. *Receſſus à cohabitatione non eſt conceſſus ſine judiciô Eccleſiæ.* 178. & *ſeqq. Error circa qualitates aliàs relinquit Matrimonii valorem.* 181. *Niſi redundet in ſubſtantiam perſona.* 182. *Oſtenditur difficultas, hanc redundantiam cognoſcendi.* 183. & *ſeqq. Traduntur in hunc finem tres regulæ.* 187. *Affertur exemplum.*


## §. I.

### *De Errore quoad perſonam.*

165 Error in præſenti materia poteſt verſari
vel circa ſubſtantiam, vel circa qualita-
tes & accidentia. Error, qui verſatur circa
ſubſtantiam, eſt error circa perſonam & in-
dividuum, quando ſcilicèt quis volens Ma-
trimonium contrahere cum Bertha, con-
trahit cum Sempronia, quam exiſtimat eſſe
166 Bertham. Et hic error indubitatè
conſtituit Impedimentum dirimens Matri-
monii *cap. un. XXIX. q.* 1. Matrimonium ſi-
quidem eſſentialiter requirit conſenſum *cap.*
*cùm locum* 14. *cap. tua* 25. *de Sponſalib.* &, ſi
conſenſus deficiat, *cætera fruſtrantur cap. ſuffi-*
*ciat* 2. *XXVII. q.* 2. Conſenſui verò tanto-
perè nihil repugnat, quàm error *l. ſi per erro-*
*rem* 15. *ff. de Juriſdict.*
167 Nec obeſt, quòd in cæteris Sacramentis er-
ror perſonæ valorem ipſorum non vitiet,
dum v.g. baptiſmus, extrema unctio, vel ab-
ſolutio validè confertur Titio, quem Miniſter
168 Sacramenti credit eſſe Sempronium. Nam
lata eſt diſparitas: quia in reliquis Sacramen-
tis nihil intereſt, qualis ſit perſona, Sacra-
mentum recipiens, quóve nomine compel-
letur, dum Miniſter non intendit Sacramen-
tum alteri, quàm perſonæ præſenti, qualis-
cunque ſit, conferre. At in Matri- 169
monio plurimùm intereſt, qualis ſit perſona,
cum qua contrahitur: nec enim mutua dile-
ctio & affectio locum invenit, ubi non præce-
dit ſpontanea electio; nec electio præcedit,
ubi per errorem prævium intellectus pertur-
batur.
Si exquiras: quô Jure Matrimonium errori 170
dirimat?
Reſp. ſinè cunctatione, quòd Jure Natura-
li. P. König ad *tit. de Conjug. ſervor. num.* 11.
Ratio non longè petenda eſt: quia Matrimo- 171
nium non minùs, imò magis, quàm alii con-
tractus, de Jure Naturali requirit conſen-
ſum. Ergo de Jure Naturali reſpuit erro-
rem, conſenſui tam infenſè contrarium.
Ergo de Jure Naturali Matrimonium error
dirimit.

## §. II.

### *De errore circa ſervilem conditionem.*

172 Error circa qualitatem & accidentia quo-
ad Matrimonium contrahendum præ-
cipuè ſpectatur in conditione ſervili: quan-
tumvis enim nec ſervus cum ancilla, nec
etiam liber cum ſerva de Jure Canonico pro-
hibeantur contrahere Matrimonium, illud-
que,

que, ignorante etiam aut invitô dominô con-
tractum, valeat *cap. dignum eſt* 1. *de Conjug.*
173 *ſervor.* attamen, ſi quis ex errore putet, fœ-
minam, quam ducit, eſſe liberam, cùm tamen
ſerva ſeu ancilla ſit, error conditionis ſervilis
Matrimonium reddit irritum *cap. propoſuit* 2.
174 *cap. ult. d. t.* Ratio eſt: tum quia ſervi-
lis conditio perſonæ ſtatum afficit, illamque
quodammodò facit aliam; ut adeò error
circa talem conditionem cum errore circa
175 perſonam aliquam habeat ſimilitudinem: tum
quia ſervitus tribus Matrimonii bonis non
parum officit; & bono quidem Sacramenti,
ſeu individuæ conſuetudini, quatenus coha-
bitatio inter conjuges impeditur *d. cap. dig-
num eſt* 1. bono fidei conjugalis, quatenus de-
bitum conjugale, propter ſervitium domini,
pro libitu non poteſt exigi & reddi per *cit. cap.
dignum eſt* 1. bono prolis, quatenùs illius edu-
catio ſimul & alimentatio difficilis evadit. P.
Wieſtner ad *cit. tit. n.* 8.

Hæc tamen ratio non evincit, ut error 176
conditionis ſervilis inter Impedimenta Juris
Naturalis recenſeatur: cùm enim ſervitus
ſit tantùm qualitas accidentalis; nec unum
Matrimonii abſolutè faciat impoſſibilem, ſed
tantummodò difficilem: non poteſt ex Jure
Naturali ſufficiens fundamentum erui, quô
Impedimentum dirimens ſtatuatur. Gutier-
rez de *Matr. cap.* 90. *num.* 1. Sanchez *lib.* 7.
*diſp.* 19. *num.* 16. P. König ad *cit. tit. num.* 2.
diſſentiente cum aliis P. Reiffenſtuel ad *cit.
tit. num.* 3.

Petes: an, detectâ conditione ſervili, 177
conjux liber à Matrimonio, per errorem ini-
tô, liberè poſſit recedere?

Reſp. quòd liberè poſſit recedere à thoro,
ſed ad receſſum à cohabitatione opus ſit au-
thoritate Judicis Eccleſiaſtici; quemadmo-
dùm in aliis quoque Impedimentis ad ſimi-
lem receſſum opus eſt authoritate Eccleſia-
ſticâ per *cap. porro* 3. *de Divort.*

## §. III.

### *De errore circa qualitates alias.*

178 ERror circa qualitates alias & accidentia
relinquit intactum Matrimonii valorem
per textum in *cap. cùm in Apoſtolica* 18. *de Spon-*
179 *ſalib.* Sanchez *lib.* 7. *diſp.* 18. *n.* 18. Ra-
tio eſt: partim quia cum ejusmodi errore
conſiſtit adhuc conſenſus in ſubſtantiam ac-
180 tûs, & individualem perſonam: partim quia,
ſi Matrimonium ob errorem in qualitate nul-
lum fieret, infinita propemodùm Matrimo-
nia deberent reſcindi, utpote cùm frequen-
tiſſimè contrahentes decipiantur in qualita-
tibus & accidentibus, haud dubiè, falſitate
deprehensâ, reſciſſionem, ſi eandem ſperare
liceret, petituri.

181 Excipitur ab hac aſſertione qualitas, quæ
redundat in ſubſtantiam Matrimonii ſeu per-
ſonam individualem. Ita Sanchez *d. l. n.* 23.
Pontius *lib.* 4. *cap.* 22. *à n.* 1. König *cit. tit.
num.* 15. &, teſte citatô Sanchez, omnes.
182 Verùm ad cognoſcendum, quando error re-
dundet in ſubſtantiam perſonæ, adeò confuſi
& diſcordes ſunt Doctores in aſſignanda re-
gula, ut illi, qui ſe profitentur faciliores, in
effectu obſcuriores evadant, &, quod multi
aſſerunt de nullitate Matrimonii circa erro-
rem qualitatis, alii affirment de validitate.
Hæc in formalibus Clericatus de *Sacram. Ma-
trim. deciſ.* 19. *n.* 27.

183 Sunt nihilominus aliquot regulæ, quæ fe-
rendo judicio de valore vel nullitate Matri-
monii non parum deſerviunt. Prima eſt:
quando contrahens qualitatem aliquam de-
duxit in conditionem, v. g. duco te, ſi es no-
bilis, illuſtris, dives &c. tunc enim non con-
ſenſit abſolutè in perſonam, ſed conditionatè;
ideòque, conditione poſtmodùm deficiente,
deficit valor Matrimonii, per ea, quæ haben-
tur in *tract.* 2. *cap.* 2. *à num.* 68. Sanchez *d. l.
num.* 21. Pontius *d. l. cap.* 21. *n.* 14. Clericat.
*d. deciſ. n.* 28.

Secunda regula: quando de qualitate per- 184
ſonæ fuit tractatum ante Matrimonium, quia
ſcilicèt vel ipſa perſona, cum qua contrahi-
tur, vel mediatores affirmârunt, eam nobi-
lem, illuſtrem, primogenitam, aut divi-
tem &c. eſſe, diſtinguendum eſt. Vel enim
contrahens intendit ducere in uxorem v. g.
hanc mulierem præſentem, quam credit ha-
bere illam qualitatem; vel ob illam qualita-
tem, in quam principaliter dirigit mentem,
intendit contrahere cum illa perſona, quam
ita qualificatam credit? In primo caſu er-
ror qualitatis non dirimit Matrimonium: quia
contrahens primariò intendit ducere perſo-
nam, ſecundariò reflectit ad qualitatem;
adeóque conſentit in ſubſtantiam perſonæ,
nec conſenſum ad qualitatem reſtringit. In 185
ſecundo caſu Matrimonium eſt nullum: cen-
ſetur enim contrahens intendere principali-
ter qualitatem perſonæ, & ſecundariò per-
ſonam, illâ qualitate præditam. Clericat.
*d. deciſ. n.* 29. Hæc ipſa regula, ſi videatur
non ſatis luculenta, ſit

Tertia regula: quando qualitas eſt finis 186
Matrimonii, ita ut Matrimonium ſit unicum
medium, ad finem illum aſſequendum, aut
qualitatem obtinendam, error qualitatis im-
pedit valorem Matrimonii: tunc enim qua-
litas redundat in perſonam, nec perſona eli-
gitur propter ſe, ſed propter qualitatem ſibi
conjunctam. Gobat *Theol. experiment. tract.* 9.
*num.* 113. Clericat. *cit. l. n.* 32.

Illuſtratur hæc regula exemplô. Titius li- 187
benter haberet divitias, nec tamen aliud ſcit
medium diteſcendi, quàm ſi Matrimonium
ineat, & ſponſam divitem ducat: Matrimo-
nium igitur aſſumit, tanquàm medium, ad
acquirendas divitias, ceu finem, ſibique ſpon-
ſam, quam divitem putat, deſpondet; &, ſi
poſtea ſponſam pauperem eſſe deprehendat,
dicitur



dicitur eſſe deceptus errore qualitatis, in
perſonam reduntantis, rectèque Matrimo-
nii nullitatem allegat. Idem accidit, ſi Ber-
tha libenter eſſet nobilis, nec tamen aliter,
quàm ſi nobili marito nubat, ſe nobilitatem
adipiſci poſſe, cernat; nubendô enim marito no-
bili, Matrimonium aſſumit, tanquàm medium,
ad acquirendam nobilitatem, tanquam finem;
& ideò, ſi conſtet, ignobilem eſſe maritum,
de nullitate Matrimonii propter errorem
qualitatis, in perſonam redundantis, juſtè
conqueritur.

# SECTIO IV.

## *De Impedimento Ligaminis.*

### SUMMARIA.

188. *Deſcribitur Impedimentum ligaminis.* 189. *Eſt vinculum.* 190. *Ex Matrimonio reſultans.* 191. *Si validum ſit.* 192. *Ratum aut conſummatum.* 193. *& ſeqq. Explicatur* cap. 3. de Sponſâ duor. 196. *Durat, quàmdiu Matrimonium durat.* 197. *Facitque Matrimonium aliud irritum.* 198. *& ſeq. Polyviria de Jure Naturæ eſt vetita.* 200. *& ſeq. Repellitur inſtantia.* 202. *& ſeqq. Non admittit diſpenſationem Pontificiam.* 205. *& ſeqq. Polygamia quoque eſt prohibita Jure Naturali.* 210. *& ſeqq. Duæ objectiones formantur, & refutantur.* 221. *Diſpenſatione non redditur licita.*

## §. I.

### *Quid ſit Impedimentum Ligaminis?*

188 IMpedimentum Ligaminis eſt vinculum, ex
Matrimonio reſultans, ac faciens, ut aliud
Matrimonium, durante priori, invalidè con-
trahatur.

189 Dixi I. *vinculum:* dum enim non licet con-
jugibus, à ſe invicem recedere ex *tr.* 2. *cap.* 5.
*à num.* 1. cenſentur eſſe morali quodam vin-
culô colligati, nec poſſunt corpus, cujus li-
bertatem, & proprietatem abdicârunt, alii
tradere; quò ſpectat illud Apoſtoli 1. *Corinth.*
7. *mulier alligata eſt legi, quantô tempore vir ejus
vivit.*

190 Dixi II. *ex Matrimonio reſultans.* Ubi no-
tandum eſt I. ex Sponſalibus de futuro non
oriri tale vinculum, dirimens Matrimonium
cum alio ſponſo vel ſponſa *cap. ſi inter* 31. *de
Sponſalib. cap. duobus* 1. *de Sponſa duor.* quia,
dum ſinè corporum traditione ſolùm operan-
tur jus ad rem, non inducunt vinculum, ſed
relinquunt proprietatem corporis, & liber-
tatem, illud alteri perſonæ, intactô valore, tra-
191 dendi. II. neque ex Matrimonio vin-
culum quoddam reſultare. niſi per verum &
legitimum conſenſum validè ſit contractum
192 per *cap. non præſtat* 52. *de R. J. in* 6. III. hoc
vinculum tam ex Matrimonio rato, quàm ex
conſummato promanare per *cit. cap. cùm inter*
31. *de Sponſalib. cap. licet* 3. *cap. ult. de Sponſa duor.*
& dicta ſuperius in *cit. tr.* 2. *cap.* 5. *à n.* 1. Cùm
enim in Matrimonio rato perinde ac conſum-
mato legitima corporum interveniat traditio:
nefas eſt, id alteri tradere, quod ſuum non
eſt. Et quamvis in *cit. cap. licet* 3. Ale- 193
xander III. reſcripſerit, aliter à quibusdam
prædeceſſoribus ſuis aliquando fuiſſe judica-
tum; attamen nullatenùs eſt credendum,
per Legem univerſalem id factum eſſe: cùm, ut
notat Gonzalez ad *cit. cap. num.* 2. nullus ca-
non aut conſtitutio in antiquis collectionibus
in contrarium extet; ſed ad ſummum infer- 194
tur, in uno vel altero caſu particulari per
ſententiam judicialem ex opinione tunc forſi-
tan probabili ſic deciſum eſſe. Vel 195
reſponderi poteſt, aliquando aliter eſſe judi-
catum diſpenſativè, dum Matrimonium prius
ratum per diſpenſationem Apoſtolicam ſub-
latum, & ſecundum, cui acceſſit conſumma-
tio, approbatum eſt.

Dixi III. *durante priori.* Nam, ſolutô Ma- 196
trimoniô, ſolvitur vinculum, reſtituitur li-
bertas, & facultas, aliud Matrimonium con-
trahendi, indulgetur ex *tr.* 2. *cap.* 4. *num.* 130.
*& ſeqq.*

Dixi IV. *faciens, ut Matrimonium aliud &c.* 197
Sicut enim res ſemel vendita & tradita non po-
teſt alteri cum valore tradi: ſic etiam corpus,
uni per Matrimonium traditum, non poteſt
alteri cum valore & intento effectu tradi.

## §. II.

### *Ex quo Jure Matrimonium cum pluribus Viris dirimatur?*

198 IMpedimentum ligaminis ex Jure Naturali
habere, ut Matrimonium unius fœminæ
cum pluribus viris dirimat, ſeu, ut polyviri-
am damnet & reprobet, concluſum eſt in
*lib. I. tr. de Jure Leg. cap.* 2. *à n.* 120. Ratio
eſt evidens: partim quia polyviria repugnat
fini primario Matrimonii, videlicèt genera-
tioni prolis, dum mulier, cum pluribus viris
commixta, redditur inhabilis ad generan-
dum, ut patet in meretricibus: partim quia
officit certitudini prolis, de qua ſciri non
poteſt, quem ex pluribus maritis patrem ha-
beat: partim quia adverſatur educationi pro-
lis, utpote quæ à patribus incertis facilè ne-
gligitur: partim quia mutuo conjugum amo-
ri, paci, & quieti, præprimis obeſt: partim



DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quia caſus & exemplum non legitur, quòd
Dominus DEUS in polyviria diſpenſaverit.
Sanchez de *Matrim. lib. 7. diſp.* 80. *n.* 15. Cle-
ricat. de *Sacram. Matrim. deciſ.* 29. *num.* 7. P.
König ad *tit. de Sponſa duor. n.* 4.
199 Equidem apud Perſas & Medos licebat uxo-
ribus, tot ſibi maritos, quot placerent, ſeli-
gere; uxor etiam incivilis dicebatur, quæ
pauciores maritos habebat, quàm quinque:
apud Britannos quoque vigebat conſuetudo,
ut una fœmina decem viris & ultra nuberet:
pariter apud Sabæos & Nabathæos eadem
uxor omnibus viris ejuſdem familiæ quoad
uſum conjugalem deſerviebat: inſuper Re-
gina Cingæ 40. viros ſuperſtites, conjugiô ſibi
copulatos, fovebat; prout ex probatis Au-
thoribus recenſet Clericatus *d. l. num.* 4.
200 Verùm quis neſcit, Leges Naturales à pluri-
bus Gentibus quandoque conculcatas, & ho-
diedum à Chriſtianis non paucis peſſumdari?
Non igitur ex factis tam nefandis formanda
eſt regula Juris Naturalis, ſed potiùs ad nor-
mam Juris Naturalis exempla tam abominan-
da ſunt reformanda.
201 Infertur exinde, per diſpenſationem S. Pon-
tificis polyviriam fieri non poſſe licitam: nam,
quæ Jure ſuperiori & immutabili ſunt ordina-
ta, mutationi Principum inferiorum non
ſubjacent.
Nec opponas: Matrimonium ratum, quan- 202
tumvis ex Jure Naturali ſit inſolubile, Ponti-
ficiâ diſpenſatione poteſt diſſolvi, ut, virô
dimiſsô, novum Matrimonium cum alio con-
trahatur ut dictum *in tr. 2. cap. 5. à num.* 14.
Ergo etiam diſpenſatione Pontificiâ vinculum
Matrimonii ſic poteſt attemperari, ut, virô
retentô, Matrimonium cum aliis contraha-
tur. Reſp. enim negandô conſeq. 203
& afferendô diſcrimen. Nam Jus Naturæ,
prohibens Matrimonii rati diſſolutionem, non
eſt abſolutum, ſed conditionatum, ſuppo-
nens nempe liberam humanæ voluntatis de-
terminationem, ad individuam vitæ conju-
galis ſocietatem; Jus autem Naturæ, vetans
polyviriam, reſpectu poteſtatis humanæ eſt
abſolutum, utpote fundatum in objecti inho-
neſtate citra voluntatis humanæ determina-
tionem. Ergo Matrimonium ratum 294
per S. Pontificem, cui voluntates humanæ
ſunt ſubjectæ, poteſt diſſolvi; polyviria ve-
rò per eundem Pontificem, cui corpora hu-
mana, & magna abſurda, quæ eorundem
communicationem cum pluribus viris comi-
tari ſolent, non ſubſunt, licita fieri non poteſt.

## §. III.

### *Ex quo Jure Matrimonium cum pluribus fœminis dirimatur?*

205 IMpedimentum ligaminis ex Jure Naturali
id quoque ſortitum eſſe, ut Matrimonium
unius viri cum pluribus fœminis dirimat, at-
que adeò polygamiam repudiet, aſſertum &
probatum dedimus in *lib. I. tract. de Jure Leg.*
206 *cit. cap. 2. à num.* 120. Hæcque aſſer-
tio, ut perhibet Clericatus *cit. deciſ.* 29. *n.* 16.
ab omnibus Theologis & Canoniſtis affirma-
tur; licèt Sanchez *d. lib.* 7. *diſp.* 80. *num.* 5.
Durandum, Cajetanum, & alios Theologos
207 referat, contrarium affirmantes; quin idem
Sanchez *num.* 8. Pontius *lib.* 7. *cap.* 49. *num.* 3.
& Wieſtner ad *tit. de Sponſa duor. num.* 7. me-
diam ſententiam eligant, ac pluralitatem uxo-
rum non ex ipſa Matrimonii natura, ſed ex
ipſius inſtitutione, in ipſo mundi exordio fa-
ctâ, probibitam & irritam pronuntient.
208 Rationes autem aſſertionis noſtræ, præter di-
ſcordias, quas pluralitas uxorum parit, ut de
Sara & Agar legitur *Geneſ.* 21. de Rachele
& Lia *Geneſ.* 30. de Anna & Phenenna 1. *Reg.*
209 *cap.* 1. ſunt iſtæ I. quòd polygamia eatenùs
adverſetur fini primario Matrimonii ſeu ge-
nerationi prolis, quatenùs, qui pluribus uxo-
ribus commiſcentur, perſæpe redduntur ſte-
riles & infœcundi, veluti patet exemplo Sa-
lomonis, qui ex ſeptingentis uxoribus & tre-
centis concubinis, ut teſtatur ſacer textus 3.
*Reg.* 11. non niſi unum filium & duas filias, ut
perhibet Suidas apud Pontium *d. l. num.* 2. pro-
210 creavit. II. quòd polygamia alteri
fini, qui eſt remedium concupiſcentiæ, re-
fragetur, dum, ſi plures uxores ſimul à marito
petant debitum, & vir omnibus ſimul nequeat
ſatisfacere, illæ, quibus negatur debitum,
exponuntur periculo incontinentiæ. III. 211
quòd educatio liberorum non immunis ſit ab
omni diſcrimine: quippe cùm uxor prædile-
cta faciat, ut alii ab aliis generati liberi parum
à patre curentur, & ab affectu ſimul & ſucceſ-
ſione excludantur, velut accidit Adoniæ Da-
vidis filio, qui genitus ex Haggith, inſtinctu
Berſabeæ Salomoni quoad ſucceſſionem in
throno Regio fuit poſtpoſitus 3. *Reg.* 1. IV. 212
quòd præceptum naturale ſit, ut, quod ſibi
quis fieri non vult, alteri non faciat. Atqui
nullus eſt maritus, qui velit, uxorem ſuam nu-
bere pluribus viris. Ergo nec ipſe plures fœmi-
nas ſibi copulare debet. V. quòd in 213
prima Matrimonii inſtitutione Author Natu-
ræ, ſicuti traditur *Geneſ.* 2. dixerit: *quamob-
rem relinquet homo patrem & matrem ſuam, & ad-
hærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una*; quæ
verba, ad excludendam polygamiam, non
minùs quàm polyviriam, eſſe prolata, docuit
& veritas Divina *Math.* 19. & Divinæ verita- 214
tis præco Innocentius III. in *cap. gaudemus* 8.
*de Divort.* ubi notavit, ab authore Naturæ
non dictum, *erunt tres vel plures in carne una,
ſed duo*; nec etiam dictum, *adhærebit uxoribus,
ſed uxori*: ideóque pluralitatem in utroque
ſexu reprobari, *cùm conjuges ad imparia non ju-
dicentur circa Matrimonium.* VI. quòd 215
Concilium Tridentinum in *ſeſſ.* 24. *de Matr.
Can.* 2.



*can.* 2. definiverit: *ſi quis dixerit, licere Chri-
ſtianis plures habere uxores, & hoc nullâ Lege Di-
vinâ eſſe prohibitum, anathema ſit.* Per Legem
autem Divinam utique non intellexit aliam,
quàm moralem & naturalem. Ergo &c.
216 VII. quòd idem Innocentius III. in *cit. cap.*
declaraverit, Impedimentô ligaminis infide-
les in tantum obſtringi, ut neque primam
uxorem dimittere, neque aliam, primâ vi-
vente, ducere poſſint. Suppoſuit igitur,
Impedimentum ligaminis quoad polygamiam
in ipſis Naturæ Legibus fundatum eſſe.
217 Dices I. non ſolum Gentiles, ſed etiam fi-
deles & Judæi, & quidem ex illis Sanctiſſimi,
polygamiam crediderunt eſſe licitam, & actu
plures uxores duxerunt. Nempe Abraham
habuit duas, Saram & Agar; Jacob habuit
quatuor, Liam, Rachelem, Balam, & Zelpham;
David habuit decem & octo. Clericat. *cit.
deciſ.* 29. *n.* 10.
218 Reſp. ex *cit. cap. gaudemus* 8. *de Divort.* ne-
mini unquam pluralitatem uxorum licuiſſe,
niſi acceſſerit diſpenſatio vel revelatio Divina:
imò credibile eſt, diſpenſationem quoad po-
lygamiam in veteri Teſtamento poſt diluvium
fuiſſe generalem, ut genus humanum, quod
ad incitas quaſi redactum erat, breviori tem-
pore reſtauretur.
Dices II. multi polygami fuerunt in ſuis 219
Matrimoniis valde fœcundi: David enim, ut
patet ex *lib. 1. Paralipomen. cap.* 3. plures ſuſtu-
lit liberos; Roboam quoque ex octodecim
uxoribus, ut dicitur 2. *Paralipom.* 11. *genuit
viginti octo filios, & ſexaginta filias.*
Reſp. ex caſibus non ita frequentibus regu- 220
lam non deſumi; &, licèt una quandoque
ratio prohibitiva vel irritativa ceſſet, reliquas
tamen non ceſſare.
Colliges: diſpenſationem in polygamia 221
S. Pontifici permiſſam non eſſe: obſiſtit nam-
que vix non eadem ratio, quæ polyviriæ ob-
ſiſtit: quandoquidem non magis jus in corpo-
ra plurium fœminarum, quàm in corpora
plurium virorum, in voluntate S. Pontificis
eſt ſitum. Sanchez *d. l.* 7. *diſput.* 80. *num.* 9.
Pontius *d. l.* 7. *cap.* 49 *num.* 4.

# CAPUT III.

## *De Impedimento Cognationis.*

QUatuor Impedimentis dirimentibus, in Jure Naturali radicatis, & in an-
teced. *cap.* explicatis, Impedimentum dirimens *Cognationis*, aliqualiter in
Jure Naturali, à potiori tamen in Jure Eccleſiaſtico fundatum, proxi-
mè conjungo. Id autem non ſimplex, ſed reipsâ quintuplex eſt. Eſt enim alia
Cognatio naturalis; alia non naturalis. *Naturalis* vel eſt verè talis, vel quaſi.
Verè talis eſt *Conſanguinitas* & *Affinitas*. Quaſi talis eſt *Publica honeſtas*. Non-na-
turalis alia vocatur *Spiritualis* ſeu *Canonica*; alia *Legalis*, ſeu *Politica*. De ſingulis
ſpeciebus agetur ſigillatim.

## SECTIO I.

### *De Impedimento Conſanguinitatis.*

SUMMARIA.

1. *Deſcribitur Conſanguinitas.* 2. *Eſt vincu-
lum.* 3. *Perſonarum.* 4. *Ab eodem ſtipite
deſcendentium.* 5. *Aut quarum una ab altera
deſcendit.* 6. *& ſeqq. Carnali propagatione
contractum.* 9. *& ſeqq. Dividitur in natura-
lem tantùm, & naturalem ac civilem ſimul.*
12. *& ſeqq. Dividitur etiam in cognationem &
agnationem.* 14. *& ſeq. Item dividitur in ſti-
pitem.* 16. *& ſeqq. Lineam.* 19. *Et gradum.*
20. *& ſeqq. Exhibetur modus computandi gra-
dus de Jure Civili.* 25. *& ſeq. Idem de Jure
Canonico recipitur in linea recta.* 27. *& ſeq.
In linea obliqua ſervatur alius modus, ſi æqualis;*
29. *& ſeq. Alius, ſi inæqualis ſit.* 31. *& ſeqq.
Quad Matrimonia Modus computandi canonicus
præfertur civili.* 34. *& ſeqq. In primo gradu
lineæ rectæ Matrimonium ex Jure Naturali diri-
mitur.* 39. *& ſeq. Inſtantia quadam repelli-
tur.* 41. *& ſeqq. Variæ ſententiæ de cæteris gra-
dibus hujus lineæ.* 45. *& ſeqq. Eligitur, &
probatur illa, quæ Matrimonium dirimi negat in
alio quàm primo gradu.* 49. *& ſeqq. In medi-
um proferuntur argumenta eorum, qui Matri-
monium in primo gradu lineæ obliquæ ex Jure
Naturali dirimi, aſſerunt.* 56. *& ſeqq. Ad-
ducuntur negantium argumenta.* 64. *& ſeqq.
Ad argumenta prioris ſententiæ ſigillatim reſpon-
detur.* 71. *& ſeqq. Quidam exiſtimant, om-
nia Matrimonia in veteri Lege Levit. 18. prohi-
bita, eſſe prohibita Jure Naturali.* 75. *& ſeqq.
Sententia contraria ſtabilitur.* 79. *& ſeqq. Ea,
quæ videntur obſtare, retunduntur.* 83. *&
ſeqq.*

quia caſus & exemplum non legitur, quòd
Dominus DEUS in polyviria diſpenſaverit.
Sanchez de *Matrim. lib. 7. diſp.* 80. *n.* 15. Cle-
ricat. de *Sacram. Matrim. deciſ.* 29. *num.* 7. P.
König ad *tit. de Sponſa duor. n.* 4.
199 Equidem apud Perſas & Medos licebat uxo-
ribus, tot ſibi maritos, quot placerent, ſeli-
gere; uxor etiam incivilis dicebatur, quæ
pauciores maritos habebat, quàm quinque:
apud Britannos quoque vigebat conſuetudo,
ut una fœmina decem viris & ultra nuberet:
pariter apud Sabæos & Nabathæos eadem
uxor omnibus viris ejuſdem familiæ quoad
uſum conjugalem deſerviebat: inſuper Re-
gina Cingæ 40. viros ſuperſtites, conjugiô ſibi
copulatos, fovebat; prout ex probatis Au-
thoribus recenſet Clericatus *d. l. num.* 4.
200 Verùm quis neſcit, Leges Naturales à pluri-
bus Gentibus quandoque conculcatas, & ho-
diedum à Chriſtianis non paucis peſſumdari?
Non igitur ex factis tam nefandis formanda
eſt regula Juris Naturalis, ſed potiùs ad nor-
mam Juris Naturalis exempla tam abominan-
da ſunt reformanda.
201 Infertur exinde, per diſpenſationem S. Pon-
tificis polyviriam fieri non poſſe licitam: nam,
quæ Jure ſuperiori & immutabili ſunt ordina-
ta, mutationi Principum inferiorum non
ſubjacent.
Nec opponas: Matrimonium ratum, quan- 202
tumvis ex Jure Naturali ſit inſolubile, Ponti-
ficiâ diſpenſatione poteſt diſſolvi, ut, virô
dimiſſô, novum Matrimonium cum alio con-
trahatur ut dictum *in tr. 2. cap. 5. à num.* 14.
Ergo etiam diſpenſatione Pontificiâ vinculum
Matrimonii ſic poteſt attemperari, ut, virô
retentô, Matrimonium cum aliis contraha-
tur. Reſp. enim negandô conſeq. 203
& afferendô diſcrimen. Nam Jus Naturæ,
prohibens Matrimonii rati diſſolutionem, non
eſt abſolutum, ſed conditionatum, ſuppo-
nens nempe liberam humanæ voluntatis de-
terminationem, ad individuam vitæ conju-
galis ſocietatem; Jus autem Naturæ, vetans
polyviriam, reſpectu poteſtatis humanæ eſt
abſolutum, utpote fundatum in objecti inho-
neſtate citra voluntatis humanæ determina-
tionem. Ergo Matrimonium ratum 204
per S. Pontificem, cui voluntates humanæ
ſunt ſubjectæ, poteſt diſſolvi; polyviria ve-
rò per eundem Pontificem, cui corpora hu-
mana, & magna abſurda, quæ eorundem
communicationem cum pluribus viris comi-
tari ſolent, non ſubſunt, licita fieri non poteſt.

## §. III.

### *Ex quo Jure Matrimonium cum pluribus fœminis dirimatur?*

205 IMpedimentum ligaminis ex Jure Naturali
id quoque ſortitum eſſe, ut Matrimonium
unius viri cum pluribus fœminis dirimat, at-
que adeò polygamiam repudiet, aſſertum &
probatum dedimus in *lib. I. tract. de Jure Leg.*
206 *cit. cap. 2. à num.* 120. Hæcque aſſer-
tio, ut perhibet Clericatus *cit. deciſ. 29. n.* 16.
ab omnibus Theologis & Canoniſtis affirma-
tur; licèt Sanchez *d. lib. 7. diſp.* 80. *num.* 5.
Durandum, Cajetanum, & alios Theologos
207 referat, contrarium affirmantes; quin idem
Sanchez *num.* 8. Pontius *lib. 7. cap. 49. num.* 3.
& Wieſtner ad *tit. de Sponſa duor. num.* 7. me-
diam ſententiam eligant, ac pluralitatem uxo-
rum non ex ipſa Matrimonii natura, ſed ex
ipſius inſtitutione, in ipſo mundi exordio fa-
ctâ, probibitam & irritam pronuntient.
208 Rationes autem aſſertionis noſtræ, præter di-
ſcordias, quas pluralitas uxorum parit, ut de
Sara & Agar legitur *Geneſ.* 21. de Rachele
& Lia *Geneſ.* 30. de Anna & Phenenna 1. *Reg.*
209 *cap.* 1. ſunt iſtæ I. quòd polygamia eatenùs
adverſetur fini primario Matrimonii ſeu ge-
nerationi prolis, quatenùs, qui pluribus uxo-
ribus commiſcentur, perſæpe redduntur ſte-
riles & infœcundi, veluti patet exemplo Sa-
lomonis, qui ex ſeptingentis uxoribus & tre-
centis concubinis, ut teſtatur ſacer textus 3.
*Reg.* 11. non niſi unum filium & duas filias, ut
perhibet Suidas apud Pontium *d. l. num.* 2. pro-
210 creavit. II. quòd polygamia alteri
fini, qui eſt remedium concupiſcentiæ, re-
fragetur, dum, ſi plures uxores ſimul à marito
petant debitum, & vir omnibus ſimul nequeat
ſatisfacere, illæ, quibus negatur debitum,
exponuntur periculo incontinentiæ. III. 211
quòd educatio liberorum non immunis ſit ab
omni diſcrimine: quippe cùm uxor prædile-
cta faciat, ut alii ab aliis generati liberi parum
à patre curentur, & ab affectu ſimul & ſucceſ-
ſione excludantur, velut accidit Adoniæ Da-
vidis filio, qui genitus ex Haggith, inſtinctu
Berſabeæ Salomoni quoad ſucceſſionem in
throno Regio fuit poſtpoſitus 3. *Reg.* 1. IV. 212
quòd præceptum naturale ſit, ut, quod ſibi
quis fieri non vult, alteri non faciat. Atqui
nullus eſt maritus, qui velit, uxorem ſuam nu-
bere pluribus viris. Ergo nec ipſe plures fæmi-
nas ſibi copulare debet. V. quòd in 213
prima Matrimonii inſtitutione Author Natu-
ræ, ſicuti traditur *Geneſ.* 2. dixerit: *quamob-
rem relinquet homo patrem & matrem ſuam, & ad-
hærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una*; quæ
verba, ad excludendam polygamiam, non
minùs quàm polyviriam, eſſe prolata, docuit
& veritas Divina *Math.* 19. & Divinæ verita- 214
tis præco Innocentius III. in *cap. gaudemus* 8.
*de Divort.* ubi notavit, ab authore Naturæ
non dictum, *erunt tres vel plures in carne una,
ſed duo*; nec etiam dictum, *adhærebit uxoribus,
ſed uxori*: ideóque pluralitatem in utroque
ſexu reprobari, *cùm conjuges ad imparia non ju-
dicentur circa Matrimonium.* VI. quòd 215
Concilium Tridentinum in *ſeſſ. 24. de Matr.
Can.* 2.



*can.* 2. definiverit: *ſi quis dixerit, licere Chri-
ſtianis plures habere uxores, & hoc nullâ Lege Di-
vinâ eſſe prohibitum, anathema ſit.* Per Legem
autem Divinam utique non intellexit aliam,
quàm moralem & naturalem. Ergo &c.
216 VII. quòd idem Innocentius III. in *cit. cap.*
declaraverit, Impedimentô ligaminis infide-
les in tantum obſtringi, ut neque primam
uxorem dimittere, neque aliam, primâ vi-
vente, ducere poſſint. Suppoſuit igitur,
Impedimentum ligaminis quoad polygamiam
in ipſis Naturæ Legibus fundatum eſſe.
217 Dices I. non ſolum Gentiles, ſed etiam fi-
deles & Judæi, & quidem ex illis Sanctiſſimi,
polygamiam crediderunt eſſe licitam, & actu
plures uxores duxerunt. Nempe Abraham
habuit duas, Saram & Agar; Jacob habuit
quatuor, Liam, Rachelem, Balam, & Zelpham;
David habuit decem & octo. Clericat. *cit.
deciſ. 29. n.* 10.
218 Reſp. ex *cit. cap. gaudemus* 8. *de Divort.* ne-
mini unquam pluralitatem uxorum licuiſſe,
niſi acceſſerit diſpenſatio vel revelatio Divina:
imò credibile eſt, diſpenſationem quoad po-
lygamiam in veteri Teſtamento poſt diluvium
fuiſſe generalem, ut genus humanum, quod
ad incitas quaſi redactum erat, breviori tem-
pore reſtauretur.
Dices II. multi polygami fuerunt in ſuis 219
Matrimoniis valde fœcundi: David enim, ut
patet ex *lib. 1. Paralipomen. cap.* 3. plures ſuſtu-
lit liberos; Roboam quoque ex octodecim
uxoribus, ut dicitur 2. *Paralipom.* 11. *genuit
viginti octo filios, & ſexaginta filias.*
Reſp. ex caſibus non ita frequentibus regu- 220
lam non deſumi; &, licèt una quandoque
ratio prohibitiva vel irritativa ceſſet, reliquas
tamen non ceſſare.
Colliges: diſpenſationem in polygamia 221
S. Pontifici permiſſam non eſſe: obſiſtit nam-
que vix non eadem ratio, quæ polyviriæ ob-
ſiſtit: quandoquidem non magis jus in corpo-
ra plurium fœminarum, quàm in corpora
plurium virorum, in voluntate S. Pontificis
eſt ſitum. Sanchez *d. l. 7. diſput.* 80. *num.* 9.
Pontius *d. l. 7. cap. 49 num.* 4.

# CAPUT III.

## *De Impedimento Cognationis.*

QUatuor Impedimentis dirimentibus, in Jure Naturali radicatis, & in an-
teced. *cap.* explicatis, Impedimentum dirimens *Cognationis*, aliqualiter in
Jure Naturali, à potiori tamen in Jure Eccleſiaſtico fundatum, proxi-
mè conjungo. Id autem non ſimplex, ſed reipsâ quintuplex eſt. Eſt enim alia
Cognatio naturalis; alia non naturalis. *Naturalis* vel eſt verè talis, vel quaſi.
Verè talis eſt *Conſanguinitas* & *Affinitas*. Quaſi talis eſt *Publica honeſtas*. Non-na-
turalis alia vocatur *Spiritualis* ſeu *Canonica*; alia *Legalis*, ſeu *Politica*. De ſingulis
ſpeciebus agetur ſigillatim.

## SECTIO I.

### *De Impedimento Conſanguinitatis.*

#### SUMMARIA.

1. *Deſcribitur Conſanguinitas.* 2. *Eſt vinculum.* 3. *Perſonarum.* 4. *Ab eodem ſtipite deſcendentium.* 5. *Aut quarum una ab altera deſcendit.* 6. & *ſeqq. Carnali propagatione contractum.* 9. & *ſeqq. Dividitur in naturalem tantùm, & naturalem ac civilem ſimul.* 12. & *ſeqq. Dividitur etiam in cognationem & agnationem.* 14. & *ſeq. Item dividitur in ſtipitem.* 16. & *ſeqq. Lineam.* 19. *Et gradum.* 20. & *ſeqq. Exhibetur modus computandi gradus de Jure Civili.* 25. & *ſeq. Idem de Jure Canonico recipitur in linea recta.* 27. & *ſeq. In linea obliqua ſervatur alius modus, ſi æqualis;* 29. & *ſeq. Alius, ſi inæqualis ſit.* 31. & *ſeqq. Quoad Matrimonia Modus computandi canonicus præfertur civili.* 34. & *ſeqq. In primo gradu lineæ rectæ Matrimonium ex Jure Naturali dirimitur.* 39. & *ſeq. Inſtantia quædam repellitur.* 41. & *ſeqq. Variæ ſententiæ de cæteris gradibus hujus lineæ.* 45. & *ſeqq. Eligitur, & probatur illa, quæ Matrimonium dirimi negat in alio quàm primo gradu.* 49. & *ſeqq. In medium proferuntur argumenta eorum, qui Matrimonium in primo gradu lineæ obliquæ ex Jure Naturali dirimi, aſſerunt.* 56. & *ſeqq. Adducuntur negantium argumenta.* 64. & *ſeqq. Ad argumenta prioris ſententiæ ſigillatim reſpondetur.* 71. & *ſeqq. Quidam exiſtimant, omnia Matrimonia in veteri Lege Levit. 18. prohibita, eſſe prohibita Jure Naturali.* 75. & *ſeqq. Sententia contraria ſtabilitur.* 79. & *ſeqq. Ea, quæ videntur obſtare, retunduntur.* 83. & *ſeqq.*

*ſeqq. Jure Eccleſiaſtico Matrimonium in linea recta dirimitur in infinitum.* 85. Reſp. ad cap. 8. de Conſanguinit. 86. *& ſeq. Matrimonium in linea tranſverſali dirimitur usque ad quartum gradum.* 88. *& ſeqq. Vindicatur ratio Pontificia in* cit. cap. 8. 91. *& ſeqq. Nonnulli putant, Matrimonium dirimi in linea inæquali, quando unus primò, alter quintò gradu diſtat à communi ſtipite.* 94. *Oſtenditur oppoſitum.* 95. *& ſeqq. Priores rationes enervantur.* 98. *In gradu primo lineæ rectæ non poteſt diſpenſari.* 99. *In cæteris gradibus & lineis diſpenſari poteſt.* 100. *& ſeqq. Explicatur Concilium Tridentinum* ſeſſion. 24. de reformat. cap. 5. 104. *& ſeqq. Notamen circa diſpenſationem.*

## §. I.

### *Quid ſit Conſanguinitas?*

1 CONſanguinitas dicitur quaſi *ſanguinis unitas*, & deſcribitur à Doctore Angelico,
quem unô agmine ſequuntur Canoniſtæ, quòd
ſit vinculum perſonarum, ab eodem ſtipite
deſcendentium, carnali propagatione contractum.

2 Dixi I. *vinculum*: qui enim conſanguinei
ſunt, habent inter ſe naturalem quendam nexum, ex unitate & communione ſanguinis
reſultantem; eaque ex cauſa in *l. vel ſi* 12. *ff. de Manumiſſ. vind.* ſe invicem *ſanguine* dicuntur *contingere*; & in *l. Lucius* 47. *ff. de Heredit. petit.* vocantur *propinqui*, tanquàm proximè
ſibi invicem conjuncti.

3 Dixi II. *perſonarum*; id eſt, creaturarum
rationabilium: quia inter animalia bruta, ſicuti non datur verus amor, ſocietas, & amicitia; ſic etiam non datur conſanguinitas,
tanquàm fons & radix amoris, ſocietatis, &
amicitiæ. Clericat. de *Sacram. Matrim. deciſ.* 22. *num.* 3.

4 Dixi III. *ab eodem ſtipite deſcendentium.* Per
ſtipitem intelligitur illa perſona ex progenitoribus, à qua aliæ, de quarum conſanguinitate quæritur, deſcendunt, non quidem remotè (ſic enim omnes habemus eundem ſtipitem, Noëmum, vel Adamum.) ſed proximè, ita ut ſtipes ſit principium lineæ, origo
ſimilitudinis & amoris.

Quòd ſi objicias: Adamum Abelis & Caini 5
fuiſſe conſanguineum, nec tamen communem cum illis ſtipitem habuiſſe. Reſp. vel
conſanguinitatem hic deſcribi non in ordine
ad Adamum, ſed relativè ad ejus poſteros;
vel in deſcriptione ſubintelligi aut ſuperaddi
debere hæc verba: *vel quarum una ab altera deſcendit.* Covarruv. *in* 4. *Decret. p.* 2. *cap.* 6. §. 6. *num.* 1.

Dixi IV. *carnali propagatione contractum*; id 6
eſt, ejusdem carnis & ſanguinis participatione per generationem humanam colligatum.
Ubi denotatur I. differentia conſanguinitatis & affinitatis, nec non aliarum cognationum; II. oſtenditur, nec inter An- 7
gelos, nec inter Adamum & Evam conſanguinitatem interveniſſe: utpote cùm nulla generatio vel participatio ſanguinis interceſſerit;
III. demonſtratur, Chriſtum Dominum 8
Beatiſſimæ Virginis verè conſanguineum fuiſſe: quippe cùm corpus ſanctiſſimum ex puriſſimo DEIparæ ſanguine Spiritûs S. operâ
formatum fuerit. Cleric. *cit. l. n.* 5.

## §. II.

### *Quotuplex ſit conſanguinitas?*

9 COnſanguinitas poteſt dividi I. in naturalem tantùm, & naturalem ac civilem ſimul. *Naturalis tantùm* eſt, quam approbat
ſola natura, qualis eſt inter ſervos *tot. tit. Inſt. de Serv. Cognat.* nec non illa, quæ naſcitur ex
concubitu illicito *l. ſi ſpurius* 4. *ff. Unde cognati.*
10 *Naturalis, & civilis ſimul eſt*, quam etiam approbat Lex poſitiva, qualis eſt, quæ inter homines liberos deſcendit ex concubitu licito,
poſt juſtas nuptias habitô *l. non facilè* 4. §. 2. *ff.*
11 *de Gradib. & affinib.* In ordine tamen
ad Matrimonium contrahendum nulla eſt diverſitas inter conſanguinitatem unam & alteram: quoniam, ut diſſerit JCtus in *l. adoptivus* 14. §. 2. *ff. de R. N. in contrahendis Matrimoniis Naturale Jus & pudor inſpiciendus eſt.* P. König ad *tit. de Conſanguin. num.* 3.

12 II. dividi poteſt in cognationem & agnationem. *Cognatio* eſt propinquitas inter perſonas, per lineam fœmininam ſibi invicem
conjunctas. *Agnatio* eſt propinquitas inter
perſonas, per lineam maſculinam ſibi invicem
conjunctas, die eines Stammens / Namens /
Helms / oder Schildes ſeynd. *l. ult.* §. 2. *ff de Gradib. & affinib.* Interim & agnati ſub- 13
inde cognati, non item cognati dicuntur
agnati *d. l. ult.* §. 2. quamquàm in præſenti
materia nihil interſit, cognatus an agnatus
quis appelletur per *cap. tua nos* 7. *cap. non debet* 8. §. *prohibitio de Conſanguin.* Covarruv. ad 4.
*Decret. cit. p.* 2. *cap.* 6. §. 6. *n.* 2.

III. poteſt dividi conſanguinitas in ſtipitem 14
lineam, & gradum. *Stipes*, ut patet ex *n.* 4.
eſt parens aut progenitor, à quo proximè deſcendunt perſonæ, de quarum agnatione vel
cognatione quæritur: v. g. pater eſt ſtipes
reſpectu ſui filii Titii & filiæ Cajæ: quia Titius
& Caja proximè deſcendunt à patre. Vo- 15
catur nonnunquàm *truncus* per *cap. ſeries* 1.
*XXXV. q.* 5. quia tota conſanguineorum collectio & familia dicitur arbor, cujus truncus
ſeu ſtipes eſt primus ex Majoribus, à quo familia ſuam ducit originem. *Linea* eſt 16
ordinata ſeries perſonarum, ab eodem ſtipite
deſcendentium; eaque duplex, recta & obliqua. *Recta* alia eſt *ſuperior* ſeu *aſcendentium*,
in qua ponuntur majores & parentes noſtri,
ex quibus ſumus progeniti, v. g. pater & mater, avus & avia, proavus & proavia, aba-
17 vus & abavia &c. Alia eſt *inferior*,
ſeu *deſcendentium*, in qua ponuntur deſcendentes & liberi noſtri, qui à nobis ſunt geniti;
nempe filius & filia, nepos & neptis, pronepos
18 & proneptis, abnepos & abneptis &c. *Obliqua*, quæ & *collateralis* aut *tranſverſalis* nuncupatur, vel eſt *æqualis*, in qua collocantur
perſonæ, quæ diſtant æqualiter à communi
ſtipite, v. g. frater & ſoror, conſobrini, amitini, & patrueles, horum filii, & nepotes inter
ſe &c. vel eſt *inæqualis*, in qua reſident perſonæ, quæ diſtant inæqualiter à communi ſtipite, v. g. frater aut ſoror, & fratris aut ſororis filius aut filia.

*Gradus* eſt diſtantia unius perſonæ ab alte- 19
ra; dictus à *ſimilitudine ſcalarum locorumve proclivium, quos ita ingredimur, ut à proximo in proximum, id eſt, in eum, qui quaſi ex eo naſcitur, tranſeamus*, uti dicitur in *l. ult.* §. 10. *ff. de Grad. & af.*



## §. III.

### *Quomodò gradus Conſanguinitatis computentur?*

20 GRadus conſanguinitatis aliter computantur de Jure Civili; aliter de Jure
Canonico. De Jure Civili pro omni linea eſt
unica & perpetua regula, tot eſſe gradus,
quot ſunt generationes; vel, quod in idem
recidit, tot eſſe gradus, quot ſunt perſonæ,
ſtipite demptô. Videatur *tot. tit. Inſt. de Gra-*
21 *dib. cognat.* Hinc de Jure Civili duo fratres vel ſorores duobus gradibus diſtant inter
ſe: tum quia duæ ſunt generationes, quâ
duo fratres vel ſorores ſucceſſivè ſunt geniti:
tum quia ſunt duæ perſonæ, ſi ſtipes communis
22 nis ſeu pater dematur. Duo autem patrueles diſtant inter ſe 4. gradibus: eò quòd
interveniant 4. generationes, duæ, quibus
ipſorum patres ſunt geniti; duæ, quibus ipſimet patrueles ſunt geniti; quòdve, ſi communis ſtipes ſeu avus dematur, remaneant 4.
perſonæ, duo patrueles, & duo patres ac re-
23 ſpectivè patrui. Hinc etiam de Jure
Civili in linea collaterali non datur gradus
primus, ſed in linea æquali ſtatim fit exordium à gradu ſecundo, & continuatur ſemper de gradu ad gradum numeri æqualis, puta
24 quartus, ſextus, octavus &c. In linea
verò inæquali fit initium à gradu tertio, &
continuatur de gradu ad gradum numeri
æqualis & inæqualis, dum v. g. ſororis meæ
filia eſt mihi in tertio gradu conjuncta, & nepris ſororis in quarto. Clariſſ. P. Melchior
Friderich de *Conſanguin. & affinit. q.* 2. *art.* 1.
*num.* 12.

25 De Jure Canonico in linea recta ſervatur
modus computandi Civilis, totque ſunt gradus, quot generationes aut perſonæ, ſtipite
demptô per textum in *cap. primo gradu* 6.
*XXXV. q.* 5. Filius itaque gradu unicô diſtat
à patre; & nepos ab avo diſtat ſecundô gradu: quia inter patrem & filium eſt una generatio; &, demptô ſtipite, ſeu patre, remanet
una perſona: inter nepotem autem & avum
ſunt duæ generationes, &, demptô ſtipite ſeu
26 avô, manent duæ perſonæ. Rationem
hujus computationis aſſignat P. Friderich *cit. quæſt.* 2. *num.* 9. quia, dum gradus provenit
ex eo, quòd unus ſit ab alio; conſequitur, tot
eſſe gradus, quot ſunt generationes & relationes ſeu reſpectus unius ad alium. Sed inter tres perſonas non ſunt niſi duæ generationes, cum mutua relatione, & inter duas una.
Ergo &c.

In linea colleraterali alia eſt regula; & 27
quidem, ſi linea ſit æqualis, quotô gradu perſonæ conſanguineæ diſtant à communi ſtipite, totô gradu diſtant inter ſe. Adeóque
frater & ſoror, cùm à communi ſtipite, hoc
eſt, patre, tantùm unicô gradu diſtent, unicô
tantùm inter ſe diſtant. Textus in *cap. ad Sedem* 2. *& cap. parentelæ* 4. *XXXV. q.* 5. Cùm 28
enim hujusmodi perſonæ non conjungantur
inter ſe, niſi ratione ſtipitis, à quo communem
ſanguinem acceperunt, non poſſunt inter ſe
magis aut minùs diſtare, quàm diſtent à communi ſtipite. Sin autem linea ſit inæ- 29
qualis, pro regula ſervatur, quòd remotior
trahat ad ſe viciniorem, & totô gradu perſonæ conſanguineæ diſtent inter ſe, quotô remotior diſtat à communi ſtipite. Textus in
*cap. ult. de Conſanguinit.* Ut adeò fratris mei
filia diſtet à me duobus gradibus: quia à communi ſtipite, qui eſt pater meus & avus ipſius,
illa diſtat duobus gradibus; licèt ego diſtem
unicô. Nam, quia conſanguinei, ut di- 30
ctum in *num.* 28. non conjunguntur inter
ſe, niſi per communem ſtipitem: nequit aliquis eſſe propinquior ſuo conſanguineo,
quàm ſtipiti: itaque convenit, ut, quô gradu
remotior eſt conjunctus ſtipiti communi, eô
gradu ſit conjunctus viciniori. P. Friderich
*cit. l. n.* 11.

Argumenta heterodoxorum, præſertim 31
Hotomanni, Treutleri, & Wiſenbachii, contra graduum computationem Canonicam
excogitata, inſigniter refellit P. Friderich
*cit. l. à n.* 16. Interim plerique ex ipſis 32
unà cùm Doctoribus Orthodoxis admittunt,
computationem Canonicam, quoad Matrimonium contrahendum, præferendam eſſe
Civili, juxta diſertum textum & rationem in
*cap. ad ſedem* 2. *XXXV. q.* 5. ubi Alexander II.
*in Legibus*, inquit, *ob nihil aliud ipſorum graduum eſt mentio facta, niſi ut hæreditas vel ſucceſſio ab una ad alteram perſonam inter conſanguineos deferatur: in Canonibus verò ob hoc progenies computatur, ut apertè monſtretur, usque ad quotam generationem à conſanguineorum ſit nuptiis abſtinendum.*

*dum.* Covarruv. in 4. *Decret. p.* 2. *cap.* 6. §. 6. *num.* 8. Gonzalez ad *cap. quod ſuper* 5. *de Conſanguin. n.* 8.

33 In uſum verò illorum, qui ex regulis datis graduum computationem ſufficienter non capiunt, ſchema aliquod, ſeu arborem conſanguinitatis, prout reperitur in Corpore Juris Canonici ſub *cit. XXXV. q.* 5. apponere placuit, ubi numerus major gradum Canonicum prout nempe determinatur à Jure Canonico; & numerus minor gradū Civilem, prout ſcilicèt à Jure Civili computatur, exprimit.

## §. IV.

### *Utrùm, & in quo gradu conſanguinitatis Matrimonium dirimatur ex Jure Naturali?*

34 MAtrimonium in primo gradu lineæ rectæ inter patrem & filiam, & inter filium & matrem ab ipſo Naturali Jure non tantùm interdici, ſed etiam dirimi, conſtat ex *Lib. I. tract. de Jur. Leg. cap.* 2. *num.* 157. & apud omnes DD. compertum eſt, ut ſcribit Sanchez de *Matrim. lib.* 7. *diſp.* 51. *num.* 7. Inprimis enim Gentes omnes moratiores ſemper abhorruerunt à conjunctione matrimoniali, inter parentes & liberos primi gradûs; ex nulla profectò ratione alia, niſi quòd ipſum Naturæ dictamen inſtillaverit naturalem averſionem ab ejusmodi conjunctione; atteſtante ſic D. Ambroſio *epiſt.* 66. *ad Paternum*, ibi: *Matrimonium parentis cum filia repugnat Legi Naturæ, ſcripta in cordibus hominum:* 35 *adeò horribilis & turpis eſt congreſſus iſte.* Et licèt Indi, Æthiopes, & Medi cum matribus & filiabus ſuis concumbere non erubuerint, ut teſtis eſt S. Hieronymus *lib.* 2. *contra Jovinian.* Attamen, cùm pro Gentibus immorigeris ſint habendæ, non faciunt argumentum: quid *enim naturale ſit, ſpectandum in his, quæ bene ſecundùm Naturam ſe habent, non in de-* 36 *pravatis*, inquit Ariſtoteles 1. *Polit.* 5. Deinde etiam animalia quædam, & in ſpecie cameli nec vi poſſunt adigi, ut matribus congrediantur; cumque fraude camelarii pullus alicujus congreſſum cum matre contecta, ne poſſet agnoſci, tentâſſet, & poſteà, detractô tegumentô, eam cognoviſſet, morſu interfeciſſe Authorem refertur ab Ariſtotele *lib.* 1. *Hiſtor. Animal. cap.* 47. Idem narrat de equo Regis Scytharum generoſiſſimo, quòd, cùm renueret coitum cum matre, ſimili artificiô deceptus, re poſtmodùm detectâ, fugerit, & 37 ex alto ſe præcipitaverit. Adhæc in prima Matrimonii inſtitutione legitur Gen. 2. ℣. 24. *relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ; & erunt duo in carne una.* Si ergo mater ſit relinquenda, quando ducitur uxor; profectò mater in uxorem duci non 38 poteſt. Præterea cùm pater & mater ſit immediatum principium filii & filiæ, recta ratio non admittit, ut pater cum filia, vel filius cum matre commiſceatur: tum quia commixtio carnalis ob turpitudinem, quam habet annexam, adverſatur reverentiæ, parentibus à liberis debitæ: tum quia ſupponit æqualitatem inter conjuges, imò quandam ſuperioritatem & dominium in corpus mutuum, cujusmodi æqualitas, & à fortiori dominium vel ſuperioritas liberis contra parentes, ſalvâ honeſtate, concedi nequit: tum quia liberi ſunt quædam pars & portio parentum, ideóque cum illis carnaliter nequeunt conjungi: utpote cùm iſta conjunctio requirat duas perſonas, adæquatè diſtinctas, juxta illud: *erunt duo in carne una.*

Nec obſtat, quòd à SS. PP. Chryſoſtomo 39 & Ambroſio filiæ Lothi à peccato inceſtûs cum patre proptereà excuſentur, quòd exiſtimaverint, interitum mundi adveniſſe, ſicque commercium cum patre licitum fuiſſe. Enimverò, licèt non pauci, veluti conſpicere 40 licet apud Sanchez *cit. l. n.* 10. in caſu tam evidentis neceſſitatis admittant Matrimonium inter aſcendentes & deſcendentes in primo gradu: meliùs tamen Reſp. memoratas filias aut à peccato excuſari non potuiſſe, ſicuti putavit S. Auguſtinus, citatus à Cornelio à Lapide apud Clericatum *cit. deciſ.* 22. *num.* 27. aut, ſi poſſint excuſari, ignorantiam vel errorem inculpabilem obtendi debere.

Verùm ingens eſt altercatio: utrùm Ma- 41 trimonium in ſecundo & ulterioribus gradibus lineæ rectæ Naturali Jure dirimatur? Aliqui, quos citat Sanchez *lib.* 7. *cap.* 51. *n.* 12. & ſequitur P. Reiffenſtuel ad *tit. de Conſang. num.* 27. cum Harpprecht ad §. 1. *Inſt. de Nupt. num.* 4. & pluribus Civiliſtis putant, Matrimonium inter aſcendentes & deſcendentes in infinitum ex Jure Naturæ dirimi; & hinc Adamum vel Noëmum, ſi reſurgerent à mortuis, cum nulla ex fœminis de facto viventibus Matrimonium contrahere poſſe. Ra- 42 tio principalis hujus opinionis eſt: quia omnes aſcendentes reſpectu deſcendentium habent rationem originis & principii: adeóque, ſicut hæc ratio de Jure Naturali ſufficiens creditur ad dirimendum Matrimonium inter parentes & liberos primi gradûs; pariter erit ſufficiens ad dirimendum Matrimonium inter aſcendentes & deſcendentes alios in infinitum.

Alii cum Gonzalez ad *cap. non debet de Con-* 43 *ſang. n.* 10. P. Friderich de *Conſanguin. quæſt.* 3. *num.* 27. *& ſeqq.* & nonnullis, quos allegat P. Wieſtner *loc. mox citandô n.* 21. non quidem in infinitum tale Matrimonium volunt dirimi, ſed vel ad ſecundum, vel ad quartum, vel ad ſeptimum gradum incluſivè. Ra- 44 tionem aſſignant: quòd ex una parte aſcendentes & deſcendentes habeant quidem rationem principii & principiati; ex altera verò parte, quò major eſt diſtantia unius perſo-



*Arbor Conſanguinitatis.* 

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | Majores.<br>IV.<br>ABAVUS<br>ABAVIA.<br>4. | | | | |
| | | | IV.<br>Propatruus,<br>Proamita.<br>5. | III.<br>PROAVUS,<br>PROAVIA.<br>3. | IV.<br>Proavunc.<br>Promatertera.<br>5. | | | |
| | | IV.<br>Horum<br>Filius,<br>Filia.<br>6. | III.<br>Patruus<br>magnus,<br>Amita<br>magna.<br>4. | II.<br>AVUS,<br>AVIA.<br>2. | III.<br>Avunc.<br>magnus,<br>Matertera<br>magna.<br>4. | IV.<br>Horum<br>Filius,<br>Filia.<br>6. | | |
| | IV.<br>Eorum<br>Nepos,<br>Neptis.<br>7. | III.<br>Propior<br>Sobrinus,<br>Propior<br>Sobrina.<br>5. | II.<br>Patruus,<br>Amita.<br>3. | I.<br>PATER,<br>MATER.<br>1.<br>PETRUS. | II.<br>Avunc.<br>Matertera.<br>3. | III.<br>Propior<br>Sobrinus,<br>Propior<br>Sobrina.<br>5. | IV.<br>Eorundem<br>Nepos,<br>Neptis.<br>7. | |
| IV.<br>Eorum<br>Pronepos,<br>Proneptis.<br>8. | III.<br>Horum<br>Filius,<br>Filia.<br>6. | II.<br>Frat. Patruel. vel<br>Amitinus,<br>Soror Patruel. vel<br>Amitina.<br>4. | I.<br>Frater.<br>2. | 1.<br>FILIUS,<br>FILIA.<br>1. | I.<br>Soror.<br>2. | II.<br>Conſobrinus,<br>Conſobrina.<br>4. | III.<br>Horum<br>Filius,<br>Filia.<br>6. | IV.<br>Eorum<br>Pronepos,<br>Pronept.<br>8. |
| IV.<br>Eorundem<br>Nepos,<br>Neptis.<br>7. | III.<br>Horum<br>Filius,<br>Filia.<br>5. | II.<br>Filius,<br>vel Filia<br>Fratris.<br>3. | | II.<br>NEPOS,<br>NEPTIS.<br>2. | | II.<br>Sororis<br>Filius,<br>Filia.<br>3. | III.<br>Horum<br>Filius,<br>Filia.<br>5. | IV.<br>Eorundem<br>Nepos,<br>Neptis.<br>7. |
| IV.<br>Horum<br>Nepos,<br>Neptis.<br>6. | III.<br>Fratris<br>Nepos,<br>Neptis.<br>4. | | | III.<br>PRONEPOS,<br>PRONEPTIS.<br>3. | | | III.<br>Sororis<br>Nepos,<br>Neptis.<br>4. | IV.<br>Horum<br>Nepos,<br>Neptis.<br>6. |
| IV.<br>Fratris<br>Pronepos,<br>Proneptis.<br>5. | | | | IV.<br>ABNEPOS,<br>ABNEPTIS.<br>4.<br>POSTERI. | | | | IV.<br>Sororis<br>Pronepos,<br>Proneptis.<br>5. |

aæ ab altera, eò minor ſit communicatio ſan-
guinis: unde ad aliquem ex memoratis gra-
dibus Impedimentum dirimens Matrimonii
reſtringendum videtur.
45 Sanchez *d. diſp. 51. n. 19.* Pontius *d. lib. 7.*
*cap. 31. n. 6.* Fagnanus ad *cap. ult. de Conſang.*
*à num. 33.* Gobat *Theol. experiment. tract. 9.*
*num. 168.* Clericatus *d. deciſ. 22. num. 23.*
P. Wieſtner ad *tit. de Conſanguin. n. 22.* ſecuti
Doctorem & Ducem Angelicum, aſſerunt,
in ſolo gradu primo Matrimonium dirimi.
46 Ratio fundamentalis eſt: quia, tametſi avus
& cæteri majores habeant rationem originis
& principii reſpectu nepotis & reliquorum de-
ſcendentium, attamen non eſt tanta conjun-
ctio inter avum & nepotem vel neptem,
quanta eſt inter patrem & filium vel filiam.
Ceſſat itaque fundamentum, ex quo in *n. 36.*
*& ſeqq.* naturalis & intrinſeca inhoneſtas fuit
eruta, quò minùs aſcendentes ultra primum
gradum cum liberis matrimonialiter conjun-
47 gantur. Confirmatur: partim quia
tam avus, quàm alii majores reſpectu deſcen-
dentium non ſunt principium eſſentiale, ſed
tantùm accidentale reſpectu deſcendentium;
utpote cùm filius à patre, qui nunquàm ge-
neratus, ſed creatus eſt, generari poſſit, quin
avum habeat; velut Adami filii non avum,
ſed patrem duntaxat habuerunt: partim quia
cæteri majores non generant filium, ſed pa-
trem generantem tanquàm cauſa per acci-
dens ſolùm applicant.
48 Quibùs ita ſe habentibus, reſponſio ad ra-
tionem primæ & ſecundæ ſententiæ petitur
ex dictis: quia ſcilicèt non qualiſcunque ra-
tio principii Matrimonium dirimit, ſed ratio
principii immediati, eſſentialis, & per ſe talis,
qualis tantùm invenitur inter parentes & li-
beros in primo gradu.
49 Non minor eſt altercatio: utrùm in gradu
primo lineæ collateralis inter fratrem & ſoro-
rem Matrimonium ſit nullum ex Jure Natu-
rali? Affirmant Sanchez *d. l. 7. diſput. 52.*
*num. 15.* Covarruv. in 4. *Decretal. p. 2. cap. 6.*
*§. 10. n. 15.* Clericat. *cit. deciſ. 22. à n. 31.*
P. Melchior Friderich *cit. q. 3. n. 31.* P. Reiſ-
50 fenſtuel ad *tit. de Conſang. n. 28.* Negant
poſt S. Thomam Pontius *d. lib. 7. cap. 32. à*
*num. 3.* Gonzalez *ubi ſupra n. 6.* P. Wieſtner
*cit. l. n. 28.*
51 Authores primæ ſententiæ allegant I.
communem Gentium conſuetudinem, quâ
Matrimonium fratris cum ſorore fuit abomi-
nandum & deteſtabile judicatum, veluti per-
52 hibet Ariſtoteles 2. *Polit. cap. 2.* II. ad-
ducunt ex *lib. Geneſis cap. 20.* factum Abra-
hami, qui, ut Ægyptiis oſtenderet, Saram non
eſſe uxorem ſuam, illam nominavit ſororem,
quaſi ſcilicèt implicantiam involveret, ſoro-
53 rem ſimul & uxorem eſſe. III. arguunt
ex *Levit. cap. 20.* ubi conjugium fratris cum
ſorore punitur morte, & æquiparatur adul-
terio & ſodomiæ; cùm tamen alia conjugia
v. g. nepotis cum amita vel matertera leviori
54 pœnâ caſtigentur. IV. argumentan-
tur ex Lege veteri & Nova, quòd nullum un-
quàm legatur Matrimonium inter fratrem &
ſororem eſſe contractum; ideò nempe: quia
repugnat Juri altiori & Naturali. V. af- 55
ferunt textus ex *cap. gaudemus 8. de Divort.*
ubi, dum Innocentius III. aſſerit, infideles, ſi
Matrimonium in ſecundo & ulteriori gradu
conſanguinitatis contraxerint, non eſſe ſepa-
randos, non obſcurè indigitat, ſeparandos
eſſe, ſi contraxerint in primo.
Authores ſecundæ ſententiæ pro ſe appli- 56
cant I. recenſitum exemplum Abrahami, qui
de Sara *cit. cap. 20. Geneſ. n. 11.* dixiſſe refer-
tur: *aliàs autem & verè ſoror mea eſt, filia patris*
*mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in uxo-*
*rem.* II. proferunt aliud exemplum ex 57
*lib. 2. Reg. cap. 13.* ubi Thamar, filia Davidis,
ut fratri Ammoni violentam oppreſſionem
diſſuaderet, reſpondit: *quin potiùs loquere ad Re-*
*gem, qui me non negabit tibi:* credidit itaque,
Matrimonium cum fratre non fuiſſe prohibi-
tum: cùm licitum reddi potuerit ex conceſ-
ſione Regis. III. provocant ad Ægy- 58
ptios, Athenienſes, & alios populos, apud
quos Matrimonium inter fratres & ſorores
non erat inuſitatum, ut ſcribunt Tiraquell.
*Connub. lib. 7.* & Tirinus in *lib. Levit. cap. 18.*
apud Clericatum *cit. l. n. 29.* IV. citant 59
textum ex *l. ſi ſtipulor 35. ff. de V. O.* ubi JCtus
inter ea, quæ non per Naturam, ſed Legem
poſitivam ſunt probibita, & moraliter impoſ-
ſibilia, numerat Matrimonium fratris cum ſo-
rore. V. utuntur ratione non ſper- 60
nendâ, quòd, cùm frater & ſoror inter ſe non
habeant rationem principii & principiati, ſed
potiùs à communi principio æqualiter de-
ſcendant, non teneantur ſibi invicem tantam
exhibere reverentiam, ob quam aliàs Matri-
monium ex Jure Naturali dirimitur. VI. 61
referunt caſum, quò Martinus V. vel, ut alii
volunt, III. in ſimili Matrimonio diſpenſavit,
prout cum Cajetano teſtatur Sylveſter V.
*Papa q. 17.*
Ex iſtis ſententiis eligo ſecundam, tum ex 62
motivis, jam propoſitis; tum ſingulariter ex
eo, quòd primum Matrimonium fuerit con-
tractum inter fratrem & ſororem, dum libe-
ri, ab Adamo procreati, propter defectum
aliorum hominum, neceſſariò Matrimonium
inter ſe contraxerunt. Atqui credibile 63
non eſt, quòd providentiſſimum & ſapientiſ-
ſimum Numen permiſiſſet tale Matrimo-
nium, ſi Jure Naturali foret illicitum & irri-
tum: ſiquidem planè inſolitum & mirandum
videtur, Legem ex inſtinctu Naturæ conde-
re, quæ primâ vice, cùm ſervari debuiſſet, ſer-
vari non potuit. Ergo &c.
Ad I. fundamentum primæ ſententiæ Reſp. 64
eſſe quidem indecentiam quandam, ob quam
nonnullæ Gentes Matrimonium inter fra-
trem & ſororem aliquando prohibuerunt;
non tamen intrinſecam inhoneſtatem in ſimi-
li conjugio monſtrari poſſe, propter quam ab
ipſo Jure Naturali prohibeatur. Unde 65
& factum, ut iſtæ Gentes & aliæ, prudentiæ
enco-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

encomiô celebres, illud conjugium aliquan-
do cenſuerint eſſe licitum; nominatim Athe-
nienſes, Aſſyrii, Ægyptii, de quibus in *n.* 58.
Pontius *d. cap.* 32. *num.* 5. & Gonzalez *d.*
*num.* 11.
66 Ad II. Reſp. ex *num.* 56. Saram reverà
uxorem & ſororem conſanguineam Abraha-
mi fuiſſe, nec tantùm fratris illius filiam, ut
putant Adverſarii, ſed filiam ejusdem patris.
Audiatur D. Hieronymus in *quæſt. in Geneſ. cit.*
*cap.* 20. apud Pontium *d. l. num.* 4. *ſed quia in*
*Hebræo habetur, verè ſoror mea eſt, filia patris mei,*
*& non filia matris meæ, & magis ſonat, quod ſoror*
*Abrahæ fuerat, in excuſationem ejus dicimus, nec-*
*dum illo tempore tales nuptias Lege* (intellige po-
67ſitiva) *prohibitas.* Quòd Abrahamus Sa-
ram non uxorem ſed ſororem appellare vo-
luerit, fecit ideò, vel ut diſſimularet conju-
gium cum ſorore; vel quia forſitan tunc tem-
poris apud Ægyptios rara aut nulla conjugia
inter fratres & ſorores extitêre.
68 Ad III. Reſp. majorem utique inconve-
nientiam reperiri, ſi Matrimonium contra-
hatur inter perſonas, in primo gradu conjun-
ctas, quàm inter alias, quæ remotiùs à ſe in-
vicem diſtant; eamque ob rem graviorem
in illo, quàm aliis caſibus, pœnam in Levitico
dictatam eſſe, non quòd Jure Naturali, ſed
Lege Divina poſitivâ Veteris Teſtamenti ta-
lia Matrimonia fuerint interdicta.
Ad IV. conſtat ex dictis, tum in antiqua 69
Lege Matrimonium inter liberos Abrahami,
nec non inter Abrahamum & ejus ſororem;
tum in Nova per diſpenſationem Martinia-
nam inter tales propinquos eſſe contractum.
Unde D. Hieronymus ſupra *cit. l. necdum,* in-
quit, *inter patruos & patrum filios nuptiæ fuerant*
*Lege prohibitæ, quæ in primis hominibus etiam in-*
*ter fratres & ſorores initæ ſunt.*
Ad V. Reſp. Innocentium III. ad caſum 70
ſibi propoſitum epiſtolam ſuam decretalem
accommodâſſe; neque de gradu primo, de
quo conſultus non erat, reſpondiſſe. Gon-
zalez *ubi ſupra n.* 12.

## §. V.

### *Utrùm conjugia, in Antiquo Teſtamento prohibita, etiam Jure Naturali fuerint prohibita?*

71 Antequàm reſolutionem pandam, ſcien-
dum eſt, in Antiquo Teſtamento in *Le-*
*vitico cap.* 18. inter diverſos propinquos Ma-
trimonia fuiſſe prohibita. Nempe in ℣. 7.
prohibitum eſt I. Matrimonium filii cum ma-
tre, & filiæ cum patre. II. in ℣. 10. Matri-
monium avi cum nepte, ſive ex filio, ſive ex
filia; & aviæ cum ſimili nepote. III. in ℣. 9.
& 11. Matrimonium fratris cum ſorore,
tam unilaterali quàm bilaterali. IV. in ℣. 12.
& 13. Matrimonium nepotis ex fratre cum
amita, & nepotis ex ſorore cum matertera.
72In his gradibus Matrimonium, etiam Natu-
rali Jure prohibitum fuiſſe, non ſolùm pluri-
mi ex Acatholicis, ſed etiam aliqui ex Ca-
tholicis exiſtimant. Nam I. in *cit. cap.* 18.
DEUS ipſemet conjunctiones matrimoniales
in illis gradibus vocat abominationes & ſce-
73lera, à Gentibus commiſſa. II. in *cap. de*
*infidelibus* 4. *de Conſanguinit.* decernitur, infide-
les baptizatos poſſe remanere in conjugiis,
quæ priùs ſecundùm Legem Moyſis contra-
xerant; argumentô non vanô, infideles in
conjugiis, quæ contra Legem Moyſis contra-
74xerant, tolerari non poſſe. III. in *cap.*
*literas* 13. *de Reſtit. ſpoliat.* traditur, Eccleſiæ di-
ſpenſationem non eſſe permiſſam in gradibus,
Jure Divinô prohibitis; quales utique ſunt
gradus, in Levitico *cit. l.* deſcripti.
75 Verùm, non omnia conjugia, in Levitico
prohibita, Jure Naturali quoque prohibita
fuiſſe, firmum & fixum manet ex §. *antecedenti,*
ubi extra primum gradum in linea recta Ma-
trimonium à Jure Naturali prohibitum non
76eſſe, probatum eſt. Quod inſuper ro-
boratur I. ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de Matr.*
*can.* 3. ubi anathema ſtatuitur in aſſerentes,
Eccleſiam non poſſe in aliquibus gradibus, in
Levitico prohibitis, diſpenſare: quod ſtatu-
tum non fuiſſet, ſi Matrimonium in omnibus
gradibus, in Levitico prohibitis, prohibere-
tur à Jure Naturali, in quo, ſi abſolutum ſit,
diſpenſatio non valet. Roboratur II. ex 77
*cap. gaudemus* 8. *de Divort.* ubi Innocentius III.
reſcribit, infideles non eſſe ſeparandos, poſt
converſionem ad fidem, quando tempore cæ-
citatis & infidelitatis in ſecundo & ſequenti-
bus gradibus Matrimonium contraxerunt:
ex quo concluditur, Matrimonium, in Levi-
tico prohibitum in gradu ſecundo, non eſſe
prohibitum à Jure Naturali. Robora- 78
tur III. ex ipſomet *Levit.* ubi neque prohibe-
tur Matrimonium patrui vel avunculi cum
fratris aut ſororis filia; neque prohibetur
Matrimonium duorum patruelium, eſto pro-
hibeatur Matrimonium nepotis cum amita
vel matertera: quod indicium valde perſpi-
cuum eſt, eandem prohibitionem neutiquàm
ex intrinſeca & naturali indecentia, ſed tan-
tùm ex Lege poſitiva dimanâſſe: eò quòd
inter duos patrueles, nec non patruum vel
avunculum & fratris aut ſororis filiam eadem
ſit propinquitas idemque gradus, qui verſa-
tur inter nepotem & amitam vel materte-
ram. Sicque docuerunt Covarruv. in 4. *De-*
*cret. p.* 2. *cap.* 6. §. 10. *num.* 2. Sanchez *lib.* 7.
*diſp.* 52. *n.* 6. Boſco de *Matrim. diſp.* 12. *con-*
*cluſ.* 2. *per tot.* & plerique, qui ſcripſerunt poſt
Concilium Tridentinum.
Nec ſtringunt oppoſita. Quoad I. Reſp. 79
interminationem & abominationem in *cit.*
*cap. Levit.* nec univerſalem eſſe, nec ad om-
nes conjunctiones matrimoniales extenſam,
ſed reſtrictam ad concubitus extra-matrimo-
niales,



niales, ſodomiticos, & beſtiales; &, ſi matri-
moniales ſint, coarctatam ad Matrimonium
inter liberos & parentes.
80 Ad II. Reſp. *cap. de infidelibus* 4. planè nihil
obeſſe: Pontifex enim ibidem valida decla-
ravit Matrimonia, tametſi contracta fuerint
in gradibus, à Lege Veteri permiſſis, & à Ju-
re Canonico prohibitis; nil tamen expreſſit,
quid Juris ſit de Matrimoniis, quæ contra-
huntur in gradibus, à Lege Veteri prohi-
bitis.
81 Ad III. Reſp. primò in *cit. cap. literas* Ponti-
ficem non negare ſimpliciter, quòd in nullo
gradu, à Lege Veteri prohibito, valeat di-
ſpenſari, ſed tantùm indefinitè loqui; quæ lo-
cutio propterea nequit æquivalere propoſi-
tioni univerſali, quòd aliàs contradiceret
textui in *cap. gaudemus* 8. *de Divort.* & Concil.
Trid. *cit. ſeſſ.* 24. *de Matr. can.* 3. Reſp. 82
ſecundò: Pontificem non tam impoſſibilita-
tem quàm difficultatem diſpenſandi in hujus-
modi gradibus oſtendere voluiſſe, quatenùs
ex una parte non tam frequenter concurrit
juſtitia cauſæ; ex altera verò S. Pontifex, qui
Legem Veterem, ceu ſpeculum & ideam
agendorum veneratur, non libenter di-
ſpenſationem contra prohibitionem Le-
gis Veteris indulget, eſto non ampliùs
vim habeat, in Teſtamento Novo obli-
gandi.

## §. VI.

### *In quibus gradibus Matrimonium ſit irritum ex Jure Eccleſiaſtico?*

83 Jus Eccleſiaſticum irritationem Matrimo-
nii ad plures gradus ampliavit; & quidem
in linea recta Matrimonium fecit irritum in-
ter aſcendentes & deſcendentes cujuscun-
que gradùs in infinitum, veluti communior
ſententia cum Panormit. ad *cap. non debet* 8.
*de Conſang. n.* 8. Sylveſtro V. *Matrimonium* 8.
*quæſt.* 6. *d.* 5. P. Engel ad *cit. tit.* §. 1. *num.* 9.
P. Wieſtner *ibid. n.* 25. Clericat. ſæpe *cit. de-*
*ciſ.* 22. *num.* 12. P. Friderich de *Conſang. q.* 4.
84*num.* 48. docet. Cùm enim ex ipſo Jure
Civili in *l. nuptiæ* 53. *ff. de R. N.* pateſcat, in
linea recta Matrimonium in infinitum dirimi:
prudenter dubitare non poſſumus, quin idip-
ſum à Jure Canonico ſit receptum, non ſo-
lùm tacitè, ſed etiam expreſſè tum à Calixto
I. in *cap. conjunctiones* 2. *XXXV. quæſt.* 2. & 3.
tum à Nicolao I. ad *conſulta Bulgarorum*
*cap.* 39.
85 Et quamvis in *cap. non debet* 8. *de Conſanguin.*
prohibitio Matrimonii fuerit ad quartum gra-
dum limitata; nihilominùs id tantùm eſt ex-
audiendum de linea transverſali: nam ſub-
juncta ibidem ratio, quòd in *ulterioribus gradi-*
*bus jam non poſſit abſque gravi diſpendio hujusmodi*
*prohibitio generaliter obſervari,* ſolummodò qua-
drat lineæ transverſali, non autem lineæ re-
ctæ, in qua & gradus faciliùs deprehendi, &
obſervantia prohibitionis tantò minùs eſt
difficilis, quantò magis inſuetum eſt, ut quis
filiam abnepotis ſui ducat in uxorem.
86 In linea obliqua quondam Matrimonium
erat prohibitum usque ad gradum ſeptimum
conſanguinitatis *cap. nullum* 7. *d. XXXV. q.* 2.
& 3. *cap. ad Sedem* 2. *ead. q.* 5. Poſteà verò,
cùm tanta graduum multitudo difficultatem
pareret tam quoad obſervantiam, quàm
quoad memoriam, prohibitio Matrimonii
reſtricta fuit ad quartum gradum incluſivè in
Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III.
87quod refertur in *cap. non debet* 8. *d. t.* Ubi
tamen non intereſt, ſitne conſanguinitas ex
thoro licito, vel illicito: cùm in eodem *cap.*
non fiat diſtinctio, ſicuti diſtinctio non fit in
Jure Naturali ex dictis in *num.* 11. Engel ad
*tit. de Conſanguin.* §. 1. *num.* 10. König *ibid.*
*num.* 11.
Datur equidem in *eod. cap.* alia prohibitio- 88
nis ratio: *quia quatuor ſunt humores in corpore,*
*qui conſtant ex quatuor elementis;* eaque ratio,
velut ridicula & inepta, traducitur ab Aca-
tholicis. Nihilominùs, ut conſtat ex 89
integro tenore *cit. cap.* illa ratio non fuit mo-
tiva & adæquata quoad ſubſtantiam prohibi-
tionis, ſed tantùm aliqua congruentia quoad
numerum quaternarium; nec tamen ine- 90
pta vel ridicula: cùm enim in qualibet gene-
ratione nova ſanguinis commixtio cum alie-
no fiat ſanguine, poſt quatuor generationes
primus & originarius ſanguis ob pugnam qua-
tuor elementorum & humorum in corpore
humano, unàcum neceſſitudinis vinculô,
cenſetur evaneſcere.
Quid autem, ſi unus ex contrahentibus 91
primô gradu diſtet à communi ſtipite, & alter
quintô, poteritne Matrimonium licitè & va-
lidè contrahi?
Hoſtienſis & quidam antiquiores negârunt.
Ratio poteſt afferri I. quòd in *cap. ult. de Con-*
*ſanguinit.* approbetur illud Matrimonium, in
quo vir diſtat à communi ſtipite gradu quar-
tô, & mulier quintô. Ergo ſi vir unô & mu-
lier quintô gradu diſtet, Matrimonium illud
non approbatur. II. quòd deciſio *cit.* 92
*cap. non debet* 8. pertineat magis ad lineam
obliquam æqualem, quàm inæqualem: ſiqui-
dem in linea inæquali is, qui proximior eſt
communi ſtipiti, & tantùm unicô diſtat gradu,
eſt quaſi in linea aſcendentium, in qua ſecun-
dùm *num.* 83. Matrimonium in infinitum in-
terdicitur. III. quòd in *cap. quod di-* 93
*lectio* 3. *d. t.* Cœleſtinus III. Matrimonium
declaret nullum, quod contrahit is, qui ſextô
vel ſeptimô gradu diſtat à communi ſtipite,
cum illa, quæ diſtat ſecundô vel tertiô
gradu.
Verùm cum RR. dicendum eſt affirmativè. 94
P. Friderich *cit. q.* 4. *num.* 52. Ratio eſt: quia
in *cit. cap. non debet* 8. ſinè diſcrimine inter
lineam æqualem & inæqualem dicitur, quòd
Q 2 prohi-

prohibitio Matrimonii quartùm gradum non tranſcendat. Atqui ſi unus à communi ſtipite diſtet unicô gradu, & alter quintô, diſtant inter ſe ultra gradum quartum: eò quòd juxta regulam *d. cap. ult.* remotior trahat ad ſe viciniorem; adeóque diſtantia ſit in gradu quinto. Ergo &c.

95 Ad I. rationem Reſp. negandô conſequent. Nam argumentum à ſenſu contrario ex eo capite formari nequit: quia S. Pontifex ad caſum particularem reſcripſit, ſimulque rationem addidit, quæ non ſolùm obtinet in illa hypotheſi, quâ unus quartô, & alter quintô, ſed etiam quâ unus quintô & alter primô gradu diſtat à communi ſtipite: quia ſcilicèt non attenditur diſtantia vicinioris, ſed diſtantia remotioris.

96 Ad II. Reſp. deciſionem *cit. cap. non debet* §. ad lineam obliquam, ob diſpoſitionis & rationis generalitatem, in tota latitudine porrigendam eſſe: nec enim linea transverſalis inæqualis ad rectam vel aſcendentem pertrahi valet, utpote cùm perſonæ, inæqualiter in linea obliqua inter ſe diſtantes, à ſe invicem non deſcendant, ſed originem à communi quodam principio deſumant.

97 Ad III. Reſp. *in cap. quod dilectio* 3. contineri ſpecialem conſuetudinem, quæ, ſicuti Juri communi derogare poteſt in aliis materiis; ita etiam in Impedimentis Matrimonii juxta *cap. 1. num. 12. & ſeqq.*

Atque hæc prohibitio & irritatio Matrimonii de Jure Eccleſiaſtico, non tantùm eſt directiva, ſed etiam pœnalis: cùm in *Clem. un. de Conſanguin. & affin.* excommunicatio latæ ſententiæ ſtatuatur in eos, qui Matrimonium in gradibus prohibitis contrahere attentant; imáque confirmentur pœnæ civiles, quibus bonorum publicatio, exilium, aut verberatio, ſi perſona ſit civilis, dictatur, non quidem in omni linea & gradu, ſed quando nuptiæ celebrantur inter aſcendentes & deſcendentes, nec non inter fratrem & ſororem aut ejus familiam *Nov. 12. cap. 1.* & inde tranſumpta *Auth. inceſta. Cod. de Inceſt. & inutil. Nupt.* Zoëſ. ad *cit. tit. de Conſanguin. n. 15.* Schambogen *num. 38.* König *num. 16.* Barboſa in *cit. Clement. num. 20.*

## §. VII.

### *In quibus gradibus fieri poſſit diſpenſatio?*

98 IN primo gradu lineæ rectæ diſpenſari non poſſe à S. Pontifice, luce clarius eſt. Cùm enim Matrimonium in tali gradu & linea dirimatur ex Jure Naturali abſoluto, in facultate & poteſtate Summi Pontificis non eſt, illud convalidare.

99 In cæteris omnibus gradibus & lineis à S. Pontifice diſpenſari poſſe, deſumitur ex antecedentibus: nec enim obſtaculum ponit vel Jus Naturale, vel Jus Divinum, vel Eccleſiaſticum. Non Naturale: quia non dirimit. Non Divinum: quia dirimit ſolùm ex Lege Cæremoniali pro Teſtamento Veteri, non autem pro Teſtamento Novo. Non Eccleſiaſticum: quia Pontifex non ligatur ſuis Legibus, poteſtque illas pro ſubditis ex legitima cauſa relaxare.

100 Nec impedit I. quòd in Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. de Ref. Matr. cap. 5.* ſtatutum fuerit, ut in ſecundo gradu nunquam diſpenſetur, *niſi inter magnos Principes, & ob publicam cauſam.* Per hoc enim Summi Pontificis, qui ſupra Concilium eſt, poteſtas non ligata, ſed adhuc ſoluta creditur; nec tam diſpenſatio vetita, quàm potius illius arduitas oſtenſa vi-
101 detur. Quamobrem cum perſonis quoque conditionis inferioris, ob urgentem cauſam diſpenſari, poſt Zypæum in *Analyſi Jur. Pont. l. 4. tit. de eo qui cognovit &c.* & Laymannum *Theol. Moral. lib. 5. tr. 10. p. 4. cap. 6. num. 8.* advertit P. Friderich de *Conſang. p. 3. q. 1. num. 32.*

102 Nec impedit II. quòd ex eodem Concilii loco inferatur, in primo gradu lineæ obliquæ nunquàm diſpenſari poſſe, dum etiam in ſecundo non niſi cum difficultate diſpenſatio concedi ſolet. Enimverò Concilium non negat diſpenſationem in primo gradu, ſed diſſimulat, quaſi ſit caſus rariſſimus, in quo peti vel concedi poſſit. Tunc autem diſpen- 103
ſationem licitam cenſet Pontius *d. lib. 7. cap. 32. num. 14.* ſi v. g. Rex Hiſpaniarum non haberet aliam, quæ Regiâ Majeſtate digna exiſteret conjux, quàm ſororem: aut, ſi aliquam haberet, illa vel hæreſi infecta, vel ſuſpecta foret, ac probabile periculum faceret, Regem aut Regnum pervertendi.

Colligitur itaque ex præcedentibus, eò dif- 104
ficiliorem eſſe diſpenſationem, majoreſque requiri cauſas, quò propinquior eſt gradus, & gravior indecentia. Quâ ratione, tametſi in linea inæquali collaterali is, qui gradu remotior eſt, trahat ad ſe viciniorem ex *num. 29.* attamen in ſupplicatione ex *cap. 1. num. 64.* exprimendus eſt gradus propinquior, ſi primus fuerit, v. g. *Sed quia* (Oratores) *primô & tertiô gradu à communi ſtipite provenientibus gradibus conjuncti ſunt &c. ſupplicant humiliter Sanctitati Veſtræ, quatenus cum ipſis, quòd impedimento tertii gradûs hujuſmodi non obſtante &c. diſpenſare, diſtantiam verò primi gradûs prædicti non obſtare, declarare &c. dignetur.*

Quod ipſum de alio gradu propinquiori de- 105
beret fieri, perſpectâ Bullâ Gregorii XI. Clementis VII. & Pii IV. niſi per aliam Bullam Pii V. hoc fuiſſet immutatum, & teſte P. Friderich de *Conſanguin. & affin. p. 3. n. 165.* ſancitum, mentionem gradûs proximioris (niſi ſit primus) ſolùm eſſe neceſſariam pro obtinendis literis, quibus ad tollendum ſcandalum declaretur, proximiorem non obſtare Matrimonio.





# SECTIO II.

## *De Impedimento Affinitatis.*

### SUMMARIA.

*106. & ſeq. Etymologia affinitatis. 108. Deſcriptio. 109. Eſt propinquitas perſonarum. 110. & ſeqq. Ex copula carnali perfecta reſultans. 115. Carens omni parentelâ. 116. & ſeqq. Explicatur triplex genus affinitatis. 119. & ſeqq. Alia eſt legitima, alia illegitima. 122. Habet ſtipitem. 123. Lineam rectam, & 124. Obliquam. 125. Ac gradum. 126. & ſeq. Conſanguinei uxoris fiunt affines mariti, & viciſſim. 128. & ſeqq. In illo gradu fiunt affines, in quo ſunt conſanguinei. 131. & ſeqq. Conſanguinei uxoris & mariti inter ſe nullam contrahunt affinitatem canonicam. 138. & ſeq. Affinitas ex copula illicita Matrimonium de Jure Naturæ in nullo gradu dirimit. 140. & ſeqq. Affinitas ex copula licita nullum quoque Matrimonium dirimit in linea transverſali. 144. & ſeqq. Satisfit oppoſitionibus. 149. & ſeqq. In gradu primo lineæ rectæ multi volunt Matrimonium dirimi de Jure Naturali ex multis rationibus. 155. & ſeqq. Alii æquè multis rationibus demonſtrant contrarium. 161. & ſeqq. Cum iſtis ſentitur, & ad fundamenta primæ ſententiæ reſpondetur. 167. & ſeqq. Aſſignantur gradus in quibus Matrimonium ex Jure Eccleſiaſtico dirimitur. 170. & ſeqq. In linea recta dirimit affinitas ex copula licita Matrimonium in infinitum. 173. & ſeq. Si affinitas Sponſalibus de futuro ſuperveniat, illa diſſolvit. 175. & ſeqq. Si Matrimonio ſuperveniat, illud non diſſolvit. 180. & ſeq. Sed privat nocentem jure exigendi debitum. 182. & ſeq. Fornicatio cum conſanguineis conjugis in tertio vel quarto gradu non privat debitô. 184. & ſeq. Nec etiam fornicatio cum propriis conſanguineis. 186. & ſeqq. Impedimentum affinitatis ex copula illicita unà cum privatione debiti afficit etiam ignorantes 190. & ſeq. Agitur de diſpenſatione.*

## §. I.

### *Quid ſit Affinitas?*

106 AFfinitas denominatur ab unitate vel propinquitate finium: eò quòd duæ cognationes, quæ diverſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulentur, & *altera ad alterius cognationis fines accedat*, ut loquitur JCtus in *l. non facile 4. §. 3. ff. de Gradib. & affin.* concordante
107 *cap. fraternitatis 1. XXXV. q. 10.* Ex quo enim per copulam carnalem vir & uxor efficiuntur una caro juxta *cap. 19. Math.* ac etiam qui meretrici adhæret, unum cum illa corpus efficitur *1. Corinth. 6.* conſequitur, unius cognationem ad fines alterius protendi *d. cap. fraternitatis 1.*

108 Definitur affinitas, quòd ſit propinquitas perſonarum, ex carnali copula proveniens, carens omni parentelâ.

109 Dixi I. *propinquitas perſonarum*: In quibus terminis affinitas non differt à conſanguinitate; quin & convenit cum legali & ſpirituali cognatione; licèt, cùm fundamentum habeat in Jure & actu naturali, rurſus cognationi ſpirituali & legali diſconveniat. Sanchez *lib. 7. diſp. 65. n. 4.*

110 Dixi II. *ex copula carnali proveniens.* Ubi notandum eſt I. neque ex Sponſalibus de futuro, neque ex Sponſalibus de præſenti ſeu Matrimonio rato provenire Impedimentum
111 affinitatis ob defectum copulæ carnalis. Notandum eſt II. attentationem copulæ non ſufficere, niſi fuerit conſummata: nam attentatio copulæ non facit, ut mas & fœmina ſint una caro; & conſequenter non poteſt unam cognationem ad fines alterius pertrahere *cap. extraordinaria 11. XXXV. q. 2. & 3. cap. fraternitatis 1. ead. q. 10.* Sanchez *d. l. n. 8.*
112 Quando autem in *cap. juvenis 3. de Sponſalib. & cap. fraternitati 7. de eo qui cognovit conſang. uxor.* innuitur, attentationem copulæ ad producendum Impedimentum Matrimonii ſufficere: non intelligitur Impedimentum affinitatis, ſed publicæ honeſtatis, ut optimè notat Gonzalez ad *cap. juvenis n. 2. & 7.* & ad *cit. cap. fraternitati num. 2.* Notandum III. 113
Nec ſufficere copulam, ex parte maris tantummodò conſummatam, niſi etiam ex parte mulieris ſit conſummata per textum in *cap. Lex Divina 18. XXVII. quæſt. 2.* ubi requiritur utriuſque *ſanguinis commixtio*; & in *cit. cap. fraternitatis 1. XXXV. q. 10.* ubi requiritur, ut per copulam mas & fœmina ſint una caro; quod aliter fieri non poteſt, quàm ſi copula ex parte viri & fœminæ conſummetur. Clericat. de *Sacram. Matrim. deciſ. 31. num. 6.* citans S. Thomam *3. p. q. 53. art. 4. ad 2.* ubi hanc ipſam ſententiam clariſſimè adſtruit. Revideantur dicta in *tr. 2. cap. 1. num. 50. & ſeqq.* Et licet cum multis in partem con- 114
trariam abeat P. Reiſſenſtuel ad *tit. de Conſanguin. num. 43.* ac conſummationem ex parte ſolius viri deſideret. Attamen, ut loquitur Clericat. *d. l. num. 7.* hæc opinio diſcordans repugnat tum principiis Juris Canonici per textus in *num.* priori citatos, tum principiis Medicinæ, videndis apud Zacchiam *Quæſtion. Medico-Legal. lib. 7. tit. 3. q. 1. à n. 17.*

Dixi III. *carens omni parentelâ.* Quod idem 115
eſt, ac ſi dicatur, affinitatem abſque relatione generationis & communi ſanguinis participatione conſiſtere: eò quòd ſanguis duabus cognationibus in affinitate non communicetur, ſed tantùm ab illis attingatur; quâ ratione conſanguinitas ab affinitate diſtinguitur.

## §. II.

### *Quotuplex ſit Affinitas?*

116 AFfinitas olim triplex habebatur, primi,
ſecundi, & tertii generis. Affinitas *pri-
mi generis* contrahebatur unâ perſonâ median-
te; ſicque uxor fratris mei erat in primo genere
117 affinis. Affinitas *ſecundi generis* contrahe-
batur mediante duplici perſonâ; adeóque ſi
uxor fratris mei poſt mortem illius cum Sem-
pronio novum iniiſſet Matrimonium, cenſe-
batur Sempronius eſſe meus affinis in ſecun-
118 do genere affinitatis. Affinitas *tertii
generis* contrahebatur mediante triplici perſo-
na: & hinc, ſi Sempronius in dato exemplo
poſt mortem ſuæ & fratris mei uxoris rurſus
cum alia v. g. Caja nuptias pepigiſſet, dice-
batur illa ſecunda uxor in tertio genere mihi
affinis. Textus in *cap. de propinquis* 3. *cap. ult.
XXXV. q.* 2. & 3.
119 Hodie, cùm affinitas ſecundi & tertii ge-
neris in *cap. non debet* 8. *de Conſanguin.* ſublata
fuerit, etiamſi trahat originem ex linea recta,
qualis eſt inter maritum & novercam aut privi-
gnam uxoris defunctæ. Engel ad *tit. de Con-
ſanguin. & affin.* §. 2. *n.* 6. König *ibid. num.* 22.
dividitur affinitas in legitimam & illegitimam.
Illa eſt, quæ oritur ex copula licita inter per-
ſonas conjugatas. Iſta eſt, quæ conſurgit ex
copula illicita inter perſonas ſolutas, vel unam
120 conjugatam, & alteram ſolutam. Et
licèt in *l. non facile* 4. §. 3. *ff. de Gradib. & affin.*
dicatur, affinitatis cauſam ex juſtis nuptiis
fieri; idemque confirmetur in §. 8. in *verb.*
*neque cognationem, neque affinitatem eſſe poſſe, niſi
nuptiæ non interdictæ ſint, ex quibus affinitas con-
jungitur*: id tamen eſt exaudiendum de 121
ſola affinitate civili & legitima, non autem de
naturali & illegitima: quoniam, ſicuti con-
ſanguinitas ex *num* 11. dirimit Matrimonium,
ſive profluat ex juſtis nuptiis ſive non; ita &
affinitas dirimit Matrimonium, ſive ſit ex
copula licita ſive illicita, tam de Jure Cano-
nico, veluti patebit infra, quàm de Jure Ci-
vili, de quo textus extant in *l. qua in concubi-
natu* 1. §. 3. *ff. de Concubin. l. liberi* 4. *Cod. de Nupt.*
Præterea poteſt affinitas dividi in ſtipitem, 122
lineam, & gradum. *Stipitem* conſtituunt mas
& fœmina, inter quos copula carnalis inter-
ceſſit: utpote cùm ipſi non fiant inter ſe affi-
nes *arg. cap. quod ſuper* 5. *de Conſanguinit.* ſed
ſint principium affinitatis. *Linea* vel 123
eſt recta, vel obliqua. In linea *recta* ponun-
tur, qui ſibi invicem ſunt affines propter con-
ſanguinitatem in linea recta; nimirum vitri-
cus, ſeu matris noſtræ ſecundus maritus; no-
verca, ſeu patris noſtri ſecunda uxor; privig-
nus & privigna, ſeu liberi ex alio Conjuge
procreati; ſocer, ſocrus, ſeu pater & mater
uxoris aut mariti &c. In linea *obliqua* 124
ponuntur, qui ſibi invicem affines ſunt pro-
pter conſanguinitatem in linea obliqua v. g.
ſoror, aut frater uxoris aut mariti.
Gradus eſt diſtantia unius perſonæ ab 125
altera, ſicut dictum de conſanguinitate in *n.* 19.

## §. III.

### *Quomodò computentur gradus Affinitatis?*

126 PRo inſtituenda graduum computatione in
affinitate proditæ ſunt tres regulæ. Pri-
ma eſt, quòd conſanguinei uxoris fiant affines
mariti, & conſanguinei mariti fiant affines
uxoris. Textus in *cap. porro* 3. *XXXV. q.* 5.
127 *cap. quod ſuper* 5. *de Conſanguin.* Ratio eſt:
quia ex *num.* 107. per copulam carnalem unius
cognatio protrahitur ad fines alterius. Ergo
ex neceſſaria conſequentia conſanguinei uxo-
ris fiunt affines mariti, & conſanguinei ma-
riti fiunt affines uxoris.
128 Secunda eſt, quòd in illo gradu conſangui-
nei uxoris fiant affines mariti, in quo gradu
ſunt uxoris conſanguinei; & viciſſim in eo
gradu conſanguinei mariti fiant affines uxoris,
in quo gradu mariti ſunt conſanguinei. Tex-
129 tus in *d. cap. porro* 3. *XXXV. q.* 5. Ratio eſt:
quia, dum affinitas conſurgit ex eo, quòd
cognatio unius conjugis trahatur ad alteram;
oportet, ut affinitas reſpectu unius in eo gradu
contrahatur, in quo gradu verſatur conſan-
130 guinitas. Unde mater, ſoror, & filia
uxoris ex primo Matrimonio, tanquàm ipſius
in primo gradu conſanguineæ, fiunt affines
mariti in primo gradu. Avia autem, ſororis
filia, & neptis uxoris ex priori Matrimonio,
tanquàm illius in ſecundo gradu conſangui-
neæ, fiunt affines mariti in gradu ſecundo.
Pro cujus majori dilucidatione præſens ſche-
ma eſt appoſitum.
Tertia eſt, quòd conſanguinei mariti ex 131
una parte, & conſanguinei uxoris ex altera
parte, inter ſe invicem nullam contrahant
affinitatem. Textus in *cap. quod ſuper* 5. *de
Conſanguin. & affinit.* Ratio eſt: quia 132
inter conſanguineos uxoris & mariti inter ſe
deficit fundamentum & vinculum neceſſitu-
dinis, ex quo colligatur affinitas: copula
enim carnalis nexum tantummodò fundat in-
ter conjuges & eorum conſanguineos; con-
ſanguineos autem inter ſe non afficit. Et 133
hinc I. pater & filius poteſt ducere matrem
& filiam: quia, ſi pater, habens filium ex pri-
ma uxore Bertha, contrahit Matrimonium
cum Caja vidua, habente filiam ex primo ma-
rito Sempronio, filius quidem fit affinis Cajæ
novercæ in primo gradu, non tamen fit affi-
nis ejusdem filiæ: filius enim eſt conſangui-
neus mariti, & filia eſt conſanguinea uxoris;
adeóque non contrahunt inter ſe vinculum
affinitatis. II. poſſunt duo fratres, 134
Titius & Mævius, ducere duas ſorores, An-
nam



| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Conſanguinei Mariti. | | IV. Abavus, Abavia. | | | IV. Abavus, Abavia. | | Conſanguinei Uxoris. |
| | | III. Proavus, Proavia. | Affines Uxoris. | Affines Mariti. | III. Proavus, Proavia. | | |
| | | II. Avus, Avia. | | | II. Avus, Avia. | | |
| *Inter Conſanguineos utriusque* ☞ | | I. Pater, Mater. | | | I. Pater, Mater. | | *lateris nulla eſt Affinitas.* |
| | | Maritus, Petrus. | | | Uxor, Paula. | | |
| | I. Frater, Soror. | I. Filii, Filiæ. | | | I. Filii, Filiæ. | I. Frater, Soror. | |
| | II. Filii Filiæ. Nepotes, Neptes Mariti. | II. Nepotes, Neptes. | Affines Uxoris. | Affines Mariti. | II. Nepotes, Neptes. | II. Filii Filiæ. Nepotes, Neptes Uxoris. | |
| III. Nepotes, Neptes. Pronepotes, Proneptes, Mariti. | | III. Pronepotes, Proneptes. | | | III. Pronepotes, Proneptes. | | III. Nepotes, Neptes. Pronepotes, Proneptes, Uxoris. |
| IV. Pronepotes, Proneptes. Abnepotes, Abneptes, Mariti. | | IV. Abnepotes, Abneptes. | | | IV. Abnepotes, Abneptes. | | IV. Pronepotes, Proneptes. Abnepotes, Abneptes, Uxoris. |

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nam & Claram: quia, ſi Titius ducat Annam,
illa quidem fit affinis Mævii, & Clara fit affinis
Titii; Mævius tamen, velut conſanguineus
mariti, & Clara, velut conſanguinea uxoris,
nullam inter ſe contrahunt propinquitatem.
135 III. poteſt quis viduam, quam reliquit frater
uxoris, ducere: quia, licèt frater uxoris fiat
affinis mariti, uxor tamen illius fratris cum
136 marito nullam conjunctionem habet. IV.
poteſt privigna nubere fratri ſui vitrici: is
enim fit quidem affinis uxoris, ſed cum illius
filia non ſubit aliquam affinitatem. P. Wieſt-
ner ad *tit. de Conſanguin. & affin. n. 41.* P. Fri-
derich de *Conſanguin. & affin. p. 2. q. 1. n. 62.*
In communi tamen loquendi conſuetudine 137
etiam conſanguinei uxoris & mariti ſe invi-
cem affines compellant, non quòd vera affi-
nitas, quæ Matrimonium impediat, ſubſit, ſed
reſpectus tantum politicus, ex quo cognatio-
nes & affinitates nonnunquàm ultra ſuos li-
mites longiſſimè protenduntur. P. König ad
*cit. tit. n. 28.*

## §. IV.

### *An Matrimonium in aliquo gradu Affinitatis dirimatur ex Jure Naturali?*

138 CONveniunt ſatis DD. Catholici I. quòd
Matrimonium in nullo gradu affinitatis
cujuscunque lineæ dirimatur ex Jure Natura-
li, ſi proveniat ex copula illicita. Sanchez
*lib. 7. diſp. 65. num. 9.* Clericat. *cit. decis. 31.*
139 *num. 31.* Ratio eſt: quia, ſi copula
ſit illicita, nec cauſat reverentiam, nec cau-
ſat amicitiam inter perſonas affines: quin po-
tiùs conſanguinei alicujus fœminæ, turpiter
& illicitè ab alio cognitæ, verecundiam &
horrorem de affine tam probroſo & clandeſti-
no concipiunt. Deficit itaque radix, ex qua
Impedimentum affinitatis de Jure Naturali
conſurgere deberet.
140 Conveniunt II. quòd Matrimonium in
nullo gradu affinitatis lineæ obliquæ dirima-
tur à Jure Naturali; & ideò poſſit maritus
uxoris ſororem ducere. Sanchez *d. l. diſp. 66.*
141 *num. 11.* Pontius *lib. 7. cap. 34. n. 3.* Ra-
tio eſt: partim quia in Veteri Teſtamento
Deuteron. 25. ℣. 5. non tantùm permiſſum,
ſed etiam præceptum erat, ut, ſi frater deceſ-
ſerit absque liberis, frater ſuperſtes relictam
conjugem fratris demortui, primò affinitatis
gradu ſibi conjunctam, ducat; & in Novo
Teſtamento in *cap. ult. de Divort.* talia Matri-
monia, cum vidua defuncti fratris ab infideli-
142 bus contracta, pro validis habentur: partim
quia & tempore Legis Naturalis plura ejus-
modi Matrimonia fuêre celebrata, juxta
*cap. 29. & 38. Geneſ.* & in Lege gratiæ SS. Pon-
tifices aliquoties in primo gradu lineæ trans-
143 verſalis diſpenſârunt; veluti narratur de Ju-
lio II. quòd diſpenſaverit cum Henrico VIII.
Rege Angliæ, ut potuerit ducere Cathari-
nam Arragoniam, fratris ſuis Arturi relictam
conjugem; quod idem de Martino V. Ale-
xandro VI. Paulo V. Urbano VIII. Inno-
centio X. quòd cum variis perſonis in ſimili
gradu diſpenſaverint, probatiſſimâ fide nar-
ratur. Clericat. *d. decis. 31. n. 50.*
144 Nec obſtat vel conſtitutio Juris Veteris, in
*cap. 18. Levitici* Matrimonium cum fratris
uxore prohibentis; vel dictum D. Joannis
Baptiſtæ, Herodem, hominem ethnicum re-
darguentis, quòd habeat uxorem fratris ſui
*Math. 16. ℣. 4.* vel deciſio Innocentii III. in-
fideles, qui Matrimonium in ſecundo vel ul-
teriore gradu contraxerunt, non eſſe ſepa-
randos, judicantis in *cap. gaudemus 8. de Di-
vort.* Nam conſtitutionem & prohibi- 145
tionem Matrimonii, in Levitico contentam,
non eſſe Juris Naturalis, ſed poſitivi Divini,
patet ex *num. 75.* D. Joannes Baptiſta 146
non redarguit Herodem, quòd duxerit uxo-
rem fratris demortui, ſed adhuc viventis, ut
notant SS. PP. apud P. Wieſtner ad *tit. de
Conſang. & affin. ſub num. 48.* Nihil di- 147
cendò, quòd Herodes tunc temporis ample-
xatus fuerit Religionem Judæorum, in qua
juxta *cit. cap. 18. ℣. 16. Levit.* Matrimonium
cum uxore fratris, quando reliquit ex ea li-
beros, prout Philippus Herodis frater reli-
querat, vetatur. Sanchez *d. diſp. 66. num. 12.*
Innocentius III. in *d. cap. gaudemus* non fuit 148
conſultus de primo gradu affinitatis; alias
mentem ſuam clariùs explicâſſet, ſicuti cla-
riſſimè id fecit in *cap. ult. d. t. de Divort.*
Diſconveniunt autem, & generosè inter ſe 149
concertant DD. utrùm in primo gradu lineæ
rectæ Matrimonium ex Jure Naturali dirima-
tur inter privignum & novercam; inter vi-
tricum & privignam; inter ſocerum & uxo-
rem; inter generum & ſocrum? Ex latere
affirmantium ſe locant Sylveſter V. *Matrimo-
nium 8. q. 15. dict. 6.* Covarruv. in *4. Decret.
p. 2. cap. 6. §. 10. n. 6.* P. Friderich de *Conſang.
& affinit. cit. p. 2. n. 72.* & plures relati à San-
chez *d. diſp. 66. n. 6.* quibus accedit Reveren-
diſſ. DD. Guetrather *Inſtitut. Jur. Can. lib. 2.
tit. 13. n. 32.* Ratio non una producitur. 150
Nam I. ut colligitur ex *l. ult. ff. de Condict. ſine
cauſa,* ſi noverca privigno, vel nurus ſocero
nubat, committitur inceſtus de Jure Gen-
tium: igitur Matrimonium ex ipſo Gentium
dictamine, cui lucem conciliat inſtinctus Na-
turalis, irritatur. II. in *Levit. cap. 20.* & 151
*Deuter. cap. 27.* conjugium cum noverca,
nuru, & privigna, graviſſimis ſceleribus con-
tra Naturam accenſetur. III. pleræque 152
Gentes conjugia cum novercis ſunt deteſta-
tæ, juxta illud Apoſtoli 1. *Corinth. 5. auditur in-
ter vos fornicatio, qualis nec inter gentes, ut uxo-
rem patris ſui aliquis habeat.* IV. Matri- 153
monium ſaltem in primo gradu conſanguini-
tatis in linea recta pro nullo reputatur. Er-
go etiam in primo gradu affinitatis in linea
recta pro nullo reputatur: quia adverſatur
reve-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

reverentiæ, quam liberi parentibus exhibere
154 tenentur. V. deſunt exempla, quòd unquam in ſimili gradu conceſſa fuerit diſpenſatio; &, dum Carolus Gonzaga, Mantuæ Dux, apud Urbanum VIII. Anno 1632. inſtitit, ut liceat in uxorem ducere nurum, quam prædefunctus filius abſque liberis reliquerat, diſpenſatio conſtanter eſt negata.
155 Ex latere negantium conſiſtunt Sanchez *d. diſp. 66. n. 7.* Pontius *d. lib. 7. cap. 34. n. 5.* Gonzalez ad *cap. ex literis 1. de Conſang. num. 9.* Clericat. *d. deciſ. 31. n. 34.* Wieſtner ad *cit. tit. n. 50.* Ratio adducitur multiplex. I. in *cap. de inceſtis 8. XXXV. q. 2. & 3.* Matrimonium privigni cum noverca, fratris cum uxore fratris, & alia conjugia cum affinibus, antecedenter contracta, pronuntiantur valida, & impoſterum ſolummodò contrahi prohiben-
156 tur. II. in Concilio Epaumenſi *can. 30.* & Aurelianenſi III. *can. 10.* Matrimonium vitrici cum privigna, in infidelitate contractum, non diſſolvi, ſed ſervari præcipitur.
157 III. hujuſmodi conjugium non tantùm à Gentilibus contractum legitur, dum, ut refert Valerius Maximus *lib. 5. cap. 7.* Seuleucus Rex Syriæ Stratonicam, uxorem ſecundam, filio prioris Matrimonii, ex vehementiſſimo erga eandem amore periculosè de-
158 cumbenti, factô divortiô, ceſſit; ſed etiam à Judæis in antiquo Teſtamento, veluti commemoratur 3. *Reg. 2.* de Adonia filio Davidis, qui Abiſaag Sunamitidem, patris Davidis uxorem & novercam ſuam, in Matrimonium pe-
159 tiit. IV. ex *num.* 138. conjugium in primo gradu lineæ rectæ non eſt irritum, de Jure Naturali, quando affinitas ortum habuit ex copula illicita. Ergo nec tunc Matrimonium eſt irritum, quando affinitas ortum habet ex copula licita. Quemadmodùm enim in conſanguinitate, quoad Matrimonium contrahendum, nihil intereſt, utrùm ex juſtis nuptiis, vel ex conjunctione fornicaria proveniat: ſic etiam in affinitate nihil intereſt, utrùm ex legitimo Matrimonio, vel concu-
160 bitu vetito conſurgat. V. huic conjugio nec obſtat ratio principii: utpote cùm affines non à ſe invicem, ſed à principio alio deſcendant; nec obſtat vinculum reverentiæ: eò quòd iſta propinquitas ſit adſcititia, non autem congenita; & neque ſit tantus reſpectus erga vitricum, qualis erga patrem naturalem; neque tantus ſit affectus erga novercam, qualis erga matrem naturalem. Ergo deficit fundamentum intrinſecæ cujusdam indecentiæ, propter quam Matrimonium inter affines cujusvis gradûs & lineæ dicatur eſſe Naturali Jure prohibitum.

Horum vexilla ſecutus. Reſp. ad I. ra- 161
tionem primæ ſententiæ novercam privigno, vel nurum ſocero nubentem, committere inceſtum de Jure Gentium impropriè ſumptô, quatenùs ex propria unius vel alterius Gentis voluntate talia Matrimonia propter apparentem quandam inconvenientiam prohibita ſimul & pro nullis ſunt habita.

Ad II. Reſp. in Lege Veteri non tam Ma- 162
trimonium quàm illegitimum concubitum cum noverca vel nuru prohibitum eſſe; nec aliquid ibidem dici de concubitu vitrici cum privigna: quod conjecturam non minimam facit, in gradu primo lineæ rectæ Matrimonium de Jure Naturæ non dirimi: cùm eadem diſtantia ſit inter vitricum & privignam, quæ eſt inter privignum & novercam. Imò, 163
poſteaquàm Matrimonium de Jure Veteri Divinô liberè & juſtè prohibitum eſt inter perſonas primi gradûs, meritò inter ſcelera, Juri Naturæ contraria, quoad ſtatutam mortis pœnam, referri potuit: quemadmodùm etiam Matrimonium inter perſonas ſecundi gradûs in *cit. cap. 20. Levitici* inter ſcelera contra Jus Naturæ refertur.

Ad III. Reſp. Matrimonium cum uxore pa- 164
tris pro fornicatione, Gentibus incognitâ, ab Apoſtolo fuiſſe judicatum in caſu, quô pater adhucdum in vivis exiſtebat; prout ipſemet Apoſtolus indicat 2. *Corinth. 7. ℣. 12. hac*, inquiens: *ſcripſi, non propter eum, qui fecit injuriam, nec eum, qui paſſus eſt*, intellige, *patrem adhuc viventem.*

Ad IV. diſparitas eruitur ex *num.* 60. quia 165
in primo gradu conſanguinitatis lineæ rectæ inter parentes & liberos intercedit relatio principii & principiati, cauſæ & effectûs, originis & originati: econtrà in primo gradu affinitatis non reperitur talis relatio, ſed ſola copula, quæ perſonis diverſarum familiarum jus ſanguinis non tribuit, ſed tantùm cognationem unam alteri vicinam reddit.

Ad V. Reſp. diſpenſationem in ſimili gradu 166
datam non fuiſſe, non propter defectum poteſtatis in Summo Pontifice, ſed propter defectum gravioris cauſæ in ſupplicante; eaqueproper Duci Mantuano negatam diſpenſationem, inſtantiſſimè petitam, quòd cauſa neceſſitatis, poſt maturam diſcuſſionem, in rei veritate pro non-ſubſiſtenti fuerit inventa. Clericat. *ubi ſupra n. 45.*

## §. V.

### *In quibus gradibus Affinitas Matrimonium dirimat ex Jure Eccleſiaſtico?*

167 Affinitas de Jure Veteri dirimebat Matrimonium uſque ad gradum ſeptimum, ſive provenerit ex copula licita, ſive provenerit ex illicita. Textus in *cap. nullum 7. cap.*
168 *æqualiter 13. XXXV. q. 2. & 3.* Poſteà in Concilio Lateranenſi gradus ſeptimus affinitatis, adinſtar gradûs ſeptimi conſanguinitatis, ad quartum reſtrictus eſt *cap. non debet 8. de Conſanguin. & Affinit.* Demùm in Con- 169
cilio Tridentino *ſeſſ. 24. de reformat. Matrim. cap. 4.* Impedimentum dirimens Matrimonii ex affinitate ex fornicatione (cujus nomine quælibet illicita copula, etiam adulterina vel inceſtuoſa ex communi DD. opinione intelligitur. Engel ad *tit. de Conſang. & affinit. §. 2. n. 10.*) ad ſecundum gradum incluſivè fuit limitatum. Sed



170 Quæres I. utrùm affinitas ex copula licita non dirimat Matrimonium in linea recta in infinitum?

P. Melchior Friderich de *Conſang. & Affin. p. 2. q. 3. n. 87.* probabiliùs reſpondet, quòd
171 dirimat. Ratio eſt: partim quia in Jure Civili in *l. adoptivus 14. §. ult. ff. de R. N.* & *l. non facilè 4. § 7. ff. de Gradib. & affinib.* id
172 valde luculenter conſtitutum habetur: partim quia motivum, propter quod SS. Canones Matrimonii prohibitionem ad quartum gradum reſtrinxerunt, quòd ſcilicèt in gradibus ulterioribus abſque difficultate non poſſit obſervari, non ſtringit in linea recta, in qua vix erit poſſibile, ut Matrimonium cum affine ultra quartum gradum contrahatur.

173 Quæres II. utrùm affinitas ex copula illicita dirimat Matrimonium, quando eidem vel Sponſalibus ſupervenit?

Reſp. I. ſi affinitas ſuperveniat Sponſalibus de futuro, ac ſponſus v. g. cum ſorore ſponſæ, aut ſponſa cum fratre ſponſi fornicetur, Ma-
174 trimonium ſubſequens dirimi. Textus in *cap. veniens 2.* & *cap. ex literis 8. de eo qui cognovit conſanguin. uxor.* Ratio eſt: quia, ut dictum in *tr. 1. cap. 5. n. 69.* Impedimentum dirimens, ſuperveniens Sponſalibus, Matrimonium futurum unà cum Sponſalibus annullat. Vide tamen *cit. cap. 5. n. 71.*

175 Reſp. II. ſi Matrimonio jam contracto ſuperveniat affinitas, ac uxor v. g. cum conſanguineis mariti, vel maritus cum conſanguineis uxoris intra ſecundum gradû carnaliter commiſceatur, Matrimonium antecedens
176 non dirimi. Textus in *cap. tuæ 10.* & *cap. ult. d. t. de eo, qui cognovit conſanguin.* Ratio eſt: quia nec alia Impedimenta, Matrimonio ſupervenientia, illud diſſolvere poſſunt: vinculum enim, cum Matrimonii valore ſemel
177 inductum, eſt inſolubile. Et licèt in *cit. cap. veniens 2.* ſponſo, qui matrem ſponſæ cognoverat ex diſpenſatione permittatur, aliud cum alia Matrimonium contrahere:
178 neutiquàm tamen concludere licet, Matrimonium, ſi quod antecedenter fuerit initum, diſſolvi: nec enim per ſponſam intelligitur
179 alia quàm de futuro; &, ſi intelligatur ſponſa de præſenti, ſupponi debet, Matrimonium antecedens per mortem ſponſæ jam fuiſſe ſolutum; quô caſu marito, qui Impedimentum impediens ex inceſtu contraxerat, diſpenſativè permittitur, aliud Matrimonium inire. Repetantur dicta in *cap. 1. à n. 118.*

180 Reſp. III. conjugem inceſtuoſum privari jure, debitum conjugale petendi; quantumvis, ſi conjux innocens petat, reddere teneatur. Textus in *cap. ſi quis 1. cap. tranſmiſſa 4. cap. diſcretionem 6. cap. tuæ 10. cap. ult. de eo qui cognovit conſangin.* Si tamen uterque 181
commiſerit inceſtum, aut ſaltem conſenſerit, uterque privatur jure debitum exigendi per *d. cap. tuæ 10.* & *cap. ult. d. t.* cùm enim uterque affinitatem contraxerit, uterque juris amiſſionem incurrit. P. Friderich de *Conſang. & Affin. p. 2. q. 4. n. 107. & 118.*

Quæres III. an, ſi inceſtus committatur 182
cum conſanguineo uxoris vel ſponſæ in tertio vel quarto gradu, pœna amittendi debitum incurratur?

Reſp. cum P. Engel ad *tit. de eo, qui cognovit. num. 6.* P. Friderich *cit. l. n. 110.* & communi ſententia negativè. Ratio eſt: quia 183
pœna amittendi debiti non incurritur præcisè propter inceſtum quà talem, ſed propter affinitatem inde contractam, quatenùs alias conſtituit Impedimentum dirimens per *cap. diſcretionem 6.* & *cap. tuæ 10. d. t.* Cùm ergo poſt Concilium Tridentinum affinitas, quatenùs eſt Impedimentum dirimens, non conſurgat ex copula illicita, cum perſonis in tertio vel quarto gradu habitâ, privationem debiti conjugalis non inducit.

Quæres IV. an jure petendi debitum pri- 184
vetur conjux, qui cum propriis conſanguineis inceſtum committit?

Reſp. cum P. Engel *d. l. n. 3.* P. Friderich *d. l. n. 113.* negativè. Ratio eſt: quia, 185
ut primùm adverti, iſta privatio non provenit præcisè ex inceſtu, ſed potiùs ex affinitate, per inceſtum exortâ. Licèt itaque maritus v. g. carnaliter cum propria conſanguinea peccandô gravius piaculum admittat; attamen, quia affinitas reſpectu uxoris exinde non contrahitur; privatio debiti non incurritur.

Quæres V. utrùm affinitas ex copula illici- 186
ta unà cum privatione debiti naſcatur, eſto aliquis tam affinitatem quàm privationem ignoret?

Reſp. affirmativè. Ratio eſt: quia, ſi lo- 187
quamur de affinitate, illa non oritur ex delicto, tanquàm cauſa, ſed potiùs ex natura rei, ſeu nexu duarum cognationum, per copulam colligatô. P. Engel ad *tit. de Conſanguin. & Affin. n. 12.* Sin autem loquamur de pri- 188
vatione debiti conjugalis, illa quoque non præcisè rationem pœnæ habet, ſed magis eſt effectus affinitatis, quæ, cùm vinculum matrimoniale non poſſit reſcindere, ſaltem jus & uſum matrimonialem impedit. Et po- 189
ſitô, quòd habeat rationem pœnæ, ex noſtris principiis, in *Lib. I. tract. de Jure Leg. cap. 5. num. 237.* expoſitis, ignorantia non poteſt excuſare à pœna, quæ ſpiritualis non eſt, ſi actus aliunde jam prohibitus eſſe ſciatur.



§. VI.

## §. VI.

### *In quibus gradibus Affinitatis poſſit diſpenſari?*

190 Cùm Impedimentum affinitatis in nullo
gradu Matrimonium in noſtra ſententia
de Jure Naturali dirimat; conſectaneum eſt,
in omni gradu à S. Pontifice diſpenſari poſſe.
191 Clericat. ſæpe *cit. deciſ.* 31. *n.* 52. De pri-
mo gradu lineæ collateralis in *n.* 143. allega-
vimus exempla varia, in quibus à S. Pontifice
de facto & jure diſpenſatum eſt. De primo 192
gradu lineæ rectæ non aſſignavimus quidem
exemplū diſpenſationis; ſed, ut patet ex *n.* 166.
obſtaculum non ponit defectus poteſtatis in
diſpenſante, ſed defectus cauſæ. Clericat. *d. l.*

# SECTIO III.

## *De Publica Honeſtate.*

### SUMMARIA.

*193. Deſcribitur publica honeſtat. 194. Eſt inchoata quedam affinitas. 195. & ſeq. Reſultans ex Sponſalibus de futuro, certis & validis. 197. Vel ex Sponſalibus de præſenti. 198. Etiam invalidis. 199. & ſeq. Dirimens Matrimonium inter perſonas affines. 201. Ex Jure Eccleſiaſtico. 202. & ſeqq. Per Concilium Tridentinum Impedimentum publicæ honeſtatis ad primum gradum eſt reſtrictum. 205. & ſeq. Quod tamen non obtinet in Sponſalibus de præſenti. 207. & ſeq. Hoc Impedimentum non operatur retrò. 209. & ſeqq. Nec obligat fideles. 212. Eſt diſpenſabile. 213. & ſeqq. Et ſecundùm aliquos ſolubile, mutuò conſenſu accedente. 217. & ſeqq. Impugnatur tamen hac ſententia. 223. & ſeqq. Solvuntur ipſius argumenta.*

## §. I.

### *Quid ſit Publica Honeſtas?*

193 PUblica honeſtas, ſeu, ut alii loquuntur,
juſtitia publicæ honeſtatis eſt inchoata
quædam affinitas, reſultans ex Sponſalibus de
futuro vel de præſenti, ac dirimens Matrimo-
nium inter perſonas affines.
194 Dixi I. *inchoata quadam affinitas.* Quemad-
modùm enim ex conjunctione corporum ori-
tur vera affinitas, in *ſect. preced.* explicata; ita
ex conjunctione animorum, quæ initiativè
conſurgit ex Sponſalibus de futuro, & com-
pletè habetur ex Sponſalibus de præſenti,
quaſi-affinitas & impropriè talis ſuboritur.
König ad *tit. de Sponſa duor. p.* 2. *n.* 3.
195 Dixi II. *reſultans ex Sponſalibus de futuro.* Ad
hoc autem ut Sponſalia de futuro producant
Impedimentum publicæ honeſtatis, illa ſint
pura & certa, neceſſum eſt: ſi enim vel ſub
conditione contrahantur; vel ineantur cum
perſona indeterminata, nulla producitur ho-
196 neſtas publica *cap. un. de Sponſalib. in* 6. Quin
& hodie poſt Concilium Trid. *ſeſſ.* 24. *de refor-
mat. Matrim cap.* 3. requiritur, ut Sponſalia
valeant: quantumvis enim ex Jure Commu-
ni in *cit. cap. un.* etiam ex Sponſalibus invali-
dis, dummodò valoris defectus non prove-
nerit ex defectu conſenſûs, orta ſit honeſtas
publica: hoc ipſum tamen in *cit. cap.* 3. Trid.
ſublatum eſt.
197 Dixi III. *vel de præſenti*, ſeu Matrimonio ra-
to. Sicut autem Sponſalia de futuro non in-
ducunt honeſtatem publicam, niſi inita fue-
rint purè & cum perſona certa ex *num.* 195.
ita etiam Matrimonium ratum *arg. d. cap. un.
de Sponſalib. in* 6. Ut tamen Matrimo-
nium ſit validum, ex communi ſententia non
deſideratur: cùm Tridentinum, *cit. l.* de
Sponſalibus loquens, in materia Juris corre-
ctoria non intelligat Sponſalia de præſenti, ſi-
cuti declaravit Pius V. motu proprio per
Bullam, quæ incipit ad *Romanum*, de Anno
1568. Card. de Luca de *Matrim. diſc.* 7. *n.* 6.
Barboſa ad *cit. cap.* 3. *Concilii Trid. num.* 2. San-
chez *lib.* 7. *diſp.* 70. *num.* 5. Fagnanus ad *cap.
ad audientiam* 4. *de Sponſalib. n.* 20. P. König
*cit. l. num.* 7. Clericat. de *Sacram. Matrim. de-
ciſ.* 30. *n.* 11.
Dixi IV. *dirimens Matrimonium inter perſo-* 199
*nas affines.* Ratio dirimendi non fundatur in
aliqua neceſſitate vel naturali indecentia, ſed
in quadam honeſtate & convenientia, ut ſer-
vetur reſpectus erga Sponſalia vel Matrimo-
nium præcedens. Cùm enim, ut ſcri-
bit Clericat. *d. l. n.* 1. ſponſi conſueverint ini-
tiare Matrimonium per aliquos actus, ad il-
lud ſpectantes, videlicèt amplexus & oſcula,
videtur eſſe contra pudorem, ut, ſublatâ pri-
mâ perſonâ, cum qua fuerunt exerciti iidem
amplexus & oſcula, Matrimonialis conjun-
ctio ineatur cum conſanguinea primæ ſponſæ
vel ſponſi. Hinc eſt, quòd publica ho- 200
neſtas non ab alio Jure, quàm humano Eccle-
ſiaſtico, dirimendi Matrimonii vim accepe-
rit; ſed à plurimis jam ſæculis, &, ut valde eſt
credibile, paulò poſt initia naſcentis Eccleſiæ
per textus in *cap. ſi quis* 11. *cap. qui deſponſa-
tam* 12. *cap. ſi quis uxorem* 14. *cap. ſi quis
deſponſaverit* 15. *XXVII.
quæſt.* 2.

§. II.



## §. II.

### *Inter quas perſonas publica honeſtas Matrimonium dirimat?*

202 ANte Concilium Tridentinum publica
honeſtas inter illas perſonas Matrimo-
nium dirimebat, inter quas Matrimonium
dirimit affinitas aut conſanguinitas *d. cap. ſi
quis uxorem* 14. *cap. juvenis* 3. *cap. ſponſam* 8. *de
203 Sponſalib.* Per laudatum Concilium
verò in *cit. ſeſſ.* 24. *cap.* 3. vis dirimendi Ma-
trimonium ſolùm obtinet inter perſonas, pri-
mò gradu conjunctas, nempe inter ſponſum
& matrem, filiam, aut ſororem ſponſæ; item
inter ſponſam & patrem, filium, aut fratrem
204 ſponſi. Ratio diſpoſitionis Conciliaris
erat: quia, dum Impedimentum publicæ ho-
neſtatis perſæpe eſt occultum, ex illius nimia
extenſione contigit, ut Matrimonia non pau-
ca nulliter fuerint contracta.
205 Dubitatur autem I. utrùm, ſi Impedimen-
tum publicæ honeſtatis oriatur ex Matrimo-
nio rato, primum gradum non tranſcen-
dat?
Reſp. negativè: ſic enim Pius V. in Bulla,
quam allegavi in *num.* 198 & S. Congregatio,
quam citat Pyrrhus Corrad in *praxi diſpenſat.
lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 15. declaravit. Sanchez *cit.
diſp.* 70. *num.* 16. Pontius *lib.* 7. *cap.* 35. *num.* 3.
P. König *cit. l. num.* 4. P. Wieſtner *ad tit. de
206 Sponſalib. num.* 267. Ratio eſt: tum
quia Concilium ſolummodò loquitur de Spon-
ſalibus: tum quia Matrimonium & magis eſt
publicum, & fortiùs conjungit animos, quàm
Sponſalia: ut proinde coarctationem ad pri-
mum gradum non mereatur.
207 Dubitatur II. utrùm publica honeſtas diri-
mat Matrimonium cum ipſamet ſponſa, quan-
do v. g. ſponſus poſt Sponſalia de futuro Ma-
trimonium de præſenti (licèt invalidè) cum
ſorore ſponſæ contraxit?
Reſp. negativè. Textus in *cap. un. de Spon-
ſalib. in* 6. Gobat *Theol. experim. tr.* 9. *n.* 386.
Clericat. *cit. deciſ.* 30. *num.* 12. Ratio 208
eſt: quia, tametſi affinitas, quæ ſupervenit
Sponſalibus, dirimat Matrimonium cum
ſponſa prima, quando ſponſus illius ſororem
carnaliter cognovit, ex dictis in *num.* 173.
publica tamen honeſtas eandem virtutem
non habet: affinitas ſiquidem, cùm habeat
fundamentum in natura, potentior eſt ad
retroagendum, quàm publica honeſtas, quæ
tantùm in exiſtimatione hominum eſt ſita.
Dubitatur III. utrùm publica honeſtas cau- 209
ſet Impedimentum dirimens apud infideles
poſt eorum converſionem?
Reſp. negativè. P. König *cit. l. num.* 5.
Ratio eſt: quia, ut conſtat ex *cap.* 1. *num.* 17. 210
Impedimentis Matrimonii, Jure tantùm Ec-
cleſiaſtico ſtatutis, infideles non ligantur.
Ergo etiam non ligantur Impedimentô publi-
cæ honeſtatis, Jure tantùm Eccleſiaſticô jux-
ta *num.* 201. ſtatutô.
Neque putes: infideles, ſaltem poſt con- 211
verſionem ligari, ſicuti ligantur Impedimen-
tô affinitatis carnalis. Nam diſcrimen eſt
in eo, quòd affinitas carnalis ex *num.* 208.
habeat fundamentum in natura; cùm tamen
publica honeſtas ſolùm in exiſtimatione hu-
mana fundetur.

## §. III.

### *Quomodò ſolvatur Impedimentum publicæ honeſtatis?*

212 IMpedimentum publicæ honeſtatis ſolvitur
indubitatè per diſpenſationem Summi Pon-
tificis; qui etiam, concurrente juſtitiâ cauſæ,
non eſt difficilis in diſpenſando, velut adver-
tit Barboſa ad Concil. Trid. *cit. ſeſſ.* 24. *cap.* 3.
*num.* 15. dummodò fiat accurata expreſſio
Sponſalium, ex quibus oritur honeſtas publi-
ca, an ea fuerint de præſenti vel futuro.
Corrad *d. l. num.* 23. Deficiente verò juſti-
tiâ cauſæ ſufficientis non eſt ſperanda diſpen-
ſatio, prout ſe Patavii expertum teſtatur
Clericatus *d. deciſ.* 30 *num.* 27.
213 An etiam ſolvatur, quando ſponſus & ſpon-
ſa mutuò conſenſu reſiliunt à Sponſalibus?
Controverſum video. Affirmant Barboſa de
*Offic. & pot. Epiſc. allegat.* 51. *num.* 188. Gutier-
rez de *Matrim. cap.* 103. *num.* 11. Pontius *d.
214 lib.* 7. *cap.* 36. *num.* 9. Ratio eſt I.
quia tam naturale nihil eſt, quàm ea, quæ
mutuò conſenſu coaluerunt, mutuò diſſenſu
rurſus diſſolvi *cap. omnis* 1. *de R. J. cap. nihil
tam.* 35. *ff. eòd.* Atqui publicæ honeſtatis Im-
pedimentum mutuò ſponſorum conſenſu co-
aluit. Ergo mutuò diſſenſu rurſus tollitur.
II. in Concil. Trid. *ſæpe cit. ſeſſ.* 24. *de Reform.* 215
*Matr. cap.* 3. decernitur, Impedimentum pu-
blicæ honeſtatis ceſſare, quando Sponſalia
ex quacunque ratione ſunt invalida. Sed,
ubi mutuò diſſenſu Sponſalia diſſolvuntur,
utique ſunt invalida, nec ampliùs obligandi
vim habent. Ergo &c. III. affertur 216
hanc in rem declaratio Cardinalium à Barboſa
de *Off. & pot. Ep. d. alleg.* 51. *n.* 188. & à Pyrr-
ho Corrado in *praxi diſpenſat. Apoſtol. lib.* 8. *cap.*
7. *num.* 13.
Negant Fagnanus ad *cap. ad audientiam* 4. *de* 217
*Sponſalib. num* 29. Gobat *Theol. experiment.
tract.* 9. *num.* 358. *& ſeqq.* Pignatel. *to.* 5. *conſ.*
50. *à n.* 2. Clericat. *cit. deciſ.* 30. *n.* 9. P. Wex
de *Sponſalib. p.* 1. §. 6. *à num.* 27. P. König ad
*tit. de Sponſa duor. n. ult.* & moderni ferè una-
nimiter. Probatur hæc opinio I. quia, 218
ſi Sponſalia diſſolvantur morte, nihilominùs
manet Impedimentum publicæ honeſtatis *cap.
ſi quis uxorem* 14. *cap. ſi quis deſponſaverit* 15.
*XXVII. q.* 2. Ergo etiam manet, ſi Sponſa-
lia mutuò conſenſu diſſolvantur. II. 219
quia in *cap. acceſſit* 5. *de Deſponſat. impub.* re-


fertur

fertur caſus, quò Sponſalia ipsò Jure fuerunt
diſſoluta; & tamen deciditur, inhoneſtum
eſſe, ut matrem habeat, cui filia erat de-
220 ſponſata. Et quamvis illa diſſolutio
ab initio acciderit ex diſſenſu unius; attamen,
quia Sponſalia non minùs fuerunt diſſoluta,
quàm ſi pars utraque ſtatim diſſenſiſſet; rectè
deducitur, ex diſſolutione Sponſalium Impe-
dimentum publicæ honeſtatis nunquàm ceſ-
221 ſare. III. quia Impedimenta pleraque
ex ſua natura ſunt perpetua, nec certo tem-
pori adſtricta. Ergo etiam Impedimentum
publicæ honeſtatis, utpote quod inconcuſ-
ſum manet, etiamſi Sponſalia ex aliis cauſis
222 diſſolvantur. IV. quia, ut perhibet
*cit.* Pignatellus *num.* 8. expreſſa ſuper hoc de-
claratio Cardinalium in *Vicentina* 13. *Junii*
1654. extat: propoſitò enim dubiò: Petrus
Collata, & Hieronyma Sanctoria contraxe-
runt inter ſe Sponſalia per verba de futuro:
his autem mutuò conſenſu diſſolutis, Hiero-
nyma tranſivit ad alia vota. Cùmque Petrus
hodie velit Matrimonium contrahere cum
ſorore germana ejusdem Hieronymæ, quæri-
tur, an obſtet Impedimentum publicæ hone-
ſtatis? Sacra Congreg. reſpondit, obſtare.
Alia ſuper hoc Declaratio teſte Fagnano *cit.*
Anno 1658. die 10. Julii emanavit, eandem-
que Alexander VII. approbavit, &, ne dein-
ceps in dubium revocetur, mandavit.
223 Ex his ſententiis ſecundam hodie tenendam,
& primam omni probabilitate deſtitutam cen-
ſet P. Wex *cit.* §. 6. *num.* 42. At, ſeclusâ
Cardinalium declaratione, nec non appro-
batione Pontificiâ, quam in dubio relinquit
P. Krimer ad *tit. de Sponſalib. num.* 221. *& ſeq.*
primam ſatis probabilem judicat. Ego 224
autem, conſideratis etiam fundamentis intrin-
ſecis, ſecundam omninò ſequendam exiſti-
mo, & ad I. rationem primæ ſententiæ Reſp.
diſtinguendò major. tam naturale nihil eſt,
quàm ea, quæ mutuò conſenſu coaluerunt,
mutuò diſſenſu rurſus diſſolvi, ſi præcisè de-
pendeant à conſenſu contrahentium, conce-
do majorem; ſi dependeant à principio alio,
nego major. Atqui Impedimentum publicæ
honeſtatis non dependet præcisè ex conſenſu
ſponſorum, ſed principaliter ex conſtitutio-
ne Eccleſiæ, quæ voluit, ut, ſi ſemel ex con-
ſenſu ſponſorum legitimè fuerit introductum,
deinceps firmiter ſubſiſtat. Ad II. 225
Reſp. diſpoſitionem Concilii Tridentini per-
tinere ad Sponſalia, ab initio invalida; non
autem ad ea, quæ ab initio valuerunt, & po-
ſteà per mutuum diſſenſum reddita ſunt inva-
lida: cæteroquin Impedimentum publicæ ho-
neſtatis ſolveretur toties, quoties Sponſalia
valore præhabitò deſtituuntur. Ad III. 226
Reſp. declarationem Cardinalium, in con-
trarium allegatam, vel ex eo virtutem non
obtinere, quòd, ut rectè notat allegat. Cor-
radus *num.* 14. ſit anterior noſtrâ, & in praxi
recepta: nam, ut ſonat receptum axioma,
poſteriora derogant prioribus. Aliter
reſpondet Pignatell. *d. tom.* 5. *conſultat.* 50.
*num.* 6.

# SECTIO IV.

## *De Cognatione Spirituali.*

### SUMMARIA.

227. *Deſcribitur Cognatio ſpiritualis.* 228. *Eſt propinquitas perſonarum.* 229. *& ſeq. Oritur ex Sacramenti Baptiſmi vel Confirmationis adminiſtratione.* 231. *Si valida ſit.* 232. *& ſeq. Et ſecundùm aliquos ſolennis.* 234. *& ſeqq. Cujus tamen oppoſitum probatur.* 238. *Oritur etiam ex ſuſceptione ſeu munere patrini.* 239. *& ſeq. Etiam in baptiſmo non-ſolenni.* 241. *Dirimit Matrimonium.* 242. *& ſeqq. Enumerantur ordines & perſonæ, inter quas Matrimonium de Jure Veteri dirimitur.* 248. *Indicatur, quid obtineat poſt Concilium Tridentinum.* 249. *Tantùm unus aut una poteſt agere patrinum ex Jure Communi.* 250. *Ex Concilio Tridentino unus & una.* 251. *& ſeq. Etiam in Confirmatione.* 253. *Si tamen plures ex deſignatione admittantur, omnes cognationem contrahunt.* 254. *& ſeqq. Si infidelis agat patrinum, nulla oritur cognatio.* 257. *& ſeqq. Referuntur variæ opiniones, quis Impedimentum cognationis ſubeat, quando munus patrini exercetur per procuratorem?* 261. *& ſeqq. Defenditur, quòd ſolus principalis contrahat.* 265. *& ſeqq. Enervantur tres objectiones.* 268. *Si procurator Univerſitatis cujusdam nomine mittatur, nec communitas contrahit aliquam cognationem.* 269. *& ſeq. Nec ſinguli de communitate.* 271. *& ſeqq. Attingitur diſpenſatio hujus Impedimenti.* 274. *Si Matrimonio ſupervemiat, illud non dirimit.* 275. *& ſeq. Secundùm aliquos cauſat privationem debiti conjugalis.* 277. *Inſinuatur opinio contraria.*

## §. I.

### *Quid ſit Cognatio Spiritualis?*

227 COgnatio ſpiritualis denominatur ex eo,
quòd originem habeat ex ſpirituali gene-
ratione; ac definitur, quòd ſit propinquitas
perſonarum, orta ex Sacramenti Baptiſmi,
vel Confirmationis adminiſtratione, vel ſu-
ſceptione, Matrimonium inter perſonas pro-
pinquas dirimens.
Dixi I. *propinquitas perſonarum.* Quemad- 228
modum



modùm enim generatio carnalis inducit pro-
pinquitatem inter perſonas conſanguineas;
ita generatio ſpiritualis inducit propinquita-
tem inter perſonas, ad hunc actum concur-
rentes per *cap. ita diligere* 1. *XXX. q.* 3.
229 Dixi II. *orta ex Sacramenti Baptiſmi vel Con-
firmationis adminiſtratione.* Ratio autem, cur
tantùm ex adminiſtratione Baptiſmi vel Con-
firmationis, non item aliorum Sacramento-
rum oriatur aliqua propinquitas, eſt, quòd in
Baptiſmo homo ſpiritualiter regeneretur in
novum hominem; & in Confirmatione rege-
neretur in ſpecialem ſervum & militem Chri-
230 ſti per *cit. cap. ita diligere* 1. *XXX. q.* 3. Et
licèt in *cap. omnes* 8. *ead. q.* 1. *omnes, quos in Pœ-
nitentia ſuſcipimus*, dicantur *noſtri ſpirituales
filii*; hæc tamen dictio, veluti notat Clerica-
tus *deciſ.* 23. *n.* 1. tantùm eſt metaphorica &
impropria; vel ſaltem illa ſpiritualis relatio
Legislatoribus Eccleſiaſticis non eſt viſa ſuffi-
ciens, ad conſtituendum Impedimentum
*cap. ult. de Cognat. Spirituali in* 6.
231 Ut verò Baptiſmi vel Confirmationis ad-
miniſtratio conſtituat Impedimentum diri-
mens, valida ſit, oportet per *cap. non præſtat*
52. *de R. J. in* 6. aliàs enim deficit generatio
ſpiritualis, ceu fundamentum ſubſequentis
cognationis. Sanchez de *Matrimon. lib.* 7.
232 *diſp.* 62. *num.* 5. Quidam etiam apud
*cit.* Sanchez *num.* 9. requirunt, ut Baptiſmus
ſolenniter conferatur: tum quia in *cap. ult. de
Cognat. Spirit.* ſupponi videtur, ad producen-
dam Cognationem ſpiritualem requiri, ut
Baptiſmus conferatur à Sacerdote, qui non
aliter quàm ſolenniter de via ordinaria bapti-
233 zare ſolet: tum quia in *cap. ad limina* 7.
*XXX. q.* 1. deciditur, ſpiritualem cognatio-
nem non contrahi, ſi pater ſuam propriam
234 ſobolem in neceſſitate baptizet. Sed
inſiſtendum eſt communiſſimæ ſententiæ,
quæ, cùm Jura non diſtinguant inter Baptiſ-
mum ſolennem & non-ſolennem, neque ipſa
diſtinguit, ſed indiſcriminatim Impedimen-
tum cognationis adſtruit. Panormit. ad *cap.
ult. de Cognat. ſpirit. n.* 8. Covarruv. in 4. *Decr.
p.* 2. *cap.* 6. §. 4. *num.* 4. Sanchez *cit. l. num.* 10.
P. König ad *tit. de Cognation. ſpirit. num.* 12. P.
235 Wieſtner *ibid. num.* 18. Ratio ulterior
eſt: partim quia generatio ſpiritualis repræ-
ſentatur non ſolùm in Baptiſmo ſolenni, ſed
etiam inſolenni: partim quia, ſi cognatio ſo-
lùm ex Baptiſmo ſolenni, quem confert Sa-
cerdos, oriretur, ex parte baptizantis fruſtra
poſitum fuiſſet Impedimentum; utpote cùm
propter votum ſolenne caſtitatis, SS. Ordini-
bus annexum, aliunde ſit inhabilis ad Matri-
monium contrahendum. Nec verum 236
eſt, quòd in *cit. cap. ult.* requiratur collatio
Baptiſmi, à Sacerdote facienda: quia de Sa-
cerdote quidem fit mentio, ſed narrativè
tantùm, non diſpoſitivè. Nec etiam 237
verum eſt, quòd in *cit. cap. ad limina* 7. nege-
tur, Impedimentum cognationis ſpiritualis
conſurgere, ſi pater ſobolem propriam in ca-
ſu neceſſitatis baptizet: etenim ſolummodò
deciditur, patrem, in neceſſitate baptizantem,
non amittere jus petendi debitum: eò quòd
caſus neceſſitatis Legi tam odioſæ non ſubja-
ceat.
Dixi ſuperiùs III. *vel ſuſceptione.* Per ſuſce- 238
ptionem hic intelligitur attactus corporalis,
quò patrinus, ſpecialiter ad hoc deputatus,
tenet, levat, ac ſuccollat quaſi perſonam ba-
ptizatam aut confirmatam; ita ut non ſuffi-
ciat adſtitiſſe, niſi etiam levatus fuerit infans.
Pignatell. *to.* 7. *conſult.* 93. *num.* 16. & quidem
cum intentione patrini munus exercendi. San-
chez *d. l. diſp.* 58. *num.* 4. Nec intereſt 239
tunc quoad Baptiſmum, utrùm ſolenniter vel
privatim conferatur: nec enim aſſiſtenſtia
patrini eſt mera cæremonia, ad Baptiſmum
ſolennem præſcripta, ſed eſt potiùs officium
aliquod, ad repræſentandam ſpiritualem ge-
nerationem, ab Eccleſia pro Baptiſmo gene-
ratim conſtitutum per textus in *cap. ſi vir.* 2.
*& cap. veniens* 6. *de Cognat. Spirit. cap. nedum* 1.
*in pr. eod. in* 6. Sicque contra Sanchez *diſp.* 62.
*num.* 14. & alios ſentiunt Pontius *lib.* 7. *cap.* 40.
*num.* 5. P. Pirhing *ad tit. de Cognat. Spirit. n.* 39.
P. Wieſtner *ibid. num.* 21. Nec intereſt quo- 240
ad perſonas, ſintne prohibitæ ab exercendo
munere patrini, cujusmodi ſunt excommu-
nicati vitandi *arg. cap. qui merito* 29. *cap. nihil*
33. *XI. quæſt.* 3. & Religioſi *cap. pervenit* 20.
*XVIII. q.* 2. *cap. non licet* 103. *& ſeq. de Conſecrat.
diſt.* 4. vel non: nihihilominùs enim cogna-
tioné ſpirituaié contrahunt. Confer Vincent.
Petra *coment. ad conſt. Apoſt. to.* 2. *pag.* 443. *à n.* 13.
Dixi IV. *Matrimonium inter perſonas propin- 241
quas dirimens.* Quænam ſint illæ perſonæ, &
inter quas dirimatur Matrimonium; ſtatim
explicabitur.

## §. II.

### *Inter quas perſonas Cognatio Spiritualis Matrimonium dirimat?*

242 ANtequàm conditum & promulgatum
fuit Concilium Tridentinum, Impedi-
mentum cognationis ſpiritualis erat ampliſſi-
mè protenſum, & in tres quaſi lineas & or-
dines diſtinctum. Prima linea dicebatur *pa-
ternitas*, eaque vel directa, vel indirecta.
243 *Paternitas directa* dirimebat Matrimonium in-
ter baptizantem & baptizatum; inter con-
firmantem & confirmatum; nec non inter
patrinum & baptizatum, aut confirmatum.
Textus in *cap. de eo* 5. *XXX. q.* 1. *cap. ita diligere*
1. *ead. q.* 3. *Paternitas indirecta* diri- 244
mebat Matrimonium inter baptizatum, con-
firmatum, & baptizantis, aut confirmantis,
aut patrini uxorem, antecedenter carnaliter
cognitam. Textus in *cap. nedum* 1. *in pr. de
Cognat. Spirit. in* 6.
Secunda linea vocabatur *compaternitas*, ea- 245
que rurſus vel directa vel indirecta. *Directa*
dirimebat Matrimonium inter Parentes ba-
ptizati,

ptizati, vel confirmati, & confirmantem,
baptizantem, aut patrinum. Textus in *cap.*
*ſi quis 3. d. q. 4. cap. Martinus 4. cap. veniens 6.*
246 *de Cognat. ſpirit.* *Indirectâ* dirimebat
Matrimonium inter parentes baptizati, vel
confirmati, & inter baptizantis, confirman-
tis, aut patrini uxorem, antehac cognitam.
Textus in *d. cap. ſi quis 3. cap. ſciſcitatur 1. ead.*
*q. 4. d. cap. Martinus 4.*
247 Tertia linea nominabatur *fraternitas*, quæ
dirimebat Matrimonium inter baptizatum,
aut confirmatum, & baptizantis, confirman-
tis, aut patrini liberos. Textus in *cap. utrùm*
*autem 1. cap. ſuper eo 3. de Cognat. ſpirit.*
248 Hodie verò, poſt Concilium Tridentinum
*cit. ſeſſ. 24. de Reform. Matrim. cap. 2.* ſolùm pa-
ternitas & compaternitas, eaque directa in
uſu eſt; ideóque Matrimonium ſolummodò
dirimitur inter baptizantem, confirmantem,
aut patrinum, & baptizatum aut confirma-
tum, nec non illius parentes.
249 Dubitabis I. utrùm, ſi plures patrini levent
baptizatum, aut confirmatum, omnes con-
trahant ſpiritualem cognationem?
Reſp. I. de Jure Communi in *cap. ult. de*
*Cognat. ſpirit. in 6.* conſtitutum eſſe, ut tan-
tùm unus aut una teneant baptizatum, aut
confirmatum; cognationem tamen ab omni-
bus, ſi plures acceſſerint, contractam cen-
ſeri.
250 Reſp. II. de Jure Concilii Trident. *cit. cap. 2.*
Jus Commune eatenùs inveniri mutatum,
ut ad ſummum unus & una ad patrini munus
in Baptiſmo obeundum admittantur. Quod,
an etiam ad Confirmationem ſit extenden-
251 dum? Non ita liquet. Barboſa *de offic. & pot.*
*Ep. alleg. 30. n. 43.* & P. Wieſtner ad *cit. tit.*
*num. 8.* negant: eò quòd Concilium Triden-
tinum, velut antiqui Juris correctorium, non
poſſit aut debeat extendi ad Confirmationem,
252 de qua non loquitur. Sanchez *lib. 7.*
*diſp. 57. num. 9.* affirmat: quia Concilium
*cit. loc.* diſpoſitionem, quam antecedenter de
Baptiſmo fecerat, in fine protendit ad Con-
firmationem.
253 Reſp. III. ſi plures, quàm unus aut una, ad
patrini munus ex deſignatione parentum ad-
mittantur, ab omnibus cognationem ſpiri-
tualem contrahi; ſecus, ſi motu proprio ac-
cedant per textum in *cit. loc.* Trident. ubi Bar-
boſa *num. 33.* Sanchez *cit. l. num. 15.* P. Engel
ad *tit. de Cognat. ſpirit. num. 4.* P. Reiffenſtuel
*ibid. n. 20. & ſeq.* Pignatell. *to. 7. conſult. 93.*
*n. 4. & 8.* ubi refert declarationem Congre-
gationis S. Concilii.
254 Dubitabis II. utrùm, ſi infideles ad officium
patrini admittantur, cognatio ſpiritualis oria-
tur?
Reſp. negativè. Sanchez *diſp. 60. num. 7. &*
14. Pontius *lib. 7. cap. 40. num. 2.* P. Kö-
nig ad *tit. de Cognat. ſpirit. num. 10.* P. Wieſt-
255 ner *ibid. num. 14.* Ratio eſt: quia infi-
delis, cùm vitâ ſpirituali careat, non poteſt
eſſe ſpiritualiter cognatus; ſicut, qui vitâ na-
turali deſtitutus eſt, nequit eſſe naturaliter
cognatus. Fidelis autem vel ex eo 256
capite cum infideli cognationem non contra-
hit: tum quia cognatio ſolet eſſe reciproca;
tum quia inter Chriſtum ſeu Chriſtianum, &
Belial ſeu infidelem, nulla eſt ſocietas, nul-
lum vinculum, & nulla relatio.
Dubitabis III. utrùm, ſi quis baptizatum, 257
aut confirmatum levet per procuratorem,
cognationem ſpiritualem contrahat procura-
tor, principalis, uterque, vel neuter? Pro
procuratore reſpondent Francus & alii apud
Sylveſtrum V. *Matrimonium 8. q. 7.* & San-
chez *loco mox cit.* Pro principali con- 258
cludunt Panormit. ad *cap. veniens de Cognation.*
*ſpirit. num. 4.* Pontius *d. lib. 7. cap. 39. num. 10.*
Barboſa de *offic. & pot. Ep. d. allegat. 30. n. 50.*
Clericat. *cit. deciſ. 23. num. 8.* P. Wieſtner
*cit. l. num. 28.* P. Reiffenſtuel *num. 23.* Pro 259
utroque ſtat Joannes Andreas, & quidam alii,
quos citat Sanchez *diſput. 59. num. 2. & 10.*
Pro neutro reſpondendum exiſtimat *cit.* San- 260
chez *num. 4. & 11.* & hanc opinionem, abſtra-
hendò à Cardinalium Declaratione, in Jure
probabiliorem dicit P. Engel ad *cit. tit. n. 6.*
Ego cum opinione ſecunda concludo, prin- 261
cipalem, & quidem ſolum, cognationem hanc
contrahere. Itáque reſolutum eſt à Sacra
Congregatione Concilii 29. *Martii* 1582. &
15. *Martii* 1631. apud *cit.* Clericat. Ratio 262
eſt: quia principalis vult & poteſt, contra-
here talem cognationem. Vult: eum ſiqui-
dem in finem deſtinat procuratorem, ut ipſi-
us nomine patrini munere fungatur, & con-
ſequenter fundamentum cognationis ponat.
Poteſt: nam & actus alii miniſteriò procura- 263
toris rectè geruntur; & ipſum Matrimonium
per procuratorem contrahitur, unà cum Im-
pedimento, publicæ honeſtatis exinde reſul-
tante. Procurator autem nec vult 264
cognationem aliquam contrahere: utpote
cùm munus patrini non exerceat ſuò, ſed
principalis ſui nomine; nec etiam poteſt, dum
alius, ac qui in patrinum à parentibus eſt deſi-
gnatus, ſpiritualis cognatus ex *num. 253.* non
efficitur.
Nec obſtat I. quòd levatio vel ſuſceptio 265
baptizandi vel confirmandi ſit actus phyſicus,
naturalis, & in facto conſiſtens. Exinde enim
non deducitur, quòd per procuratorem ſup-
pleri nequeat: ſiquidem etiam apprehenſio
rei in acquiſitione poſſeſſionis, vel manifeſta-
tio interni conſensûs in Matrimonio vel pro-
feſſione Religioſa eſt actus phyſicus, natura-
lis, & in facto conſiſtens; & tamen per pro-
curatorem ſuppleri poteſt.
Nec obſtat II. quòd cognatio legalis per 266
ſubſtitutionem procuratoris non contraha-
tur *l. poſt mortem 25. §. 1. ff. de Adoptionibus.*
Hoc enim ideò ſancitum noſcitur: quia ado-
ptio, cujus adminiculò perficitur legalis cog-
natio, eſt actus legalis, in ſpecie ſic dictus,
nec admittit perſonam procuratoris, ut di-
ctum & explicatum in *Lib. I. tract. de Juriſdict.*
*cap. 8. num. 25.*
Nec obſtat III. quòd, ſi Sacerdos ex com- 267
miſſio-



miſſione Parochi baptizet, non Parochus
committens, ſed Sacerdos commiſſarius ſpi-
ritualem cognationem ſubeat. Nam etiam
Sacerdos, ex commiſſione baptizans, non
baptizat nomine committentis, ſed nomine
& authoritate Chriſti.
268 Dubitabis IV. quis cognationem ſpiri-
tualem ſubeat, quando communitas ali-
qua munus patrini per procuratorem
obit?
Reſp. quòd ipſa communitas cognationem
non ſubeat: utpote cùm ſit perſona ficta tan-
tùm & incerta; nonnulli tamen cum Abba-
te in *cit. cap. veniens de Cognat. ſpirit. n. 5.* exiſti-
ment, à ſingulis de communitate talem cog-
nationem contrahi. Cùm autem ex 269
una parte non admittantur plures patrini,
quàm unus & una ex *num. 250.* ex altera ve-
rò parte, etiam in caſu, quô plures concur-
runt, tantùm illi, qui tenent & levant, cogna-
tionem contrahant: profectò ſinguli de
communitate cognationem non poterunt
contrahere: quippe cùm nec ipſi teneant 270
aut levent, nec procurator, quod facit, faciat
nomine ſingulorum, ſed nomine totius uni-
verſitatis.

## §. III.

### *Quomodò tollatur Impedimentum Cognationis Spiritualis?*

271 IMpedimentum cognationis ſpiritualis tol-
litur Apoſtolicâ diſpenſatione, quæ, ſi co-
gnatio proveniat ex compaternitate, poteſt
abſque ſingulari difficultate obtineri. Cle-
272 ricat. *cit. deciſ. 23. n. 32.* Si verò pro-
veniat ex paternitate, ex judicio Sanchezii
*lib. 8. diſp. 24. n. 15.* ob maximam reveren-
tiam, quæ & Sacramento, & parentibus ſpi-
ritualibus à filiis & filiabus debetur, non eſt
ſperanda, nec hactenùs conceſſa diſpenſatio.
273 At Pontius *lib. 8. cap. 17. §. 5. n. 28.* ſcribit à
Gregorio XIV. cum patre & filia ſpirituali
diſpenſatum eſſe, ſucceſſu tamen infauſtô,
dum proles, ex Matrimonio ſuſcepta, brevi
poſt partum intervallô, exſpiravit.
274 Si quæras: utrùm Impedimentum cogna-
tionis ſpiritualis aliquid operetur, quando ip-
ſemet pater naturalis infantis eundem bapti-
zat, aut levat?
Reſp. Matrimonium quidem non dirimi,
ſicuti non dirimitur ex affinitate ſupervenien-
275 te juxta *num. 175.* jus tamen exigendi con-
jugale debitum ex aſſertione plurimorum
DD. Panormitani in *cap. ſi vir de Cognat. Spirit.*
*num 5.* Sylveſtri V. *Matrimonium 8. quæſt. 7.*
Sanchezii *lib. 9. diſp. 26. num. 7.* Clericati *d.*
*deciſ. 23. n. 29.* amitti, ſi neceſſitas non excu-
ſet. Textus ad id probandum afferuntur
ex *cap. pervenit 1. cap. ſi quis filiaſtrum 2. cap.*
*miſſe 3. cap. ad limina 7. XXX. q. 1.* Ratio 276
aſſignatur: quia cognatio, ſic contracta, ope-
ratur, quantum poteſt; ſicut affinitas carna-
lis, aut aliud Impedimentum, Matrimonio
ſuperveniens, operatur, quantum poteſt; vi-
delicet, in defectum diſſolutionis, inducit
privationem debiti conjugalis. Quam- 277
quam, ſi textus in *cap. ſi vir 2. de Cognat. ſpirit.*
conſideretur, Alexander III. circa debitum
æqualiter diſponat, ſive ſcienter, ſive igno-
ranter cognatio ſpiritualis contrahatur; &
ideò per hunc textum textus alios & anti-
quiores in *num. 275.* correctos eſſe, cum
Anchorano, Archidiacono, & aliis defendat
P. Wieſtner ad *cit. tit. n. 25.*

# SECTIO V.

## *De Impedimento Cognationis Legalis.*

### SUMMARIA.

*278. & ſeq. Deſcribitur cognatio legalis. 280. Eſt propinquitas perſonarum. 281. & ſeqq. Ex legitima adoptione, ſeu potiùs arrogatione contracta. 286. Non autem ex adoptione in ſpecie. 287. Dirimens Matrimonium inter perſonas propinquas. 288. & ſeqq. Conſtituuntur tres ordines perſonarum in cognatione legali. 291. & ſeq. Servantur etiam de Jure Canonico. 293. & ſeq. Liberi diverſorum parentum ab uno adoptati Matrimonium inter ſe contrahere non prohibentur. 295. Ubi nec liberi, per unionem prolium conjuncti. 296. & ſeq. Impedimentum cognationis legalis in primo & tertio ordine eſt perpetuum. 298. In ſecundo durat, uſquedum patria poteſtas durat. 299. Attingitur diſpenſatio.*

## §. I.

### *Quid ſit Cognatio Legalis?*

278 COgnatio Legalis nomen ſortita fuit à
Lege Civili Romanorum, per quam
adoptio non tantùm erat recepta quoad ſuc-
ceſſionem, ſed etiam quoad irritationem Ma-
trimonii *§. inter eas 2. Inſt. de Nupt. l. adoptivus*
*14. l. per adoptionem 17. l. quin etiam 55. ff.*
*de R. N.*
Deſcribi poteſt, quòd ſit propinquitas per- 279
ſonarum, ex legitima adoptione contracta,
dirimens Matrimonium inter perſonas pro-
pinquas.
Dixi I. *propinquitas perſonarum.* Ex eo 280
enim, quòd aliquis per adoptionem conſe-
quatur novum patrem, conſequitur etiam
ſpecia-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

ſpecialem conjunctionem & propinquitatem,
tum cum patre adoptivo, tum cum aliis per-
ſonis, eidem patri propinquis.

281 Dixi II. *ex legitima adoptione contracta.* Ubi
ex *Lib. III. tract. de Perſon. Reb. ac Jurib. Ec-
clef. p. 1. cap. 1. num. 82.* ſciendum, adoptio-
nem aliam in ſpecie ſic dici, aliam vocari ar-
rogationem. Adoptio in ſpecie eſt actus,
quô filiusfamilias ſeu homo patriæ poteſtati
ſubjectus ab alio in filium aſſumitur, ita, ut
adoptantis poteſtati quidem non ſubjiciatur,
jus tamen ab inteſtato ſuccedendi acquirat.
282 Arrogatio eſt actus, quô paterfamilias ſive
homo ſui juris ab alio in filium aſſumitur, &
illius poteſtati patriæ ſubjicitur. Et hanc
poſteriorem adoptionem ſeu arrogationem
ad inducendam cognationem legalem requi-
ri, nec priorem ſufficere, cum Innocentio,
Caniſio ad *cap. un. de Cognat. Leg.* P. König ad
*cit. tit. de Cognat. Leg. num. 9.* veroſimiliùs ad-
ſtruunt Sanchez *lib. 7. diſp. 63. n. 9.* P. Engel
ad *cit. tit. n. 3.* P. Pithing *ibid. n. 4.* P. Wieſt-
ner *num. 10.* P. Wex de *Sponſal. p. 2. contr. 4.*
Reverendiſſ. DD. Guetrather *Inſtit. Jur. Can.*
283 *lib. 2. tit. 13. n. 7.* Ratio eſt: quia tex-
tus Civiles, de legali cognatione loquentes,
loquuntur de tali adoptione, per quam ado-
ptatus transfertur in familiam adoptantis,
ejus poteſtati ſubjicitur, & jus filiationis ac-
quirit. Vid. *§. ergo non 1. §. inter eas 2. Inſtit.
de Nupt. l. adoptivus 14. §. 1. l. per adoptionem 17.
in princ. & §. 1. l. quin etiam 55. §. 1. ff. de R. N.*
Textus autem Canonici, cùm adoptionem 284
pro adſtruenda cognatione recipiant in ſenſu
Juris Civilis per *cap. ita diligere 1. cap. per ado-
ptionem 6. XXX. q. 3.* utique non aliam, quàm
arrogationem admittunt. Ratio po- 285
teſt aſſignari: quia, ſi quis arrogetur, & al-
teri familiæ inſeratur, propter cohabitatio-
nem in eadem domo & promiſcuum rerum
juriumque commercium, magis eſt inconti-
nentiæ periculo ſubjectus, quàm alius, qui
ſimpliciter adoptatus, & eidem familiæ nun-
quam incorporatus eſt: unde, ad tollendum
periculum, Impedimentum cognationis inter
ſolas perſonas, per arrogationem ſibi invicem
conjunctas, ſtatutum eſt.

Alterius ſententiæ Fautores ſunt Panormi- 286
tan. ad *cap. un. d. t. n. 5.* Gonzalez *ibid. n. 10.*
Covarruv. in *4. Decret. p. 2. cap. 6. §. 5. n. 20.*
Clericat. de *Sacram. Matrim. deciſ. 28. n. 27.
& ſeq.* P. Reiffenſtuel ad *cit. tit. n. 10.* Ratio
tamen, quâ nituntur, quòd Jura loquantur
generaliter de adoptione, ex *num. 283.* ener-
vata manet.

Dixi III. *diriment Matrimonium inter perſo-* 287
*nas propinquas;* non quidem ex Jure Naturali,
ſed humano, partim Civili, partim Eccleſia-
ſticô. Clericat. *d. deciſ. n. 18.* Quænam ſint
illæ perſonæ? ſtatim in *§. ſeq.* explicabitur.

## §. II.

### *Inter quas perſonas Cognatio Legalis Matrimonium dirimat?*

288 Cognatio Legalis dirimit Matrimonium
inter perſonas triplicis ordinis & claſſis.
In primo ponuntur, qui ſibi parentum & libe-
rorum ſunt locô, puta adoptans & adoptatus
unà cum cæteris ex eo deſcendentibus filiis,
naturalibus & legitimis ſimul, inter quos Ma-
trimonium conſiſtere nequit *§. ergo non 1. Inſt.*
289 *de Nupt. l. quin etiam 55. in pr. ff. de R. N.* In
ſecundo conſtituuntur liberi adoptantis, na-
turales ſimul & legitimi, nec non liberi ado-
ptivi ſeu legitimi tantùm: contrahunt enim
inter ſe fraternitatem, & Matrimonium con-
trahere non poſſunt *cap. un. de Cognat. Leg. l.*
290 *per adoptionem 17. in pr. ff. R. N.* In ter-
tio ſunt affines, videlicèt uxor patris adopti-
vi, quæ liberis adoptivis eſt novercæ locô *l.
adoptivus 14. in pr. ff. d. t.* item uxor filii ado-
ptivi, quæ patri adoptanti eſt inſtar nurûs *d. l.
adoptivus 14. §. 1.* item mater vel matertera
adoptantis, quæ parentum vice habentur *§.
item amitam 5. Inſtit. de Nupt. l. quin etiam 55.
§. 1. ff. de R. N.* proindeque Matrimonium in-
ter tales affines & adoptivum filium non va-
let ex citatis textibus.

291 Nec impedit, quòd de Jure Canonico alia
prohibitio non reperiatur expreſſa, quàm in-
ter adoptantem & adoptatum, inter filium
vel filiam naturalem adoptantis & filium vel
filiam adoptivam *cap. ita diligere 1. XXX. q. 3.
cap. un. de Cognat. Leg.* Nam Leges 292
Civiles in materia cognationis legalis gene-
raliter receptæ videntur à Jure Canonico
tam in *cit. cap. ita diligere 1.* quàm in rubrica
de *Cognatione Legali.* Panormit ad *eand. rubr.
num. 1.* P. Engel ad *tit. cit. n. 5.* P. Wieſner
*ibid. n. 7.*

Quæres I. an, ſi liberi diverſorum paren- 293
tum ab uno adoptentur, Matrimonium inter
ſe contrahere valeant? Ratio quærendi eſt:
quia ſunt liberi ejuſdem patris; adeóque le-
galem inter ſe confraternitatem habent.
Verùm

Reſp. affirmativè. Sanchez *cit. diſput. 63.* 294
*num. 28.* Zoëſ. ad *cit. tit. n. 6.* P. Engel *ibid.
num. 5.* Ratio eſt: quia deficit textus, ſinè
quo Impedimenta Matrimonii, tanquàm
odioſa, & libertati naturali præjudicioſa, ſta-
tui non debent; ne quidem, ſi ratio paritatis
concurrat. Ut eapropter ulteriori reſpon-
ſione ad rationem quærendi opus non ſit.

Quæres II. utrùm liberi per unionem pro- 295
lium ſpecialem cognationem contrahant?

Reſp. cum P. Engel *d. l. num 7.* negativè.
Ratio eſt: quia unio prolium non operatur
poteſtatem patriam, ſed tantùm inducit æqua-
litatem ſucceſſionis inter liberos. Unde
non magis efficiet cognationem legalem,
quàm adoptio in ſpecie.





## §. III.

### *Quomodò tollatur Impedimentum Cognationis Legalis?*

296 Impedimentum cognationis legalis in pri-
mo & tertio ordine perpetuum eſt, durat-
que, licèt adoptio per emancipationem aut
mortem adoptivi patris ſublata fuerit *§. ergo
non 1. Inſt. de Nupt. l. adoptivus 14. §. 1. & 4. l.*
297 *quin etiam 55. in pr. ff. de R. N.* Excipitur
in *ead. l. §. 1.* mater & matertera patris ado-
ptantis, cum quibus filius adoptivus, ſolutâ
adoptione, Matrimonium contrahere non
prohibetur.

298 In ſecundo ordine cognationis Impedi-
mentum diutiùs non durat, quàm adoptio:
idcirco, ſi pater adoptivus velit, ut filius na-
turalis cum filia adoptiva Matrimonium ineat,
ipſemet obſtaculum removere, & filium aut
filiam emancipare poteſt *cap. per adoptionem 6.
XXX. q. 3. cap. un. de Cognat. Leg.*

Quantùm ad diſpenſationem, ex Vincentio 299
de Juſtis *de diſpenſat. Matrim. lib. 2. cap. 6. n. 51.
& ſeqq.* tradit Clericatus *cit. deciſ. 24. ſub n. 32.*
eam rariùs in hoc Impedimento peti; addit
Magnif. D. P. König ad *cit. tit. n. ult.* eam in
primo & tertio ordine non niſi ex gravi cau-
ſa & difficillimè concedi.

# CAPUT IV.

## *De Impedimento Criminis.*

Impedimentum Criminis non eſt unius generis. Aliud enim vocatur *Crimen*
in ſpecie, & comprehendit Adulterium ac Conjugicidium. Aliud crimen
dicitur *Vis* aut *Raptus.* Quodlibet autem ex hiſce criminibus tantæ eſt con-
ſiderationis, ut ſpecialem ſibi tractationem vendicet.

## SECTIO I.

### *De Impedimento Criminis ex Adulterio & Conjugicidio.*

SUMMARIA.

1. *Deſcribitur adulterium, quatenùs ſinè conjugi-
cidio Matrimonium dirimit.* 2. *Dirimit au-
tem inter ſolas perſonas complices.* 3. *Quæ
adulterium perfectum;* 4. *Et formale com-
mittunt.* 5. *& ſeqq. Cum vera & ſeria pro-
miſſione Matrimonii.* 10. *Vel de præſenti.* 11.
*Vel in futurum, poſt obitum conjugis, contra-
hendi.* 12. *Deſcribitur, quatenus conjugici-
dium abſque adulterio Matrimonium dirimit.*
13. *& ſeqq. Dirimit autem inter ſolas perſonas
complices.* 16. *Quæ ſibi Matrimonium promit-
tunt.* 17. *& ſeqq. Et alium conjugem occidunt.*
20. *Deſcribitur adulterium & conjugicidium,
quatenùs conjunctivè Matrimonium dirimit.* 21.
*& ſeqq. Enumerantur requiſita.* 26. *& ſeq.
Impedimentum criminis vim dirimendi habet ex
Jure Eccleſiaſtico.* 28. *Duos infideles non ſtrin-
git.* 29. *Benè tamen fidelem & infidelem.* 30.
*Agitur de illius diſpenſatione.* 31. *Oſtenditur,
hoc Impedimentum etiam ab ignorantibus incur-
ri.* 32. *Deciditur, quod Sponſalia vivente le-
gitimò conjuge non valeant.*

## §. I.

### *De Adulterio ſinè Conjugicidio.*

1 Impedimentum Criminis, quod oritur ex
adulterio ſinè conjugicidio, eſt inhabili-
tas Matrimonii inter perſonas complices,
quæ adulterium perfectum & formale com-
mittunt, cum vera & ſeria promiſſione Ma-
trimonii, vel de præſenti, vel in futurum, poſt
obitum conjugis, contrahendi.

2 Dixi I. *inhabilitas Matrimonii inter perſonas
complices.* Nam adulterium perſonas adulte-
ras abſolutè non reddit inhabiles, ſed tantùm
reſpectivè, videlicèt ad Matrimonium inter
ſe invicem, non autem cum perſonis aliis
contrahendum per *cap. ex literarum 4. De eo
qui duxit in Matrimon. quam polluit per adulter.*
quatenùs ſpe conjugii, inter adulteros præci-
ſâ, fides & amor conjugalis majori cum certi-
tudine & ſinceritate propagetur. Gonzalez
ad *cap. ult. d. t. n. 5. in fin.*

Dixi II. *quæ adulterium perfectum.* Si adul- 3
terium fuerit imperfectum ex defectu copu-
læ, ad prolis generationem idoneæ, non cau-
ſat Impedimentum *arg. cit. cap. ult.* quia in ſi-
milibus materiis diſpoſitiones odioſas debe-
mus accipere cum effectu & rei proprietate.
Panormitan. ad *cit. cap. n. 6.* Sanchez *lib. 7.
diſp. 79. n. 2. in fin.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſpecialem conjunctionem & propinquitatem, tum cum patre adoptivo, tum cum aliis perſonis, eidem patri propinquis.

281 Dixi II. *ex legitima adoptione contracta.* Ubi ex *Lib. III. tract. de Perſon. Reb. ac Jurib. Eccleſ. p. 1. cap. 1. num. 82.* ſciendum, adoptionem aliam in ſpecie ſic dici, aliam vocari arrogationem. Adoptio in ſpecie eſt actus, quô filiusfamilias ſeu homo patriæ poteſtati ſubjectus ab alio in filium aſſumitur, ita, ut adoptantis poteſtati quidem non ſubjiciatur, jus tamen ab inteſtato ſuccedendi acquirat.

282 Arrogatio eſt actus, quô paterfamilias ſive homo ſui juris ab alio in filium aſſumitur, & illius poteſtati patriæ ſubjicitur. Et hanc poſteriorem adoptionem ſeu arrogationem ad inducendam cognationem legalem requiri, nec priorem ſufficere, cum Innocentio, Caniſio ad *cap. un. de Cognat. Leg.* P. König ad *cit. tit. de Cognat. Leg. num. 9.* veroſimiliùs adſtruunt Sanchez *lib. 7. diſp. 63. n. 9.* P. Engel ad *cit. tit. n. 3.* P. Pithing *ibid. n. 4.* P. Wieſtner *num. 10.* P. Wex de *Sponſal. p. 2. contr. 4.* Reverendiſſ. DD. Guetrather *Inſtit. Jur. Can.*

283 *lib. 2. tit. 13. n. 7.* Ratio eſt: quia textus Civiles, de legali cognatione loquentes, loquuntur de tali adoptione, per quam adoptatus transfertur in familiam adoptantis, ejus poteſtati ſubjicitur, & jus filiationis acquirit. Vid. *§. ergo non 1. §. inter eas 2. Inſtit. de Nupt. l. adoptivus 14. §. 1. l. per adoptionem 17. in princ. & §. 1. l. quin etiam 55. §. 1. ff. de R. N.*

Textus autem Canonici, cùm adoptionem 284
pro adſtruenda cognatione recipiant in ſenſu Juris Civilis per *cap. ita diligere 1. cap. per adoptionem 6. XXX. q. 3.* utique non aliam, quàm arrogationem admittunt. Ratio po- 285
teſt aſſignari: quia, ſi quis arrogetur, & alteri familiæ inſeratur, propter cohabitationem in eadem domo & promiſcuum rerum juriumque commercium, magis eſt incontinentiæ periculo ſubjectus, quàm alius, qui ſimpliciter adoptatus, & eidem familiæ nunquam incorporatus eſt: unde, ad tollendum periculum, Impedimentum cognationis inter ſolas perſonas, per arrogationem ſibi invicem conjunctas, ſtatutum eſt.

Alterius ſententiæ Fautores ſunt Panormi- 286
tan. ad *cap. un. d. t. n. 5.* Gonzalez *ibid. n. 10.* Covarruv. in *4. Decret. p. 2. cap. 6. §. 5. n. 20.* Clericat. de *Sacram. Matrim. deciſ. 28. n. 27. & ſeq.* P. Reiffenſtuel ad *cit. tit. n. 10.* Ratio tamen, quâ nituntur, quòd Jura loquantur generaliter de adoptione, ex *num. 283.* enervata manet.

Dixi III. *diriment Matrimonium inter perſo-* 287
*nas propinquas;* non quidem ex Jure Naturali, ſed humano, partim Civili, partim Eccleſiaſticô. Clericat. *d. deciſ. n. 18.* Quænam ſint illæ perſonæ? ſtatim in *§. ſeq.* explicabitur.

## §. II.

### *Inter quas perſonas Cognatio Legalis Matrimonium dirimat?*

288 Cognatio Legalis dirimit Matrimonium inter perſonas triplicis ordinis & claſſis. In primo ponuntur, qui ſibi parentum & liberorum ſunt locô, puta adoptans & adoptatus unà cum cæteris ex eo deſcendentibus filiis, naturalibus & legitimis ſimul, inter quos Matrimonium conſiſtere nequit *§. ergo non 1. Inſt.*

289 *de Nupt. l. quin etiam 55. in pr. ff. de R. N.* In ſecundo conſtituuntur liberi adoptantis, naturales ſimul & legitimi, nec non liberi adoptivi ſeu legitimi tantùm: contrahunt enim inter ſe fraternitatem, & Matrimonium contrahere non poſſunt *cap. un. de Cognat. Leg. l.*

290 *per adoptionem 17. in pr. ff. R. N.* In tertio ſunt affines, videlicèt uxor patris adoptivi, quæ liberis adoptivis eſt novercæ locô *l. adoptivus 14. in pr. ff. d. t.* item uxor filii adoptivi, quæ patri adoptanti eſt inſtar nurûs *d. l. adoptivus 14. §. 1.* item mater vel matertera adoptantis, quæ parentum vice habentur *§. item amitam 5. Inſtit. de Nupt. l. quin etiam 55. §. 1. ff. de R. N.* proindeque Matrimonium inter tales affines & adoptivum filium non valet ex citatis textibus.

291 Nec impedit, quòd de Jure Canonico alia prohibitio non reperiatur expreſſa, quàm inter adoptantem & adoptatum, inter filium vel filiam naturalem adoptantis & filium vel filiam adoptivam *cap. ita diligere 1. XXX. q. 3. cap. un. de Cognat. Leg.* Nam Leges 292
Civiles in materia cognationis legalis generaliter receptæ videntur à Jure Canonico tam in *cit. cap. ita diligere 1.* quàm in rubrica de *Cognatione Legali.* Panormit ad *eand. rubr. num. 1.* P. Engel ad *tit. cit. n. 5.* P. Wieſtner *ibid. n. 7.*

Quæres I. an, ſi liberi diverſorum paren- 293
tum ab uno adoptentur, Matrimonium inter ſe contrahere valeant? Ratio quærendi eſt: quia ſunt liberi ejusdem patris; adeóque legalem inter ſe confraternitatem habent. Verùm

Reſp. affirmativè. Sanchez *cit. diſput. 63.* 294
*num. 28.* Zoëſ. ad *cit. tit. n. 6.* P. Engel *ibid. num. 5.* Ratio eſt: quia deficit textus, ſinè quo Impedimenta Matrimonii, tanquàm odioſa, & libertati naturali præjudicioſa, ſtatui non debent; ne quidem, ſi ratio paritatis concurrat. Ut eapropter ulteriori reſponſione ad rationem quærendi opus non ſit.

Quæres II. utrùm liberi per unionem pro- 295
lium ſpecialem cognationem contrahant?

Reſp. cum P. Engel *d. l. num 7.* negativè. Ratio eſt: quia unio prolium non operatur poteſtatem patriam, ſed tantùm inducit æqualitatem ſucceſſionis inter liberos. Unde non magis efficiet cognationem legalem, quàm adoptio in ſpecie.

§. III.



## §. III.

### *Quomodò tollatur Impedimentum Cognationis Legalis?*

296 Impedimentum cognationis legalis in primo & tertio ordine perpetuum eſt, duratque, licèt adoptio per emancipationem aut mortem adoptivi patris ſublata fuerit *§. ergo non 1. Inſt. de Nupt. l. adoptivus 14. §. 1. & 4. l.*

297 *quin etiam 55. in pr. ff. de R. N.* Excipitur in *ead. l. §. 1.* mater & matertera patris adoptantis, cum quibus filius adoptivus, ſolutâ adoptione, Matrimonium contrahere non prohibetur.

298 In ſecundo ordine cognationis Impedimentum diutiùs non durat, quàm adoptio: idcirco, ſi pater adoptivus velit, ut filius naturalis cum filia adoptiva Matrimonium ineat, ipſemet obſtaculum removere, & filium aut filiam emancipare poteſt *cap. per adoptionem 6. XXX. q. 3. cap. un. de Cognat. Leg.*

Quantùm ad diſpenſationem, ex Vincentio 299
de Juſtis *de diſpenſat. Matrim. lib. 2. cap. 6. n. 51. & ſeqq.* tradit Clericatus *cit. deciſ. 24. ſub n. 32.* eam rariùs in hoc Impedimento peti; addit Magnif. D. P. König ad *cit. tit. n. ult.* eam in primo & tertio ordine non niſi ex gravi cauſa & difficillimè concedi.

# CAPUT IV.

## *De Impedimento Criminis.*

Impedimentum Criminis non eſt unius generis. Aliud enim vocatur *Crimen* in ſpecie, & comprehendit Adulterium ac Conjugicidium. Aliud crimen dicitur *Vis* aut *Raptus.* Quodlibet autem ex hiſce criminibus tantæ eſt conſiderationis, ut ſpecialem ſibi tractationem vendicet.

## SECTIO I.

### *De Impedimento Criminis ex Adulterio & Conjugicidio.*

SUMMARIA.

1. *Deſcribitur adulterium, quatenùs ſinè conjugicidio Matrimonium dirimit.* 2. *Dirimit autem inter ſolas perſonas complices.* 3. *Quæ adulterium perfectum;* 4. *Et formale committunt.* 5. *& ſeqq. Cum vera & ſeria promiſſione Matrimonii.* 10. *Vel de præſenti.* 11. *Vel in futurum, poſt obitum conjugis, contrahendi.* 12. *Deſcribitur, quatenùs conjugicidium abſque adulterio Matrimonium dirimit.* 13. *& ſeqq. Dirimit autem inter ſolas perſonas complices.* 16. *Quæ ſibi Matrimonium promittunt.* 17. *& ſeqq. Et alium conjugem occidunt.* 20. *Deſcribitur adulterium & conjugicidium, quatenùs conjunctivè Matrimonium dirimit.* 21. *& ſeqq. Enumerantur requiſita.* 26. *& ſeq. Impedimentum criminis vim dirimendi habet ex Jure Eccleſiaſtico.* 28. *Duos infideles non ſtringit.* 29. *Benè tamen fidelem & infidelem.* 30. *Agitur de illius diſpenſatione.* 31. *Oſtenditur, hoc Impedimentum etiam ab ignorantibus incurri.* 32. *Deciditur, quòd Sponſalia vivente legitimo conjuge non valeant.*

## §. I.

### *De Adulterio ſinè Conjugicidio.*

1 Impedimentum Criminis, quod oritur ex adulterio ſinè conjugicidio, eſt inhabilitas Matrimonii inter perſonas complices, quæ adulterium perfectum & formale committunt, cum vera & ſeria promiſſione Matrimonii, vel de præſenti, vel in futurum, poſt obitum conjugis, contrahendi.

2 Dixi I. *inhabilitas Matrimonii inter perſonas complices.* Nam adulterium perſonas adulteras abſolutè non reddit inhabiles, ſed tantùm reſpectivè, videlicèt ad Matrimonium inter ſe invicem, non autem cum perſonis aliis contrahendum per *cap. ex literarum 4. De eo qui duxit in Matrimon. quam polluit per adulter.* quatenùs ſpe conjugii, inter adulteros præciſâ, fides & amor conjugalis majori cum certitudine & ſinceritate propagetur. Gonzalez ad *cap. ult. d. t. n. 5. in fin.*

Dixi II. *quæ adulterium perfectum.* Si adul- 3
terium fuerit imperfectum ex defectu copulæ, ad prolis generationem idoneæ, non cauſat Impedimentum *arg. cit. cap. ult.* quia in ſimilibus materiis diſpoſitiones odioſas debemus accipere cum effectu & rei proprietate. Panormitan. ad *cit. cap. n. 6.* Sanchez *lib. 7. diſp. 79. n. 2. in fin.*



Dixi

4 Dixi III. *& formale committunt.* Per adulterium formale intelligitur præcognitio adulterii ex parte utriusque perſonæ delinquentis: etenim, ſi fœmina ſoluta v. g. cum viro uxorato congrediatur, nec ſciat, quòd uxoratus ſit, adulterium ex parte illius eſt ſolùm materiale, nec ſufficiens ad Impedimentum introducendum *cap. propoſitum* 1. *cap. ſignificavit* 2. *cap. veniens* 7. *d. t.* Sanchez *d. l. n.* 31.

5 Dixi IV. *cum vera & ſeria promiſſione Matrimonii.* Debet itaque promiſſio Matrimonii adulterio accedere *cap. ſignificaſti* 6. *cap. ult. de eo qui duxit in Matrim.* Non obſtante textu in *cap. nullus* 1. *& plur. ſeqq. XXXI. q.* 1. *cap. propoſitum* 1. *d. t.* ubi abſolutè dicitur, quòd nullus ducere poſſit in Matrimonium, quam polluit per adulterium: intelligitur enim de impedimento impediente, quòd ſcilicèt ante pœnitentiam Matrimonium cum adultera ſit
6 illicitum juxta *cap. ſi quis* 5. *ead. q.* 1. Et illa promiſſio vera ac ſeria ſit, oportet: utpote cùm promiſſio ficta neque ſufficiat ad Sponſalia, neque ad Matrimonium; & ſic, cùm nulla ſit, Impedimentum producere nequeat per *cit. cap. ult.* König ad *d. tit. ſub num.* 12. Boſco de *Matrimon. diſp.* 13. *ſect.* 8. *concluſ.* 3. *num.* 76. P. Reiffenſtuel ad *eund. tit.*
7 *num.* 15. contra Sanchez *cit. l. n.* 10. Quin & promiſſio ſit acceptata, neceſſum eſt: quia promiſſio, non-acceptata, eſt nuda pollicitatio, nec inducit ullam vim aut obligationem; conſequenter Impedimentum dirimens non operatur. Boſco *cit. l. num.* 128. P. Reiffenſtuel *num.* 16. Ut autem pro- 8
miſſio ſit mutua & reciproca, communiùs negant Sanchez *d. l. num.* 20. Pontius *lib.* 7. *cap.* 45. *num.* 2. P. Reiffenſtuel *n.* 17. propter textum in *cit. cap. ſignificaſti* 6. ibi: *niſi alter eorum in mortem uxoris defunctæ fuerit machinatus, vel eâ vivente fidem ſibi dederit de Matrimonio contrahendo &c.* Quamquàm non im- 9
probabiliter affirmari poſſet: eò quòd promiſſio, niſi reciproca ſit, neque ſufficiat ad Sponſalia neque ad Matrimonium.

Dixi V. *vel de præſenti;* ſive deinde adulte- 10
rium antecedat Matrimonium, ſive primùm ſubſequatur, per Matrimonii de facto contracti conſummationem *cap. ex literarum* 4. *cap. cùm haberet* 5. *cap. veniens* 7. *d. t. de eo qui duxit in Matrim.* Sanchez *d. l. n.* 4. Dummodò fiat ſub eodem conjugio. Sanchez *d. l. n.* 6.

Dixi VI. *vel in futurum, poſt obitum conjugis,* 11
*contrahendi.* Nam etiam promiſſio Matrimonii futuri, cùm poſſit inducere votum captandæ mortis, & ſecuritatem fidei conjugalis concutere, conſtituit Impedimentum dirimens *cap. ſignificaſti* 6. *d. t.* Clericat. *cit. deciſ.* 25. *n.* 13.

## §. II.

### *De Conjugicidio ſinè Adulterio.*

12 IMpedimentum Criminis, quod provenit ex conjugicidio ſinè adulterio, eſt inhabilitas ad Matrimonium contrahendum inter perſonas complices, quæ unum ex conjugibus cum promiſſione Matrimonii occidunt.

13 Dixi I. *eſt inhabilitas ad Matrimonium contrahendum inter perſonas complices.* Sicut enim adulterium, ſic conjugicidium non facit Impedimentum abſolutum, ſed reſpectivum *arg.*
14 *cap. laudabilem* 1. *de Converſ. infidel.* Num autem maritus, an uxor, ſit complex, & in alterius necem conſpiret, non attenditur: nam & ille & iſta per conjugicidium incidunt in Impedimentum dirimens per *cit. cap. laudabilem* 1. *cap. propoſitum* 1. *cap. ſignificaſti* 6. *de eo qui duxit in Matrim. cap. ſi quis* 5. *cap. ſi qua* 6. *XXXI. q.* 1.

15 Dixi II. *quæ unum ex conjugibus.* Ne enim ex ſumma fidelitate, quam ſibi invicem debent conjuges, ſumma naſcatur infidelitas, ex fiducia, aliud Matrimonium contrahendi: conjugicidium pro Impedimento dirimenti in *cit.* textibus eſt conſtitutum.

16 Dixi III. *cum promiſſione Matrimonii:* ſolum enim conjugicidium ex *cap.* 1. *à n.* 127. producit quidem Impedimentum impediens; promiſſio autem Matrimonii, vel de præſenti vel de futuro, ſi conjugicidio accedat, producit Impedimentum dirimens *d. cap. laudabilem.* 1. *de Converſ. infidel.* Recapitulentur dicta in *n.* 5. *& ſeqq.*

Dixi IV. *accidunt.* Solus conatus criminis 17
vel machinatio non ſufficit ad conſtituendum Impedimentum, niſi mors actu, & quidem ex ipſa machinatione, non autem ex culpa vel cauſa alia ſequatur: cùm in materia tam odioſa verba cum effectu ſint accipienda. Panormit. ad *cap. ſuper eo* 3. *d. t. num.* 7. Sanchez *cit. diſp.* 79. *n.* 7. Pontius *lib.* 7. *cap.* 45. *num.* 4. Quamvis nil referat, utrùm à conjuge conju- 18
gi mors inferatur phyſicè, vel moraliter, mandandò ſcilicèt vel conſulendò *d. cap. laudabilem* 1. ubi Panormitan. *num.* 10. *& cap. ſignificaſti* 6. *de eo, qui duxit &c.* Ratiha- 19
bitio, ſi conjugicidio, etiam nomine ratihabentis facto, accedat, Matrimonium non dirimit: cùm machinatus in mortem alterius non bene dicatur, qui mortem tantummodò ratam habuit. Clericat. *ubi ſupra num.* 8. P. Wieſtner ad *cit. cap. n.* 13.

## §. III.

### *De Conjugicidio cum Adulterio.*

20 IMpedimentum criminis, quod naſcitur ex conjugicidio cum adulterio, eſt inhabilitas ad Matrimonium contrahendum inter perſonas complices, quæ ſe invicem adulteriò polluunt, & ſimul alterum conjugem occidunt. Ex quo





21 Colligitur, eadem ad conjugicidium, & adulterium requiri, quando concurrunt, quæ requiruntur, quando vel adulterium vel conjugicidium eſt ſolum & ſeparatum. Cleri-
22 cat. *cit. deciſ.* 25. *n.* 10. Diverſitas ſolùm eſt in tribus. I. quòd non requiratur utriusque complicis machinatio, ſed ſufficiat ſi v. g. cædes à marito, ignorante adulterâ, ſit perpetrata *arg. cit. cap. laudabilem* 1. Sanchez *diſp.* 78. *num.* 12. Clericat. *d. num.* 10. König
23 ad *cit. tit. de eo, qui duxit &c. num.* 10. II. quòd non requiratur formalis promiſſio Matrimonii, bene tamen animus, & intentio Matrimonium ineundi cum complice, veluti colligitur ex *cap. ſi quis* 1. *XXXI. q.* 1. ibi: *occidiſſe noretur, ut conjungerentur.* Unde, ſi 24
quis occideret maritum alicujus mulieris, ut cum ea liberius peccare valeat; aut, ſi occideret ex inimicitia & vindicta, Impedimentum non conſurgeret. Sanchez *d. l. num.* 13. Pontius *d. cap.* 45. *num.* 5. Clericat. *d. num.* 10. III. quòd adulterium debeat præcedere con- 25
jugicidio: nam poſt obitum conjugis, cùm vinculum Matrimoniale ſolvatur, adulterium propriè dictum committi nequit. Pontius *d. num.* 5. Clericat. *d. num.* 10.

## §. IV.

### *De Jure, ex quo Impedimentum Criminis conſurgit, & illius diſpenſatione.*

26 IMpedimentum criminis à ſolo Jure humano Eccleſiaſtico fuit introductum: de Jure Divino ſiquidem nullus invenitur textus, ex quo ſimile Impedimentum dirimens colligatur; quin potiùs David in conjugem ſibi ſociavit Berſabeam, cujus maritus Urias illius
27 juſſu fuerat occiſus 2. *Reg.* 11. Nec etiam de Jure Naturali extat ratio convincens, quæ Matrimonium inter complices ob aliquam intrinſecam turpitudinem interdicat. Clericat. *cit. deciſ.* 25. *num.* 4. Ergo non ſupereſt Jus aliud, quàm humanum Eccleſiaſticum, in textibus, per decurſum citatis, expreſſum.

28 Conſequens hinc eſt I. quòd, ſi pars utraque, in necem conjugis conſpirans, aut adulteriò ſe polluens, ſit infidelis, nullum impedimentum oriatur *d. cap. laudabilem* 1. *de Converſ. infidel.* quia infideles Legibus & Impedi-
29 mentis Eccleſiæ non ſubjacent. At, ſi fidelis cum infideli hôc crimine ſe obſtringat, utrinque conſurgit Impedimentum *d. cap. laudabilem* 1. ex parte fidelis directè; ex parte autem infidelis indirectè, quatenùs Impedimenta plerumque ſunt reciproca.

30 Conſequens eſt II. hoc Impedimentum in omni circumſtantia per diſpenſationem Pontificiam relaxari poſſe. Solet etiam relaxari, quando provenit ex ſolo adulterio, præſertim occulto. Sed quando provenit ex conjugicidio, diſpenſari non ſolet, niſi Impedimentum ſit occultum, & urgentior accedat cauſa. Pyrrhus Corrad. in *praxi diſpenſat. lib.* 8. *cap.* 9. *à num.* 5. P. König ad *cit. tit. n.* 14.

Quæres I. utrùm Impedimentum criminis 31
ab ignorantibus contrahatur?

Reſp. cum ſententia communiſſima affirmativè Gobat *Theol. experiment. tract.* 9. *n.* 202. P. König ad *tit. de eo qui duxit in Matrim. n.* 7. Wieſtner *ibid. num* 17. Wex *de Sponſal. p.* 2. *contr.* 5. Ratio eſt: tum quia textus, hucusque citati, non excludunt ignorantiam: tum quia cætera Impedimenta non requirunt ſcientiam: tum quia Impedimentum criminis, licèt occaſione criminis oriatur, tamen rationem pœnæ non habet, ſed principaliter in favorem Matrimonii conſtituitur.

Quæres II. utrùm, qui ſinè conjugicidio 32
vel adulterio, vivente legitimô conjuge, alteri promittit Matrimonium in caſum ſolvendi conjugii, poſſit aut debeat illam ducere?

Reſp. talem promiſſionem adverſari bonis moribus, inducere votum captandæ mortis, nec tantùm illicitam eſſe, ſed etiam invalidam per *cap. ult. de eo, qui duxit &c.* Igitur promittens non tenetur ſtare promiſſis; licèt, ſi noviter promittere velit, non prohibeatur. Gonzalez ad *cit. cap. num.* 4.

# SECTIO II.

## *De Impedimento Vis ac Metûs.*

### SUMMARIA.

33. *& ſeqq. Deſcribitur vis & metus.* 38. *Metus ad dirimendum Matrimonium debet eſſe gravis.* 39. *& ſeqq. Injuſtè incuſſus.* 42. *Ad extorquendum Matrimonium, vel etiam ex alio fine cum injuria contrahentis.* 43. *Facit Matrimonium ipsò Jure nullum.* 44. *& ſeqq. Item & Sponſalia.* 54. *& ſeqq. Hæc nullitas provenit ſecundùm plurimos ex Jure Naturali.* 58. *& ſeqq. Secundùm alios ex ſolo Jure poſitivo.* 61. *& ſeqq. Tenetur ſententia prior, & reſpondetur ad fundamenta poſterioris.* 67. *Nullitas ex metu ſanatur per novum conſenſum.* 68. *& ſeqq. Sanatur etiam per copulam, ceſſante metu exercitam.* 71. *& ſeq. Uti & per ſpontaneam cohabitationem.* 73. *Quod tamen poſt Tridentinum Concilium vix obtinere poteſt.* 74. *& ſeq. Adjectum Juramentum nihil operatur.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## §. I.

### *Quid ſit Vis & Metus; quandóve Matrimonium dirimat?*

33 VIs & Metus quandoque ſumuntur pro
terminis ſynonimis, vel ſaltem conne-
xis: ſic enim in *tit. de his quæ vi metúrve cauſa*
*fiunt*, idem, quod ſtatuitur de vi, ſtatuitur
34 etiam de metu; & viciſſim. Rationem
dat Clericatus de *Sacram. Matrim. deciſ.* 27.
*num* 4. quia vis & metus ſunt correlativa, &,
quod de uno dicitur, etiam intelligitur de al-
tero: vis ſiquidem conſiſtit in inferente me-
tum, & ſe habet per modum agentis; metus
autem ſtat in perſona, cui vis infertur, & ſe
35 habet per modum patientis. Quandoque
vis & metus ſumuntur pro diverſis & diſtin-
ctis vocabulis: vis enim tunc denotat violen-
tiam, patentiis externis & actibus imperatis
illatam, velut ſi alicui renitenti incurventur
genua ad adorandum idolum; metus autem
ſignificat poſſionem animi & potentiæ voliti-
væ, imminens malum, cui reſiſtere non po-
36 teſt, fugientis. Ratio eſt: quia vis
& metus interdum à parte rei ſeparantur, &
metus ſubinde conſiſtit abſque vi, ſi nempe
membris externis nulla imprimatur violentia,
ſed tantùm comminatio alicujus mali in fu-
turum inferendi intentetur.
37 Ego in præſenti magis in prima notione
vim & metum accipio, ratus, parum aut ni-
hil intereſſe quoad effectum, ſive quis metu,
ſive vi compellatur ad Matrimonium contra-
hendum. Repeto proinde, quæ in *lib. III.*
*tract. de Pact. & Contract. cap.* 1. *à num.* 353. de
metu ſunt aſſerta; &, ut metus dirimat Ma-
trimonium,
38 Requiro I. ut metus ſit gravis vel abſolutè
vel reſpectivè, cadens in conſtantem virum
aut fœminam *cap. veniens* 15. *cap. conſultationi*
28. *de Sponſalib.* metus levis ſiquidem, ſicuti
cæteros actus & contractus non vitiat *cap. cùm*
*dilectus* 6. *de his, quæ vi metúsve cauſà &c.* ſic
etiam Matrimonii valorem non infringit.
39 Requiro II. ut metus à cauſa libera injuſtè
incutiatur: quandoquidem Matrimonium,
ex metu cenſurarum initum, in *cap. ex literis*
10. *de Sponſalib.* ſupponitur eſſe validum.
40 Nec obſtat *cit. cap. veniens* 15. ubi Matrimo-
nium decernitur invalidum, ſi contractum
fuerit ex metu, cui ſponſus & ſponſa per de-
lictum ſeu concubitum illicitum cauſam de-
41 derunt. Nam, ut metus juſtè cenſeatur
incuſſus, non ſufficit, aliquem metui cauſam
dediſſe, niſi etiam, qui metum incutit, jus
habuerit incutiendi. Cùm ergo in *cit. cap.*
*veniens* pater, qui juvenem, cum ſua filia in
eodem lecto concumbentem, ad deſponſa-
tionem per verba de præſenti faciendam coë-
git, non habuerit jus inferendi metum mor-
tis aut gravioris mali, metus hic non juſtus
ſed injuſtus eſt reputandus. Barboſa ad *cit. cap.*
*veniens num.* 3. Sanchez de *Matrim. lib.* 4. *diſp.*
13. *num.* 9.

Requiro III. ut metus ſit incuſſus, vel ad 42
Matrimonium extorquendum, vel etiam ex
alio fine, Matrimonio tamen cum injuria &
injuſtitia cauſam dederit. Nam textus in
*cap. cùm locum* 14. *de Sponſalib.* indiſtinctè loqui-
tur, quòd *locum non habeat conſenſus, ubi me-*
*tus vel coactio intercedit;* & ideò, *cùm Matrimo-*
*nium ſolò conſenſu contrahatur, is plenâ debeat ſe-*
*curitate gaudere, cujus eſt animus indagandus,*
*ne per timorem dicat, ſibi placere, quod odit, & ſe-*
*quatur exitus, qui de invitis ſolet nuptiis provenire.*
Authores & ulteriora fundamenta pro & con-
tra hanc reſolutionem invenientur in *cit. tract.*
*de Pact. cap.* 1. *à num.* 356.
Hæc requiſita ſi concurrant, Matrimo- 43
nium ex metu celebratum eſt ipsô Jure nul-
lum *d. cap. cùm locum* 14. *cap. veniens* 15. *cap. ad*
*id* 21. *cap. conſultationi* 28. *de Sponſalib. cap. ſigni-*
*ficavit* 2. *de eo qui duxit in Matrim.* ſive metus
ſit incuſſus reſpectu perſonæ determinatæ, ſi-
ve reſpectu indeterminatæ. Sanchez de *Ma-*
*trim. lib.* 4. *diſp.* 12. *n.* 20. quamvis alii contra-
ctus, ex metu celebrati, regulariter valeant
ex *cit. tr. cap.* 1. *n.* 364.
Incidit hîc ſolennis quæſtio: num valeant 44
Sponſalia de futuro, metu gravi & injuſto
extorta? Valere dicunt Leſſius de *J. & J.*
*lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 37. P. Pirhing ad *tit. de Spon-*
*ſalib. num.* 21. P. Wieſtner ad *d. tit. n.* 257. *&*
*ſeqq.* Valere negant Panormit. in *cap. ex li-*
*teris* 11. *de Deſponſat. impub. num.* 2. Covarruv.
*in* 4. *Decretal. p.* 2. *cap.* 3. §. 5. *n.* 1. Sanchez *cit.*
*lib.* 4. *diſp.* 19. *n.* 3. König ad *tit. de eo, qui du-*
*xit in Matrimon.* Wex de *Sponſalib. p.* 2. *cap.* 1.
Textus pro hac & noſtra ſententia eſt in *cit.* 45
*cap. ex literis* 11. ubi puellæ, quæ contraxe-
rat Sponſalia, permittitur, alteri nubere:
quia *nolens & invita, & minis parentum* erat *im-*
*pulſa*, nullatenùs conſenſura, ſi libera fuiſſet.
Nec juvat reſpondere I. Sponſalia in *cit.* 46
*cap.* fuiſſe irrita propter defectum conſensûs
in puella. Nam ita reſponderi poteſt de om-
nibus Sponſalibus, ex metu initis, quòd de-
ficiat conſenſus: quandoquidem metus con-
ſenſum minuit; & cæteros quidem contra-
ctus facit reſcindibiles, Sponſalia verò reddit
invalida.
Nec juvat reſpondere II. Sponſalia in *cit.* 47
textu fuiſſe valida: eò quòd Papa juſſerit puel-
lam moneri, ut, donec deſponſatus eidem
puer decimum quartum ætatis annum attin-
geret, exſpectet. Siquidem hæc mo- 48
nitio non erat de neceſſitate, ſed ex libera
voluntate, non imponens obligationem pa-
rendi, ſed libertatem relinquens, dum puel-
læ, poſt commonitionem, exſpectare nolen-
ti, *libera facultas accipiendi virum alium* tribui-
tur. Quòd S. Pontifex non feciſſet, niſi
Sponſalia pro invalidis judicâſſet.
Ratio palmaris eſt: quia, tametſi Sponſa- 49
lia



lia ex ſua natura ſint reſcindibilia, hôc ipsô ta-
men, quòd pro objecto habeant actum irre-
ſcindibilem, Matrimonium ſcilicèt, vi & vir-
tute contractûs Sponſalitii ponendum, vale-
re non poſſunt, ſi Matrimonium valere ne-
50 queat: tum quia, ut dictum in *tract.* 1. *cap.* 3.
*num.* 3. ſi Matrimonium ſit invalidum aut illi-
citum, illius promiſſio, tanquàm adſtringens
ad aliquid moraliter impoſſibile, nequit ha-
51 bere effectum: tum quia, ſi ſponſus v. g.
urgeret, ut ſponſa, quæ ex metu gravi &
injuſto conſenſerat in Sponſalia, ſtatim adim-
pleret promiſſionem, & contraheret Matri-
monium, utique Matrimonium contrahere-
tur invalidè, utpote cùm metus antecedens
52 in ipſum Matrimonium influeret: tum quia, ſi
Poteſtas Eccleſiaſtica, ceſſante jam metu,
Sponſalia nollet reſcindere, deberet perſona,
metum perpiſſa, contra voluntatem inire
Matrimonium, & in ſtatu violento in perpe-
tuum manere; quod ſanè perabſurdum, &
iniquum eſt.
Hinc Adverſarii non ſatisfaciunt, quando 53
reſpondent, Sponſalia non obligare ad con-
trahendum Matrimonium, dum inſtat me-
tus, ſed dum metus evaneſcit. Enimverò
Sponſalia non inducunt obligationem ad Ma-
trimonium, durante metu contrahendum;
nec etiam producunt obligationem ad Matri-
monium, ceſſante metu, perficiendum: quip-
pe cùm talis obligatio, quomodòcunque con-
ſiderata, afficeret & inficeret ipſum Matrimo-
nium, quod non caderet ſub obligationem, niſi
ratione promiſſionis antecedentis, vi extortæ.

## §. II.

### *Ex quo Jure Metus dirimat Matrimonium?*

54 MEtum ex Jure Naturali poteſtatem di-
rimendi Matrimonium accepiſſe, de-
fendunt Covarruv. *cit. l. cap.* 3. §. 5. *num.* 6.
Pontius *lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 4. Gobat *Theolog.*
*experim. tr.* 9. *num.* 245. 248. *& ſeq.* Gonzalez
*ad cap. veniens* 15. *de Sponſalib. num.* 5. P. König
ad *tit. de eo, qui duxit in Matrim. n.* 16. D. Gletle
55 1. *p. Pandect. q.* 34. *n.* 16. Stabilitur
hæc ſententia triplici ratione. I. eſt, quòd,
ſi textus Juris Canonici in *num.* 43. ponde-
rentur, non tam irritent Matrimonium,
quàm illud, ab alio Jure jam antecedenter
56 irritatum, præſupponant. II. eſt,
quòd ex natura ſtatûs Matrimonialis non ſuf-
ficiat qualiſcunque voluntas, ſed libera, at-
que à coactione immunis requiratur: cùm
enim ſit ſtatus perpetuus, inducat conjun-
ctionem animorum & corporum, ac obliget
ad individuam vitæ conſuetudinem, prære-
quirit utique liberam conventionem, ſinè
qua unio corporum & animorum cum indi-
vidua vitæ conſuetudine, ad intentionem
57 Authoris naturæ, ſperari non poteſt. III.
eſt, quòd, ſi actus aliquis ex ſua natura ſit ir-
reſcindibilis, qualis eſt Matrimonium, validè
contractum, ille ſit invalidus, ubi ex metu
gravi & injuſto fuit initus: ne enim natura
dicatur in neceſſariis deficere, illumque, qui
per metum ad actum irreſcindibilem fuit ada-
ctus, in perpetua violentia, citra remedium
aliquod, vivere cogat: debuit ſimilem actum
58 ſtatim initiò nullum declarare. Nec
ſatis erat, humano Magiſtratui eam poteſta-
tem fuiſſe declaratam: quoniam accidere
poſſet, ut Magiſtratus ſuâ poteſtate uti non
velit, aut non valeat.
59 Econtrà metum ex ſolo Jure Eccleſiaſtico
Matrimonium dirimere, aſſeverant Sanchez
*cit. lib.* 4. *diſp.* 14. *num.* 2. Sylveſter, Navarrus,
& alii, quos citant & amplectuntur P. Pirhing
ad *tit. de Sponſalib. num.* 106. & P. Wieſtner
*ibid. num.* 242. Probatur ſimiliter hæc ſen-
tentia triplici ratione. I. eſt, quòd metus
non tollat voluntarium ſimpliciter, & coacta
voluntas ſit etiam voluntas *l. ſi mulier* 21. §. 5.
*ff. Quod metûs cauſâ &c.* proindeque non poſ-
ſit invalidare Matrimonium, à partibus vo-
luntariè contractum. II. eſt, quòd 60
conſenſus voluntarius & liber tam ad jura-
mentum quàm Baptiſmum requiratur, & ta-
men non ſolùm valeat juramentum, ex gra-
vi metu præſtitum *cap. ſi verò* 8. *cap. verum* 15.
*de Jurejur.* ſed etiam Baptiſmus, ex ſimili
metu ſuſceptus *cap. majores* 3. §. *item quæritur*
*de Baptiſmo &c.* III. quòd Matrimo- 61
nium, ex dolo initum, ſit validum ex Jure Na-
tural, tametſi dolus ejuſdem libertati repu-
gnet.
Sentiendô cum Authoribus primæ ſenten- 62
tiæ, Reſp. ad I. rationem ſecundæ ſenten-
tiæ, ad Matrimonium non ſufficere volun-
tarium qualecunque, ſed liberum: quia
juxta *num.* 56. finis & effectus illius ſinè libera
conventione obtineri nequit. Ad II. 63
Reſp. neque in juramento neque in Baptiſmo
tantam libertatem exigi, quanta exigitur in
Matrimonio, quod, cùm nexum inſolubilem
inter perſonas diverſas inducat, liberam hu-
manæ voluntatis determinationem præſup-
ponit: ſi enim conjugia, liberè contracta, fu-
neſtos ſubinde habeant exitus; quid timen-
dum erit de conjugiis violentis, per minas &
terrores extortis? Ad III. Reſp. du- 64
plicem eſſe diſparitatem. Inprimis enim do-
lus eſt latens, & occultus; ideóque non ex-
pedit, ut Matrimonium, doloſè initum, ſit
irritum; præſertim cùm ille, qui decipitur ex
dolo, potuiſſet hanc deceptionem, ſi fuiſſet
induſtrius & perſpicax, præcavere. At me-
tus ex parte metum inferentis eſt patens, nec
poteſt ita præcaveri à metum paſſo. Magis
igitur conſultum erat, Matrimonium coa-
ctum quàm doloſum, valore ſuo privare.
Deinde metus adimit libertatem conſensûs 65
circa perſonam, verſaturque circa objectum
ſubſtantiale: dolus autem, veluti ſupponitur,
non adimit libertatem conſensûs circa perſo-
nam, vel objectum ſubſtantiale, ſed circa

qualitates & objectum accidentale v. g. nobilitatem, divitias &c. Ergo non eadem eſt virtus doli & metûs quoad irritationem Matrimonii. Quòdſi dolus verſetur circa perſonam & objectum ſubſtantiale, vel etiam circa prædicatum accidentale, redundans in perſonam, aut in conditionem deductum; tunc juxta *cap. 2. n. 166. & num. 181. & ſeqq.* Matrimonium infringit. Unde paritas ex dolo in hoc ſenſu non tam obicem quàm munimen novum ſententiæ noſtræ conciliat.

Dices: ex argumentis & reſponſionibus 66
hucusque propoſitis evinci, quòd etiam metus intrinſecus Matrimonium dirimat.

Reſp. id neutiquàm evinci: nam, ut metus dirimat Matrimonium, duo concurrere debent, injuria nempe cum defectu libertatis. At metus intrinſecus non habet injuriam. Ergo &c.

## §. III.

### *Quomodò Matrimonii nullitas ex metu ſanetur?*

67 Cùm Matrimonium, ex metu initum, ſecundùm hactenùs deducta ſit nullum, effectum non producit, niſi hæc nullitas ex aliquo capite ſanetur. Sanatur autem non, ut alia Impedimenta, per diſpenſationem, ſed per novum conſenſum, verbis aut factis explicatum. Ubi

68 Dubitatur I. utrùm, ſi conjux, metu coactus inire Matrimonium, alteri conjugi debitum reddat, Matrimonium convaleſcat?

Quidam cum Gloſſa, inter quos malè numeratur Fagnanus in *cap. de illis 11. de Deſponſat. impub. n. 12.* abſolutè volunt, Matrimonium convaleſcere per textum in *cit. cap. de*
69 *illis cap. conſultationi 28. de Sponſalib.* Sed Panormitan. ad *d. cap. conſultationi n. 7.* Sanchez *d. lib. 4. diſp. 18. n. 15.* Pontius *d. lib. 4. cap. 14. num. 12.* Gobat *Theol. experiment. tr. 9. num. 261.* Clericat. *deciſ. 27. ſub n. 37.* meliùs diſtinguunt, an debitum fuerit redditum ex metu; num ſinè metu. Si prius; Matrimonium non convaleſcit: quàm parum enim conſenſus in Matrimonium oſtenditur per verba, ex metu prolata, tam parum oſtendi-
70 tur per factum, ex metu poſitum. Si poſterius; Matrimonium convaleſcit: quia ad declarandum aut renovandum internum conſenſum æquè potentia ſunt facta, quàm verba, ſi liberè fuerint elicita per citatos textus in *num. 68.*

71 Dubitatur II. an Matrimonium revalidetur, ſi metum paſſus alteri conjugi cohabitet? Si textus in *cap. ad id 21. de Sponſal.* inſpiciatur, rurſus abſolutè videtur affirmativa tenenda, quatenùs ibidem ex cohabitatione, per annum & dimidium continuatâ, conſen-
72 ſus præſumitur eſſe renovatus. Nihilominus repetenda eſt prior diſtinctio, & cohabitatio, per tantum intervallum continuata, non aliter pro ratificatione conſenſûs acceptanda, quàm ſi ſpontanea fuerit & libera.
Notat tamen laudatus Clericatus in *num. 39.* 73
hanc diſputationem hodie ſuperfluam eſſe: quandoquidem ex declaratione S. Congregationis, quam, præter Deciſiones S. Rotæ, referunt Pontius *lib. 5. cap. 6. n. 7.* & Fagnanus in *cit. cap. de illis n. 13. & 47.* quotiescunque Matrimonium ob aliquod Impedimentum nulliter contrahitur, eô ceſſante, non ſufficit novus conſenſus ad inſtaurandum valorem, niſi præſtetur iterum coram teſtibus & Parocho.

Dubitatur III. an Matrimonium, ex metu 74
initum, adjectô juramentô firmetur?

Ratio dubitandi eſt: quia juramentum, quod poteſt ſervari ſinè diſpendio ſalutis, debet ſervari *cap. cùm contingat 28. de Jurejur.* eſto per metum ſit elicitum *cap. ſi vero 8. cap. verum 15. d. t.* Hoc autem juramentum poteſt ſervari ſinè diſpendio ſalutis. Ergo &c. Sed

Reſp. negativè. Panormit. in *cap. ſignifica-* 75
*vit 2. de eo qui duxit in Matrim. num. 5.* Sanchez *d. lib. 4. diſp. 20. n. 12.* Clericat. *cit. deciſ. 27. num. 36.* Wieſtner ad *tit. de Sponſalib. num. 247.* Ratio eſt: quia juramentum ſequitur naturam actûs, cui apponitur; adeóque tantam requirit libertatem, quantam requirit Matrimonium, cui adjicitur: ſicut igitur Matrimonium per metum gravem & injuſtum efficitur nullum; ita etiam juramentum nulliter præſtatur.

Ad rationem dubit. Reſp. allatam regu- 76
lam eſſe limitandam in caſu, quó juramentum accedit actui, ex ſua natura irreſcindibili: tunc enim, ne per indirectum ſequatur, quod directè non poteſt obtineri, non poteſt obligatio conſurgere ex juramento: cùm actus principalis omni obligatione deſtituatur.

# SECTIO III.

## *De Impedimento Raptûs.*

### SUMMARIA.

77. *Raptus deſcribitur.* 78. *& ſeq. Eſt violenta abductio.* 80. *Fœmina.* 81. *& ſeq. Non tamen ſibi jam deſponſata.* 83. *& ſeq. Niſi habeat cauſam à Sponſalibus reſiliendi.* 85. *& ſeqq. Vel etiam viri.* 90. *& ſeq. De loco ad locum.* 92. *& ſeq. Ad finem contrahendi Matrimonii.* 94. *Raptorem & raptam ad illud inhabilitans.* 96. *& ſeqq. Varia Jura circa Impedimentum raptûs.* 99. *Matrimonium precedens per raptum non dirimitur.* 100. *Pœna alia præter excommunicationem à raptoribus non incurruntur ante ſententiam.* 101. *Perſona rapta debet reſtitui in locum tutum.* 102. *& ſeq. Diſpenſatio vix ſperari poteſt.*



## §. I.

### *Quid ſit Raptus?*

77 Raptus in genuina ſignificatione denotat hic violentiam circa perſonas, & deſcribitur, quòd ſit violenta abductio fœminæ de loco ad locum, ad finem contrahendi Matrimonii, raptorem & raptam ad illud inhabilitans.

78 Dixi I. *violenta abductio.* Nam, ſi fœmina lubens & volens abducatur, tunc, quia libertas Matrimonii non impeditur, Impedimentum non incurritur *arg. c. ap. penult. de Raptor.* veluti contra Bonacinam & alios ſtatuunt Sanchez *lib. 7. diſp. 12. n. 15.* P. Pirhing ad *tit. de Raptorib. n. 27.* Magnif. D. P. König ad
79 *tit. de eo qui duxit in Matrim. n. 32.* Hancque opinionem in theoria veram pronuntiat Clericat. de *Sacram. Matrim. deciſ. 33. n. 13.* ſed in praxi non receptam ab Epiſcopis, qui puellas, invitis parentibus abductas, indiſtinctè ab amaſiis ſeparari, & in locum ſecurum collocari præcipiunt. Imò veriorem opinionem Bonacinæ, à Navarro quoque defenſam, cenſet Card. de Luca *de Matrimon. diſc. 5. à num. 10.* ſi raptus conſideretur juxta Jus Civile, quando ſcilicèt parentes, tutores, aut curatores, in quorum poteſtate ſunt filiæ, invitos ſe oſtendunt; eamque in rem Declarationem S. Congregationis de *die 24. Jan. 1608.* nec non deciſionem Rotæ in *una Laudienſis nullitatis Matrim.* refert.

80 Dixi II. *fœmina.* Qualis illa ſit? Non diſquiritur: nam libertas Matrimonii, cui per Impedimentum raptûs præcipuè conſulit Jus Eccleſiaſticum, non minùs læditur in fœmina inhoneſta, quàm honeſta; nec minùs in vidua, quàm virgine. Sanchez *d. lib. 7. diſp. 13. num. 14.* notans, de Jure Civili, quantum agitur de pœnis, perſonam raptam debere
81 honeſtam eſſe. Si tamen quis propriam raperet ſponſam, & cum ea Matrimonium contraheret, illud valeret per textum in *cap. penult. de Raptorib.* ubi dicitur, raptum tunc admitti, quando antecedenter de nuptiis ni-
82 hil eſt actum. Ratio eſt: quia non videtur periclitari libertas Matrimonii in fœmina, quæ libertatem nubendi per nexum ſponſalitium jam amiſit. Card. de Luca *d. l. num. 32.* Barboſa ad *cit. cap. num. 4.* Leſſius de *J. & J.*
83 *lib. 4. cap. 3. n. 70.* P. König *cit. l. n. 31.* Etſi non neſciam, à Sanchez *d. l. n. 15.* Clericato *d. deciſ. 33. n. 18.* P. Wieſtner ad *tit. de Rapt. num. 14.* contrarium adſtrui, quaſi ſcilicèt Matrimonii libertas per hoc violetur, quòd ſponſa de futuro pluribus ex cauſis Matrimo-
84 nio diſſentire valeat. Quæ ratio tamen id ſolummodò probat, Impedimentum Matrimonii reſultare, quando ſponſæ ſuppeteret una ex cauſis, ex quibus antecedentia Sponſalia diſſolvuntur.

Quid verò, ſi fœmina rapiat virum, facier- 85
ne hic raptus Impedimentum Matrimonii? Negant Sanchez *d. lib. 7. diſp. 12. n. 24.* Pontius *lib. 7. cap. 69. num. 6.* P. Wieſtner *cit. l. num. 16.* Affirmant Gutierrez de *Matrim. cap. 86. num. 9.* Haunold de *J. & J. tract. 2. num. 549. in fin.* Maſtrius, Vincentius de Juſtis, & alii, quos nominat, & commendat Clericatus *cit. deciſ. 33. n. 23.* Quibus ac- 86
cedere non vereor: tum quia, licèt Tridentinum Concilium loquatur de raptore & rapta, non tamen excludit raptum & raptricem, uti relucet ex modo loquendi, & ex regula in *l. verbum 1. ff. de V. S.* unde colligitur, ſub maſculino fœmininũ comprehendi: tum 87
quia Matrimonii libertas, cujus intuitu raptus conſtituit Impedimentum dirimens, æquè in diſcrimen abducitur, ſive vir fœminam, ſive fœmina virum rapiat: tum quia Impedimen- 88
ta plerumque ſunt reciproca, &, quæ Matrimonium dirimunt reſpectu unius, dirimunt etiam reſpectu alterius: tum denique quia 89
non raró ſolet evenire, ut fœmina rapiat virum, veluti caſum valde recentem narrat Clericat. *d. deciſ. 33. n. 23.* quòd Comitiſſa quædam rapuerit Nobilem Venetum adoleſcentulum ex Collegio, in quo ſtudiis humaniorum literarum vacabat, & cum illo ad domum ſuam adducto, Matrimonium iniverit: poteſt ſiquidem fœmina, ſi vires propriæ deficiant, uti miniſteriô famulorum, amicorum, & potentiorum &c. Ut inde conſtitutio Tridentina ad hunc caſum, tanquàm non inſolitum, quàm optimè poſſit applicari.

Dixi III. *de loco ad locum;* intellige morali- 90
ter diſtinctum: nam à loco ad locum, qui moraliter ſit unus, v. g à domo ad domum in eodem pago vel civitate fœminam abducere, juxta Sanchez *d. lib. 7. diſp. 13. num. 7.* non facit Impedimentum Matrimonii. Si 91
tamen mulier in domo propria tam arctè obſideatur, ut exire non poſſit, Matrimonium inter obſidentem & obſeſſam dirimi, ex Cardinali de Lauræa probat Clericat. *d. l. num. 20.* quia ejuſcemodi mulier amittit ſuam libertatem, patitur violentiam, & illius poteſtati, cujus ſatellites aut ſicarii domum obſident, ſubjicitur.

Dixi IV. *ad finem contrahendi Matrimonii.* 92
Ex alia intentione, v. g. libidinis explendæ causâ, ſi Matrimonium contrahatur, validè contrahitur, etiam in loco, in quem fœmina v. g. ex memorato fine abducta fuit, ſicut à Sacra Congregatione die 23. Januarii 1586. reſolutum teſtatur Pyrrhus Corradus in *praxi diſpenſat. Apoſtol. lib. 7. cap. 6. num. 48.* quia 93
libertas Matrimonii per raptum non læditur, ſi fœmina ex intentione Matrimonii contrahendi

hendi non rapiatur. Sanchez *d. lib. 7. diſp.* 13.
*n.* 4. Gutierrez *d. cap.* 86. *n.* 18. Clericat. *d.*
*deciſ.* 33. *num.* 17.
94 Dixi V. *raptorem & raptam ad illud inhabili-*
*tant.* Adeóque raptus eſt Impedimentum
reſpectivum, nec alias perſonas, quàm ra-
ptorem & raptam, aut, ſi fœmina rapiat vi-
rum, raptum & raptricem, ad Matrimonium
inter ſe contrahendum reddit inhabiles; do-
nec perſona rapta ſecuro loco reſtituatur.

## §. II.

### *Ex quo Jure Raptus dirimat Matrimonium?*

95 CIrca Impedimentum raptûs tria ſunt tem-
pora conſideranda. Primum eſt anti-
quius, quô Matrimonium inter raptorem &
raptam nunquam valere poterat, eſto repe-
titus & deliberatus conſenſus acceſſerit. Tex-
96 tus in *cap. ult. XXXVI. q.* 2. Secundum
eſt medium, quô Matrimonium incepit valere,
quandocunque mulieris, contra voluntatem
raptæ, liber aſſenſus, etiam, dum conſiſtebat
in manu raptoris, acceſſit. Textus in *cap.*
97 *ult. de Raptorib.* Tertium eſt novius,
quô Matrimonium inter raptorem & raptam
tamdiu ſolùm pro nullo reputatur, quàmdiu
perſona rapta non reſtituitur in locum tutum
ac liberum. Textus in Concilio Trid. *ſeſſ.* 24.
*de Reform. Matrim. cap.* 6. Clericat. *cit. deciſ.*
33. *num.* 9. P. Wex *de Sponſal. p.* 1. §. 4. *n.* 39.
98 Addidit præterea Concilium in pœnam hujus
criminis, ut raptor & omnes, illi conſilium,
auxilium, & favorem præbentes, ſint ipsô Ju-
re excommunicati, ac perpetuò infames, om-
niumque dignitatum incapaces; &, ſi Clerici
fuerint, de proprio gradu decidant; & inſu-
per raptor mulierem raptam, ſive eam uxo-
rem duxerit, ſive non duxerit, decenter ar-
bitriô Judicis dotet.
De hac conſtitutione Conciliari duo ſolum- 99
modò notanda propono. Primum eſt, non
dirimi Matrimonium præteritum, etiamſi ra-
tum duntaxat ſit, ſed futurum: nam in Ma-
trimonio præterito, cùm vinculum jam ſup-
ponatur eſſe contractum, ceſſat favor liber-
tatis. Ita cum Maſtrio contra Bonacinam,
Vincentium de Juſtis, & alios docet *cit.* Cle-
ricat. *num.* 19. Secundum eſt, nulli- 100
tatem Matrimonii unà cum excommunicatio-
nis pœna ipsô Jure incurri; cæteras autem
pœnas, antequàm feratur ſententia, in effe-
ctum & executionem deduci non poſſe, velu-
ti conſtat ex verbis *cit. cap.* 6. Clericat. *d. l.*
*num.* 10. Sanchez *cit. l. num.* 10. P. König ad
*tit. de eo, qui duxit &c. n.* 37.

## §. III.

### *Quomodò tollatur Impedimentum Raptûs?*

101 NE raptus Matrimonio ſit Impedimento,
opus eſt, ut perſona rapta in locum tu-
tum ac ſecurum reſtituatur, ac poſtmodùm
ſi voluerit, conſenſum, antehàc nullum, li-
berè inſtauret, uti colligitur ex *cit. cap.* 6.
Concil. Trid.
102 Diſpenſatio vix ſperari poteſt: quàmdiu
enim rapta conſiſtit in poteſtate raptoris, ſub-
eſt ratio, quæ PP. Concilii Tridentini ad in-
troducendum Impedimentum dirimens per-
movit. Quin etiam, ſi mulier reſtitua- 103
tur libertati priſtinæ, ac inter ipſam & rapto-
rem aliud Impedimentum intercedat, in ſup-
plicatione pro diſpenſatione Matrimonii debet
exprimi raptus; aliàs diſpenſatio pro ſub-re-
ptitia habetur, ut patet ex regula 49.
Cancellariæ. Clericatus *citat. deciſion.* 33.
*num.* 25.

# CAPUT V.

## *De Rliquis Impedimentis dirimentibus.*

SUperſunt adhuc quatuor Impedimenta dirimentia, videlicet *Ordo Clericalis, Religioſa Profeſſio, Cultûs Diſparitas, & Clandeſtinitas.* His itaque pro merito diſcutiendis promptam & ultimam manum admovemus.

## SECTIO I.

### *De Impedimento Ordinis Clericalis.*

SUMMARIA.

*1. & 2. Ordo Clericalis hic accipitur pro majori & ſacro. 3. Dirimit Matrimonium. 4. Si in legitima ætate fuerit ſuſceptus. 5. & ſeqq. Quamvis de illa ætate Authores non conveniant. 10. & ſeqq. Metus gravis impedit, quò minùs ſic ordinatus fiat inhabilis ad Matrimonium. 14. & ſeqq. Solvitur inſtantia de Baptiſmo. 17. & ſeqq. Nullitas Ordinationis non cauſat Impedimentum. 20. & ſeqq. Repellitur paritas de profeſſione. 22. & ſeq. Hoc impedimentum provenit ex Jure Eccleſiaſtico. 24. Dirimit Matrimonium ſubſequens. 25. Non autem antecedens. 26. & ſeqq. Uxor, cum cujus licentia maritus fuit ordinatus, redditur etiam inhabilis ad Matrimonium. 28. & ſeq. Tractatur de diſpenſatione.*



## §. I.

### *Quid ſit Ordo Clericalis?*

1 ORdo Clericalis non accipitur hic latè, ſed
ſtrictè pro Ordine majori & ſacro, qualis
hodie eſt Subdiaconatus, Diaconatus, Pres-
byteratus, Epiſcopatus *cap. ult. Diſt.* 60. *cap. à*
*multis* 9. *de Ætate & qual. & ord. præficiend. cap.*
2 *miramur* 7. *de Servis non-Ordinand.* Or-
dines autem minores & non-ſacri, cùm liber-
tatem Matrimonii relinquant intactam, huc
non pertinent per *cap. ſi qui* 1. *cap. diverſis* 5. *de*
*Clericis conjugat.*
3 Ordo igitur major & ſacer dirimit Matri-
monium, ſi in legitima ætate, ſpontaneè, &
validè fuerit ſuſceptus.
4 Dixi I. *in legitima ætate.* Nam ſententia Pa-
ludani, & quorundam aliorum, docentium,
pueros, ante rationis uſum ordinatos, inha-
biles ad Matrimonium exiſtere, hodie paſſim
rejicitur: quia Eccleſia nec voluit, nec ratio-
nabiliter potuit, obligationem Cælibatûs an-
nectere Sacris Ordinibus, niſi ordinatus in ea
fuerit ætate, in qua ſtatûs tam ardui & diffi-
cilis obligatio perpenditur. Panormit. in *cap.*
*un. de Clerico per ſaltum prom. num.* 3. Fagnan.
*ibid. num.* 27. *& ſeqq.* Sanchez *de Matrim. lib.* 7.
*diſp.* 30. *num.* 5. Pontius *lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 5.
5 Num verò ſufficiat, annos infantiæ fuiſſe
completos; an potius exigatur completa
pubertas? Hæret in ancipiti. Panormit. *d. l.*
Sanchez *d. diſp. num.* 8. Zoëſ. ad *tit. Qui Cleri-*
*ci vel vovent. num.* 14. pubertatem completam
requirunt: quia nec votum Religionis ſolen-
ne, in impubertate emiſſum, obligat ad per-
petuam caſtitatem *cap. firma* 1. *cap. illud autem*
10. *XX. quæſt.* 1. *cap. ad noſtram* 8. *de Regularib.*
6 Antonius de Butrio ad *cit. cap. un. num.* 4. P.
Wieſtner ad *cit. tit. Qui Clerici n.* 11. P. Reif-
fenſtuel *ibid. num.* 7. completâ infantiâ ſunt
contenti: eò quòd votum, ab impuberibus
emiſſum, de Jure Naturali & Divino valeat,
nec irritetur ab Eccleſia, præterquàm in Pro-
feſſione Religioſa, quæ tamen eſt ſtatus lon-
gè difficilior quàm Clericalis.
7 Ego crederem, Ordinem ſacrum, ab impu-
bere ſuſceptum, facere quidem, ut pro tem-
pore impubertatis Matrimonium contrahere
nequeat; poſt pubertatem autem, ſi votum
caſtitatis non renovetur, ſaltem cum autho-
ritate Superioris Eccleſiaſtici, Matrimonium
8 contrahere valeat. Ratio eſt: quia
Jus Eccleſiaſticum ita de aliis votis, & nomi-
natim de voto ſolenni caſtitatis in Religione
juxta *num.* 5. conſtituit: ut proinde in ratio-
ne voti & obligationis inde conſurgentis ob
omnimodam paritatem non debeat aliud in
voto ſolenni caſtitatis, in ſuſceptione Ordinum
Sacrorum emiſsô, conſtitui; præſertim quia 9
parentibus & Superioribus competit facultas,
vota liberorum, in impubertate nuncupata,
irritandi *cap. puella* 2. *XX. q.* 2.
Dixi II. *ſpontaneè.* Etenim ſi quis ex metu 10
gravi & injuſto fuerit adactus ad SS. Ordines
ſuſcipiendos, in probabiliori mihi ſententia,
quàm recipiunt Sanchez *d. l.* 7. *diſp.* 29. *n.* 5.
Gutierrez *cap.* 94. *num.* 16. Barboſa de *offic. &*
*pot. Ep. alleg.* 15. *n.* 5. P. König ad *tit. Qui Cle-*
*rici vel vov. n.* 6. P. Pirhing *ibid. n.* 2. P. Reiſ-
fenſtuel *ibid. num.* 9. non redditur inhabilis
ad Matrimonium contrahendum. Ratio 11
eſt: tum quia Leges Eccleſiaſticæ univerſim
non obligant, ad materiam tantoperè gra-
vem, quando metus tam gravis & injuſtus
concurrit: tum quia in ſpecie præceptum Ec- 12
cleſiæ, deſervanda poſt Ordines continentiâ,
non obligat, niſi Ordines modô ordinariô
ſuſcipiantur, & continentia voluntate ſpon-
taneâ promittatur *cap.* 1. *Diſt.* 31. *cap. puellæ* 8.
*cap. illud autem* 10. *XX. q.* 1. *cap. præſens* 4. *ead.*
*q.* 3. *cap. à multis* 9. *de Ætate & qualitate & ord.*
*præficiend.* tum quia de Jure Naturali actus 13
ob metum gravem & injuſtum cenſentur irri-
ti, quicunque, dum ſemel initi ſunt, reſciſ-
ſionem non patiuntur, veluti patet de Ma-
trimonio ex *cap.* 4. *num.* 62.
In adverſam ſemitam declinant permulti 14
cum Panormit. in *cap. majores* 3. §. *ult. de Bapt.*
*num.* 7. Sylveſter V. *Ordo* 4. *q.* 1. *d.* 2. P. Wieſt-
ner *cit. l. ſub num.* 15. Quorum ratio eſt: quia,
qui per metum gravem eſt baptizatus, tene-
tur ad ſervanda Eccleſiæ præcepta *d. cap. ma-*
*jores* 3. §. *ult.* Ergo etiam qui per metum
gravem eſt ordinatus, tenetur ad præceptum
Eccleſiæ de ſervanda continentia. Verùm 15
juſtiſſimè negatur conſequentia, cum aſſigna-
tione diſparitatis: quia ſuſceptio Baptiſmi
habet ex natura rei connexam obligationem
ſervandi præcepta Eccleſiæ, quæ, cùm adeò
difficilia non ſint, imponuntur etiam homi-
nibus invitis & reluctantibus: at ſuſceptio 16
Ordinum non habet ex natura rei connexam
obligationem, ſervandi continentiam, ſed
tantùm ex particulari conſtitutione Eccleſiæ,
quæ in re tam ardua, & ſub conſilio tantùm
propoſitâ, neque vult, neque poteſt inviris
& reluctantibus onus tam ingens imponere.
Dixi III. *& validè fuerit ſuſceptus:* cùm Im- 17
pedimentum non præſtet, quod de Jure
non ſortitur effectum *cap. non præſtat* 52. *de R.*
*J. in* 6. Interim quis credere poſſet, 18
quòd, ſi talis exiſtimet, ſe validè ordinatum
eſſe, teneatur ad continentiam in vim voti



ſimpli-

ſimplicis, argumentò ex *cap. quidam 3. & cap.*
*placet 12. de Converſion. conjugat.* deſumptò,
ubi maritus, abſque conſenſu uxoris Religio-
nem invalidè profeſſus, tenetur ad continen-
19 tiam in vim voti ſimplicis. Nihilo-
minùs cum P. Engel ad *tit. de Cleric. conjugat.*
*in f.* Zoëſ. *ibid. num.* 11. P. König ad *tit. Qui*
*Clerici vel vovent. num.* 7. contrarium eſt aſſe-
rendum: quia votum continentiæ in ſuſce-
ptione Ordinum non cenſetur emitti princi-
paliter, ſed magis in conſequentiam, pro-
pter connexionem, quam habet ex diſpoſi-
tione Eccleſiæ cum Ordinum ſuſceptione; &
conſequenter, ſi collatio Ordinum non valeat,
neque continentiæ votum ullatenùs valebit.
Paritas itaque cum Profeſſione Religioſa 20
claudicat: ibi ſiquidem continentiæ votum
principaliter emittitur, ac, qui propter ali-
quem defectum votum ſolenne nequit emit-
tere, ſimplex emittere præſumitur voluiſſe.
Licèt, ſi à parte rei defuerit hæc intentio, 21
præſumptio veritati cedat, & obligatio ſer-
vandi caſtitatem nequidem ex voto ſimplici
conſurgat, uti docui in *Lib. III. tract. de Perſ.*
*Rebus & Juribus Eccleſiaſt. part. 1. cap. 3. num.* 81.
*& ſeqq.*

## §. II.

### *Ex quo Jure Clericalis Ordo Matrimonium dirimat?*

22 QUòd Ordo Clericalis ex Jure tantùm hu-
mano, licèt antiquiſſimo, Clericos ob-
liget ad obſervantiam caſtitatis, adeóque
Matrimonii reddat incapaces, traditum eſt in
23 *cit. tract. p. 1. cap. 2. num.* 39. Cui non
obſtat, quòd continentiam, cùm res conſilii
non verò præcepti ſit, Eccleſia Clericis impe-
rare nequeat: nam Eccleſia continentiam
imperat nemini, niſi qui ſpontè receperit Or-
dines, & ad continentiam expreſſè vel taci-
tè ſe obligaverit. P. Wieſtner ad *tit. Qui Cle-*
*rici vel vovent. num.* 18.
24 Hoc autem tantummodò declarandum re-
ſtat, an Eccleſia votum continentiæ, quod
SS. Ordinibus annectere voluit, quoad vim
dirimendi Matrimonii æquiparaverit voto
Profeſſionis Religioſæ? Dicendum nempe,
quòd, ſi ſacer Ordo Matrimonium antecedat,
ſit eadem vis, ac Matrimonium ſubſequens ab-
ſolutè dirimatur *cap. ſi quis 1. de Clericis conju-*
*gat.* Trid. *ſeſſ. 24. de Matrim. can.* 9. Si 25
Ordo Matrimonium ſubſequatur, non poteſt
id, etiamſi ratum tantummodò ſit, dirimere,
prout decidit Joannes XXII. in *Extravag. an-*
*tiqua de Voto & voti redempt.*
Illud præterea ſubjungendum eſt, quòd, ſi 26
maritus, uxore ſciente & conſentiente, pro-
moveatur ad SS. Ordines, non tantùm uſus
Matrimonii deinceps ſit prohibitus, ſed etiam
uxor fiat inhabilis ad aliud Matrimonium,
mortuò quoque maritò, validè contrahen-
dum; ſive votum continentiæ emiſerit, ſive
non per textus in *cap. quia ſunt* 10. *cap. ſi ſe* 11.
*cap. ſi qua vidua* 12. *Diſt.* 28. *cap. ſeriatim* 14.
*Diſt.* 32. Hoſtienſis, Joannes Andreas, Fran-
cus & alii cum Sanchez *lib. 7. diſp. 40. n.* 2. & 6. 27
Rationem reddit hic Author in *num.* 3. quòd
excellentia, ſublimitas, & reverentia SS. Or-
dinum non tantùm perpetuam viri ſed etiam
mulieris continentiam expoſcat.

## §. III.

### *Quomodò ſolvatur Impedimentum Ordinis Clericalis?*

28 IMpedimentum Ordinis Clericalis indubita-
tè ſolvitur per diſpenſationem Summi
Pontificis: cùm ex *num.* 22. tantùm ab Eccle-
ſia ſit ſtatutum; jamque ſæpiùs diſpenſatum
ſit, velut oſtendunt Pyrrhus Corrad. *Diſpenſ.*
*Apoſtol. lib. 8. cap. 10. à n.* 15. Magnif. D. P. Kö-
nig ad *tit. Qui Clerici vel vovent. num.* 10. &
Clariſſimus P. Wieſtner *ibid. num.* 18. Etſi 29
ſinè dubio, quò major & ſublimior eſt Ordo,
eò major requiratur cauſa; ſicque non ſuffi-
ciat ea cauſa ad diſpenſandum cum Presby-
tero vel Diacono, quæ ſufficit in Subdiaco-
no, præcipuè cùm Subdiaconatus olim non
fuerit Ordo ſacer. P. König *d. num.* 10.

# SECTIO II.

## *De Impedimento Religioſæ Profeſſionis.*

### SUMMARIA.

30. *Religioſa profeſſio dirimit Matrimonium.* 31. *Votum ſimplex tantùm impedit.* 32. *Exceptis Votis PP. Societatis.* 33. *Profeſſio debet emitti in Ordine quodam approbato.* 34. *Etiam Matrimonium antecedens ratum dirimitur per ipſam.* 35. *Exceptà profeſſione in Societate JESU.* 36. *& ſeq. Proponitur fundamentum ſententiæ, vim dirimendi adſtruentis Juri Naturali.* 38. *Proponitur fundamentum ſententiæ contrariæ.* 39. *& ſeqq. Tentatur aliquod medium, utramque ſententiam conciliandi.* 42. *& ſeqq. Nonnulla objectiones referuntur, & refelluntur.* 49. *Agitur de diſpenſatione.*

## §. I.



## §. I.

### *Quid ſit Profeſſio Religioſa?*

30 PRofeſſio Religioſa eſt emiſſio votorum
ſolennium in Ordine quodam approba-
to, dirimens Matrimonium, deinceps contra-
hendum, & aliquando contractum.
31 Dixi I. *emiſſio votorum ſolennium.* Si quis
enim votum emittat, ſed ſimplex & inſolen-
ne, obligatur quidem abſtinere à Matrimo-
nio, ſed, ſi contrahat, contrahit validè *cap.*
*conſuluit 4. cap. rur. ſus* 6. *Qui Clerici vel vovent.*
32 Si quis tamen emittat profeſſionem apud PP.
Societatis, etiamſi votum tantummodò ſim-
plex nuncupet, efficitur inhabilis ad Matri-
monium contrahendum, quamdiu manet in
Societate: nam ejusmodi votum ex ſpeciali
privilegio S. Pontificis Gregorii XIII. in Bulla,
quæ incipit: *aſcendente Domino*, fuit elevatum
ad dirimendum Matrimonium, poſteà con-
tractum.
33 Dixi II. *in Ordine quodam approbato.* Nam
vota ſolennia debent emitti juxta certam Re-
gulam & Ordinem, ab Eccleſia approbatum:
alioquin nec ſolennia cenſentur, nec diri-
mendi vim habent *cap. ult. de Religioſ. domib.*
*cap. un. eód. in 6. cap. un. de Voto & Voti redempt.*
*eód. in 6.*
Dixi III. *dirimens Matrimonium, deinceps con-* 34
*trahendum, & aliquando contractum.* Quod
ita eſt intelligendum, ut Matrimonium ſub-
ſequens ſit invalidum, uti & antecedens, ſi
ratum duntaxat fuerit, non autem ſi conſum-
matum *cap. ex publico 7. cap. placet 12. de Con-*
*verſione conjugator.* Trid. *ſeſſ. 24. de Matrim.*
*can.* 6. Nec tamen eandem vim, diri- 35
mendi Matrimonium ratum antecedens, vo-
tis ſimplicibus, in Societate JEſu emiſſis, cum
Sanchez *lib. 2. diſp. 18. n.* 6. & modernis ejus-
dem Societatis DD. tribuit P. Wieſtner ad
*tit. Qui Clerici vel vovent. n.* 27. quia hæc vis
in Jure Eccleſiaſtico tantùm eſt attributa voto
ſolenni Religionis, cui vota ſimplicia Patrum
Societatis hoc in puncto nullibi coæquata re-
periuntur.

## §. II.

### *Ex quo Jure Profeſſio Religioſa Matrimonium dirimat?*

36 SEntentia, quæ cum S. Thoma in *Supplem.*
*quaſt. 53. a. 2. in O.* vim dirimendi Ma-
trimonium ſubſequens in Profeſſione Reli-
gioſa adſcribit Juri Divino & Naturali, utitur
ſequenti argumentò: quod meum non eſt,
ſed alterius, tertio validè tradere non poſ-
ſum. At, poſtquam aliquis emiſit Profeſſio-
nem & vota ſolennia, non poteſt ampliùs di-
cere, corpus eſſe ſuum: utpote cùm DEO ſit
conſecratum. Ergo non poteſt per Matri-
37 monium illud tradere conjugi. Con-
firmatur. Qui Matrimonium carnale cum
una perſona jam contraxit, non poteſt de Ju-
re Naturali & Divino Matrimonium aliud
cum alia contrahere ex *cap. 2. à n.* 198. Er-
go etiam qui Matrimonium ſpirituale per Re-
ligioſam Profeſſionem cum DEO contraxit,
non poteſt de Jure Naturali & Divino Ma-
trimonium carnale cum homine contra-
here.
38 Sententia, quæ cum Sanchez *lib. 7. diſp.* 26.
*ſub num.* 4. Pontio *lib. 7. cap. 22. n.* 4. & ple-
risque RR. vim dirimendi aſſignat Juri Eccle-
ſiaſtico, ſic argumentatur. Votum ſolenne
non habet vim dirimendi Matrimonium, quà
votum eſt: cæteroquin enim & votum ſim-
plex deberet eandem habere vim, cùm apud
DEUM non minùs obliget, quàm ſolenne
*cap. rurſus 6. Qui Clerici vel vovent.* Nec
etiam iſtam vim habet, quatenùs eſt ſolenne:
nam ſolennitas provenit ex ſola conſtitutio-
ne Eccleſiæ, veluti patet ex *cap. un. de Voto &*
*Voti redempt. in* 6.
39 Fortaſſis non ſinè rationabili cauſa quis ita
diſcurrere poſſet, quòd votum ſolenne, præ-
ſcindendò ab acceptatione Eccleſiæ, vim di-
rimendi non habeat: ut ſic enim non diſtin-
guitur à voto ſimplici, nudamque promiſſio-
nem, abſque corporis traditione, continet.
Verùm, ſuppoſitâ acceptatione Eccleſiæ, vo- 40
tum ſolenne dirimit Matrimonium ex Jure
Naturali & Divino: ſiquidem non tantùm
promiſſionem, ſed etiam traditionem corpo-
ris involvit, redditque voventem inhabilem,
ut corpus, quod DEO tradidit per votum,
tradat conjugi per Matrimonium. Atque 41
in hoc ſenſu verum eſt, voti ſolennitatem ex
Eccleſiæ (acceptantis & ratihabentis tradi-
tionem corporis) conſtitutione ſeu approba-
tione provenire. Revideantur tradita in
*Lib. III. tr. 1. de Perſon. Reb. & Jur. Eccleſ. p.* 1.
*cap. 3. num.* 219.
Neque dicas I. traditionem per votum eſ- 42
ſe diverſi generis à traditione per Matrimo-
nium: cùm illa tantummodò producat obli-
gationem Religionis; hæc autem obligatio-
nem juſtitiæ pariat. Nam, licèt diverſi 43
ſint generis, una tamen alteram neceſſariò
excludit; quatenùs, qui corpus DEO jam
ſemel conſecravit, non poteſt id rurſus ad
uſum conjugalem homini concedere.
Neque dicas II. poſt Matrimonium jam 44
conſummatum, cum alterius conjugis aſſen-
ſu, poſſe ſolenniter voveri Religionem, ratò
manente vinculò conjugali: ideóque tradi-
tionem unam cum altera compoſſibilem eſſe.
Contra ſiquidem eſt: quia, ſi conjugatus Re- 45
ligionem ſolenniter voveat, dat DEO ſaltem
uſumfructum ſui corporis, ſolâ proprietate
penes conjugem in ſæculò remanente: &
hinc traditio una cum altera ſaltem quoad
uſumfructum eſt incompoſſibilis.

46 Neque dicas III. ſaltem id fieri poſſe, ut Re-
ligioſus profeſſus contrahat Matrimonium
ſub conditione ſervandi caſtitatem, relin-
quendò uſumfructum DEO, & proprietatem
47 corporis in uxorem transferendò. Enim-
verò, cùm per Religioſam Profeſſionem jam
antecedenter ſupponatur corpus totaliter
DEO quoad proprietatem & uſumfructum
conceſſum, nequit eò invitò proprietas in
conjugem transferri; præſertim cùm ſtatus
conjugalis ſit imperfectior Religiosò, mul-
toſque ponat obices, quò minùs Religioſus
ad centrum perfectionis & votorum pertin-
gere valeat. At, ſi conjux cum aſſen- 48
ſu conjugis tranſeat ad ſtatum Regularem,
tanquàm perfectiorem, uſusfructus corporis
cum utriusque voluntate conſecratur DEO;
qui, ſi proprietatem habere nequeat, ex ni-
mia clementia uſufructu ſaltem conten-
tus eſt.

## §. III.

### *Quomodò tollatur Impedimentum Religioſæ Profeſſionis?*

49 IMpedimentum Religioſæ Profeſſionis, cùm
obliget ad ſtatum perpetuum, non aliter
tollitur, quàm diſpenſatione Pontificiâ, cu-
jus poſſibilitatem tam oſtendunt exempla,
jam aliquoties exhibita, quàm noſtra reſolu-
tio in *d. Lib. III. tract. de Perſon. Reb. & Jur. Ec-
cleſ. p. 1. cap. 3. à n.* 248. deducta. Pyrrhus
Corrad. *Diſpenſat. Apoſt. d. lib. 8. cap.* 10. *à
num.* 25.
50 Quæres non extra propoſitum: an, ſi ma-
ritus cum aſſenſu uxoris Religionem ſolenni-
ter fuerit profeſſus, uxor in conſequentiam
fiat inhabilis ad Matrimonium, maritò de-
functò contrahendum?
Reſp. negativè. Licèt enim aliter ſcripſe-
rim in *num.* 26. quando maritus SS. Ordines
ſuſcipit; hic tamen pariformiter ſcribere ne-
queo: cùm textum non habeam. König ad
*tit. Qui Clerici num.* 16. Wieſtner *ibid.
num.* 28.

# SECTIO III.

## *De Impedimento Cultûs Diſparitatis.*

### SUMMARIA.

*51. Deſcribitur Cultûs Diſparitas. 52. Eſt di-
verſitas Religionis. 53. & ſeqq. Non inter fi-
delem & hæreticum, ſed fidelem & infidelem.
56. & ſeqq. Si tamen fidelis cum hæretico con-
trahat ſub conditione, ut proles ex conjuge hære-
tico in hæreſi parentis educetur, Matrimonium
non valet. 61. Matrimonium cum hæreticis
ſemper diſſuadendum. 62. Infidelitas antece-
dens dirimit Matrimonium. 63. & ſeq. Ex
Jure Naturæ Matrimonium ob cultûs diſpari-
tatem non dirimitur. 65. & ſeqq. Neque ex
Jure Divino. 69. & ſeqq. Sed tantùm ex Ju-
re Eccleſiaſtico non-ſcripto. 72. & ſeqq. Pro-
ponuntur, & diluuntur objecta. 76. Agitur de
Sponſalibus inter Cathecumenum & fidelem. 77.
S. Pontifex in hoc Impedimento diſpenſat, quan-
do accedit juſta cauſa, & deeſt periculum per-
verſionis.*

## §. I.

### *Quid ſit Cultûs Diſparitas?*

51 CUltûs Diſparitas eſt diverſitas Religionis,
quæ reperitur inter fidelem & infidelem,
Matrimonium inter ipſos dirimens.
52 Dixi I. *diverſitas Religionis;* per Religionem
intelligendò fidem Chriſtianam, quæ vel ma-
ximè apud Chriſtianos, inter quos ſolos Ma-
trimonium habet rationem Sacramenti, at-
tenditur.
53 Dixi II. *quæ reperitur inter fidelem & infidelem.*
Ubi infidelis non accipitur latè, ſed ſtrictè pro
homine non-baptizato, Pagano, Judæo, Sa-
raceno. Quamquàm enim Matrimonium
Catholici cum infideli fœmina latè accepta,
ſeu hæretica, ſit prohibitum *cap. cave* 15. *cap.
non oportet* 16. *XXVIII. quæſt.* 1. quin & priſcis
temporibus ex doctrina Pontii de *Matrimon.
lib. 7. cap. 47. n.* 11. nullum fuerit: attamen
ſucceſſu temporis pro valido fuit agnitum per
textum in *cap. decrevit* 14. *de Hæret. in* 6. ubi
confiſcatur dos mulieris Catholicæ, ſcienter
hæretico viro nubentis, absque eo, quòd Ma-
trimonium irritetur. Confirmat hoc 54
ipſum conſuetudo & praxis Eccleſiæ, ſubnixa
decreto Urbani VIII. die 14. Martii 1630.
ſtatuentis: *quoad Matrimonia jam inita tolera-
ri poſſe mulieres hæreticas, quæ maritos habent Ca-
tholicos, cohabitare arbitrio Ordinariorum, quàm-
diu fuerit aliqua ſpes converſionis, & nullum ſub-
verſionis periculum, ita tamen, ut proles Catholicè
educetur.* Pignatell. *tom. 4. conſult.* 139. Con-
firmat etiam reſolutio S. Congregationis de
propaganda fide, quæ anno 1638. cenſuit, *in
terris hæreticorum, ubi hæreſes impunè graſſantur,
maximè ſi ibi Catholicæ fidei cultus non permittitur,
Matrimonia cum ipſis hæreticis, per exhortationes
potiùs quàm per cenſuras prohibenda.* Clericat.
de *Sacram. Matrim. deciſ.* 26. *n.* 21. Gutierrez
de *Matrim. cap.* 104. *num.* 7. Sanchez *lib. 7.
diſp.* 72. *num.* 5. Gobat *Theol. experim. tr. 9. à
num.* 226. ac noviſſimè Vincent. Petra *com-
mentar. Apoſtol. tom. 4. pag. 74. à n.* 6. Quòd 55
autem aliqui putent, in terris, ubi Catholici
mixtim



mixtim cum hæreticis vivunt, ejusmodi Ma-
trimonia eſſe licita, non aliter eſt admitten-
dum, quàm ſi accedat Sedis Apoſtolicæ licen-
tia, cunctáve incommoda, aliàs ex tali con-
junctione timenda, ceſſent, ut patet ex variis
reſolutionibus S. Congregationis menſe Fe-
bruar. 1590. menſe Jun. 1624. & aliàs habi-
tis, in quibus Parochis Catholicis inhibetur,
ne Matrimoniis, inter Catholicos & hæreti-
cos celebrandis, aſſiſtant. Petra *cit. l. pag.* 75.
*num.* 8. & 9. Pignatell. *d. tom. 4. conſult.* 188.
Cùmque nuper in S. Congregatione eſſet
propoſitum, virum heterodoxum ex Catho-
lica muliere, à ſe defiorata, prolem ſuſcepiſſe,
quam in Orthodoxa fide educari permitte-
bat; ſubindeque precibûs enixè peteret, il-
lam ſibi Matrimonio copulare; mulier autem
annueret ſub his conditionibus: primò, ut
proles omnis ſit ſemper Catholica; ſecundò
ut mater cum prole extra hæreticorum di-
tionem manere poſſit liberrimè; tertiò ut
contraheretur coram Miniſtro Catholico, &
demum ut conditionum obſervantia firme-
tur juramentò: quæſitum fuit, an expediat,
ut Ordinarius in Matrimonium hujusmodi
conſentiat? Sanctiſſimus D. N. Clemens XI.
auditis votis Eminentiſſimorum Cardinalium
Supremæ Inquiſitionis die 16. Junii 1710. di-
xit, atque decrevit, ſcribendum eſſe Inter-
nuntio in Belgio, quòd ſignificet Archi-Epi-
ſcopo Mechlinienſi, diſpenſationes, de qui-
bus agitur, non ſolùm non expedire illas con-
cedere, ſed non poſſe, niſi abjuratâ hæreſi.
Ita in formalibus *cit.* Petra *pag. 76. n.* 14.
56 Quid verò, ſi Matrimonium, ut ſolet in
noſtris partibus fieri, contrahatur à Catholi-
co cum hæretica fœmina ſub conditione, ut
filiæ, ex tali Matrimonio procreatæ, ſequan-
tur conditionem & ſectam matris, filii verò
ſequantur conditionem & Religionem pa-
tris?
57 Tale Matrimonium quoque validum com-
muniter reputari comperio, ſic tamen ut
conditio, tanquàm turpis & contra Jus, pro
non-adjecta habeatur. Gobat *cit. l. num.* 221.
*& ſeq.* At Matrimonium hoc nullum
eſſe, licèt Authorem non legerim, qui do-
ceat, docui tamen jam antecedenter, doctri-
nam meam approbante Clariſſ. P. Schmalz-
grueber ad *tit. Qui Clerici vel vov. num.* 150.
& ſolida convincit ratio: nam, ſi Matrimonio
adjiciatur conditio, quæ eſt contra bonum
prolis, Matrimonium invalidè contrahitur
juxta *cap. ult. de Condit. appoſit.* Atqui talis
conditio, ut filiæ ſequantur conditionem, ſe-
ctam, & hæreſim maternam, eſt utique con-
tra bonum prolis. Ergo &c.
Neque dicas: in *cit. cap.* eam ſolummodò 58
conditionem bono prolis adverſam cenſeri,
quâ conjux contrahit cum conjuge, ſi gene-
rationem prolis evitet. Nam contra eſt: 59
quòd memorata conditio in *cit. cap.* non affe-
ratur per modum regulæ, ſed exempli; no-
tum verò ſit, per exempla non reſtringi re-
gulam, ſed declarari vel dilatari. Cùm 60
igitur in *cit. cap.* ab initio generaliter dicatur,
per conditiones, quæ contra Matrimonii ſub-
ſtantiam apponuntur, Matrimonium vitiari;
ac inter has conditiones numeretur illa, quæ
eſt contra bonum prolis naturale: conficitur,
& illam conditionem, quæ bono prolis ſpiri-
tuali repugnat, Matrimonii ſubſtantiæ refra-
gari.
Fatentur tamen plerique, Matrimonia cum 61
hæreticis ob ſcandala & alia inconvenientia
etiam in terris, ubi hæreſis extra metum pœ-
næ graſſatur, ſummoperè diſſuadenda eſſe. Go-
bat *cit. l. n.* 218. P. Wieſtner ad *tit. Qui Clerici
vel vovent. n.* 49. Relegantur dicta in *n.* 55.
Dixi ſuperiùs III. *Matrimonium dirimens.* 62
Ubi videndum, an Matrimonium ſit contra-
ctum à duobus infidelibus, quorum unus po-
ſteà convertitur ad veram Religionem; an
ſtatim ab initio unus ex conjugibus fidelis,
alter infidelis fuerit. Si primum; recurren-
dum erit ad dicta in *tr. 2. cap. 5. à num.* 63. Si
ſecundum; Matrimonium eſt irritum, veluti
mox oſtendetur,

## §. II.

### *Ex quo Jure Diſparitas Cultûs Matrimonium dirimat?*

63 COncludendum hic I. Matrimonium ob
cultûs diſparitatem à Jure Naturali non
dirimi. Sanchez *d. lib. 7. diſp. 71. n.* 7. Pon-
tius *d. l. 7. cap. 47. n.* 2. Clericat. *d. deciſ.* 26.
64 *num.* 6. Ratio eſt: quia diſparitas cultûs
relinquit omnia, quæ Matrimonio ex diſpoſi-
tione Juris Naturalis ſunt eſſentialia: & ideò
tempore Legis Naturalis viri, ſanctitatis lau-
de inter primos conſpicui, nempe Jacob, Jo-
ſeph, & Moyſes, antequàm Legem Divinam
acceperint in monte Sinai, Matrimonium
cum mulieribus Ethnicis contraxerunt, ut le-
gitur *Geneſ.* 29. 31. 41. *Exodi* 2.
65 Concludendum II. Matrimonium ob cul-
tûs diſparitatem à Jure Divino Veteris & No-
vi Teſtamenti prohibitum quidem fuiſſe, ve-
luti patet ex *Deuteron. cap. 7. Eſdræ 1. cap.* 10.
*epiſt. 2. ad Corinth.* 6. non tamen irritum, uti
concludunt Sanchez *cit. l. n.* 6. Pontius *d. l.
num.* 5. Clericat. *d. l. num.* 9. Ratio eſt: 66
quia in Veteri & Novo Teſtamento talia con-
jugia fuêre contracta, & tanquàm valida ju-
dicata. In Veteri Teſtamento contraxit
Salmon, filius Naaſſonis, cum Rahab pagana
*Joſue* 2. contraxit Booz cum Ruth Moabiti-
de gentili *Ruth.* 4. contraxit Sambſon cum
Dalila Philiſtina *Judic.* 16. contraxit David
cum Macha Chananæa 2. *Reg.* 3. contraxit
Salomon cum filia Pharaonis Regis Ægypti 3.
*Reg.* 3. In Novo Teſtamento contraxit 67
S. Cæcilia cum Valeriano ethnico; S. Moni-
ca, Mater S. Auguſtini, cum viro gentili;
Clo-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Clothildis Principiſſa Chriſtiana cum Clodoveo Francorum Rege tunc Ethnico; Edelburga cum Eduino Rege Anglorum, adhuc gentilitatis erroribus involutô. Clericat. *cit. deciſ.* 26. *n.* 10.

68 Neque dicas: ſuppoſitâ etiam ſolâ Juris Divini prohibitione, & ſecluſâ irritatione, Matrimonium à fidelibus cum infidelibus contrahi non potuiſſe. Reſp. enim ſolùm Matrimonium licitè contrahi potuiſſe, quando non erat periculum perverſionis, ſed potiùs ſpes, conjugem infidelem aut ſtatim, aut tractu temporis Chriſtianis ſacris initiandum fore.

69 Concludendum III. Matrimonium ob cultûs diſparitatem ex Jure tantùm Eccleſiaſticô, & magis non-ſcripto, quàm ſcripto, irritum eſſe. Sanchez *d. l. num.* 7. Clericat. *d. l. num.* 15. Magnif. D. P. König ad *tit. Qui Cle-*
70 *rici vel vovent. n.* 21. Ratio eſt: quia etiam in Jure Eccleſiaſtico non invenitur textus aliquis convincens, ex quo Matrimonii nullitas inter fidelem & infidelem apertè cognoſcatur: quin potiùs in *cap. cave* 15. *XXVIII. quæſt.* 1. æquè prohibetur Matrimonium cum hæreticis ac cum infidelibus; & tamen Matrimonium cum hæreticis non cenſetur nul-
71 lum. Idcircò magis eſt confugiendum ad Legem Eccleſiaſticam non-ſcriptam, ſeu conſuetudinem inveteratam, per quam ſimilia Matrimonia pro nullis & invalidis judicata fuêre.

72 Neque opponas I. in *cap. Judæi* 10. *d. q.* 1. ita caveri: *Judæi, qui Chriſtianas mulieres in conjugio habent, admoneantur ab Epiſcopo Civitatis illius, ut, ſi cum eis permanere cupiunt, Chriſtiani efficiantur: quòd ſi admoniti noluerint, ſeparentur.* Ex quo infertur, Matrimonium Chriſtianæ mulieris cum Judæo, ſe convertere nolente, invalidum eſſe. Reſp. enim ex *cit. cap.* 73
potiùs colligi, quòd tale Matrimonium valeat: nam, ſi Judæus ſe convertere velit, poteſt in conjugio perſeverare, abſque eo, quòd requiratur novus conſenſus; quod ſignum eſt, Matrimonium antecedenter valuiſſe. Separatio autem, quæ, fruſtratâ converſionis ſpe, præcipitur, non eſt ſeparatio quoad vinculum, ſed quoad thorum & menſam, ne propter continuum & mutuum comercium Chriſtiana fides labefactetur.

Neque opponas II. jam in Concilio Nice- 74
no *can.* 67. & 69. ſtatutum eſſe, ut Chriſtianus, qui duxit infidelem, perinde ut bigamus, duas ſimul uxores habens, puniatur, neque ad pœnitentiam, niſi reliquerit infidelem, admittatur. Siquidem eôdem modô re- 75
ſponderi poteſt, Chriſtianum, cum infideli contrahentem, perinde ac bigamum puniri; quoad ſeparationem tamen diſcrimen eſſe, quòd propter Impedimentum ligaminis uxor ſecunda quoad vinculum; at propter diſparitatem cultûs conjux fidelis ab infideli, quando periculum iminet, tantùm quoad thorum & menſam ſeparetur.

Planè ſi Catechumenus cum muliere fideli 76
contrahat Sponſalia de futuro, ea valida & licita eſſe, meritò contendunt P. König *cit. l. num.* 26. & Clariſſ. P. Schmalzgrueber *ibid. num.* 131. quia promiſſio refertur in tempus habile, quô Cathecumenus ſacrâ baptiſmatis undâ fuerit regeneratus.

## §. III.

### *Quomodò ſolvatur Impedimentum Cultûs Diſparitatis?*

77 Deducitur ex hactenùs præmiſſis, Impedimentum dirimens, quod ex cultûs diſparitate vi ſolius Legis Eccleſiaſticæ formatur, authoritate Pontificiâ relaxari poſſe; ſic tamen, ut, cùm prohibitio deſcendat etiam à Jure ſuperiori, diſpenſatio non aliter concedatur, quàm ſi periculum ſeductionis abſit, & graviſſima cauſa ſuffragetur.

# SECTIO IV.

## *De Impedimento Clandeſtinatis ſimpliciter talis.*

### SUMMARIA.

78. *Deſcribitur clandeſtinitas.* 79. *Alia eſt ſimpliciter talis, quando deficit præſentia Parochi & teſtium.* 80. & *ſeq. Et hæc dirimit Matrimonium.* 82. *Non autem in locis, in quibus Concilium Tridentinum non viget.* 83. & *ſeqq. Nec apud infideles.* 86. & *ſeq. Bene autem apud hæreticos, ſi vivant in locis, ubi Tridentinum eſt promulgatum.* 88. & *ſeq. Parochus debet eſſe proprius.* 90. *Ejus nomine venit etiam Epiſcopus & Vicarius generalis.* 91. *Sufficit, ſi proprius ſit reſpectu unius ex contrahentibus.* 92. & *ſeqq. Parochus domicilii originis non eſt competens.* 96. & *ſeqq. Sed parochus domicilii habitationis, etiam quaſi-talis.* 102. & *ſeqq. Vagabundi poſſunt Matrimonium coram quocunque Parocho contrahere.* 105. & *ſeq. Licèt Parochus debeat inquiſitionem præmittere, ac Ordinarii licentiam prærequirere.* 107. & *ſeqq. Aſſignatur proprius Parochus militum.* 111. & *ſeqq. Quidam volunt, Parochum debere Sacerdotem eſſe.* 114. & *ſeq. Oſtenditur oppoſitum.* 116. & *ſeqq. Reſpondetur ad contraria.* 120. *Plurimi docent, Parochum excommunicatum validè Matrimonio aſſiſtere.* 121. & *ſeqq. Fundamenta negantis ſententiæ.* 126. & *ſeqq. Sub prohibita Sacramentorum adminiſtratione non continetur aſſiſtentia Matrimonii.* 129. & *ſeqq. Parochus extra ſuam parochiam poteſt aſſiſtere Matrimonio.* 133. & *ſeq. Valet Matrimonium, coram*



*Parocho invito vel reluctante.* 135. & *ſeqq. Secus, ſi Parochus non noſcat perſonas, aut idioma non intelligat.* 138. & *ſeq. In commiſſario Parochi requiritur licentia committentis, generalis aut ſpecialis.* 140. & *ſeqq. Antecedens Matrimonium.* 143. & *ſeq. Et cognita.* 145. *Requiruntur etiam teſtes.* 146. & *ſeqq. Sed non omni exceptione majores.* 151. & *ſeqq. Debent tamen eſſe rogati, vel admoniti.* 154. *Ac ſimultaneè cum Parocho adeſſe.* 156. *Licèt ex metu vel dolo adigantur.* 157. *Metum aut dolum admittentes puniuntur.* 158. *In omni caſu præſentia Teſtium & Parochi requiritur.* 159. & *ſeqq. Pro- & contra diſputatur, utrùm requiratur in caſu, quò Matrimonium nullum reconvalidatur.* 162. & *ſeq. Suadetur magis ſententia affirmativa.* 165. & *ſeq. Quidam putant, hujuſmodi Matrimonium valere in vim Sponſalium.* 167. *Alii id negant.* 168. & *ſeq. Noſtra ſententia ſeparat præſumptionem à veritate.* 170. & *ſeqq. Agitur de pœna Parochi & aliorum.*

## §. I.

### *Quid ſit Clandeſtinitas ſimpliciter talis?*

78 Clandeſtinitas Matrimonii deſumitur ex eo, quòd clam, extra conſpectum & faciem Eccleſiæ, ſit contractum.

79 Eſt duplex: alia ſimpliciter talis; alia ſecundùm quid. *Simpliciter talis* eſt, quando Matrimonium coram Parocho vel Teſtibus non contrahitur. Et hæc clandeſtinitas, quamvis Matrimonium ſemper reddiderit illicitum, ut patet ex *cap. aliter* 1. *cap. nullus* 2. *cap. noſtrates* 3. *cap. ſponſus* 5. *XXX. q.* 5. *cap. ult. de Clandeſtina deſponſat.* vim tamen irritandi & dirimendi primùm accepit à Concilio Tridentino in *ſeſſ.* 24. *de Reformat. Matrimon. cap.* 1.
80 Cùm enim S. Synodus adverteret, prohibitiones antiquorum Canonum *propter hominum inobedientiam jam non prodeſſe, & gravia peccata perpenderet, quæ ex clandeſtinis conjugiis ortum habent, præſertim verò eorum, qui in ſtatu damnationis permanent, dum, priore uxore, cum qua clam contraxerant, relictâ, cum alia palam contrahunt,*
81 *& cum ea in perpetuo adulterio vivunt:* hinc, ut malo huic medelam præſcriberet, decrevit, ut, qui *aliter, quàm præſente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipſius Parochi ſeu Ordinarii licentia, & duobus vel tribus teſtibus Matrimonium contrahere attentabunt, ad ſic contrahendum omninò inhabiles reddantur, & hujuſmodi contractus irriti & nulli cenſeantur.* Unde

82 Infertur I. in locis, ubi Concilium Tridentinum non eſt promulgatum, & quidem in ipſa parochia, in qua Matrimonium contrahitur, illud adhucdum valere ſinè teſtibus & Parocho contractum: quippe cùm ex dictis virtus dirimendi proveniat ex ſolo Tridentino, quod, ubi non publicatur, nihil operatur. Illuſtriſſ. Vincent. Petra *comment. Apoſtol. to* 4. *pag.* 8. *n.* 21. & *pag.* 81. *n.* 33. & *ſeq.* Pignatell. *to.* 1. *conſult.* 151. *à n.* 24.

83 Infertur II. infidelium Matrimonia, clam contracta, tam licita, quàm valida reputari: nam clandeſtinitas, tota quanta, ſive ſpectetur Matrimonii prohibitio, ſive ſpectetur irritatio, ex Lege Eccleſiaſtica, quæ ut talis non ſtringit infideles, promanat. Videatur *cap.* 1. *à num.* 17.

Nec attendendum, quòd Sanchez *lib.* 4. 84
*diſp.* 3. *num.* 8 putet, ex natura rei Matrimonium clandeſtinum eſſe prohibitum; ſicque etiam infidelibus, citra peccatum, nuptias clam pangere, non licere. Cùm enim 85
clandeſtinæ nuptiæ nec fini nec eſſentiæ Matrimonii repugnent; nec etiam mala, quæ ſequuntur, vi ipſius clandeſtinæ deſponſationis, ſed potiùs ex abuſu contrahentium ſequantur: conſequens eſt, illas ex Jure Naturali prohibitas non eſſe. P. Wieſtner ad *tit. de Clandeſt. deſponſat. num.* 28.

Infertur III. hæreticorum Matrimonium 86
in locis, ubi Concilium Tridentinum eſt promulgatum, nominatim in urbibus & pagis Sueviæ, Franconiæ, Rheni, Hollandiæ, Belgii, ubi hæretici mixtim cum Catholicis vivunt, aut olim vixerunt, clam celebrata, nullius eſſe momenti: quippe cùm Legibus Eccleſiæ, præſertim circa Matrimonium, & ejus Impedimenta latis, obſtringantur ex *cit. cap.* 1. *num.* 24. & *ſeqq.* Vincentius Petra *d. to.* 4. *pag.* 78. *num.* 22. & *ſeq.* & *pag.* 80. *num.* 27. Aliud eſt in locis, ubi Tridentinum, ob hæ- 87
reſin jam tum temporis prædominantem, promulgari non potuit, v. g. in Anglia, Saxonia: Lex enim, ſeu Catholicis ſeu hæreticis non-promulgata, non obligat, præcipuè Lex Tridentina, Matrimonii clandeſtini annullativa, quæ in *fin. cit. cap.* 1. *de Reform. ſeſſ.* 24. *in unaquaque parochia ſuum robur poſt triginta dies habere incipit, à die prima publicationis, in eadem parochia facta, numerandos.* Boſco de *Matrim. diſp.* 11. *concluſ.* 5. *per tot.* König ad *tit. de Clandeſt. deſponſat. num.* 4. Gobat *Theolog. Experiment. tr.* 9. *à num.* 454. Morem hinc deſumpſit S. Congregatio Concilii, quòd, dum in ea diſceptari contingit de valore Matrimonii, initi in locis, ubi non conſtat, vel rationabiliter dubitatur, an Concilium Tridentinum fuerit publicatum, exquirat informationem de publicatione Concilii, prout noviſſimè ſervavit in *Ratisbonenſi* 9. Auguſt. 1704. teſte Petra *cit. loc. num.* 21.

§. II.

UNIVERSIDAD AUTÓNOM
DIRECCIÓN GENERAL D

## §. II.

### *Qualis Parochus ad Matrimonium requiratur?*

88 NE Matrimonium ſimpliciter dicatur clan-
deſtinum, illud in præſentia Parochi ce-
lebrandum eſſe, patet ex *num. 79.* Nomine
Parochi verò denotatur proprius; nec valet
Matrimonium, quod coram Parocho non-
89 ſuo contrahitur; veluti terminis admodùm
perſpicuis decidit Concil. Tridentinum *cit. l.*
ubi ab initio requirit, ut Matrimonium *à pro-
prio Parocho* priùs ter publicè denuntietur; de-
inde ſubjicit, quòd, *ſi aliter quàm præſente Paro-
cho vel alio Sacerdote de ipſius Parochi ſeu Ordinarii
licentia* ſit contractum, pro irrito habeatur;
adeóque deſiderat Parochum proprium: ſiqui-
dem aliàs, ſi Sacerdos alius aſſiſteret Matri-
monio, nec Parochi nec Ordinarii licentiâ
90 foret opus. Et quia Epiſcopus vel
ejus Vicarius Generalis eſt Parochus totius
Diœceſis, dubitare non licet, quin & ipſe
Matrimoniis diœceſanorum aſſiſtere valeat:
utpote cùm in *cit. loc.* Trid. hanc ipſam aſſi-
ſtentiam poſſit alteri Sacerdoti committere.
Sanchez *d. lib. 3. diſput. 28. & 29.* Pontius de
*Matrim. lib. 5. cap. 11.* Clericatus de *Matrim.
deciſ. 35. num. 7.*

91 Sufficit autem, Parochum eſſe proprium
reſpectu unius ex contrahentibus, ſponſi vel
ſponſæ: cùm enim contractus Matrimonia-
lis ſit individuus, nec poſſit pro parte valere,
pro parte non valere: hôc ipsô, quòd Paro-
chus uni contrahentium validè poſſit aſſiſte-
re, poteſt etiam aſſiſtere alteri. Itàque de-
ciſum à S. Congregatione Cardinalium, re-
ferunt Sanchez de *Matrim. lib. 3. diſp. 19. n. 11.*
& Boſco de *Matr. diſput. 11. ſect. 9. concluſ. 13.
num. 469.*

92 Dubitatur autem I. an Parochus, qui pro-
prius eſt ratione domicilii originis, poſſit aſ-
ſiſtere Matrimonio; num verò ſolus Paro-
chus, qui proprius eſt ratione domicilii habi-
tationis?

Communiſſima & veriſſima reſponſio eſt,
ſolum Parochum domicilii habitationis aſſi-
ſtere poſſe. Ita Sanchez *d. l. diſp. 23. num. 7.*
Gobat *Theol. experiment. tr. 9. n. 486.* Wieſt-
ner ad *tit. de Clandeſt. deſponſat. num. 43.* Reif-
93 fenſtuel *ibid. num. 58.* Ratio eſt: quia
in materia Sacramentorum & jurium Paro-
chialium ſolus ille Parochus reputatur eſſe
proprius, qui talis eſt ex domicilio habitatio-
nis per textus in *cap. ult. de Parochiis cap. omnis
utriusque 12. de Pœnitent. & remiſſionib. cap. cum
quis 2. in pr. de Sepult. in 6.* Siquidem ſolus ille
Parochus cognoſcere poteſt, quas oves ſibi
commiſſas habeat, in cujus Parochia moran-
tur. Ergo etiam in aſſiſtentia Matrimonii
ſolus Parochus, qui talis eſt ex titulo habita-
tionis, erit proprius.

94 Nec obeſt, quòd juxta *cap. cùm nullus 3. in
pr. de Temporib. Ordinat. in 6.* quoad Sacramenti
Ordinis adminiſtrationem Epiſcopus domici-
lii originis non minùs cenſeatur eſſe proprius,
quàm Epiſcopus domicilii habitationis. Hoc 95
enim eſt prorſus ſingulare, proindeque non
debet in conſequentiam deduci, & ad alia
Sacramenta protendi; velut ipſemet textus
indicat in *cit. cap. in verb. in hoc caſu &c.*

Dubitatur II. an Matrimonio poſſit aſſiſte-
re Parochus loci domicilii habitationis quaſi-
talis?

Non pauci, quos allegat Sanchez *cit. diſput.* 96
*num. 11.* negant, ducti vel ſeducti textu in
*cap. is qui 3. in pr. de Sepult. in 6.* ubi negatur,
quòd aliquis poſſit in loco, ad quem recrea-
tionis vel agriculturæ causâ ſe confert, ſepe-
liri; ex ea procul dubio ratione, quòd verum
domicilium in tali loco non acquirat, nec pro-
ptereà parochianus illius loci reputetur.
Verùm Card. de Luca de *Matrim. diſc. 1. n. 11.*
Sanchez *cit. l. num. 12.* Gutierrez *de Matrim.* 97
*cap. 63. à num. 13.* P. Engel ad *tit. de Clandeſt.
deſponſat. num. 12.* P. Wieſtner *cit. l. num. 45.*
P. Reiffenſtuel *num. 60.* & major DD. pars
aſſerunt, Matrimonium coram Parocho quaſi-
domicilii validè contrahi: tum quia hoc quaſi-
domicilium in veriori ſententia, quam defen-
dimus in *lib. II. tract. de Judic. cap. 3. à num. 66.*
tribuit etiam forum externum, & aliquem
Jurisdictioni contentioſæ ſubjicit: tum quia 98
in certiſſima ſententia operatur forum inter-
num & Sacramentale per *cit. cap. ult. de Paro-
chiis:* ut adeò non appareat diſcrimen, cur
idem quaſi-domicilium non fundet Parochia-
le forum pro contrahendo Matrimonio.
Hæcque ſententia S. Congregationi quàm 99
ſæpiſſimè placuit, ut patet ex una Senenſi,
ubi, cùm nobilis juvenis & meretrix cuperent
invicem Matrimoniô copulari, & dubitarent,
ne, ſi in civitate Senarum contraherent, adhi-
bendô Concilii Tridentini ſolennitates, ju-
venis parentes impedimentum ponerent,
Romam acceſſerunt, ibique aliquantiſper
commorati, coram teſtibus & Parocho S.
Anaſtaſiæ, in cujus Parochia tunc habitabant,
Matrimonium per verba de præſenti celebrâ-
runt. Et cùm de ejus valore diſputaretur,
S. Congregatio cenſuit, Matrimonium eſſe
validum ex ratione: quia is eſt proprius Paro-
chus, in cujus Parochia habitabant contra-
hentes tempore contractûs. Fagnanus ad
*cap. ſignificavit de Paroch. n. 36.* Aliàs quoque
cenſuit eadem S. Congregatio, valere Matri-
monium, quod Scholaris, qui Patavii per
quinque vel ſex menſes commoratus erat,
ex metu, ne parentes impediant, contraxit
cum muliere plebeja coram Parocho loci &
teſtibus. Fagnanus *ibid. num. 37.* Imò, cùm
vir & mulier Trajectenſes ex ſimili timore ad
vicinam urbem Aquisgranenſem ſe contuliſ-
ſent, & ibi aliquàmdiu morati Matrimonium
iniiſſent: S. Congregatio conſulta ſuper va-
lore cenſuit, exprimendum tempus, quô
contrahentes Aquisgrani manſerunt; quod
ſi fue-



ſi fuerit ſaltem unius menſis, dandam eſſe de-
ciſionem pro valore. Fagnanus *d. l. num. 39.*
Quarum deciſionum ratio eſt unica, quòd
proprius Parochus etiam ille dicatur, in cu-
jus Parochia contrahentes tempore contra-
ctûs habitant, abſtrahendô à fine, & animo
habitationis, veluti generaliter conſulta
S. Congregatio aliâ vice reſpondit. Fagnanus
*d. num. 36. inf.*

100 Nec offendit *cit. cap. is qui 3. in pr.* Nam,
qui recreationis vel agriculturæ causâ diſce-
dit ex urbe in villam, ob temporis brevitatem
non videtur antiquam habitationem derelin-
quere, & in villa quaſi-domicilium contra-
here: videtur autem quaſi domicilium fige-
re, qui per notabile tempus ex cauſa v. g. ſtu-
diorum, legationis, ſervitii, vel alterius ne-
gotii in loco commoratur. Fagnanus *d. l.*
101 *à num. 27.* Quòd ſi perſonæ contra-
hentes eâ tantùm intentione ad locum acce-
dant, ut ibi Matrimonium contrahere vale-
ant, animô, poſt contractum ſtatim receden-
di, ſicuti nec quaſi-domicilium contrahunt,
ita nec contrahunt validum Matrimonium;
prout ſæpiùs à S. Rota Romana judicatum
teſtatur Clericat. *cit. deciſ. 35. n. 18.* Quod
tamen eatenùs accipio, ut nullam ibi habita-
tionem per aliquod tempus fixerint: ſecus
enim obſtant declarationes in *num. 99.* & ra-
tio, quam urget Cardin. de Luca de *Matrim.
cit. diſc. 1. num. 9.* quòd debeamus ſalvare li-
bertatem Matrimonii in caſu, quô metuitur
illius impedimentum, ſi extra locum domi-
cilii non contrahatur.

102 Dubitatur III. coram quo Parocho homi-
nes vagabundi, qui nullibi certum domicilium
vel quaſi-habent, Matrimonium contrahere
debeant?

Hic unanimiter ferè DD. cum Sanchez
*diſp. 25. num. 11.* Pontio *lib. 5. cap. 14. num. 5.*
Engel ad *tit. de Clandeſt. deſponſat. n. 13.* Pir-
hing *ibid. num. 19.* docent, vagabundos co-
ram Parocho cujuscunque loci, per quem
tranſeunt, contrahere poſſe; quemadmo-
dùm etiam reliqua Sacramenta à quolibet Pa-
rocho percipere, & coram Judice cujuslibet
103 loci conveniri poſſunt. Idemque am-
pliatur I. ut procedat, quando ſponſus &
ſponſa relinquunt vetus domicilium, & tran-
ſeunt ad locum, ubi domicilium novum con-
ſtituere intendunt: antequàm enim locum
deſtinatum attingant, ſimiles cenſentur va-
gabundis, utpote domicilium actu non ha-
bentes per textum in *l. ejus qui 27. §. 2. ff. ad*
104 *Municipal.* Wieſtner *ubi ſupra n. 49.* Am-
pliatur II. ut procedat, licèt alteruter tan-
tùm ex ſponſis ſit vagabundus: tunc quippe,
ſicuti Parochus loci tranſitûs eſt competens
reſpectu unius, ſic etiam competens eſt re-
ſpectu alterius, ob individuam contractûs
Matrimonialis naturam. Sanchez *cit. l. n. 14.*
Gutierrez de *Matrim. cap. 65. n. 8.* Reiffen-
105 ſtuel *cit. l. num. 89.* Graviter nihilo-
minùs Parochis interdicitur, ne talibus Ma-
trimoniis aſſiſtant, niſi priùs diligentem in-
quiſitionem fecerint de ſtatu & conditione
vagorum, ac, re ad Ordinarium delatâ, ab
eo licentiam id faciendi obtinuerint juxta
Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de Reform. Matrim. cap. 7.*
quoniam, ut ait S. Synodus, *multi ſunt, qui* 106
*vagantur, & incertas habent ſedes, &, ut impro-
bi ſunt ingenii, primâ uxore relicta, aliam, & ple-
rumque plures, illâ vivente, diverſis in locis du-
cunt.*

Dubitatur IV. quisnam ſit Parochus pro- 107
prius reſpectu militum?

*Reſp.* proprium Parochum cenſeri Curio-
nem ſeu Capellanum campeſtrem, ſi Autho-
ritate Sedis Apoſtolicæ, ejus Nuntii, vel Or-
dinarii ſit deputatus ad Sacramentorum ad-
miniſtrationem; qualiter deputati ſunt Ca-
pellani militum apud Legiones Cæſareas te-
ſte P. Wieſtner ad *cit. tit. de Clandeſt. deſpon-
ſat. num. 51.* Sin autem milites vel 108
Curionem ſeu Capellanum non habeant, aut
habeant aliquem, qui ſimili facultate ſit deſti-
tutus; vel coram Parocho loci, ubi fortè in
præſidiis aut hybernis per notabile tempus
morantur; vel coram Parocho loci tranſitûs 109
(ſi nullibi per notabile tempus morentur, ac
propter continuam migrationem de loco ad
locum neque verum neque quaſi domicilium
habeant) inſtar vagabundorum Matrimo-
nium contrahere poſſunt. Wieſtner *num. 52.*
Quam in rem emanavit ſpecialis declaratio 110
Cardinalium ad inſtantiam Celſiſſimi ac Re-
verendiſſimi DD. Joannis Franciſci S. R. I.
Principis & Epiſcopi Friſingenſis de die 29.
*Jannar.* 1707. quam exhibet P. Reiffenſtuel
*d. l. num. 97.* Emanârunt quoque jam ante-
cedenter declarationes aliæ, quibus milites,
in præſidiis vel hybernis degentes, cum li-
centia Ordinarii vel Parochi contrahere ju-
bentur apud Vincent. Petra *comment. Apoſtol.
to. 2 pag. 355. n. 16. & pag. ſeq n. 18.*

Dubitatur V. debeátne Parochus, volens 111
aſſiſtere Matrimonio, Sacerdos eſſe?

Fuerunt aliqui, qui crediderunt, Paro-
chum, niſi Sacerdos ſit, validè Matrimonio
aſſiſtere non poſſe. Citat hos Sanchez *d. lib.
3. diſp. 20. num 2.* Rationem movent: 112
quia ante Concilium neceſſum erat, ut perſo-
na, volens aſſiſtere Matrimonio, ſit Sacerdos
per textus in *cap. aliter 1. XXX q. 5. & cap. ult.
de Clandeſtina deſponſat.* In Concilio autem 113
hoc ipſum videtur confirmatum, dum in *cit.
ſeſſ. 24. cap. 1.* decernitur, eos invalidè con-
trahere, *qui aliter, quàm præſente Parocho vel alio
Sacerdote de ipſius licentia*, contrahunt: nam
dictio *alius* eſt relativa, & repetitiva ſimilium,
ac perſonam in qualitate ſimilem indigitat.
Sed

Reſpondendum eſt negativè. Ita *citat.* 114
Sanchez *num. 3.* Gutierrez de *Matrim. cap. 62.
num. 16. & ſeqq.* Pontius *lib. 5. cap. 17. num. 1.*
P. König ad *tit. de Clandeſt. deſponſat. num. 16.*
Ratio eſt: quia Concilium *cit. l.* id duntaxat
efflagitat, ut Parochus aſſiſtat Matrimonio.
Cùm ergo quis Parochus eſſe poſſit, quin Sa-
cerdos ſit juxta *cap. licet 14. cap. commiſſa 35. de
Elect.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

*Elect. in 6.* poteſt etiam aſſiſtere Matrimonio.
115 Accedit, quòd Parochus non Sacerdos poſ-
ſit omnes actus parochiales exercere, qui
characterem Sacerdotalem non exigunt.
Ergo etiam poteſt aſſiſtentiam in Matrimo-
nio exercere: cùm characterem Sacerdota-
lem ex natura ſua non exigat; nec tam ad po-
teſtatem Ordinis quàm Juriſdictionis revoca-
ri debeat.
116 Ad rationem dubitandi Reſp. aſſiſtentiam
Matrimonii ante Concilium Tridentinum po-
tuiſſe etiam à Parocho non Sacerdote pera-
gi; non attentis textibùs oppoſitis, utpote
qui loquuntur de eo, quod ordinariè fit, ut
ſcilicèt Parochus Sacerdotiô reſplendeat; vel
loquuntur de Parocho Sacerdote, qui talis eſt
117 in re vel in ſpe. Nihil dicendô, quòd an-
te Concilium Tridentinum aſſiſtentia Paro-
chi requiſita non fuerit ad valorem, ſed tan-
118 tùm ad honeſtatem Matrimonii. Quòd
autem in eodem Concilio qualitas Sacerdotis
in commiſſario Parochi deſiderata fuerit, inde
fortaſſis eſt: quia in eo deficit qualitas Paro-
chi, quæ proinde qualitate Sacerdotis vide-
119 batur compenſanda; nullatenùs reluctante
dictione *alius*, quæ non ſemper denotat qua-
litatem ſimilem, ſed pro diverſitate ſubjecti
& materiæ debet explicari, velut eluceſcit ex
illo Lucæ 23. *ducebantur autem & alii duo ne-
quam cum eo*, hoc eſt, Chriſto; ubi profectò
ly *alius* non poteſt denotare ſimilitudinem
qualitatis in Chriſto & latronibus.
120 Dubitatur VI. an Parochus excommuni-
catus, vel ſuſpenſus, non toleratus, valeat
aſſiſtere Matrimonio? Admittit commu-
nior ſententia cum Sanchez *d. l. diſp.* 11. *n.* 3.
Pontio *d. cap.* 17. *num.* 6. Clericato *deciſ.* 35.
*num.* 4. P. Wieſtner ad *tit. de Clandeſtina de-
ſponſat. num.* 54. P. Reiffenſtuel *ibid. num.* 7.
quia Tridentinum ad valorem Matrimonii in
aſſiſtente plus non exprimit, quàm ut Paro-
chus ſit. Atqui Parochus, tametſi ſit ex-
communicatus, ſuſpenſus, & vitandus, ma-
net Parochus, & retinet beneficium Paro-
chiale. Ergo &c.
121 Huic communiori ſententiæ contradicit
Avila de *Cenſur. diſp.* 3. *dub.* 1. *concl.* 5. Pro
quo facit ratio triplex & valde concludens.
I. quòd aſſiſtentia Matrimonialis ſit actus Ju-
riſdictionis voluntariæ: utpote cùm ad ſui
valorem requirat præſentiam Parochi, tan-
quàm perſonæ publicæ; non ſecus ac eman-
cipatio, adoptio, vel actus alius Juriſdictio-
nis voluntariæ ad ſui valorem requirit præſen-
tiam Judicis, tanquàm perſonæ publicæ, ut
dictum in *lib. I. tract. de Juriſdict. cap.* 8. *n.* 28.
Atqui excommunicatus aut ſuſpenſus ab offi-
cio nequit ampliùs exercere actum Juriſdi-
ctionis voluntariæ: cùm excommunicatio
vel ſuſpenſio ab officio non tantùm privet Ju-
riſdictione contentioſâ per *cap. Romana* 1. *de
Offic. Vic. in* 6. ſed etiam voluntaria per *cap.*
122 *un. Ne ſede vacante eôd. in* 6. Ergo &c. II.
quòd aſſiſtentia Matrimonialis, ſi non refera-
tur inter actus Juriſdictionis, ſaltem referri
debeat inter actus officii Parochialis; ſiqui-
dem Concilium Tridentinum non fruſtra
qualitatem Parochi determinavit, & præter
hunc duos inſuper teſtes exegit. Sed excom-
municatus aut ſuſpenſus ab officio non poteſt
aliquem actum officii validè peragere *arg. cap.
cùm dilectus* 8. *de Conſuet. cap. cùm inter* 16. *de
Elect. cap. licet* 14. *de Sent. excommunicat. in* 6.
Ergo &c. III. quòd, ſi eadem aſſiſten- 123
tia præcisè in vim excellentioris teſtimonii
præſcripta concedatur (quod tamen Cardi-
nali de Luca de *Matrim. diſc.* 3. *num.* 15. vel
ex eo difficile apparet, quòd alioquin ſuffice-
ret, ſi Sacerdos alius aſſiſteret, aut Matrimo-
nium in conſpectu totius populi celebraretur)
nihilominùs Matrimonio valorem adimat, ſi
Parochus aſſiſtens ſit excommunicatus: nam
teſtimonium hominis excommunicati à SS.
Canonibus pro legitimo non agnoſcitur *cap.
dudum* 54. *de Elect. d. cap. licet* 14. *& cap. decer-
nimus* 8. *de Sentent. excommunicat. in* 6. junctô
*cap. veniens* 38. *in f. de Teſtib.*
Si candidè velim confiteri, quod ſentio, 124
poſterior ſententia mihi probabilior ſemper
apparuit; non attentâ ratione prioris, quæ
ſatis ex triplici ratione præmiſsâ refutatur.
Interim, ut nihil diſſimulem, affertur in 125
contrarium Declaratio Cardinalium à Fagna-
no in *cap. ad abolendam de Hæretic. num.* 38. *& in
cap. quod à prædeceſſore de Schismat. num.* 81. quæ
ſinè dubio, ſi authentica, ac in terminis ge-
neralibus pro omni caſu ſit concepta, reſpici-
enda erit.
Dubitatur VII. utrùm, ſi alicui generaliter 126
ſit interdicta Sacramentorum adminiſtratio,
cenſeatur quoque matrimonialis aſſiſtentia
eidem interdicta?
Reſp. negativè. Ita Sanchez *cit. l. num.* 11.
Wieſtner *num.* 55. Reiffenſtuel *num.* 72.
Ratio eſt: quia aſſiſtentia Matrimonialis non 127
eſt adminiſtratio Sacramenti, ſed ipſimet
contrahentes, per mutuam corporum tradi-
tionem & conſenſum, Matrimonii Sacramen-
tum adminiſtrare cenſentur, ut dictum in
*tr.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. Ergo ſub interdicta Sa-
cramentorum adminiſtratione Matrimonialis
aſſiſtentia non comprehenditur.
In eo tamen à citatis Authoribus diſſentio, 128
quòd, ſi Parocho ſpecialiter ſit interdicta Ma-
trimonii aſſiſtentia, is nequidem validè aſſi-
ſtat: quia interdictum tale videtur actum
officii, interdicto contrarium, non tantùm
illicitum, ſed etiam invalidum facere *arg. cap.
cùm inter* 16. *de Elect.*
Dubitatur VIII. poſſitne Parochus extra 129
Parochiam ſuam aſſiſtere Matrimonio?
Reſp. cum Sanchez *diſp.* 19. *num.* 11. *&* 14.
Boſco de *Matrim. diſp.* 11. *ſect.* 9. *concluſ.* 13. *à
num.* 482. P. Engel ad *tit. de Clandeſt. deſponſat.
num.* 14. contra Navarrum, Henriquez, &
Pontium *cap.* 16. *à n.* 4. affirmativè. Ra- 130
tio eſt: quia Matrimonialis aſſiſtentia, ſive
dicatur eſſe actus officii, ſive teſtimonii, ſive
Juriſdictionis, poteſt nihiloſecius extra Pa-
rochiam expediri: eò quòd actus Juriſdictio-
nis



nis voluntariæ tam intra quàm extra territo-
rium validè peragantur. Atque hanc ſen-
tentiam, ſex Cardinalium votô electam, pro-
bavit S. Pontifex in caſu, quô vir coram ſuo
Parocho in parochia mulieris contraxerat,
& in futurum ita reſponderi juſſit teſte Fag-
nanô in *cap. quod nobis de Clandeſt. deſponſat.
num.* 33.
131 Neque opponas: aſſiſtentiam Matrimonia-
lem eſſe actum Juriſdictionis voluntariæ qua-
lificatæ, cauſæ cognitionem de ſtatu & condi-
tione perſonarum contrahentium deſideran-
132 tis. Nam illa cognitio vel poteſt ab ipſa
aſſiſtentia ſeparari, & antecedenter in paro-
chia propria fieri; vel etiam, cùm propriè
non ſit Juriſdictionalis & publica, ſed privata,
nec Parochus aliquid ſtatuere poſſit, ſed Epi-
ſcopo omnia referre teneatur, in aliena paro-
chia non eſt prohibita.
133 Dubitatur IX. valeátne Matrimonium,
quod coram Parocho nolente, repugnante,
per vim aut dolum inductô, contrahitur?
Reſp. illud valere. Rota Rom. in *rec. p.* 4.
*tom.* 2. *dec.* 431. *num.* 3. *& dec.* 629. item *p.* 7.
*dec.* 124. *n.* 17. *& ſeq.* item *p.* 11. *dec.* 375. *n.* 7.
*& ſeqq.* Card. de Luca *de Matrim. diſc.* 6. *n.* 5.
Pignatell. *tom.* 4. *conſult.* 147. P. König ad
134 *cit. tit. n.* 11. Ratio eſt: quia in caſi-
bus, in quibus alterius præſentia requiritur, eſt
quidem neceſſe, ut illa præſentia moraliter
exhibeatur, id eſt, ut ſciatur à præſente, quid
actum ſit, non tamen eſt neceſſe, ut exhibea-
tur voluntariè per textum in *l. coram Titio* 209.
*ff. de V. S.* Talis autem Parochus eſt mora-
liter præſens, habetque ſcientiam eorum, quæ
geſta ſunt. Ergo &c.
135 Dubitatur X. teneátne Matrimonium,
contractum coram Parocho, qui vel perſonas
contrahentes non noſcit, vel ipſarum idioma
non intelligit?
136 Reſp. quoad utrumque negativè. Ra-
tio eſt: quia ex *num.* priori requiritur ex par-
te Parochi moralis præſentia, quatenùs ſciat,
quid actum ſit, atque de Matrimonio, legiti-
mè contractô, atteſtari poſſit; uti cenſuit
Rota in *rec. p.* 4. *tom.* 2. *dec.* 431. *num.* 25. *&
ſeq.* & *p.* 8. *deciſ.* 122. *n.* 4. Sed niſi perſonas
contrahentes noſcat, vel ipſarum idioma in-
telligat, neque ſcit, quid actum ſit, neque de
Matrimonio, legitimè contracto, teſtari va-
let. Ergo &c. Monacelli in *Formulari Leg.*
137 *pract. p.* 3. *tit.* 2. *form.* 5. *n.* 7. *& ſeqq.* Quòd ſi
contrahentes per interpretem loquantur,
adhuc Matrimonium invalidè contrahi, cum
Pontio *cap.* 21. *n.* 0. judicat Clericat. *cit. de-
ciſ.* 35. *n.* 6. quia Parochum oportet eſſe præ-
ſentem, tanquàm teſtem infallibilem & cer-
tum de conſenſu ſponſorum: at, ſi per inter-
pretem intelligere debet idioma contrahen-
tium, nequit agere teſtem infallibilem & cer-
tum de conſenſu ſponſorum: cùm per inter-
pretem falli poſſit & decipi. Licèt in con-
trariam partem diſcedant Sanchez *diſp.* 39.
*num.* 3. & Boſco *cit. l. concl.* 14. *à n.* 530.
Dubitatur XI. quid requiratur ad hoc, ut 138
alius Sacerdos, quàm Parochus, validè aſſi-
ſtat Matrimonio?
Reſp. I. requiri commiſſionem Parochi,
Ordinarii, vel Vicarii generalis, ſive illa ſit
ſpecialis, ſive generalis, adeò ut, commiſſâ
generatim adminiſtratione Sacramentorum,
cenſeatur etiam commiſſa aſſiſtentia Matri-
monii. Rota Rom. in *dec.* 750. *p.* 1. *div.* apud
& cum de Luca *de Matrim. diſc.* 4. *n.* 14. Fag-
nanus in *cap. quod nobis de clandeſt. deſp. n.* 27.
Wieſtner ad *cit. tit. num.* 68. Pontius *cap.* 29.
*num.* 2. contra Sanchez *diſp.* 35. *n.* 8. Ratio 139
eſt: quia, tametſi ſub prohibita Sacramento-
rum adminiſtratione ex *num.* 126. non com-
prehendatur aſſiſtentia Matrimonii; com-
prehenditur tamen ſub adminiſtratione Sa-
cramentorum, generatim conceſſa: nam pro-
hibitio eſt odioſa, & reſtringenda; conceſſio
autem eſt favorabilis, & latè extendenda.
Reſp. II. hanc comiſſionem expreſſam eſſe 140
debere, & Matrimonium antecedere; nec
ſufficere, ſi ratihabitio poſt Matrimonium
accedat. Sanchez *diſp.* 35. *n.* 17. *& ſeq.* Pon-
tius *d. cap.* 29. *n.* 1. P. Engel ad *tit. de Cland.
deſponſ. n.* 15. Gobat *Theolog. experim. tract.* 9.
*num.* 488. Ratio eſt: quia regula in
*cap. ratihabitionem* 10. *de R. J. in* 6. quòd ſub-
ſequens ratihabitio retrotrahatur, & manda-
to æquiparetur, non procedit, quando licen-
tia vel mandatum requiritur ad valorem ac-
tûs individui, qualis eſt Matrimonium: tunc
enim potiùs exigitur, ut mandatum aut licen-
tia præcedat actum, & eô tempore, quô poni-
tur actus, concurrat. Si tamen Paro- 141
chus eſſet præſens, videretque Sacerdotem
alium, Matrimonio aſſiſtentem, nec con-
tradiceret, crederem cum allegatis Authori-
bus & P. Wieſtner *ubi ſupra num.* 69. Matri-
monium eſſe validum: quia præſens & ta-
cens, nec, cùm poſſet & deberet, contradi-
cens, habetur pro conſentiente *cap. qui tacet*
43. *de R. J. in* 6. *l. qui patitur* 18. *ff. Mand.*
Reſp. III. commiſſionem vel licentiam aſ- 142
ſiſtendi, datam à Parocho, ſed commiſſario
necdum intimatam, ad valorem Matrimonii
non ſufficere, niſi commiſſarius ipſemet ean-
dem per ſe vel alium petierit. Sanchez *di-
ſput.* 36. *num.* 8. Nam ejuſmodi com-
miſſiones aut donationis aut privilegii natu-
ram habere videntur; adeóque non habent
effectum, antequàm ſint intimatæ commiſ-
ſario: utpote cùm ignorans nec conſentire 143
nec acceptare poſſit privilegium aut donatio-
nem *arg. l. ſi per errorem* 15. *ff. de Juriſdict. l.
nec ignorans* 10. *Cod. de Donat.* ſinè quo con-
ſenſu vel acceptatione privilegium & donatio
nihil operantur *arg. cap. ſi tibi* 17. *de Præbend.
in* 6. *cap. quia cunctis* 1. §. *ex parte de Conceſſ.
præb. eôd. in* 6. *l. ſi cum* 2. §. 6. *l. abſenti* 10. *ff. de
Donat. l. qui abſenti* 38. *ff. de Acquir. vel amitt.
poſſeſſ.* Adverſum dogma inſigniter pro-
pugnat P. Engel ad *tit. de Clandeſt. deſponſat.
num.* 17.

V 2 Dubi-

144 Dubitatur XII. utrùm, ſi quis ab Ordina-
rio, ejus Vicario, vel Parocho licentiam ob-
tineat, contrahendi Matrimonium coram
alio Presbytero, cognomen tamen immutet,
ac v. g. ex familia Lentulorum ſe natum di-
cat, qui natus eſt ex familia Sfortiana, valeat
iſta licentia & Matrimonium, illius vigore
contractum?

Caſum hunc dubitabilem proponit Card.
de Luca *de Matrim. diſc.* 2. eumque in S. Con-
gregatione ob magnam votorum ſciſſuram
non ſtatim reſolutum, ſed primùm in Con-
gregatione, ſub die 9. Febr. 1669. habitâ,
vota pro nullitate prævaluiſſe in *num.* 2. re-
cenſet. Ratio, quæ nullitatem prævalere
fecit, erat: tum quia, quidquid alias ſit de er-
rore nominis, an vitiet actum, nec ne; falſi-
tas hic in cognomine operatur, ut delegatio,
quæ ſtricti Juris eſt, non extendatur ad perſo-
nam aliam, quàm in delegatione nominatam:
tum quia cæteroquin fraus Tridentino Con-
cilio fieret, ac Matrimonium æquè negari
poſſet, ſi à perſonis non-nominatis contrahe-
retur coram Presbytero delegato, quàm ſi
nunquam in facie Eccleſiæ fuiſſet contra-
ctum.

## §. III.

### *Quales teſtes ad Matrimonium requirantur?*

145 NE Matrimonium dicatur ſimpliciter clan-
deſtinum, præter Parochum duo vel
tres teſtes adeſſe debent, ut ſatis colligitur ex
ſæpe *cit.* Trid. *ſeſſ.* 24. *de ref. Matrim. cap.* 1. in
verbis: *qui aliter quàm coram Parocho & duobus
vel tribus teſtibus &c.* Attamen

146 Dubitatur I. an debeant eſſe legitimi, &
omni exceptione majores? Ratio affirman-
di eſt: partim quia generaliter in cauſis Ma-
trimonialibus non admittuntur teſtes alii,
quàm omni exceptione majores *cap. ex lite-
ris* 1. *de Conſanguin.* partim quia ſpecialiter
ad probationem Matrimonii, cujus facilitan-
dæ gratiâ præſentiam teſtium Jura præſcri-
bunt, idonei teſtes & legitimi requiruntur
*per cap. conſultationi* 28. *de Sponſalib.* & *cap. ex li-
teris* 11. *de Deſponſat. impub.*

147 Ratio negandi eſt: tum quia Tridentinum
Concilium ſolummodò numerum teſtium,
abſque qualitatis expreſſione, determinavit;
ſicque tacitè ſignificavit, teſtes omni exce-
ptione majores eſſe non debere: tum quia, ſi
certa qualitas in teſtibus exigeretur, ſæpe
contingeret, ut, adhibitis quoque teſtibùs,
Matrimonium nulliter & clandeſtinè contra-
hatur; quod eſt contra intentionem Conci-
lii, dum Matrimonia, coram teſtibus contra-
cta, non invalida, ſed valida expetivit.

148 Ultima ſententia primatum tenet apud
Sanchez *diſp.* 41. *n.* 5. Gutierrez *cap.* 44. *n.* 72.
Gobat *cit. tr.* 9. *n.* 520. P. Engel ad *tit. de
Cland. deſponſ. n.* 18. P. König ad *cit. tit. n.* 21.
P. Wieſtner *ibid. n.* 60. Boſco *cit. l. concl.* 15.
*à num.* 598. eaque videtur deciſa in Rota *in
rec. p.* 3. *dec.* 374. & 630. item *p.* 7. *dec.* 124. *à
num.* 15. Card. de Luca *de Matrimon. diſc.* 2.
149 *num.* 12. & *ſeq.* Cum qua proinde ad
rationem affirmandi I. Reſp. in cauſis Matri-
monialibus teſtes omni exceptione majores
non ſemper requiri, ſed tunc ſolùm, quando
agitur de Matrimonio, jam contractô, rurſus
diſſolvendô, velut agebatur in *cit. cap. ex li-
teris* 1. *de Conſang.*

150 Ad II. Reſp. teſtes, ad probationem Matri-
monii deſideratos, minùs idoneos eſſe poſſe,
tam in caſu, quô contrahentes ex communi
conſenſu fidem ipſorum approbârunt, per ea,
quæ notat Gabriel *Commun. concluſ. de teſtib.
concl.* 10. *n.* 51. quàm in caſu, ubi concurrit
teſtis alius, omni exceptione major, & ſpecia-
liter qualificatus, qualis eſt in præſenti Paro-
chus. Rota apud Buratt. *deciſ.* 713. Card. de
Luca *d. l. diſc.* 6. *n.* 3. Gabriel. *d. l. concluſ.* 5.
*à num.* 1.

Dubitatur II. debeántne teſtes ad præſen- 151
tiam, contractui Matrimoniali accomodan-
dam, eſſe rogati?

Qui negant cum Sanchez *diſp.* 39. *num.* 11.
Gutierrez *cap.* 69. *n.* 12. & aliis, quos nomi-
nat & probat P. Wieſtner *d. l. n.* 64. allegant
Tridentinum Concilium, ubi, cùm neque de
qualitate teſtium neque de rogatione quid-
piam cautum inveniatur, luculenter innui-
tur, æquè parum rogationem teſtium, ac
certam qualitatem ad Matrimonii valorem
expoſci. Qui affirmant cum Pontio 152
*cap.* 21. *num.* 4. & Fagnano ad *cap. quod nobis* 2.
*de Clandeſtina deſponſat. num.* 54. quos & alios
unà cum duplici Cardinalium Declaratione
citat P. Reiffenſtuel ad *d. tit. num.* 110. & *ſeq.*
adducunt rationem non ſpernendam, quòd
coram teſtibus non rectè Matrimonium con-
trahi judicetur, niſi teſtes, ut Matrimonio
præſentes ſint, rogati, vel, ſi caſu aut alia ex
cauſa advenerint, admoniti fuerint *arg. l. here-
des* 21. §. 2. *ff. Qui teſtam. fac. poſſ.* & *l. quæſi-
tum* 78. §. *ult. ff. de Legat.* 3.

Concludendô cum affirmantibus ad ratio- 153
nem negantium Reſp. in Concilio Trid. roga-
tionem teſtium implicitè requiſitam eſſe,
quatenùs, cùm teſtium præſentia ſit de forma,
non voluit, ut caſualiter tantùm & per acci-
dens interſint; quia perſæpe contingeret, ut
vel teſtes, quid tractatum aut contractum ſit,
non advertant; vel eorum, quæ tantùm per
tranſennam & fortuitò cognoverunt, oblivi-
ſcantur.

Dubitatur III. debeántne teſtes unà cum 154
Parocho ſimultaneè præſentes eſſe?

Reſp. quòd ſic. Sanchez *diſp.* 41. *num.* 7.
Ratio eſt evidens: quia Concilium Tridenti- 155
num, ut dictum in *num.* 145. præſentiam Pa-
rochi & teſtium per particulam & conjunxit;
& meritò: quia cæteroquin teſtari non poſ-
ſunt



ſunt de uno eodemque contractu; &, ſi te-
ſtentur, cenſentur eſſe ſingulares, & mino-
rem fidem parere.

156 Dubitatur IV. valeátne Matrimonium,
quando teſtes per metum adiguntur, aut per
dolum inducuntur, ad comparitionem?

Reſp. affirmativè. Conſtat ex *num.* 133.
ubi ſimile judicium dedimus de Parocho.
Ratio eſt: quia finis Concilii obtinetur, ſive
teſtes ex metu, ſive ex dolo adigantur ad
comparendum: de Matrimonio ſiquidem
non minùs atteſtari poſſunt, quàm ſi metus
aut dolus abfuiſſet. Quòd autem taliter 157
contrahentes, & Parochum vel teſtes per
metum aut dolum ad comparendum impel-
lentes, peccent, & puniri poſſint, non eſt am-
bigendum. P. Wieſtner *cit. l. n.* 64. Reiffen-
ſtuel *ib. n.* 113. & *ſeq.*

## §. IV.

### *Sitne Parochi & teſtium præſentia in omni caſu ad Matrimonium neceſſaria?*

158 QUod hactenùs de præſentia teſtium &
Parochi dictum eſt, ad omne Matrimo-
nium ſpectat in locis, ubi Tridentinum eſt
promulgatum: niſi contingat, ut Parochus
& teſtes haberi non poſſint, velut in locis
quibusdam Hollandiæ, ut notatum in *Lib. I.
tract. de Jure Leg. cap.* 5. *n.* 245. Idque no-
viſſimè docuit Illuſtriſſ. Vincentius Petra
*Comment. ad Conſtitut. Apoſtol. tom.* 4. *pag.* 80.
*num.* 30. & *ſeq.* adducens declarationem S.
Congregat. Concilii in *una Belgii* 27. *Martii*
1632. & ante ipſum Fagnanus in *cap. ſi Cleri-
cus de Foro compet. n.* 58. referens declaratio-
nem aliam, in qua ſimul advertitur, in defe-
ctu Parochi ſaltem duos aut tres teſtes, aut
Notarium, adhibendos eſſe.

159 Illud maximoperè controverſum eſt:
utrùm, ſi Matrimonium in facie Eccleſiæ co-
ram Parocho & teſtibus cum aliquo Impedi-
mento v. g. affinitatis, publicæ honeſtatis,
aut alio nulliter ſit contractum, Impedimen-
tô per diſpenſationem ſolutô, Parochus & te-
160 ſtes rurſus adhiberi debeant? Pro affirma-
tiva citantur Gutierrez *Q. Q. Canonic. lib.* 1.
*cap.* 18. *à n.* 7. & Pontius *lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 6.
quorum principale fundamentum eſt: quia
præſentia teſtium & Parochi eſt de forma &
valore Matrimonii; ſicque Matrimonium,
antecedenter invalidè contractum, nequit
revalidari, niſi de novo forma ponatur, &
161 Parochus ac teſtes adhibeantur. Quem-
admodùm ſi teſtamentum ex aliquo capite
fuiſſet vitiosè conditum, non poſſet revali-
dari, niſi teſtes, & aliæ ſolennitates, pro for-
ma præſcriptæ, rurſus adhibeantur.

Pro negativa allegantur Sanchez de *Ma-* 162
*trim. lib.* 2. *diſp.* 32. *n.* 13. & Barboſa de *Offic.
Parochi cap.* 21. *n.* 83. quorum fundamenta-
lis ratio eſt, quòd finis Concilii Tridentini
ceſſet in revalidatione Matrimonii: cùm
enim Matrimonium ab initio coram teſtibus
& Parocho (licèt invalidè) contractum ſup-
ponatur; neque de Impedimento occulto
quidpiam ſciatur: ſanè non poſſunt conjuges
illud Matrimonium, obtentâ poſtmodùm di-
ſpenſatione, negare, vel aliud, cum deceptio-
ne Eccleſiæ, rurſus contrahere.

Poſterior ſententia videtur magis apud 163
Authores recepta, veluti teſtatur Clariſſ. P.
Wex *de Sponſalib. p.* 2. *contr.* 6. *n.* 17. prior
autem per duplicem Cardinalium Declara-
tionem, quam allegavimus in *cap.* 4. *num.* 73.
confirmata dicitur. Pro cujus ulteriori 164
confirmatione, uti & enervatione rationis
oppoſitæ, poſſet adjungi, quòd forma Con-
cilii Tridentini ſemper obſervari debeat,
etiamſi finis illius, ſeu periculum deinceps
abnegandi Matrimonii, ceſſet in uno vel al-
tero caſu: eſt enim Lex Tridentina in peri-
culo univerſali fundata; eſt Lex irritans, ac
formam actui tribuens; ſicque in omni ca-
ſu poſſibili ſervanda, ut patet ex noſtris
principiis *d. Lib. I. de Jure Leg. cap.* 1. *à
num.* 301.

## §. V.

### *Quid ergo judicandum ſit de Matrimonio, ſinè teſtibus & Parocho clam contractô?*

165 MAtrimonium, ſinè teſtibus & Parocho
contractum, in vim Matrimonii nec
valet in foro externo, nec valet in interno;
valet tamen, ſecundùm quosdam, quos ſe-
quitur Layman *Theol. Mor. lib.* 5. *tract.* 10. *p.* 2.
166 *cap.* 1. *n.* 8. in vim Sponſalium. Ratio
eſt: quia etiam Matrimonium, ab impuberi-
bus invalidè contractum, valet in vim Spon-
ſalium ex *cap. un. de Deſponſat. impub. in* 6. cen-
ſentur enim contrahentes actum omni me-
liori, quô potuerunt, modô celebrare voluiſ-
ſe. Ergo & Matrimonium clandeſtinum, in-
validè contractum, valet in vim Sponſalium:
contrahentes enim non fuerunt ad Sponſalia
redditi inhabiles, ut conſtat ex verbis Trid.
*ad ſic contrahendum;* adeóque cenſentur Spon-
ſalia, quæ non erant interdicta, celebrare vo-
luiſſe.

At ſecundùm alios, quibus adhærent San- 167
chez *lib.* 1. *diſp.* 20. *n.* 31. P. König ad *tit. de
Cland. deſponſ. n.* 28. P. Wieſtner *ibid. n.* 32.
tale Matrimonium non valet in vim Sponſa-
lium: quia in *cit.* Trid. totus actus invalida-
tur, &, ut habet regula, quod contrahentes



perſi-

perficere voluerunt, hoc eſt, Matrimonium,
non potuerunt; &, quod gerere potuerunt,
hoc eſt, Sponſalia, non voluerunt.
168 Mihi dicendum videtur, præprimis ad in-
tentionem contrahentium eſſe reſpiciendum;
de hac enim, ſi conſtet, rem ſalvam exiſtimo:
quia Tridentinum non voluit inhabilitare
perſonas contrahentes ad Sponſalia, utpote
quæ teſtibus & Parochô non habent opus,
ſed tam ante, quàm poſt Concilium Triden-
169 tinum, clam celebrata valent. Si tamen
de mente contrahentium aliunde conſtare
nequeat, præſumptionem magis facerem
pro Sponſalibus, quàm contra Sponſalia: non
tantùm ob paritatem, ex impuberum Matri-
monio deſumptam; ſed etiam ex regula, jam
inſinuatâ, quòd actus in dubio cenſeatur om-
ni, quô fieri poteſt, modô valere.
170 De reliquo, ſi vel Parochus ſeorſim abſque
duobus vel tribus teſtibus, vel teſtes abſque
Parocho Matrimonio clandeſtino præſentes
eſſe, vel etiam ipſimet contrahentes clam
attentaverint contrahere, in ſæpe *cit. ſeſſ.* 24.
*de ref. Matrim. cap.* 1. pro arbitrio Ordinarii
graviter puniri jubentur. Parochus 171
quoque, vel alius Sacerdos, ſive Regularis,
ſive Sæcularis, qui parochianis alienis ſinè
proprii Parochi vel Ordinarii licentia aſſiſte-
re præſumpſerit, ipsô Jure ſuſpenſionem in-
currit, tamdiu manſurus in cenſura, donec ab
Ordinario Parochi, cujus licentia erat neceſ-
ſaria, abſolvatur. Propriis autem paro- 172
chianis ſi Parochus abſque teſtibus aſſiſtat,
nullam de Jure ſuſpenſionem incurrit: eò
quòd *cap. ult. de Clandeſtina deſponſat.* ex quo
nonnulli apud Sanchez *cit. lib.* 3. *diſp.* 48. *n.* 3.
& Pignatell. *tom.* 4. *conſult.* 147. *n.* 21. ſuſpen-
ſionem eruere conantur, non loquatur de
Matrimonio, ſinè teſtibus, ſed ſinè denuntia-
tionibus contractô. Sanchez *d. l. n.* 4. Pon-
tius *lib.* 5. *cap.* 37. *n.* 12. Reiffenſtuel ad *cit.
tit. n.* 115. *in fin.*

# SECTIO V.

## *De Clandeſtinitate ſecundùm quid tali.*

### SUMMARIA.

173. *Deſcribitur clandeſtinitas ſecundùm quid ta-
lis.* 174. *& ſeqq. Impedit ſolummodo Matri-
monium, non autem dirimit.* 177. *Explica-
tur, quomodo denuntiationes faciendæ ſint inter
Miſſarum ſolennia.* 178. *& ſeqq. Declara-
tur, in qua parochia denuntiationes præmitti de-
beant.* 181. *Ordinarius poteſt remittere de-
nuntiationes.* 182. *& ſeq. Item Prælatus, ha-
bens Juriſdictionem quaſi-Epiſcopalem, & Vica-
rius Generalis.* 184. *Parochus ordinariè non
poteſt.* 185. *& ſeqq. Poteſt aliquando, ſi ti-
meatur malitioſa Matrimonii impeditio.* 189.
*& ſeqq. Enumerantur cauſæ, ad diſpenſandum
in denuntiationibus ſufficientes.* 196. *& ſeq.
Requiritur prævia cauſæ cognitio.* 198. *& ſeq.
Subinde diſpenſatio concedi debet, quando ſpeciale
periculum imminet.* 200. *Poſt denuntiatio-
nes jam factas Matrimonium non diu differen-
dum eſt.* 201. *& ſeqq. Cæteri fideles obligan-
tur regulariter ad manifeſtandum Impedimen-
tum.* 204. *Pœna omiſſæ denuntiationis quoad
contrahentes.* 205. *Pœna quoad Parochum ex-
primitur.* 206. *Monitum ex Tridentino pro
Parocho.*

### §. I.

### *Quid ſit Clandeſtinitas ſecundùm quid talis?*

173 CLandeſtinitas ſecundùm quid talis eſt,
quando Matrimonium ſinè præviis de-
nuntiationibus contrahitur. Ut enim Im-
pedimenta, ſi quæ novis obſtent conjugibus,
in tempore manifeſtentur, tam Jure Decre-
talium in *cap. ult. de Cland. deſponſat.* quàm Ju-
re Concilii Tridentini in ſæpe *cit. ſeſſ.* 24. *de
ref. Matrim. cap.* 1. Matrimonium inter Miſ-
ſarum ſolennia in diebus feſtivis in qualibet
parochia cujuslibet ex contrahentibus ter
publicè denuntiari debet.
174 Voco autem hanc clandeſtinitatem ſecun-
dùm quid talem: quia non conſtituit Impedi-
mentum Matrimonii dirimens, ſed tantùm
impediens. Quantumvis enim Menochius
*Vol.* 1. *Conſil.* 69. *n.* 71. docuerit, Matrimo-
nium, omiſſis denuntiationibus, tam illici-
tum quàm invalidum eſſe, quòd ſit contra Jus,
& ideò juxta *cap. quæ contra* 64. *de R. J. in* 6. &
*l. non dubium* 5. *pr. Cod. de LL.* pro infecto ha-
beri debeat: attamen hæc doctrina vix à
quoquam recipitur, ſed tale Matrimonium
pro valido agnoſcitur. Siquidem ante 175
Concilium Tridentinum certò valuit, ut con-
ſtat ex *cit. cap. ult.* & *cap.* 1. Trid. per Conci-
lium autem irritatio tantùm eſt ſtatuta, quan-
do Matrimonium aliter quàm præſente Paro-
cho & teſtibus contrahitur. Ergo adhuc va-
lere cenſetur. Rota Rom. apud Buratt. *de-
ciſ.* 530. *&* 803. & apud Seraph. *deciſ.* 1099.
*num.* 4. & coram Corrado in *recent. p.* 11. *de-
ciſ.* 375. *n.* 10. Card. de Luca *de Matr. diſc.* 2.
*n.* 7. Sanchez *lib.* 3. *diſp.* 5. *n.* 3. Gutierrez *de Ju-
ram. p.* 1. *cap.* 51. *num.* 21. Boſco *de Matrim.
diſp.* 11. *ſect.* 10. *concl.* 1. *per tot.* Princi- 176
pium itaque, quòd actus contra Jus pro infe-
cto habeatur, tunc ſolummodò ſuſtinetur,
quando non poteſt ex Jure prohibente colli-
gi, quòd actus tantùm illicitus, non autem
invalidus ſit.
Quòd verò dictum ſit, denuntiationes in- 177
ter Miſſarum ſolennia in diebus feſtivis eſſe
facien-



faciendas, hunc intellectum non habet,
quaſi diebus aliis & extra Miſſarum ſolennia
v. g. in concione vel proceſſione, quando
eſt concurſus populi, fieri nequeat: cùm
enim finis denuntiationum ſit, ut Impedi-
dimenta Matrimonii publicentur; nihil in-
tereſt, an fiant die feſtivo, vel non-feſtivo;
num intra vel extra Eccleſiam, ſi magna po-
puli frequentia ſupponatur. Sanchez *d. l.* 3.
*diſput.* 6. *num.* 9. *&* 10. Boſco *cit. l. concluſ.* 3.
*num.* 44. Clericat. *de Matrimon. deciſ.* 34. *n.* 10.
P. Engel ad *tit. de Clandeſtin. deſponſat. num.* 4.
P. Wieſtner *ibid. num.* 8. P. Reiffenſtuel
*num.* 7.
178 In hoc tamen AA. inter ſe diviſi reperi-
untur, ſitne denuntiatio facienda in Paro-
chia, in qua ſponſus & ſponſa defacto do-
micilium habent aut quaſi, vel potiùs in
Parochia, in qua antecedenter diutiùs ha-
bitârunt, qualis ordinariè eſt parochia pa-
rentum? Sanchez *d. diſput.* 6. *num.* 6. Gutier-
rez de *Matrim. cap.* 56. *num.* 6. Barboſa de *of-
fic. & pot. Ep. alleg.* 32. *num.* 11. aſſerunt, in
priori ſeu parentum Parochia Matrimonium
eſſe denuntiandum: quia veroſimilius eſt,
in tali Parochia majorem Impedimentorum,
quæ perſæpe trahunt originem à parentibus,
notitiam extare. Pontius econtrà 179
*lib.* 5. *cap.* 30. *num.* 5. Boſco *cit. l. num.* 59.
Reiffenſtuel *cit. l. num.* 11. in rigore Juris ve-
riùs arbitrantur, denuntiationes in Parochia,
in qua ſponſi de facto domicilium habent aut
quaſi, faciendas eſſe: quia Tridentinum re-
quirit, ut in Parochia propria denuntiatio-
nes præmittantur, qualis non eſt illa, in qua
ſponſi antehàc habitârunt, ſed in qua modò
habitant. Nec verum eſt, Impedi- 180
mentorum originem à parentibus unicè de-
ſumi: quia, ſi cognationem excipiamus, vix
aliquod Impedimentum à parentibus in filios
transfunditur; poteſtque in loco domicilii
præſentis acquiri notitia etiam de illis, quæ
antecedenter ſunt contracta; niſi ſponſus &
ſponſa primùm veniſſent ad locum moderni
domicilii, quô caſu ex æquitate denuntia-
tiones ad antiquam Parochiam ſaltem cu-
mulativè remittunt *cit.* Authores cum P. En-
gel *d. num.* 4.

### §. II.

### *Quis poſſit remittere Denuntiationes?*

181 DEnuntiationes ab ipſis Ordinariis inter-
dum remitti poſſe, declarat Concil.
Trid. ſæpe *cit. ſeſſ. cap.* 1. *in verb. niſi Ordinarius
ipſe expedire judicaverit, ut prædictæ denuntiatio-
nes remittantur; quod illius prudentiæ & judicio
ſancta ſynodus relinquit.*
182 Eandem hanc remittendi poteſtatem non
tantùm aliis Prælatis, habentibus Juriſdicti-
onem quaſi-Epiſcopalem, ſed etiam Vica-
riis Epiſcoporum Generalibus aſſignant Bar-
boſa de *Offic. & pot. Ep. d. alleg.* 32. *num.* 28. *&*
30. Sperellus *fori Eccleſ. deciſ.* 97. Sanchez
*diſp.* 7. *num.* 10. Clericat. *cit. deciſ.* 34. *num.* 17.
P. Wieſtner ad *tit. de Clandeſt. deſponſat. n.* 10.
P. Reiffenſtuel *ibid. num.* 34. reclamante
quoad Vicarium Generalem Pontio *lib.* 6.
183 *cap.* 31. *num.* 5. Ratio eſt: quia re-
miſſio denuntiationum eſt actus Juriſdictio-
nis Epiſcopalis. Cùm igitur etiam Vicarii
Generales habeant Juriſdictionem Epiſco-
palem, & quidem in omnibus, in quibus per
expreſſas Leges reſtricta non eſt; habent
etiam poteſtatem, denuntiationes remitten-
di.
184 Parocho ſimilem poteſtatem ordinariè non
competere, certum eſt: caret ſiquidem Ju-
riſdictione fori externi, ex qua poteſtas re-
mittendi denuntiationes promanat. Gutier-
rez de *Matrim. d. cap.* 56. *num.* 12. Sanchez
185 *d. diſp.* 7. *num.* 16. Sed utrùm non ipſi
competat aliquando facultas, per epikiam
declarandi, Concilium Tridentinum, denun-
tiationes tam rigoroſè præſcribens, hîc &
nunc non obligare, ſi nempe periculum in
mora verſetur, ac Matrimonium in extre-
mo articulo, pro legitimanda prole, con-
trahatur, aut probabilis appareat ſuſpicio,
Matrimonium malitioſè impediendum fore?
Diſquiritur. Iſtam quoque faculta- 186
tem Parocho negant Sanchez *cit. l. num.* 17.
& Pontius *d. l. cap.* 31. *num.* 2. Sed longè me-
liùs & veriùs concedunt Boſco *cit. l. concl.* 4.
*à num.* 67. Gobat *tract.* 10. *num.* 491. *& ſeqq.*
P. Engel ad *tit. de Clandeſtin. deſponſat. num.* 5.
P. König *ibid. num.* 9. Enimverò non 187
generalis duntaxat Parocho favet regula,
quòd in ſimilibus caſibus locus ſit Epikiæ ſeu
benignæ Legis interpretationi; ſed etiam
ſpecialiter favet Concilium Trid. *cit. l. in verb.
quod ſi aliquando probabilis fuerit ſuſpicio, Matri-
monium malitioſè impediri poſſe, ſi tot præceſſerint
denuntiationes, tunc vel una tantùm denuntiatio
fiat, vel ſaltem Parocho & duobus vel tribus teſti-
bus præſentibus Matrimonium celebretur.* Ex 188
quibus verbis luculenter conſtat, in tali hy-
potheſi Tridentinum non obligare, ſed, ut
Boſco *d. num.* 67. loquitur, à ſua conſtitutio-
ne hunc caſum excipere, quaſi diceret:
præcipio, ut impoſterum præmittantur de-
nuntiationes, præterquàm dum probabilis
fuerit ſuſpicio, Matrimonium malitioſè im-
pediri poſſe.

### §. III.

### *Ex quibus cauſis Denuntiationes remitti poſſint?*

189 PRo cauſis, remittendi denuntiationes,
ſequentes aſſignari comperio. I. eſt
metus probabilis, ne Marimonium à conſan-
guineis, aut aliis malitioſè impediatur; quô
tamen

perficere voluerunt, hoc eſt, Matrimonium, non potuerunt; &, quod gerere potuerunt, hoc eſt, Sponſalia, non voluerunt.

168 Mihi dicendum videtur, præprimis ad intentionem contrahentium eſſe reſpiciendum; de hac enim, ſi conſtet, rem ſalvam exiſtimo: quia Tridentinum non voluit inhabilitare perſonas contrahentes ad Sponſalia, utpote quæ teſtibus & Parochô non habent opus, ſed tam ante, quàm poſt Concilium Triden-
169 tinum, clam celebrata valent. Si tamen de mente contrahentium aliunde conſtare nequeat, præſumptionem magis facerem pro Sponſalibus, quàm contra Sponſalia: non tantùm ob paritatem, ex impuberum Matrimonio deſumptam; ſed etiam ex regula, jam inſinuatâ, quòd actus in dubio cenſeatur omni, quô fieri poteſt, modô valere.

170 De reliquo, ſi vel Parochus ſeorſim absque duobus vel tribus teſtibus, vel teſtes absque Parocho Matrimonio clandeſtino præſentes eſſe, vel etiam ipſimet contrahentes clam attentaverint contrahere, in ſæpe *cit. ſeſſ.* 24. *de ref. Matrim. cap.* 1. pro arbitrio Ordinarii graviter puniri jubentur. Parochus 171
quoque, vel alius Sacerdos, ſive Regularis, ſive Sæcularis, qui parochianis alienis ſinè proprii Parochi vel Ordinarii licentia aſſiſtere præſumpſerit, ipsô Jure ſuſpenſionem incurrit, tamdiu manſurus in cenſura, donec ab Ordinario Parochi, cujus licentia erat neceſ-
ſaria, abſolvatur. Propriis autem paro- 172
chianis ſi Parochus absque teſtibus aſſiſtat, nullam de Jure ſuſpenſionem incurrit: eò quòd *cap. ult. de Clandeſtina deſponſat.* ex quo nonnulli apud Sanchez *cit. lib.* 3. *diſp.* 48. *n.* 3. & Pignatell. *tom.* 4. *conſult.* 147. *n.* 21. ſuſpenſionem eruere conantur, non loquatur de Matrimonio, ſinè teſtibus, ſed ſinè denuntiationibus contractô. Sanchez *d. l. n.* 4. Pontius *lib.* 5. *cap.* 37. *n.* 12. Reiffenſtuel ad *cit. tit. n.* 115. *in fin.*

# SECTIO V.

## *De Clandeſtinitate ſecundùm quid tali.*

### SUMMARIA.

173. *Deſcribitur clandeſtinitas ſecundùm quid talis.* 174. *& ſeqq. Impedit ſolummodo Matrimonium, non autem dirimit.* 177. *Explicatur, quomodo denuntiationes faciendæ ſint inter Miſſarum ſolennia.* 178. *& ſeqq. Declaratur, in qua parochia denuntiationes præmitti debeant.* 181. *Ordinarius poteſt remittere denuntiationes.* 182. *& ſeq. Item Prælatus, habens Juriſdictionem quaſi-Epiſcopalem, & Vicarius Generalis.* 184. *Parochus ordinariè non poteſt.* 185. *& ſeqq. Poteſt aliquando, ſi timeatur malitioſa Matrimonii impeditio.* 189. *& ſeqq. Enumerantur cauſæ, ad diſpenſandum in denuntiationibus ſufficientes.* 196. *& ſeq. Requiritur prævia cauſæ cognitio.* 198. *& ſeq. Subinde diſpenſatio concedi debet, quando ſpeciale periculum imminet.* 200. *Poſt denuntiationes jam factas Matrimonium non diu differendum eſt.* 201. *& ſeqq. Cæteri fideles obligantur regulariter ad manifeſtandum Impedimentum.* 204. *Pœna omiſſæ denuntiationis quoad contrahentes.* 205. *Pœna quoad Parochum exprimitur.* 206. *Monitum ex Tridentino pro Parocho.*

### §. I.

### *Quid ſit Clandeſtinitas ſecundùm quid talis?*

173 CLandeſtinitas ſecundùm quid talis eſt, quando Matrimonium ſinè præviis denuntiationibus contrahitur. Ut enim Impedimenta, ſi quæ novis obſtent conjugibus, in tempore manifeſtentur, tam Jure Decretalium in *cap. ult. de Cland. deſponſat.* quàm Jure Concilii Tridentini in ſæpe *cit. ſeſſ.* 24. *de ref. Matrim. cap.* 1. Matrimonium inter Miſſarum ſolennia in diebus feſtivis in qualibet parochia cujuslibet ex contrahentibus ter publicè denuntiari debet.

174 Voco autem hanc clandeſtinitatem ſecundùm quid talem: quia non conſtituit Impedimentum Matrimonii dirimens, ſed tantùm impediens. Quantumvis enim Menochius *Vol.* 1. *Conſil.* 69. *n.* 71. docuerit, Matrimonium, omiſsis denuntiationibus, tam illicitum quàm invalidum eſſe, quòd ſit contra Jus, & ideò juxta *cap. quæ contra* 64. *de R. J. in* 6. & *l. non dubium* 5. *pr. Cod. de LL.* pro infecto haberi debeat: attamen hæc doctrina vix à quoquam recipitur, ſed tale Matrimonium pro valido agnoſcitur. Siquidem ante 175
Concilium Tridentinum certò valuit, ut conſtat ex *cit. cap. ult.* & *cap.* 1. Trid. per Concilium autem irritatio tantùm eſt ſtatuta, quando Matrimonium aliter quàm præſente Parocho & teſtibus contrahitur. Ergo adhuc valere cenſetur. Rota Rom. apud Buratt. *deciſ.* 530. & 803. & apud Seraph. *deciſ.* 1099. *num.* 4. & coram Corrado in *recent. p.* 11. *deciſ.* 375. *n.* 10. Card. de Luca *de Matr. diſc.* 2. *n.* 7. Sanchez *lib.* 3. *diſp.* 5. *n.* 3. Gutierrez *de Juram. p.* 1. *cap.* 51. *num.* 21. Boſco *de Matrim. diſp.* 11. *ſect.* 10. *concl.* 1. *per tot.* Princi- 176
pium itaque, quòd actus contra Jus pro infecto habeatur, tunc ſolummodò ſuſtinetur, quando non poteſt ex Jure prohibente colligi, quòd actus tantùm illicitus, non autem invalidus ſit.

Quòd verò dictum ſit, denuntiationes in- 177
ter Miſſarum ſolennia in diebus feſtivis eſſe faciendas, hunc intellectum non habet, quaſi diebus aliis & extra Miſſarum ſolennia v. g. in concione vel proceſſione, quando eſt concurſus populi, fieri nequeat: cùm enim finis denuntiationum ſit, ut Impedimenta Matrimonii publicentur; nihil intereſt, an fiant die feſtivo, vel non-feſtivo; num intra vel extra Eccleſiam, ſi magna populi frequentia ſupponatur. Sanchez *d. l.* 3. *diſput.* 6. *num.* 9. & 10. Boſco *cit. l. concluſ.* 3. *num.* 44. Clericat. *de Matrimon. deciſ.* 34. *n.* 10. P. Engel ad *tit. de Clandeſtin. deſponſat. num.* 4. P. Wieſtner *ibid. num.* 8. P. Reiffenſtuel *num.* 7.



178 In hoc tamen AA. inter ſe diviſi reperiuntur, ſitne denuntiatio facienda in Parochia, in qua ſponſus & ſponſa de facto domicilium habent aut quaſi, vel potiùs in Parochia, in qua antecedenter diutiùs habitârunt, qualis ordinariè eſt parochia parentum? Sanchez *d. diſput.* 6. *num.* 6. Gutierrez de *Matrim. cap.* 56. *num.* 6. Barboſa de *offic. & pot. Ep. alleg.* 32. *num.* 11. aſſerunt, in priori ſeu parentum Parochia Matrimonium eſſe denuntiandum: quia veroſimilius eſt, in tali Parochia majorem Impedimentorum, quæ perſæpe trahunt originem à parentibus, notitiam extare. Pontius econtrà 179
*lib.* 5. *cap.* 30. *num.* 5. Boſco *cit. l. num.* 59. Reiffenſtuel *cit. l. num.* 11. in rigore Juris veriùs arbitrantur, denuntiationes in Parochia, in qua ſponſi de facto domicilium habent aut quaſi, faciendas eſſe: quia Tridentinum requirit, ut in Parochia propria denuntiationes præmittantur, qualis non eſt illa, in qua ſponſi antehàc habitârunt, ſed in qua modò
habitant. Nec verum eſt, Impedi- 180
mentorum originem à parentibus unicè deſumi: quia, ſi cognationem excipiamus, vix aliquod Impedimentum à parentibus in filios transfunditur; poteſtque in loco domicilii præſentis acquiri notitia etiam de illis, quæ antecedenter ſunt contracta; niſi ſponſus & ſponſa primùm veniſſent ad locum moderni domicilii, quô caſu ex æquitate denuntiationes ad antiquam Parochiam ſaltem cumulativè remittunt *cit.* Authores cum P. Engel *d. num.* 4.

### §. II.

### *Quis poſſit remittere Denuntiationes?*

181 DEnuntiationes ab ipſis Ordinariis interdum remitti poſſe, declarat Concil. Trid. ſæpe *cit. ſeſſ. cap.* 1. *in verb. niſi Ordinarius ipſe expedire judicaverit, ut prædictæ denuntiationes remittantur; quod illius prudentiæ & judicio ſancta ſynodus relinquit.*

182 Eandem hanc remittendi poteſtatem non tantùm aliis Prælatis, habentibus Juriſdictionem quaſi-Epiſcopalem, ſed etiam Vicariis Epiſcoporum Generalibus aſſignant Barboſa de *Offic. & pot. Ep. d. alleg.* 32. *num.* 28. & 30. Sperellus *fori Eccleſ. deciſ.* 97. Sanchez *diſp.* 7. *num.* 10. Clericat. *cit. deciſ.* 34. *num.* 17. P. Wieſtner ad *tit. de Clandeſt. deſponſat. n.* 10. P. Reiffenſtuel *ibid. num.* 34. reclamante quoad Vicarium Generalem Pontio *lib.* 6.
183 *cap.* 31. *num.* 5. Ratio eſt: quia remiſſio denuntiationum eſt actus Juriſdictionis Epiſcopalis. Cùm igitur etiam Vicarii Generales habeant Juriſdictionem Epiſcopalem, & quidem in omnibus, in quibus per expreſſas Leges reſtricta non eſt; habent etiam poteſtatem, denuntiationes remittendi.

184 Parocho ſimilem poteſtatem ordinariè non competere, certum eſt: caret ſiquidem Juriſdictione fori externi, ex qua poteſtas remittendi denuntiationes promanat. Gutierrez de *Matrim. d. cap.* 56. *num.* 12. Sanchez
185 *d. diſp.* 7. *num.* 16. Sed utrùm non ipſi competat aliquando facultas, per epikiam declarandi, Concilium Tridentinum, denuntiationes tam rigorosè præſcribens, hic & nunc non obligare, ſi nempe periculum in mora verſetur, ac Matrimonium in extremo articulo, pro legitimanda prole, contrahatur, aut probabilis appareat ſuſpicio, Matrimonium malitiosè impediendum fore?
Disquiritur. Iſtam quoque faculta- 186
tem Parocho negant Sanchez *cit. l. num.* 17. & Pontius *d. l. cap.* 31. *num.* 2. Sed longè meliùs & veriùs concedunt Boſco *cit. l. concl.* 4. *à num.* 67. Gobat *tract.* 10. *num.* 491. & *ſeqq.* P. Engel ad *tit. de Clandeſtin. deſponſat. num.* 5.
P. König *ibid. num.* 9. Enimverò non 187
generalis duntaxat Parocho favet regula, quòd in ſimilibus caſibus locus ſit Epikiæ ſeu benignæ Legis interpretationi; ſed etiam ſpecialiter favet Concilium Trid. *cit. l. in verb. quòd ſi aliquando probabilis fuerit ſuſpicio, Matrimonium malitiosè impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denuntiationes, tunc vel una tantùm denuntiatio fiat, vel ſaltem Parocho & duobus vel tribus teſti-*
*bus præſentibus Matrimonium celebretur.* Ex 188
quibus verbis luculenter conſtat, in tali hypotheſi Tridentinum non obligare, ſed, ut Boſco *d. num.* 67. loquitur, à ſua conſtitutione hunc caſum excipere, quaſi diceret: præcipio, ut impoſterum præmittantur denuntiationes, præterquàm dum probabilis fuerit ſuſpicio, Matrimonium malitiosè impediri poſſe.

### §. III.

### *Ex quibus cauſis Denuntiationes remitti poſſint?*

189 PRo cauſis, remittendi denuntiationes, ſequentes aſſignari comperio. I. eſt metus probabilis, ne Marimonium à conſanguineis, aut aliis malitiosè impediatur; quô tamen

tamen in caſu Lex ipſa, denuntiationes ex-
poſtulans, obligare non videtur ex *num.* 187.
190 II. eſt conjectura prudens, ne pars alteru-
tra, ſi Matrimonium propter denuntiatio-
nes paululùm differatur, contra juſtitiam &
fidem ad alia Sponſalia de præſenti tranſeat.
191 III. eſt evitatio infamiæ, ſi fortè conjuges
in figura Matrimonii jam antecedenter co-
habitâſſent, absque eo, quòd Matrimonium
192 legitimè contraxerint. IV. eſt pudor
& confuſio, quam verentur futuri conjuges
ob diſparem conditionem in ætate, nobili-
193 tate, divitiis &c. V. dignitas perſo-
narum, qualis eſt inter Principes & Magna-
tes, quorum Impedimenta plerumque ſunt
194 magis notoria & publica. VI. angu-
ſtia temporis, veluti ſi inſtaret quadrageſi-
ma vel adventus, & Matrimonium absque
notabili incommodo differri non poſſet.
195 VII. quæcunque ſingularis utilitas & com-
moditas perſonarum contrahentium, tam
ſpiritualis, quàm temporalis. Conferantur
Sanchez *diſp. 9. per tot.* Barboſa ad *cit. cap. Trid. num.* 62. Gobat *cit. tr.* 10 *num.* 481. Cleri-
cat. *cit. deciſ.* 34. *num.* 19. P. Engel ad *cit. tit. num.* 6. P. König *ibid. num.* 10. Monacelli in
*formulari Leg. pract. p.* 1. *tit.* 8. *for.* 8. *num.* 5.
196 Ad Juſtitiam cauſæ deprehendendam opus
eſt prævia cognitione *arg. cap. ult. de Clandeſt. deſponſat.* non quidem judiciali & exactâ, ſed
extrajudiciali & ſummariâ *arg. cit. cap.* Trid.
*in verb. quod illius prudentia & judicio &c.* San-
chez *diſp.* 8. *num.* 4. Boſco *d. ſect.* 10. *concl.* 6.
*num.* 133. Reiffenſtuel ad *cit. tit. num.* 321.
Et, ſi, conſideratis omnibus, dubitetur de 197
exiſtentia Impedimenti, nec veritas aliter
dignoſci valeat, ſponſo, vel ſponſæ, vel utri-
que, pro ratione circumſtantiarum, jura-
mentum deferri poteſt. *Idem* Reiffenſtuel.
Si de cauſæ juſtitia dubium non vertatur, 198
diſpenſatio non ſolùm poteſt, ſed etiam ali-
quando debet concedi, quando ſcilicèt im-
minet ſpeciale periculum honoris, famæ,
corporis, aut fortunæ. Sanchez *diſput.* 10.
*num.* 3. Pontius *lib.* 5. *cap.* 31. *num.* 6. Gutier-
rez *Can. quæſt. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 33. Boſco
*d. concl.* 6, *num.* 161. Reiffenſtuel *d. l. num.* 41.
Ratio eſt: quia, tametſi diſpenſatio ſuâpte na- 199
turâ ſit actus gratiæ meræque facultatis; at-
tamen, ubi periculum damni timetur, eſt
actus debitus, tam ex charitate quàm ju-
ſtitia legali: tenetur enim Superior præcave-
re, non tantùm, ut tota communitas di-
ſpendium non incurrat, ſed etiam ut per-
ſonæ ſingulares detrimentum non patian-
tur.

## §. IV.

### *Quis effectus ſit Denuntiationum?*

200 Effectus denuntiationum alius eſt, ſi fa-
ctæ; alius, ſi omiſſæ ſint. Si factæ ſint
denuntiationes, obligant I. ſponſum &
ſponſam ad Matrimonium non ampliùs diffe-
rendum, ne, ſi nimis diu, & ſecundùm Bar-
boſam de *Offic. & pot. Ep. alleg.* 32. *num.* 55.
ultra quadrimeſtre protelетur, ob metum
Impedimenti, noviter oborti, denuntiatio-
201 nes repeti debeant. Obligant II.
cæteros fideles, ut, ſi Impedimentum aliquod
latere ſciverint, illud in tempore manifeſtent,
quatenùs grave ſacrilegium, ex Matrimonii
nullitate ſecuturum, avertant juxta doctri-
nam Panormitani ad *cap. novit.* 13. *de Judiciis*
202 *num.* 27. Aliud eſt, ſi contrahentes
priùs in ſecreto moneri poſſint, aut ex Im-
pedimenti publicatione ſcandalum aut dam-
num pertimeſcatur. Sanchez *diſp.* 13 *num.* 3.
& 4. Gobat *cit. tr.* 10. *num.* 537. Clericat. *d.
deciſ.* 34 *num.* 16. P. Wieſtner ad *tit. de Clan-
deſt. deſponſat. num.* 14. qui etiam in *num.* 15.
cum Panormit. ad *cap. ſuper eo* 22. *de Teſtibus
num.* 7. & Gonzalez *ibid. num.* 3. contra Pon-
203 tium *d. lib.* 5. *cap.* 43. *à n.* 6. rectiſſimè docet,
extra caſum ſcandali vel damni, ad Impedi-
menti publicationem aliquem obligari, ta-
metſi ſolus noverit: quia, dum agitur de pec-
cato vitando, unius etiam teſtimonio jurato
creditur per *cit. cap. ſuper eo* 22. & *cap. præterea*
12. *de Sponſalibus.*
Si denuntiationes ſint omiſſæ, præter rea- 204
tum peccati mortalis, quem ſubeunt conju-
ges & cæteri complices, ut tradit Boſco *de
Matrim. diſp.* 11. *ſect.* 10. *concl.* 2. *per tot.* inſu-
per conjugibus in *cap. ult. §. ſanè de Clandeſtina
deſponſat.* condigna dictatur pœnitentia;
proles etiam, ſi Matrimonium ob Impedimen-
tum quodcunque ſit nullum, declaratur ille-
gitima, velut probatum in *tract.* 2. *cap.* 3. *à
num.* 35. conjugibus præterea ſpes obtinendi
diſpenſationem eſt præciſa juxta Trid. *ſeſſ.* 24.
*de Reform. Matrim. cap.* 5. Parochus 205
autem vel alius Sacerdos, qui Matrimonio,
denuntiationibûs non præmiſſis, intereſſe
præſumpſerit, ſuſpenſionem triennalem ab
officio per ſententiam Judicis incurrit *d. cap.
ult. §. ſanè* Vid. *Pignatell. to.* 4. *conſult.* 147.
*num.* 17. & *ſeqq.* Monacelli in *formulari Leg.
pract. p.* 1. *tit.* 2. *for.* 5. *num.* 18. & *ſeqq.*
Porrò, ut Matrimonium, in facie Eccle- 206
ſiæ contractum, ſemper probari valeat, de-
cernit S. Synodus Tridentina in ſæpe *cit. ſeſſ.*
24. *de Reform. cap.* 1. ut *Parochus habeat librum,
in quo conjugum, & teſtium nomina, diemque &
locum contracti Matrimonii deſcribat, quem
diligenter apud ſe cuſtodiat.*





# LIBER V.

## DECRETALIUM GREGORII

### *PAPÆ, HUJUS NOMINIS IX.*

## PRÆLOQUIUM.

*Objectum, quod Liber V. Decretalium di-ſpectioni noſtræ repræſentat, adeò gratum & amænum haud apparet, ac illud erat, quod in Libris antecedentibus repræſentatum eſt. Agitur enim in eo de maleficiis & maleficis; de delictis & delinquentibus; de proceſſu criminali criminúmve ſuppliciis: in qua conſideratione ſi quis guſtum aut delectationem ſentiat, aut rebûs delectetur peſſimîs; aut totus in vindictam ſit compoſitus, oportet. At quia Rempublicam nil ita concutit, quàm ſcelera & ſcelerati; nil ita roborat, quàm ſcelerum & ſceleratorum juſta coërcitio: pernéceſſum eſt, & genera ſpeciémve noxarum; & indolem ac diverſitatem nocentium; & modum adversùs flagitia vel flagitioſos procedendi unà cum pœnæ menſura funditus intelligere. Igitur de Delictis in præſenti Libro tractabitur; non ut fiant, ſed ut impediantur facienda; & facta, ſervatô Juris ordine, juxta Vindicativæ Juſtitiæ Leges puniantur.*

# TRACTATUS I.
# DE
# DELICTIS IN GENERE.

QUam hactenùs in aliarum Juris partium expoſitione tenui viam, ut ſemper à generalioribus ceu remotioribus proceſſerim ad ſpecialia tanquàm propinquiora; eandem in Delictorum explicatione tenebo, ut ſcilicèt in I. tract. Delicta in genere; poſtmodùm in II. tract. Delicta Eccleſiaſtica; & demùm in tract. III. Delicta Sæcularia in ſpecie ſub aſpectum & mentem veniant.

## CAPUT I.
### *De Natura & Varietate Delicti.*

DElictum in genere quadruplicem pandit conſiderationem; videlicèt de natura & varietate ſua; de perſonis delinquentibus; de effectu ſeu pœna; nec non de modo procedendi. Primam conſiderationem ſibi propriam facit caput I. in quo conſpicitur

## SECTIO I.
### *De Natura Delicti.*

SUMMARIA.

1. *Etymologia Delicti.* 2. *& ſeqq. Synonymia.* 8. *& 9. Hononymia.* 10. *& ſeqq. Varia definitiones Delicti; earumque refutatio.* 17. *Noſtra definitio ponitur.* 18. *& ſeq. Eſt libera.* 20. *& ſeq. Transgreſſio Legis Divinæ vel humanæ.* 22. *Ad Delictum ſufficit culpa.* 23. *& ſeqq. Diſquiritur, an culpa lata in Delictis æquiparetur dolo?* 29. *& ſeqq. Diſtinctè edocetur, utrùm conatus & Delictum æquali pœnâ coërceantur?* 37. *& ſeqq. Limitatur antecedens diſtinctio in quibusdam Delictis.*

### §. I.
### *Etymologia Delicti.*

1 DElictum, à delinquendo vel derelinquendo dictum, idem eſt, ac derelictum: qui enim delinquit, derelinquit Legem, vel committendô factum, à Lege prohibitum; vel actum, à Lege præceptum, omittendô.
2 Effertur aliàs variis nominibûs. In *princ. Inſt. de Obligat. quæ ex Del. l. ult. ff. de Privat. Del. l. ſi operis* 14. *Cod. de Pœn.* vocatur male-
3 ficium. In *l. qui ſententiam* 16. *Cod. eôd. l. ſi flagitii* 123. *ff. de V. O.* nuncupatur flagi-
4 tium. In *l. quis ſit* 17. §. 18. *ff. de Ædilit. edict. l. hac ſtipulatio* 200. *ff. de V. S.* appellatur
noxa. In *l. ſervus* 20. *ff. de O. & A.* nomi- 5
natur facinus. In *l. obligamur* 52. §. 8. *ff.* 6
*eôd.* indigitatur peccatum. In *l. quiſquis* 5. *in princ. Cod. ad L. Jul. Majeſt. l. jure mariti* 6. *Cod. ad L. Jul. de Adulter.* dicitur ſcelus. In 7
§. *placuit* 7. *Inſtit. de Obligat. quæ ex Del. l. quoties* 1. §. 1. *& 2. l. abſentem* 5. *in pr. & §. ult. ff. de Pœn.* & paſſim crimen ſalutatur.
Accipitur vel latè, vel ſtrictè. Latè ac- 8
ceptum denotat quodvis factum aut conſilium improbum *d. l. abſentem* 5. §. *ult. ff. de Pœn. l. aliud* 131. *in fin. ff. de V. S.* Strictè 9
acceptum complectitur ſola Delicta privata, & crimini ſeu Delicto publico opponitur *l. quid ſit* 17. §. 18. *ff. de Ædilit. ed. l. tanta* 2. §. 8. *Cod. de V. J. E.* Prior acceptio potior nobis eſt poſteriori.



### §. II.
### *Definitio Delicti.*

10 DElictum plures apud JCtos definitiones habet. Solennior eſt illa, quâ Struvius *exercit. ad Pand.* 47. *th.* 2. Delictum definit, quòd ſit factum, in ſe illicitum, extra conventionis conſiderationem, contra Legum prohibitionem ſponte commiſſum, quô ad præſtandum quid patiendùmve quis ſe ob-
11 ligat. Struvio propiùs accedit Lauterb. ad *tit. ff. de Privat. Del.* §. 1. Delictum deſcribens, quòd ſit factum illicitum, ſponte admiſſum, honeſtati & Juri contrarium,
12 eôque animadverſione dignum. Sed utraque definitio cenſuram meretur apud D. Gletle *p. m.* in *Jurisprud. terrib. to.* 1. *p.* 1. *cap. un.* §. 1. *num.* 4 eò quòd non pauca reperiantur Delicta, quæ conſiſtunt in omittendo;
13 proindeque factum non involvunt. Quòdſi reſpondeas cum eodem Lauterb. §. 2. ſub facto comprehendi non-factum, & omiſſionem ſub commiſſione involvi. Reponit optimè citatus Gletle, definitionem hôc modô fieri æquivocam, ac regulis Dialectices adverſam.
14 Idem proinde Gletle definitionem aliam efformat, quòd Delictum ſit libera & exterius ſenſibilis transgreſſio Legis Divinæ vel humanæ. Quam definitionem libenter admitto, ſi ad Delictum, in ſenſu Juris Civilis conſide-
15 ratum, reſtringatur. Etenim, quòd Delictum ſenſibilem Legis transgreſſionem deſideret, ſolùm admitto de Jure Civili, quod, ſicuti cogitationes & internas animi paſſiones nec præcipit, nec prohibet; ita nec punit, juxta illud: *cogitationis pœnam nemo patitur l.*
16 *cogitationis* 18. *ff. de Pœn.* At quia Jus Canonicum actus internos & præcipit, & prohibet, ut docui in *lib. I. tract. de Jure Leg. cap.* 1. *à num.* 113. &, ut infra docebo, etiam punit: hinc, ut definitio nimis anguſta non ſit, omitto ly *exteriùs ſenſibilis*, &
Definio Delictum, quòd ſit libera trans- 17
greſſio Legis Divinæ vel humanæ.
Dixi I. *libera*; hoc eſt, advertenter & vo- 18
luntariè facta: niſi enim quis ſciens & volens deviet à Lege, delinquere non cenſetur, ex quo quælibet actio humana, tam meritoria, quàm demeritoria, prærequirit actum intellectûs & voluntatis, ſcientiam videlicèt & electionem objecti boni vel mali. Num 19
autem Delictum directè ſit volitum, aut indirectè? Nihil intereſt: nam etiam voluntarium indirectum, ſeu in cauſa, ſufficit ad Delictum, dum homicidii reus eſt, non ſolùm qui grandem lapidem animô occidendi projicit in caput Titii; ſed etiam qui ſinè explicita occidendi voluntate lapidem projicit in publicum forum, in quo plures homines ſtare vel commeare conſueverunt: ſequitur enim indirectè homicidium ex jactu lapidis, directè intentô, tanquàm effectus ex cauſa.
Dixi II. *transgreſſio Legis.* Delictum enim 20
eſt deviatio & declinatio à tramite honeſtatis, per Legm oſtensô: eſt actio vel omiſſio, contra voluntatem Legiſlatoris poſita; nec cogitari poteſt Delictum, ubi Lex non præcedit, teſtante Gentium Doctore in *Epiſtol. ad Rom* 4. *v.* 15 ibi: *ubi non eſt Lex, nec prævaricatio.*
Dixi III. *Divinæ vel humanæ.* Delinquimus 21
ſiquidem, & pœnæ nos facimus obnoxios, ſive Legem, à DEO ſancitam, infringamus; ſive Legem, ab homine conditam, transgrediamur.

### §. III.
### *Dubia quædam de Natura Delicti.*

22 NAturâ Delicti per antecedentem definitionem explicatâ, unum vel alterum remanet dubium, breviter diſcutiendum. Inprimis dubitatur: utrùm ad Delictum requiratur dolus, an culpa ſufficiat?
Reſp. culpam ſufficere. Conſtat ex Delicto Legis Aquiliæ, quod dolum non deſiderat, ſed culpâ contentum eſt *l. ſed etſi* 5. §. 1. *ff. ad L. Aquil.*
23 Ulterius dubitatur: utrùm in Delictis culpa lata æquiparetur dolo?
Reſp. I. culpam latam æquipararari dolo, quando agitur civiliter ad intereſſe privatum. Nam in *l. ſi dolo* 1. §. 2. *ff. Si is, qui teſtamento liber &c.* ſervus, qui, teſtamento liber eſſe juſſus, aliquid ex hæreditate jacente ſurripuit, ad duplum conveniri poſſe dicitur, ſive dolum, ſive culpam, *dolo proximam*, id eſt, la-
24 tam commiſerit. Cujus ratio eſt: quia, ſi ex delicto civiliter agatur, cauſa non criminalis ſed civilis eſſe cenſetur: unde, ſicut in cauſa civili dolus & culpa lata eôdem menſurantur pede *l. ſi ut certo* 5. §. 2. *ff. Commod. l. adverſus* 1. §. 1. *ff. Si menſor falſ. mod. l. quod Nerva* 32. *ff. Depoſ.* ſic etiam in delictis, quando civiliter agitur.
Reſp. II. culpam latam regulariter non 25
æquiparari dolo, quando ex Delicto agitur principaliter ad pœnam ordinariam & capitalem. Siquidem in *l. in Lege* 7. *ff. ad L. Cornel. de Sicar.* expreſsè conſtitutum habemus, in ordine ad pœnam Legis Corneliæ, ſicariis & homicidiis præſtitutam, culpam latam non æquivalere dolo. Ratio eſt: quia, qui 26
dolum admittit, atque ex formali propoſito alterum ſtudioſè lædit, magis utique delinquit, ac ille, qui culpam tantummodò, negligentiam, aut ſocordiam committit: unde, ut



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ut proportio ſervetur inter Delictum & pœ-
nam, dolus ſeveriùs caſtigari debet quàm
culpa.
27 Dixi *regulariter.* Excipitur enim in *l. ſi*
*quis* 38. §. 5. *ff. de Pœn.* caſus, quô mulieri quis
abortionis aut amatorium poculum porre-
xit: talis enim, etiamſi dolô non faciat, ſeu
intendat occiſionem mulieris aut fœtûs, ul-
timô ſuppliciô afficitur, ſi mulier aut fœtus in
utero perierit: quia ſcilicèt, ut loquitur JCtus,
*mali exempli res eſt,* & aliunde gravis obſtat pro-
hibitio, ne poculum, ex cujus ſumptione pe-
riclitatur ſalus, alicui porrigatur.
28 Reſp. III. culpam latam æquiparari dolo,
quando agitur ad pœnam extraordinariam
non-capitalem. Colligitur ſatis ex *l. nam ſa-*
*lutem* 3. §. 1. *ff. de Offic. Præf. vig. l. ſi fortuito* 11.
*ff. de Incendio, ruina, naufr. l. ejuſdem* 3. §. 2. *l.*
*Lege Cornelia* 4. §. 1. *ff. ad L. Cornel. de Sicar. l.*
*milites* 12. *in pr. ff. de Cuſtod. & exhibit. reor.* in
quibus textibus ob culpam latam diverſæ pœ-
næ, etiam corporis afflictivæ, dictari juben-
tur. Conferantur ſuper hoc argumento
Struv. *cit. exercit. ad Pand.* 47. *th.* 8. Miller
*ibid.* Gletle in *Jurisprud. terrib. tom.* 1. *p.* 1.
*cap. un.* §. 6. *à n.* 4.
29 Prætereà dubitatur: an conatus ad Deli-
ctum eâdem pœnâ ſit afficiendus, quâ ipſum-
met Delictum? Textus in utramque con-
tradictionis partem copiosè referuntur. Pro
illorum conciliatione alii aliter; ego ſic di-
ſtinguo. Vel Delictum eſt leve, vel grave.
Si Delictum ſit leve; conatus à pœna prorſus
eſt immunis per textus in *l. hoc edictum* 1. *in fin.*
*ff. Quod quisque Juris in alium ſtatuit &c. l. qui*
*autem* 3. *ff. de his, qui not. infam. l. item apud* 15.
§. 10. *ff. de Injur. l. ſi quis* 6. *in pr. l. impuberem*
30 22. §. 4. *ff. de L. Cornel. de falſ.* quantumvis
enim conatus ad Delictum nunquàm à culpa
ſit immunis, ſed æquè probroſus apud Cœle-
ſtem Judicem, quàm factum: attamen, cùm
ſolus conatus in Delictis levioribus Rempub-
licam parum aut nihil offendat, vindictæ non
ſubjacet.
31 Si Delictum ſit grave; conatus afficitur
pœnâ, non ordinariâ, ſicut Delictum, ſed ex-
traordinariâ & arbitrariâ per textum in *l. ſol-*
*licitatores* 1. *in pr. & §. ult. ff. de Extraordinar.*
32 *criminib.* Ex una enim parte qui cona-
tur delinquere, non ſolâ voluntate, ſed opere
quoque & actu accedente, licèt Delictum
non abſolverit, dat occaſionem ſcandali, &
officit bono publico; ideóque animadverſio-
nem Reipublicæ in ſe meritò concitat, ut pe-
riculum delinquendi longiùs avertatur: ſicut 33
enim Medico, teſte Seneca 1. *de Clem.* 14. tur-
pia ſunt multa funera, præſtantiorque habe-
tur, qui morbum excludit, & prohibet, quàm
qui pharmacis affectum morbidum expellit:
ita & Magiſtratui indecora ſunt multa ſuppli-
cia; multóque laudabilior eſt, qui id efficit,
ne facinora committantur, quàm qui patrata
meritis coërcet ſuppliciis. Ex altera ve- 34
rò parte, cùm in effectu minùs Reipublicæ
noceat, qui nocendi voluntatem tantùm ex-
teriùs oſtendit, ac qui reipſa nocuit: utique
non eôdem rigore voluntas eſt coërcenda,
quô ſolet exitus coërceri.
Interim, ut Judicis arbitrium in hoc caſu ſit 35
æquum, exactè ponderabit, an reus, pœniten-
tiâ ductus, à Delicto, quod exequi facilè po-
tuiſſet, ultrò abſtinuerit, & adulterium v. g.
ad quod fœminam allicuit, cùm illius volun-
tatem & occaſionem haberet, non perpetra-
verit; an verò per impedimentum extrinſe-
cum retentus, crimen perficere, ac adulte-
rium v. g. propter reſiſtentiam mulieris aut
defectum occaſionis perpetrare non potuerit.
Si prius; vel nullâ vel leviori pœnâ caſtigan- 36
dus erit *arg. l. improbum* 1. *Cod. de Crimine ſtel-*
*lion.* Si poſterius; pœna pro diverſitate ac-
tuum, prout remotiùs vel propinquiùs ad
Delictum concurrunt, & pro ratione circum-
ſtantiarum exaſperari vel alleviari debet jux-
ta *Conſtit. Crim.* Caroli V. *art.* 178.
Sunt tamen crimina quædam atrociora, in 37
quibus Lex conatum & actum æquali vindictâ
proſequitur. Tale eſt I. crimen homicidii,
quod etiam, ſi tantùm attentetur, in pœnam
Legis Corneliæ incidit *l. Lege Cornelia* 1. *in pr.*
*l. in Lege* 7. *ff. ad L. Cornel. de Sicar.* Tale 38
eſt II. crimen perduellionis, ubi eâdem ſeve-
ritate voluntatem (intellige prorumpentem
in actum) ſceleris, quâ effectum puniri Jura
voluerunt, ut ſonat textus in *l. quisquis* 5. *in*
*pr. Cod. ad L. Jul. Majeſtat.* Tale eſt III. 39
crimen aſſaſſinii, quod, licèt mors ſecuta non
fuerit, pœnas meretur in *cap. pro humani* 1. *de*
*Homicid. in* 6. conſtitutas. Videantur de hac
materia Anton. Math. de *Criminib. ad lib.* 48.
*ff. tit.* 18. *cap.* 4. *n.* 13. Struv. *cit. exercit.* 48.
*th.* 5. & 6. Miller *ibid.* Gletle *cit. Jurisprudent.*
*terribl. tom.* 1. *p.* 1. *cap. un.* §. 6. Lauterb. ad *tit.*
*ff. de Privat. Delict.* §. 3.

# SECTIO II.

## *De Varietate Delicti.*

### SUMMARIA.

*40. & ſeq. Delictū dividitur in verum & quaſi tale. 42. Verum ſubdividitur in privatum & non-privatum. 43. & ſeqq. Privatum ulteriùs ſecatur in ordinarium & extraordinarium. 46. & ſeqq. In extraordinario poteſt interdum ad pœnam capitalem procedi. 49. & ſeq. Reſpondetur ad* l. 1. §. ult. ff. de Effractorib. *51. & ſeq. Delictum prætereà diſcerpitur in grave & leve. 53. & ſeqq. Diſceptatur, an gravitas pœnæ arguat gravitatem Delicti? 56. & ſeqq. Refellitur Antonius Matthæus. 60. Delictum rurſus divellitur in nominatum & innominatum. 61. Item in Eccleſiaſticum. 62. Sæculare. 63. & ſeq. Et mixtum. 65. & ſeqq. Item in notorium & occultum. 68. Item in exceptum & non-exceptum.*



## §. I.

### *Prima Delicti diviſio cum ſua ſubdiviſione.*

40 DElictum eſt varium, & dividitur I. in
verum & quaſi-tale. Delictum *verum*
eſt, quod dolum aut veram culpam præſup-
41 ponit. *Quaſi-tale* eſt, quod dolum aut
veram culpam non prærequirit, ſed culpâ
præſumptâ contentum eſt; quò pertinet
imperitia Judicis, malè judicantis; dejectio
vel effuſio ex cænaculo &c.
42 VerumDelictum ſubdividitur in privatum
& non-privatum. *Privatum* eſt, in quo potiſ-
ſimùm attenditur læſio hominis privati, ſeu,
de quo Civili potiſſimùm actione is, cujus in-
tereſt, experitur ad reſarciendum dammū, aut
præſtandam ſibi pœnam pecuniariam. Struv.
43 *cit. Exercit.* 48. *th.* 13. *Non-privatum* vel
eſt ordinarium, vel extraordinarium. *Ordi-*
*narium* eſt, quod certam Legem, formam, &
pœnam habet. Dicitur alias *publicum*, aut
*legitimum*: quia ſpeciali quâdam Lege publi-
cum eſt effectum *l. non omnia* 1. *ff. de Public. Ju-*
44 *dic. Extraordinarium*, quod aliô nomine *non-*
*legitimum* vocatur, eſt, quod nec Legem, nec
formam, nec pœnam habet certam per *l. ſtel-*
*lionatus* 3. §. 1. & 2. *ff. de Stellion.*
45 Nec refert, quòd in illis quoque titulis, in
quibus extraordinaria crimina proponuntur,
pœnas legamus expreſſas. Nam, ut bene
diſcurrit Anton. Math. *de Crimin. in prolego-*
*men. cap.* 4. *n.* 10. in criminibus extraordina-
riis certæ pœnæ certis Legibûs definitæ non
ſunt, licèt conſtitutionibûs Principum, & re-
ſponſis Prudentûm variæ pœnarum ſpecies in
Jure commemorentur: in quibus proinde
Judex ſpeculum habet, quod intueatur; non
Legem, quam neceſſariò imitetur.
Illud cum eodem Authore *d. cap.* 4. *n.* 11. 46
ſat certum exiſtimo, etiam in extraordinariis
criminibus interdum ad pœnam mortis pro-
cedi poſſe. Nam in *l. hodie* 13. *ff. de Pœn.* ge-
neraliter dicitur, licere ei, qui extra ordinem
crimen cognoſcit, vel graviorem vel mitio-
rem ferre ſententiam. In *l. Lex Julia* 7. 47
§. *ult. ff. de Lege Jul. repetund.* deciditur, in
crimine repetundarum, quod hodie punitur
extra ordinem, reum capite plecti poſſe, ſi ad
hominem necandum pecuniam acceperit.
In *l. ſacrilegii* 6. *in pr. ff. ad L. Jul. peculat.* re- 48
fertur, ſacrilegos ſeu templorum raptores,
modò ad beſtias eſſe damnatos, modò in fur-
ca ſuſpenſos, modò vivos exuſtos.
Nec obſtat, quòd in *l. de his* 1. §. *ult. ff. de* 49
*Effractorib. & expilator.* dicatur: *oportebit æquè*
*in effractores & in cæteros ſupra ſcriptos cauſâ co-*
*gnitâ ſtatui, prout admiſſum ſuggerit: dummodo ne*
*quis in plebejo operis publici pœnam vel in honeſtiore*
*relegationis excedat.* Reſp. enim, crimen ef-
fractionis per ſe non eſſe tantum, ut illius in-
tuitu præcisè ad ſententiam capitalem deve-
niatur: poteſt tamen effractio, præſertim
ubi turba cum armis alienas ædes aut villas
expugnaverit, in tantum aggravari, ut capi-
tis pœna dictetur *l. hi qui* 11. *in pr. ff. ad L. Jul.*
*de Vi publ.*
Hanc porrò Delicti diviſionem in privatum 50
& non-privatum de Jure Canonico non reci-
pi, ſed omne Delictum cenſeri publicum, qua-
tenùs per hoc offenditur DEUS, & in omnes
homines injuria committitur, tenet Franciſ.
Joseph. de Angelis in *tract. de Delict. p.* 1. *in*
*exord. n.* 4.

## §. II.

### *Secunda Delicti diviſio.*

51 DElictum II. dividitur in grave ſeu atrox,
& leve. *Grave* nuncupatur vel ex na-
tura ſua, vel ex circumſtantiis. Ex natura
grave Delictum eſt, quô DEUS, Reſpublica,
vel homo graviter offenditur: quô numerô
ſunt crimen hæreſis, Majeſtatis, parricidii, ho-
52 micidii, adulterii, ſacrilegii &c. Ex cir-
cumſtantiis grave Delictum eſt, quod ſpecta-
tum in ſe videtur leve, ſed conſiderandô per-
ſonas, locum, tempus &c. augmentum &
gravitatem ſumit. Sic enim ſi, furtum ad-
mittas, aut injuriam inferas, Delictum non
adeò grave cenſetur: at, ſi furtum admitta-
tur cum effractione, circa rem ſacram, in loco
ſacro &c. ſi convitium dicas perſonæ, in di-
gnitate conſtitutæ, in loco publico, tempo-
re nuptiarum &c. furtum & injuria creſcit in
gravitate, multúmque exaſperatur. Vid. *l.*
*aut facta* 16. §. 1. *& ſeqq. ff. de Pœn.*
Alii qualitatem Delicti metiuntur ex 53
qualitate pœnæ, ſubſcribente Clariſſ. D. Franz
ad *tit. Inſt. de Obligat. quæ ex Del. p.* 1. *num.* 15.
Et rectè. Si enim inter Delictum & pœnam
proportio debet intercedere, &, ut alicubi
loquitur Grotius, tantum debet eſſe malum
paſſionis, quantum erat malum actionis: juſtè
concluditur, Delictum, cui pœna gravior eſt
impoſita, unum ex gravioribus reputari. Tex-
tus in *cap. felicis* 5. *de Pœn. in* 6.
Equidem Anton. Mathæus de *Crim. in pro-* 54
*legomen. cit. cap.* 4. *num.* 3. & 4. nonnulla in
medium adducit, quæ doctrinam noſtram
ſugillent. Et primò quidem ex innato erga
Sedem Apoſtolicam livore perſtringit Ale-
xandrum III. quòd adulterium, quod inter
Delicta, ſuâpte natura gravia, in *num.* 51. nu-
meravimus, in *cap. atſi* 4. §. *de adulteriis &c. de*
*Judic.* numeret inter Delicta leviora; ea ex



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ut proportio ſervetur inter Delictum & pœnam, dolus ſeveriùs caſtigari debet quàm culpa.

27 Dixi *regulariter.* Excipitur enim in *l. ſi quis* 38. §. 5. *ff. de Pœn.* caſus, quô mulieri quis abortionis aut amatorium poculum porrexit: talis enim, etiamſi dolô non faciat, ſeu intendat occiſionem mulieris aut fœtûs, ultimô ſuppliciô afficitur, ſi mulier aut fœtus in utero perierit: quia ſcilicèt, ut loquitur JCtus, *mali exempli res eſt*, & aliunde gravis obſtat prohibitio, ne poculum, ex cujus ſumptione periclitatur ſalus, alicui porrigatur.

28 Reſp. III. culpam latam æquiparari dolo, quando agitur ad pœnam extraordinariam non-capitalem. Colligitur ſatis ex *l. nam ſalutem* 3. §. 1. *ff. de Offic. Præf. vig. l. ſi fortuito* 11. *ff. de Incendio, ruina, naufr. l. ejuſdem* 3. §. 2. *l. Lege Cornelia* 4. §. 1. *ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. milites* 12. *in pr. ff. de Cuſtod. & exhibit. reor.* in quibus textibus ob culpam latam diverſæ pœnæ, etiam corporis afflictivæ, dictari jubentur. Conferantur ſuper hoc argumento Struv. *cit. exercit. ad Pand.* 47. *th.* 8. Miller *ibid.* Gletle in *Juriſprud. terrib. tom.* 1. *p.* 1. *cap. un.* §. 6. *à n.* 4.

29 Præterea dubitatur: an conatus ad Delictum eâdem pœnâ ſit afficiendus, quâ ipſummet Delictum? Textus in utramque contradictionis partem copiosè referuntur. Pro illorum conciliatione alii aliter; ego ſic diſtinguo. Vel Delictum eſt leve, vel grave. Si Delictum ſit leve; conatus à pœna prorſus eſt immunis per textus in *l. hoc edictum* 1. *in fin. ff. Quod quisque Juris in alium ſtatuit &c. l. qui autem* 3. *ff. de his, qui not. infam. l. item apud* 15. §. 10. *ff. de Injur. l. ſi quis* 6. *in pr. l. impuberem*
30 22. §. 4. *ff. de L. Cornel. de falſ.* quantumvis enim conatus ad Delictum nunquàm à culpa ſit immunis, ſed æquè probroſus apud Cœleſtem Judicem, quàm factum: attamen, cùm ſolus conatus in Delictis levioribus Rempublicam parum aut nihil offendat, vindictæ non ſubjacet.

31 Si Delictum ſit grave; conatus afficitur pœnâ, non ordinariâ, ſicut Delictum, ſed extraordinariâ & arbitrariâ per textum in *l. ſollicitatores* 1. *in pr. & §. ult. ff. de Extraordinar.*
32 *criminib.* Ex una enim parte qui conatur delinquere, non ſolâ voluntate, ſed opere quoque & actu accedente, licèt Delictum non abſolverit, dat occaſionem ſcandali, & officit bono publico; ideóque animadverſionem Reipublicæ in ſe meritò concitat, ut periculum delinquendi longiùs avertatur: ſicut 33
enim Medico, teſte Seneca 1. *de Clem.* 14. turpia ſunt multa funera, præſtantiorque habetur, qui morbum excludit, & prohibet, quàm qui pharmacis affectum morbidum expellit: ita & Magiſtratui indecora ſunt multa ſupplicia; multóque laudabilior eſt, qui id efficit, ne facinora committantur, quàm qui patrata meritis coërcet ſuppliciis. Ex altera ve- 34
rò parte, cùm in effectu minùs Reipublicæ noceat, qui nocendi voluntatem tantùm exteriùs oſtendit, ac qui reipſa nocuit: utique non eôdem rigore voluntas eſt coërcenda, quô ſolet exitus coërceri.

Interim, ut Judicis arbitrium in hoc caſu ſit 35
æquum, exactè ponderabit, an reus, pœnitentiâ ductus, à Delicto, quod exequi facilè potuiſſet, ultrò abſtinuerit, & adulterium v. g. ad quod fœminam allicuit, cùm illius voluntatem & occaſionem haberet, non perpetraverit; an verò per impedimentum extrinſecum retentus, crimen perficere, ac adulterium v. g. propter reſiſtentiam mulieris aut defectum occaſionis perpetrare non potuerit. Si prius; vel nullâ vel leviori pœnâ caſtigan- 36
dus erit *arg. l. improbum* 1. *Cod. de Crimine ſtellion.* Si poſterius; pœna pro diverſitate actuum, prout remotiùs vel propinquiùs ad Delictum concurrunt, & pro ratione circumſtantiarum exaſperari vel alleviari debet juxta *Conſtit. Crim.* Caroli V. *art.* 178.

Sunt tamen crimina quædam atrociora, in 37
quibus Lex conatum & actum æquali vindictâ proſequitur. Tale eſt I. crimen homicidii, quod etiam, ſi tantùm attentetur, in pœnam Legis Corneliæ incidit *l. Lege Cornelia* 1. *in pr. l. in Lege* 7. *ff. ad L. Cornel. de Sicar.* Tale 38
eſt II. crimen perduellionis, ubi eâdem ſeveritate voluntatem (intellige prorumpentem in actum) ſceleris, quâ effectum puniri Jura voluerunt, ut ſonat textus in *l. quisquis* 5. *in pr. Cod. ad L. Jul. Majeſtat.* Tale eſt III. 39
crimen aſſaſſinii, quod, licèt mors ſecuta non fuerit, pœnas meretur in *cap. pro humani* 1. *de Homicid. in* 6. conſtitutas. Videantur de hac materia Anton. Math. de *Criminib. ad lib.* 48. *ff. tit.* 18. *cap.* 4. *n.* 13. Struv. *cit. exercit.* 48. *th.* 5. & 6. Miller *ibid.* Gletle *cit. Juriſprudent. terribl. tom.* 1. *p.* 1. *cap. un.* §. 6. Lauterb. ad *tit. ff. de Privat. Delict.* §. 3.

# SECTIO II.

## *De Varietate Delicti.*

### SUMMARIA.

*40. & ſeq. Delictū dividitur in verum & quaſi tale. 42. Verum ſubdividitur in privatum & non-privatum. 43. & ſeqq. Privatum ulteriùs ſecatur in ordinarium & extraordinarium. 46. & ſeqq. In extraordinario poteſt interdum ad pœnam capitalem procedi. 49. & ſeq. Reſpondetur ad* l. 1. §. ult. ff. de Effractorib. *51. & ſeq. Delictum præterea diſcerpitur in grave & leve. 53. & ſeqq. Diſceptatur, an gravitas pœnæ arguat gravitatem Delicti? 56. & ſeqq. Refellitur Antonius Matthæus. 60. Delictum rurſus divellitur in nominatum & innominatum. 61. Item in Eccleſiaſticum. 62. Sæculare. 63. & ſeq. Et mixtum. 65. & ſeqq. Item in notorium & occultum. 68. Item in exceptum & non-exceptum.*



### §. I.

#### *Prima Delicti diviſio cum ſua ſubdiviſione.*

40 Delictum eſt varium, & dividitur I. in verum & quaſi-tale. Delictum *verum* eſt, quod dolum aut veram culpam præſup-
41 ponit. *Quaſi-tale* eſt, quod dolum aut veram culpam non prærequirit, ſed culpâ præſumptâ contentum eſt; quò pertinet imperitia Judicis, malè judicantis; dejectio vel effuſio ex cœnaculo &c.

42 VerumDelictum ſubdividitur in privatum & non-privatum. *Privatum* eſt, in quo potiſſimùm attenditur læſio hominis privati, ſeu, de quo Civili potiſſimùm actione is, cujus intereſt, experitur ad reſarciendum damnū, aut præſtandam ſibi pœnam pecuniariam. Struv.
43 *cit. Exercit.* 48. *th.* 13. *Non-privatum* vel eſt ordinarium, vel extraordinarium. *Ordinarium* eſt, quod certam Legem, formam, & pœnam habet. Dicitur alias *publicum*, aut *legitimum*: quia ſpeciali quâdam Lege publicum eſt effectum *l. non omnia* 1. *ff. de Public. Ju-*
44 *dic. Extraordinarium*, quod aliô nomine *non-legitimum* vocatur, eſt, quod nec Legem, nec formam, nec pœnam habet certam per *l. ſtellionatus* 3. §. 1. & 2. *ff. de Stellion.*

45 Nec refert, quòd in illis quoque titulis, in quibus extraordinaria crimina proponuntur, pœnas legamus expreſſas. Nam, ut bene diſcurrit Anton. Math. *de Crimin. in prolegomen. cap.* 4. *n.* 10. in criminibus extraordinariis certæ pœnæ certis Legibûs definitæ non ſunt, licèt conſtitutionibûs Principum, & reſponſis Prudentûm variæ pœnarum ſpecies in Jure commemorentur: in quibus proinde Judex ſpeculum habet, quod intueatur; non Legem, quam neceſſariò imitetur.

Illud cum eodem Authore *d. cap.* 4. *n.* 11. 46
ſat certum exiſtimo, etiam in extraordinariis criminibus interdum ad pœnam mortis procedi poſſe. Nam in *l. hodie* 13. *ff. de Pœn.* generaliter dicitur, licere ei, qui extra ordinem crimen cognoſcit, vel graviorem vel mitiorem ferre ſententiam. In *l. Lex Julia* 7. 47
§. *ult. ff. de Lege Jul. repetund.* deciditur, in crimine repetundarum, quod hodie punitur extra ordinem, reum capite plecti poſſe, ſi ad hominem necandum pecuniam acceperit. In *l. ſacrilegii* 6. *in pr. ff. ad L. Jul. peculat.* re- 48
fertur, ſacrilegos ſeu templorum raptores, modò ad beſtias eſſe damnatos, modò in furca ſuſpenſos, modò vivos exuſtos.

Nec obſtat, quòd in *l. de his* 1. §. *ult. ff. de* 49
*Effractorib. & expilator.* dicatur: *oportebit æquè in effractores & in cæteros ſupra ſcriptos cauſâ cognitâ ſtatui, prout admiſſum ſuggerit: dummodo ne quis in plebejo operis publici pœnam vel in honeſtiore relegationis excedat.* Reſp. enim, crimen effractionis per ſe non eſſe tantum, ut illius intuitu præcisè ad ſententiam capitalem deveniatur: poteſt tamen effractio, præſertim ubi turba cum armis alienas ædes aut villas expugnaverit, in tantum aggravari, ut capitis pœna dictetur *l. hi qui* 11. *in pr. ff. ad L. Jul. de Vi publ.*

Hanc porrò Delicti diviſionem in privatum 50
& non-privatum de Jure Canonico non recipi, ſed omne Delictum cenſeri publicum, quatenùs per hoc offenditur DEUS, & in omnes homines injuria committitur, tenet Franciſ. Joſeph. de Angelis in *tract. de Delict. p.* 1. *in exord. n.* 4.

### §. II.

#### *Secunda Delicti diviſio.*

51 Delictum II. dividitur in grave ſeu atrox, & leve. *Grave* nuncupatur vel ex natura ſua, vel ex circumſtantiis. Ex natura grave Delictum eſt, quô DEUS, Reſpublica, vel homo graviter offenditur: quô numerô ſunt crimen hæreſis, Majeſtatis, parricidii, ho-
52 micidii, adulterii, ſacrilegii &c. Ex circumſtantiis grave Delictum eſt, quod ſpectatum in ſe videtur leve, ſed conſiderandô perſonas, locum, tempus &c. augmentum & gravitatem ſumit. Sic enim ſi, furtum admittas, aut injuriam inferas, Delictum non adeò grave cenſetur: at, ſi furtum admittatur cum effractione, circa rem ſacram, in loco ſacro &c. ſi convitium dicas perſonæ, in dignitate conſtitutæ, in loco publico, tempore nuptiarum &c. furtum & injuria creſcit in gravitate, multúmque exaſperatur. Vid. *l. aut facta* 16. §. 1. *& ſeqq. ff. de Pœn.*

Alii qualitatem Delicti metiuntur ex 53
qualitate pœnæ, ſubſcribente Clariſſ. D. Franz ad *tit. Inſt. de Obligat. quæ ex Del. p.* 1. *num.* 15. Et rectè. Si enim inter Delictum & pœnam proportio debet intercedere, &, ut alicubi loquitur Grotius, tantum debet eſſe malum paſſionis, quantum erat malum actionis: juſtè concluditur, Delictum, cui pœna gravior eſt impoſita, unum ex gravioribus reputari. Textus in *cap. felicis* 5. *de Pœn. in* 6.

Equidem Anton. Mathæus de *Crim. in pro-* 54
*legomen. cit. cap.* 4. *num.* 3. & 4. nonnulla in medium adducit, quæ doctrinam noſtram ſugillent. Et primò quidem ex innato erga Sedem Apoſtolicam livore perſtringit Alexandrum III. quòd adulterium, quod inter Delicta, ſuâpte natura gravia, in *num.* 51. numeravimus, in *cap. at ſi* 4. §. *de adulteriis &c. de Judic.* numeret inter Delicta leviora; ea ex ratio-

ratione, ut impiè ſcribit hic Author, quia
Sanctiſſimi Patres (ita per ironiam Summos
Pontifices appellat) nimis indulſerunt ei vi-
tio, in quod maximè ſe proclives ſentiebant.
55 Secundò objicit, quòd Juſtinianus in *Nov.* 134.
*cap.* 10. adulterum puniat gladiô; adulteram
autem, virgis cæſam, in Monaſterium detru-
dat; Carolus V. econtrà ſicarios enſe, laqueô
ſures interimi jubeat: & tamen nemo dixe-
rit, vel adulteros graviùs peccare, quàm adul-
teras; vel furtum cæde gravius eſſe. Ergo,
ſubinfert Mathæus, ſunt ridiculi, qui, ut
propoſitem de pœnis notam adſtruerent, id
ſcribere non ſunt veriti.
56 Sed videamus, an calumnia non calumniâ,
ſed æquanimi calamô retundi poſſit? Quoad
primum egregiè notavit Gonzalez ad *cit. cap.*
*&* §. *num.* 1. ab Alexandro III. adulterium
quoad naturam inter Delicta minora non re-
cenſeri, ſed tantùm in ordine ad diſpenſatio-
nem Epiſcopi cum minoribus æquiparari: nec
enim illa verba: *& in aliis criminibus, quæ ſunt
minora*, repetitiva ſunt priorum, ſed potiùs
argumentativa, ut ſenſus ſit: ſicut in minori-
bus Delictis cum Clericis quoad irregularita-
tem aut ſuſpenſionem diſpenſare poteſt Epi-
ſcopus; ſic etiam in majoribus in adulterio.
Quoad ſecundum de adulterio uxoris & ma- 57
riti communis ferè JCtorum ſenſus eſt, fœmi-
narum quàm virorum Delicta propter judicii
debilitatem eſſe minora, præſertim in mate-
ria carnis, ubi fœminæ plerumque non ſedu-
cunt, ſed ſeducuntur à viris. De furto ad- 58
vertit Gletle *cit. ſupra Juriſprud. terrib. cap. un.*
§. 2. *num. ult.* ſinè piaculo furtum gravius ho-
micidiô nominari poſſe: quandoquidem, ut
patet ex *num.* 52. Delictorum gravitas non
tantùm ex natura ſua, ſed etiam ex variis cir-
cumſtantiis æſtimatur. Talis circum- 59
ſtantia non immeritò cenſetur major vel mi-
nor hominum proclivitas in unum Delictum
præ alio: utpote cùm major proclivitas magis
officiat Reipublicæ, cujus non parum inte-
reſt, crimina nimiùm non multiplicari. Cùm
igitur homines ad furta ſint proniores quàm
ad homicidia; furtum homicidiô gravius,
non ex indole nativa, ſed circumſtantiis ju-
dicatur.

## §. III.

### *Reliquæ Delicti diviſiones.*

60 DElictum III. dividitur in nominatum, &
innominatum. *Nominatum* eſt, quod cer-
tum ac ſpecificum nomen habet, v. g. furtum,
homicidium &c. *Innominatum* eſt, quod cer-
tum ac ſpecificum nomen non habet, quale
eſt crimen ſtellionatûs, quod, cùm de pluri-
bus Delictis, ſpecie differentibûs, prædicari
valeat, &, ut loquitur Ulpianis in *l. ſtelliona-
tus* 3. §. 1. *ff. de Stellion. ubicunque titulus crimi-
nis deficit, illic ſtellionatus objiciatur*, nomen ſpe-
cificum habere non cenſetur.
61 IV. Delictum dividitur in Eccleſiaſticum,
Sæculare, & mixtum. *Eccleſiaſticum* voca-
tur, cujus diſceptatio privativè ſpectat ad fo-
rum Eccleſiaſticum; cujus claſſis eſt hæreſis
*cap. ut inquiſitionis* 18. *de Hæretic. in* 6. apoſtaſia
& ſimonia *arg. cap. nulli* 5. *Diſt.* 19. & *cap. ult.*
62 *I. quæſt.* 7. *Sæculare* eſt, cujus diſceptatio,
ſi committatur à Laico, privativè ſpectat ad
forum Sæculare; cujus ſortis ſunt crimen
læſæ Majeſtatis, homicidii, peculatûs, & ple-
63 raque crimina. *Mixtum* eſt, cujus diſce-
ptatio pertinet ad utrumque forum, Eccleſia-
ſticum & Sæculare; cujus generis ſunt uſu-
64 ra, blaſphemia, inceſtus &c. Eccleſia
tamen, quæ gladium temporalem ad vitæ
naturalis ademptionem juxta *cap. inter hæc* 6.
*XXXIII. q.* 2. non ſtringit, punitioni horum cri-
minum, quantùm agitur ad pœnam ſangui-
nis, aut pœnam corporis afflictivam, ſe im-
miſcere non ſolet.
V. Delictum dividitur in notorium & oc 65
cultum. *Occultum* appellatur, quod ita ma-
nifeſtum non eſt, ut negari ſinè impudentia
non poſſit. *Notorium* dicitur, quod ita 66
manifeſtum eſt, ut nullâ excuſatione celari
poſſit. Idque dupliciter accidit, de Jure &
facto. *De Jure* notorium eſt crimen, de quo
reus eſt confeſſus, convictus, aut condem-
natus in judicio *cap. veſtra* 7. *cap. ult. de Coha-
bitat. Clericor. & mulier.* *De facto* noto- 67
rium eſt crimen, quod eſt commiſſum in con-
ſpectu totius populi, majoris partis, aut ſal-
tem 10. vel 6. perſonarum, nec ullâ tergi-
verſatione vel excuſatione defendi poteſt *cap.
tua nos* 8. *d. t.* Paſſerin. in *Tribun. regular. q.* 10.
*num.* 4. P. Wieſtner ad *tit. de Accuſat. n.* 3.
*& ſeqq.*
VI. & ultimò Delictum dividitur in exce- 68
ptum & non-exceptum. *Exceptum* eſt, quod
generali Legis diſpoſitione non continetur;
cujuſmodi de Jure Canonico eſt crimen hæ-
reſis & ſimoniæ: de Jure Civili crimen Maje-
ſtatis & perduellionis. *Non-exceptum* eſt,
quod ſub generali Legis diſpoſitione contine-
tur, cujuſmodi ſunt reliqua Delicta.

CAPUT



# CAPUT II.

## *De Perſonis Delinquentibus.*

CAuſa efficiens Delicti, ut loquuntur, eſt perſona delinquens. Delinquit autem perſona vel principaliter vel miniſterialiter; delinquit vel moraliter vel phyſicè. Id, quomodò contingat, hoc ipſum Caput edocebit.

# SECTIO I.

## *De Perſonis delinquentibus in genere.*

### SUMMARIA.

1. *Quinam cenſeantur delinquere.* 2. *Delinquunt mares & fœminæ.* 3. & 4. *Liberi & Servi.* 5. *Patres & filiifamilias.* 6. *Plebei & nobiles.* 7. *In delinquente requiritur capacitas intellectûs.* 8. *& ſeqq. Hinc excipiuntur infantes.* 11. *& ſeq. Non autem pueri.* 13. *& ſeq. Minus puberes.* 15. *& ſeq. Niſi Delictum ſit merè civile.* 17. *& ſeqq. Excipiuntur etiam furioſi, tempore furoris delinquentes.* 21. *Item fatui.* 22. *& ſeq. Non item prodigi.* 24. *& ſeq. Excipiuntur etiam dormientes.* 26. *Plenè ebrii.* 27. *& ſeq. Non etiam ſemiplenè tales.* 29. *Irati, niſi delinquant in motu primo, non eximuntur.* 30. *Quandoque tamen mitigatur pœna.*

## §. I.

### *Quinam in genere cenſeantur delinquere?*

1 IN genere cenſentur delinquere, qui com-
mittunt factum, à Legibus improbatum,
aut omittunt actum, à Legibus imperatum,
& rationis ſunt capaces.
2 Nec refert I. maſculi ſint, an fœminæ:
nam & has & illos obligari delicto, cùm & Le-
gibus teneantur, nulla eſt controverſia per
*l. ſi quis* 7. §. 1. *ff. de Juriſdict. l. cùm aliter* 1.
§. 32. *ff. de SCto Silan.* licèt in qualitate pœna-
rum ſexûs habeatur ratio, & fœminæ leniùs
puniantur, quàm mares *ex cap.* 1. *num.* 57.
3 Nec refert II. liberi ſint, aut ſervi: ſervi-
lis enim conditio non eximit ab obligatione
Legis, ſed arctius adſtringit *l. ſervi* 14 *ff. de O.
& A. l. hos accuſare* 12. §. *ult. ff. de Accuſation.*
4 Dominus autem ex Delicto ſervi & hodie ex
Delicto famuli non tenetur, niſi deliquerit in
officio, vel dominus ſciverit, permiſerit, aut,
cùm potuiſſet, non prohibuerit *l. Lege Corne-
lia* 9. §. 1. *ff. ad L. Cornel. de falſis.* Lauterb. ad
*tit. ff. de Privat. Del.* §. 15.
Nec refert III. paterfamilias ſit, vel filius- 5
familias: nam & filiusfamilias non minùs ex
Delicto quàm contractu obſtringitur *d. l. ſi
quis* 1. §. 1. *l. ſi familia* 9. *ff. de Juriſdict.* ita ta-
men, ut contra patrem experiri non liceat *l.
ſi quis* 5. §. 5. *ff. de O. & A. & t. t. Cod. Ne filius
pro patre, vel pater pro filio &c.*
Ne refert IV. plebejus quis, nobilis, aut di- 6
gnitate ſit excellens *l. in ſervorum* 10. *in pr. l.
aut facta* 16. §. 3. *ff. de Pœnis.* quò enim emi-
nentior gradus & ordo eſt, eò magis à pro-
bris & noxis eſt cavendum. Textus in *cap. Pau-
lus* 28. *& ſeqq.* item *cap. nos ſi* 41. *& ſeqq. II. q.* 7.

## §. II.

### *Qualiter Infantes & Adoleſcentes delinquant?*

7 QUoniam ex *num.* 1. in delinquentibus
exigitur capacitas rationis, infantes,
ſeptenniô minores, delinquere non poſſunt
*l. quod infans* 60. *ff. de R. V. l. penult. in f. ff. de*
8 *Fideicommiſſar. libertat.* Quòd autem
nec infans unius diei liber à peccato dicatur in
*cap. ſi enim* 40. §. *eligant.* ℣. *nos autem de Pœnit.
Diſt.* 2. *& cap. adhuc* 32. ℣. *in multis de Pœnit.
Diſt.* 3. *propè fin.* id de peccato originali, &
contracta exinde peccatorum actualium pro-
clivitate debet intelligi. Gonzalez ad *cap. ult.*
9 *de Delict. pueror. num.* 14. Et, ſi lega-
mus apud D. Gregorium *lib.* 4. *Dialog. cap.* 19.
infantem 5. annorum, ob blaſphemias è pa-
rentum manibus abreptum à diabolo fuiſſe;
cum eod. Gonzal. *num.* 9. credendum, hoc
accidiſſe non in pœnam infantis, ſed paren-
tum, qui blaſphemias in infante tolerârunt,
aut malô exemplô blaſphemare docuerunt.
Idem eſt judicium de pueris, infantiæ pro- 10
ximis: cùm enim defœcatus rationis uſus
his quoque deeſſe præſumatur §. *ſed quod* 10.
*Inſtit. de Inutil. ſtipul. l. impuberem* 22. *in pr. ff. ad
L. Cornel. de falſ.* ſupplicium non extimeſcunt.
Farinac. *pract. crim. q.* 92. *num.* 46. Lauterb.
*ad tit. ff. de Privat. Del.* §. 17.
Aliud tenendum de pueris, infantiam 11
egreſſis, & pubertati proximis: his enim, ſi-
cuti

cuti maturior irradiat intellectus, ita ex inte-
gro pœna non condonatur *cap. pueris* 1. *de De-*
12 *lict. puer. l. pupillum* 111. *ff. de R. J.* Dixi
*ex integro:* nam, quia regulariter tanta non
ineſt ipſis malitia, quanta puberibus, mitiori
caſtigatione ſuos exceſſus luere ſolent *d. cap.*
*pueris* 1. *l. fere* 108. *ff. d. t.* ibi: *ferè in omnibus pœ-*
*nalibus judiciis & ætati & imprudentiæ ſuccurritur.*
13 Puberibus, tametſi 25. annis minores exi-
ſtant, de pœna ordinaria nihil ordinariè re-
mitti, traditur in *l. ſi ex cauſa* 9. §. 2. *l. auxilium*
37. §. 1. *ff. de Minorib. l. in criminibus* 1. *l. ult. Cod.*
*ſi adverſ. Del.* ubi generatim dicitur, minori-
bus in Delictis ne quidem auxiliô reſtitutionis
ſubveniri. Carpzov. *pract. crim. p.* 3. *q.* 143.
14 *num.* 59. *& ſeqq.* Lauterb. *cit. l.* §. 19. Quam-
quàm in mitiorem partem inclinent, & pœnæ
moderationem ſuadeant Clarus & Menoch.
apud P. Wieſtner ad *tit. de Delict. puer. n.* 5.
Quam mitiorem opinionem per modum ex-
ceptionis in concurſu aliarum circumſtantia-
rum Lauterb. *d. l.* admittit. Interim, 15
ſi Delictum merè ſit civile, nec aliô, quàm Ci-
vili Jure prohibitum, minores perinde ac im-
puberes à pœna DD. communiter eximunt
per textum in *l. ult. Cod. Si adverſ. Del. l. mino-*
*ribus* 6. *Cod. de His, quibus ut indign.* Cùm 16
enim ignorantia Juris Civilis in minoribus
promiſcuè toleretur *l. regula* 9. *in princ. ff. de*
*Jur. & facti ignor.* Delictum civile non
tam ipſorum malitiæ quàm inſcitiæ adſcri-
bitur.

## §. III.

### *Qualiter furioſi vel prodigi delinquant?*

17 Cùm furioſus adinſtar infantis mente ſit de-
ſtitutus, Delicti capax non cenſetur *l.*
*ſed etſi* 5. §. 2. *ff. ad L. Aquil. l. illud relatum* 3.
18 §. 1. *ff. de Injur.* Quòdſi tamen inter-
valla furoris habeat, intereſt, an durante fu-
rore quid illicitum admiſerit, an furore ceſ-
ſante. Priore caſu ob defectum ſufficientis
deliberationis nec delinquere cenſetur; nec,
ſi remiſerit intemperies animi, coërceri po-
19 teſt per *l. Divus* 14. *ff. de Offic. Præſid.* Po-
ſteriore caſu nihil deficit ad verum Delictum;
ideóque nec pœna remittitur, licèt eô pri-
mùm tempore, quô animus judicatur eſſe pa-
catus, ob animæ ſalutem executioni mande-
tur per *cit. l. Divus* 14. Gail. *lib.* 2. *Obſ.* 110.
*n.* 22. Carpzov. *pract. crim. p.* 3. *q.* 145. *num.* 9.
*& ſeqq.* Anton. Math. *de Crim. in proleg. cap.* 2.
*num.* 7. Lauterb. *cit. l.* §. 20. ubi de praxi teſta-
tur.
20 In dubio, num quis tempore furoris aut lu-
cidi intervalli probroſum quid perpetraverit?
Standum eſt pro furore, utpote qui firmas in
mente radices agere, &, cùm impetuoſus
ſit, ægrè cohiberi poſſe, dicitur. Gletle
*Juriſprud. terrib.* ſæpè *cit. p.* 1. *cap. un.* §. 3. *n.* 25.
Furioſis conſimiles ſunt fatui, qui placidè 21
delirant; at diſſimiles ſemi fatui, ſubſtupidi,
vel melancholici: tales etenim, cùm tantô
rationis lumine polleant, ut bonum à malo
ſecernere poſſint, Delicti non ſunt incapaces;
minori tamen caſtigatione, propter imperfe-
ctionem judicii, percellendi. Carpzov. *cit.*
*q.* 245 *num.* 53. Lauterb. *cit.* §. 20.
De prodigo quidem in *l. furioſ.* 40. *ff. de* 22
*R. J.* legitur, eum quoad inefficaciam volun-
tatis æquiparari furioſo. Verùm hanc æqui-
parationem non abſolutam, ſed ad negotia
tantùm civilia bonorumque adminiſtratio-
nem eſſe reſtrictam, comprobat textus in *l.*
*his qui* 12. §. *ult. in fin. ff. de Tutorib. & Curator.*
*dat.* Et ratio, quòd prodigis non deficiat 23
mens ſana, potens malum à bono diſtingue-
re. Carpzov. *d. p.* 3. *q.* 118. *num.* 27. *& ſeq.*
Anton. Math. *d. cap.* 2. *num.* 11.

## §. IV.

### *Qualiter dormientes, ebrii, vel irati delinquant?*

24 Dormientes aut infantibus, quibus uſura
rationis eſt ſuſpenſa; aut mortuis, qui
nihil ſentiunt, aſſimilari ſolent. Sicut ergo
Delictum in infantibus aut mortuis non quæ-
25 rimus; ita nec in dormientibus; niſi cauſam
& culpam in vigiliis dederint; vel ſciverint,
ſe in ſomno turbulentos & inquietos eſſe, nec
tamen cautelam neceſſariam adhibuerint.
Anton. Math. *cit. cap.* 2. *num.* 13. Gletle *cit.*
*cap. un.* §. 3. *num.* 32.
26 Ebrii vel ſunt pleni ſeu perfectè tales, vel
ſemi-pleni, ſeu imperfectè tales. Ebrii ple-
ni, cùm rationis diluculum prorſus amittant,
neutiquàm pœnaliter delinquunt; præter-
quàm ſi eo duntaxat fine ſe inebrient, ut fiant
27 audaciores ad delinquendum. Ebrii
ſemi-pleni non excuſantur à Delicto: reti-
nent enim intellectum tam ſerenum, ut, quid
permiſſum aut vetitum ſit, ſatis intelligant.
Et hinc nihil eſt frequentiùs, quàm ut lurco- 28
nes & bibones, qui plerumque ex temulen-
tia in rixas, inſolentias, & fœditates deſpu-
mant, in utroque foro inſigniter puniantur.
Anton. Math. *d. l. n.* 14. Gletle *cit. l. n.* 33.
Iratos animô perturbatos, ſibique præſen- 29
tes non eſſe, nemo non fatetur. At non
omnis, qui peccat in iracundia, expers eſt
Delicti. Niſi enim impetus iracundiæ præ-
vertat intellectum, ſitque motus primò pri-
mus, ut loquimur in ſcholis, immunitatem
à Delicto & pœna non tribuit: alioquin vix
aliquem homicidii condemnare poſſemus,
dum homicidium vix aliquis, qui motibûs ira-
cundiæ non agitur in transverſum, commit-
tit. Si tamen ex graviori cauſa quis 30
ſtimuletur ad iram, leviori pœnæ ſubjicitur:
cùm, ut diſſerit Papinianus in *l. ſi adulterium*
38. §. 8. *ff. ad L. Jul. de Adult. difficillimum ſit,*
*juſtum dolorem temperare.* Anton. Math. *d.*
*num.* 14. Gletle *cit. l. num.* 34. Clariſſim. D.
Franz ad *tit. Inſtit. de Obligat. quæ ex Del. p.* 1.
*num.* 29.



# SECTIO II.

## *De Perſonis, ad Delictum phyſicè concurrentibus.*

### SUMMARIA.

31. *& ſeqq. Deſcribuntur varii modi delinquendi.* 36. *& ſeq. Qui concurrunt proximè & phyſicè ad Delictum ante illius commiſſionem, cenſentur ejusdem criminis cum principalibus rei.* 38. *Secus eſt, ſi hoc ignoranter;* aut 39. *remotè tantùm fecerint.* 40. *& ſeqq. Qui in ipſo Delicto miniſterialiter & phyſicè concurrit, perinde cenſetur delinquere.* 44. *& ſeq. Poſt Delictum, ſi quis auxilium præſtet, non eſt ejusdem Delicti reus;* 46. *Niſi tractatus prævius anteceſſerit.*

## §. I.

### *De illis, qui ante commiſſum Delictum ad illud phyſicè concurrunt.*

31 Phyſicè delinquunt, qui phyſicum ſeu rea-
lem influxum aut concurſum ad Delictum
contribuunt; vel principaliter ac per ſe, vel
32 inſtrumentaliter & miniſterialiter. *Prin-*
*cipaliter* & phyſicè concurrit, qui nomine pro-
prio & in commodum proprium delinquit.
*Inſtrumentaliter* aut *miniſterialiter* concurrit,
qui principaliter delinquenti miniſterium vel
33 auxilium confert. Idque poteſt fieri
primò ante Delictum, velut ſi furi ſcalam ac-
commodes; ſicario arma mortifera ſubmini-
34 ſtres; venefico pares venena. Atque
hoc rurſus accidere poteſt vel *proximè*, ut abs-
que alterius concurſu Delictum non fuiſſet
admiſſum, ſicuti ſi fur ſinè ſcalis, à te com-
modatis; ſicarius absque gladio, à te porre-
ctô; veneficus absque veneno, à te paratô,
intentatum nefas in effectum deducere non
35 valuiſſet; vel *remotè*, ut absque tuo concurſu
Delictum nihiloſecius accidiſſet, fortè quòd,
etiam te nihil conferente, alius ſcalam ad fu-
randum, gladium ad occidendum, aut vene-
num ad perimendum obtuliſſet.
36 Qui itaque in Delictum per antecedentem
concurſum proximè & ſcienter influit, ejus-
dem cum principaliter delinquente criminis
& ſupplicii reus eſt. Textus ſunt in §. *inter-*
*dum* 11. *Inſtit. de Obligat ex Del. l. ſi pignore* 54.
§. 4. *ff. de Furt. l. ejusdem* 3. *in pr. &* §. 1. *ff. ad L.*
*Cornel. de ſicar.* Ratio eſt: quia De- 37
lictum jure adſcribitur illi, ſinè cujus volun-
tario concurſu non eveniſſet: nihil ſiquidem
refert, ut ait JCtus in *l. nihil intereſt* 15. *ff. d. t.*
*occidat quis, an cauſam mortis præbeat.*
Dixi *& ſcienter*: ſi enim ignoranter inſtru- 38
menta vel arma ſubminiſtraveris, exiſtimans,
eadem ad alium & honeſtum finem applican-
da fore, Delictum tibi neutiquàm imputa-
tur *d. l. ſi pignore* 54. §. 4. *ff. de Furt.* quia Deli-
ctum, ubi malitioſus animus exulat, locum
habere nequit.
Qui verò concurrit tantùm remotè ad De- 39
lictum, pœnâ quidem ordinariâ non afficitur:
quia in Delictum, quod ſinè illius concurſu
nihilominùs admitteretur, hìc & nunc influe-
re non præſumitur; attamen, quia mali-
gnus animus culpâ non vacat, extra ordinem
punitur. Gletle *cit. cap. un.* §. 3. *n.* 15.

## §. II.

### *De illis, qui in ipſo Delicto concurrunt.*

40 Secundò poteſt quis inſtrumentaliter & mi-
niſterialiter ad Delictum concurrere in
ipſo Delicto, ſeu eô tempore, quô perficitur,
uti ſi quis applicet & teneat ſcalam, quam fur
aſcendit; ſi portam effringat, per quam ſub-
intret prædo; ſi cubiculum obſideat, ut adul-
ter liberiùs vacare poſſit libidini; ſi armatus
adſtet, ne homicidium aut aliud flagitium
impediatur.
41 Talis itaque, velut ſocius & miniſter ſcele-
ris, perinde ac cauſa principalis, pœnæ or-
dinariæ ſubjacet. Textus in *l. item Mela* 11.
§. 1. *ff. ad L. Aquil.* ibi: *ſi alius tenuit, alius in-*
*teremit, is, qui tenuit, quaſi mortis cauſam præ-*
*buit &c. l. non ſtatim* 6. §. *ult. ff. de Lege Fabia de*
*Plagiar. l. un. Cod. de Crimin. Peculat. Nov.* 134.
*cap.* 10. Ratio eſt: quia, qui miniſte- 42
riô ſuô complex eſt criminis, idem in effe-
ctu malum infert proximo vel Reipublicæ,
quod principalis delinquens. Ergo, coërci-
tionem æqualem ſubeat, oportet.
Nec obloquitur textus in *l. un. Cod. de Nili* 43
*aggerib. non rumpend.* ubi, qui aggeres Nili dis-
rupit, flammis ſubjicitur; conſcii verò & con-
ſortes deportari jubentur. Nam, ut textum
hunc explicat *cit.* Gletle *num.* 16. per conſor-
tes non intelliguntur ſocii criminis, qui
concurſum in ipſo crimine & opere turpi
præſtiterunt, ſed qui remotum aut prævium
auxilium tulerunt.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

## §. III.

### *De illis, qui poſt Delictum concurrunt.*

44 TErtiò miniſteriàliter & inſtrumentaliter
delinquit, qui, Delictô jam conſumma-
tô, delinquenti ſuccurrit, eidemque v. g.
occaſionem elabendi facit, aut ipſemet ma-
45 leficum, ne deprehendatur, occultat. Hu-
juſmodi concurſus, ſi tractatus alius non an-
teceſſerit, eſt quidem culpabilis & punibilis;
attamen, quia Delictum jam ſupponitur eſſe
conſummatum, non ordinariâ & æquali cum
principali delinquente pœnâ coërcetur.

Dixi: *ſi tractatus alius non anteceſſerit.* Enim- 46
verò qui cum authoribus & adjutoribus ſce-
leris antecedenter paciſcitur, quòd viam,
occaſionem, & media parare velit, ut, per-
petratô flagitiô, poſſint effugere vel occulta-
ri, dubiô procul in crimen influit, ex ſenten-
tia ſæpe *cit.* Gletle *num.* 17. pœnâ ordinariâ
plectendus, ſaltem ſi tractatus iſte fuerit
cauſa, ſinè qua delinquentes in Delictum pro-
ruere non fuiſſent auſi.

# SECTIO II.

## *De Perſonis, ad Delictum moraliter concurrentibus.*

### SUMMARIA.

*47. Deſcribitur influxus moralis in Delictum. 48 & ſeq. Agitur de mandatario. 50. & ſeqq. Oſtenditur, quam pœnam mereatur mandatarius, qui mandanti parere neceſſum habuit. 57. Agitur de conſulente, quòd ejusdem cum principali criminis & pœnæ ſit reus. 58. & ſeqq. Reſp. ad textus oppoſitos. 62. & ſeq. Adduntur dua limitationes. 64. & ſeq. Qui revocat conſilium, ab ordinaria pœna liber eſt. 66. & ſeqq. Eliditur objectio. 69. & ſeqq. Agitur de ratihabente. 72. & ſeqq. Abſolvitur ab ordinaria pœna. 75. Agitur de non-impediente. 76. & ſeqq. Obſtringit ſe Delictô & pœnâ, ſi tenetur impedire ex juſtitia.*

## §. I.

### *De Mandantibus & Mandatariis Delicti.*

47 MOraliter in Delictum influit, qui qui-
dem influxum aut concurſum rea-
lem non præſtat, in communi tamen homi-
num exiſtimatione cum fundamento in re
48 cenſetur influere. Hujus ſortis eſt I. man-
dans: nam, qui mandat aut jubet Delictum,
utique cauſat & efficit Delictum, quod, ceſ-
ſante mandatô, nunquàm fuiſſet commiſſum:
ideòque taliter punitur, ac ſi Delictum phy-
ſicè commiſiſſet. Textus in *l. prætor. ait* 1. §.
12. *ff. de Vi & vi arm. l. non ſolum* 11. §. 3. *ff. de
Injur. l. non ideò* 5. *Cod. de Accuſation.*
49 An autem & quali pœnâ mulctandus ſit
mandatarius, qui mandatum de Delicto exe-
quitur? Cum diſtinctione decidendum eſt.
Vel enim ſcivit, negotium ſibi demandatum
eſſe prohibitum, vel non. Si prius; non
imparis cum mandante culpæ pœnæque reum
ſe facit: utpote cùm in Delictum phyſicè in-
fluat, & actum illicitum ponat. Stryck *in
uſu mod. Pand. ad tit. Mand.* §. 20. Si poſteri-
us; & culpâ & pœnâ vacuus eſt.
50 Quid verò, ſi mandatarius mandanti,
tanquàm domino, patri, vel Magiſtro pare-
re neceſſum habuit, adeòque fecit aut omiſit,
quod facere vel omittere juſſus eſt? Rurſus
cum diſtinctione reſpondendum. Vel enim
ſcivit, id, quod juſſus eſt, eſſe vetitum; vel
51 dubitavit. Si dubitavit; authoritas ju-
bentis, pro quo in dubio ſtat præſumptio,
excuſat. Si ſcivit; diſcrimen eſt faciendum

inter Delicta leviora & atrociora. In De- 52
lictis levioribus ignoſcitur ei, qui parendi ne-
ceſſitatem habuit *l. ad ea* 157. *in pr. l. non vide-
tur* 167. §. 1. *ff. de R. J.* veluti ſi quis ad juſſum
alterius per diminutionem patrimonii com-
miſit Delictum Legis Aquiliæ *l. liber homo* 37.
*in pr. ff. ad L. Aquil.* ſi filius ad juſſum patris vi-
duam, antequàm tranſegerit annum luctûs,
duxit *l. liberorum* 11. §. *ult. ff. de His qui not. in-
fam.* In Delictis atrocioribus non da- 53
tur quidem excuſatio à culpa *l. ſervos* 20. *ff.
de O. & A.* ſed, ut communiter docent, mi-
tigatio pœnæ conceditur *l. ſervus* 8. *Cod. ad L.
Jul. de Vi publ. l. ſi ſervus* 2. *Cod. de Sepulchro viol.*
Verùm Stryck *cit. l.* §. 21. omninò perpen- 54
dendum judicat, quâ ratione imperiô ſuô
uſus fuerit mandans, & an non mandatarius
ſe excuſare, vel aliter ab executione mandati
ſe liberare potuiſſet. Hôc namque 55
caſu parum excuſationis adeſſe pro mandata-
rio putat, quò minùs pœnam ordinariam ſub-
eat: quantum enim in ipſo fuit, modis omni-
bûs declinare & deprecari hoc mandatum
debuiſſet. Quòd ſi verò hæc omnia, 56
ſed fruſtra, tentaverit mandatarius, & ipſi
grave periculum in caſu ulterioris reſiſtentiæ
immineat, e.g. ſi Magiſter militum militi ſibi
ſubjecto, ut tertium vulneret, mandaverit,
&, ſi non fecerit, gladiô ſtrictô ſe illum pete-
re velle minitatus fuerit, omninò mandata-
rium ab ordinariâ pœnâ abſolvendũ exiſtimat.

§. II.



## §. II.

### *De Conſulente.*

57 SEcundò moraliter ad Delictum concurre-
re dicitur conſulens, ex cujus inſtinctu
vel ſuggeſtione alius ad delinquendum inci-
tatur: talis ſiquidem mandanti ſimilis repu-
tatur: eò quòd cauſam præbeat, ut ſcelus in
actum & effectum phyſicè redigatur; inde-
que inter delinquentes numeretur *l. qui ſer-
vo* 36. *in pr. l. ſi quis* 52. §. 21. *ff. de Furt. l. hac
verba* 12. *ff. ad L. Jul. de Adulter. l. Lege Corne-
lia* 1. *in pr. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. non ſtatim* 6.
§. *ult. ff. ad L. Fab. de Plagiar. l. accuſatorum* 1.
§. 13. *ff. ad SCtum Turpillian. l. aut facta* 16. *in
princ. ff. de Pœn.* Anton. Math. *in Prolegomen.
cap.* 1. *n.* 9.
58 Equidem in *l. in furti* 50. §. 3. *ff. de Furt.* con-
ſilium dare, & in crimen furti incidere ſolus
ille videtur, *qui perſuadet, & impellit, atque in-
59 ſtruit conſiliô ad furtum faciendum;* quin imò
in *l. 1. & hac verba* 20. *ff. de His, qui not. infam.* nul-
latenùs infamiam incurrere dicuntur, qui ſo-
lummodò fuerunt inſtigatores ad accuſatio-
60 nem, calumnioſè movendam. Sed
reſponſio in promptu eſt, quòd nempe in *cit.
l. in furti* 50. §. 3. ly & cum ly *atque* non in ſen-
ſu copulativo, ſed diſtributivo ſit accipiendum
61 *arg. l. ſæpe* 53. *in pr. ff. de V. S.* quòd ve *l. hac
verba* 20. non abſolutè neget, inſtigatorem
calumniæ infamiâ notari, ſed reſtrictivè, ſi
verba edicti prætorii, ſtatuentis infamiam,
reſpiciantur: ſi enim mens & intentio con-
ſideretur, inſtigator in *cit. l. accuſatorum* 1.
§. 13. *ff. ad SCtum Turpillian.* manifeſtè nota-
tur.
62 Si tamen ad conſilium unius crimen ab al-
terò in opus non fuerit deductum, conſu-
lens ſaltem ab ordinaria pœna liberabitur *d. l.
ſæpe* 53. §. 1. *in fin. ff. de V. S. l. ſi quis* 52. §. 19.
63 *ff. de Furt.* Imò, ſi crimen ad conſi-
lium alterius in effectum ſit redactum, ita ta-
men, ut, conſiliô quoque non datô, nihilomi-
nùs poſitum fuiſſet, conſulentem ab ordina-
ria pœna abſolvit Gletle *cit. ſupra cap. un.* §. 3.
*num.* 7. quia reipsâ Delicti cauſa non fuit.
64 Sed quid, ſi conſulens malignum conſilium,

antequàm ſcelus executioni fuerit manda-
tum, revocaverit? Hôc caſu pœnam ordi-
nariam putat dictandam laudatus Gletle *n.* 8.
quia ſceleſti conſilii tanta eſt virtus quoad
motum animi, ut, revocatione non obſtante,
nihiloſecius animum alliciat; quemadmo-
dùm ſi venenum alteri porrigatur, virtus ne-
candi remanet, eſto porrigens pœnitentiâ du-
catur. At, ſicut in *Lib. I. tract. de Po- 65
teſt. Ord. cap.* 6. *num.* 390. conſulentem, &,
quantùm eſt ex ſe, efficaciter revocantem
conſilium mortis aut mutilationis, adinſtar
mandantis, mandatum revocantis, ab irregu-
laritate non improbabiliter excuſandum cen-
ſui: quia ſcilicèt revocatio conſilii in morali
conſideratione idem præſtat, ac ſi conſilium
nunquam fuiſſet datum; & conſequenter, ſi
effectus ponatur, ponitur per accidens, ex ſo-
la alterius improbitate; ita nunc generatim
cenſeo, eum, qui revocat conſilium ſceleris,
ab ordinaria pœna excuſari poſſe.
Nec putes, diſparitatem inter mandantem 66
& conſulentem intercedere, quatenùs man-
datum, cùm ſolius mandantis utilitatem re-
ſpiciat, per revocationem vim movendi per-
dit; conſilium econtrà, cùm favorem illius,
cui datur, pro fine habeat, per revocationem
vim movendi non amittit. Sicut 67
enim mandatarius non ampliùs movetur ad
delinquendum, quando Delictum mandanti
non ampliùs acceptum eſſe cognovit: ſic, qui
conſilium accepit, non ampliùs movetur ad
delinquendum, quando per ſeriam conſilii
revocationem à conſulente intellexit, id ſibi
non ampliùs eſſe proficuum.
Minùs paritas de veneno ſtringit: nam ſo- 68
la pœnitentia non revocat porrectionem ve-
neni, ceu cauſam mortis; unde non facit, ut
mors porrigenti non adſcribatur. At ſola
conſilii revocatio, ſi vera & ſeria ſit, cauſam
Delicti tollit, idemque facit in æſtimatione
hominum, ac ſi conſilium nunquam adfuiſſet:
eapropter Delictum, poſteà ſecutum, conſu-
lenti non debet adſcribi.

## §. III.

### *De Ratihabente.*

69 TErtiò ad Delictum moraliter concurrit
ratihabens, qui nempe Delictum, ab
alio commiſſum, approbat, ac ratum & gra-
tum habet. Plurimùm autem intereſt, an
Delictum antecedens nomine ratihabentis ſit
commiſſum, fortè quòd delinquens credide-
rit, ſe magnum illi beneficium præſtiturum,
inimicum v. g. occidendô; num autem ipſius
70 delinquentis nomine contigerit. In
caſu primo ratihabens cenſetur in Delictum
moraliter influere: cùm ratihabitio tunc
æquiparetur mandato, & retrotrahatur ad
tempus completi ſceleris per textus in *cap. pe-

nult. de Sent. excommunicat. in* 6. *cap. ratihabitio-
nem* 10 *de R. J. eòd. in* 6. *l. hoc jure* 152. §. 2. *ff.
d. t. l. prætor ait* 1. §. 14. *ff. de Vi & vi arm.* In 71
caſu ſecundo ratihabens non cenſetur in De-
lictum influere: quia ratihabitio non æqui-
paratur mandato in Delictis, quæ nomine ra-
tihabentis commiſſa non fuère *d. cap. penult.
de Sentent. excommunicat. in* 6. *cap. ratum* 9. *de
R. J. eòd. in* 6. Gletle ſæpe *cit. cap. un.* §. 3.
*num.* 9.
Quòd autem memoratus Gletle cum Mo- 72
lina doceat, eum, qui Delictum, ſuô nomine
commiſſum, ratum habuit, pœnâ ordinariâ



percel-

percellendum eſſe propter textum in *cit. cap.*
73 *penult. de Sentent excommunicat. in 6.* aſſentiri
nequeo: quòd enim ratihabitio æquiparetur
mandato, non eſt veritas, ſed fictio Juris: ut-
pote cùm reverà non delinquat aut mandet
Delictum, qui, poſtquàm Delictum eſt abſo-
lutum, beneplacitum oſtendit. Cùm ergo
ratihabens in rei veritate cauſa Delicti non
ſit, eâdem cum vero delinquente pœnâ eun-
dem cum Anton. Marth. in *Prolegom. cit. cap. 1.*
*num. 14.* coërcere non poſſum; non obſtan- 74
te *cit. cap. penult.* quod, cùm ſingulare & pœ-
nale ſit, dictans excommunicationem in eos,
qui percuſſionem Clerici, ſuô nomine atten-
tatam, ratihabent, non extendi, ſed ad caſum
ſpecialem coarctari debet.

## §. IV.

### *De non-impediente.*

75 QUartò ad Delictum moraliter concurre-
re videtur, qui, cùm poſſet, Delictum
non impedit: *ſcriptum eſt enim*, ait textus in
*cap. ſicut dignum 6. §. illi de Homicid. qui potuit*
*hominem liberare à morte, & non liberavit, occidit.*
76 Ne tamen impingamus in alios textus Ju-
ris, D. Gletle *cit. l. n. 11.* diſtinctionem facit,
utrùm quis Delictum impedire fuerit obliga-
tus ex juſtitia, vel tantùm ex charitate, ſeu
alia virtute. Si ex juſtitia teneatur impedire,
veluti miles reſpectu ducis, & non impediat;
ejusdem Delicti reus eſt *l. deſertorem 3. §. ult.*
77 *l. omne Delictum 6. §. 1. ff. de Re milit.* Si
ex charitate ſeu alia virtute ſolùm teneatur;
eôdem Delictô ſe non obſtringit *l. frater 2. ff.*
*de Lege Pomp. de Parricid.* ubi frater, qui patri
non manifeſtavit, venenum ab alio fratre in
illius mortem parari, pœnam ordinariam
parricidii non incurrit. Ratio diſcri- 78
minis eſt: quia, qui Delictum non impedit,
ad quod impediendum ex juſtitia tenetur,
peccat contra juſtitiam, & conſequenter, ſi
Delictum adverſetur juſtitiæ, eandem con-
trahit malitiam: qui verò tantùm obliga-
tur ex charitate ſeu alia virtute, eandem cum
principali delinquente malitiam contrahere
nequit. Videatur tamen Anton. Math. *in*
*Prolegom. cit. cap. 1. n. 15.*

# CAPUT III.

## *De Effectu & Pœnis Delicti.*

VEnio ad effectum Delicti, qui præcipuè conſideratur in pœnis, ad coër-
cenda maleficia ſtatutis. Ex his cenſuras Eccleſiaſticas, & alias, quæ pra-
cticantur in foro Eccleſiaſtico longiùs; cæteras, quæ obtinent in foro Sæculari,
breviùs luſtrabo.

## SECTIO I.

### *De Pœnis in genere.*

#### SUMMARIA.

*1. Effectus proximus Delicti eſt obligatio reparandi damnum. 2. Remotus eſt actio civilis. 3. Quæ eſt perſonalis. 4. Quandoque rei perſecutoria. 5. Quandoque pœnalis. 6. Quandoque mixta. 7. & ſeq. Quâ is, cujus intereſt. 9. & ſeqq. Agit contra ſolum delinquentem. 12. Ut damnum datum reſarciat. 13. Eſt perpetua, ſi civilis ſit; & annalis, ſi prætoria. 14. Effectus remotus eſt etiam actio criminalis. 15. & ſeqq. Agitur per hanc ad pœnam juſtam, cujus requiſita recenſentur. 21. & ſeqq. Pœna eſt vel ordinaria, vel extraordinaria. 24. Vindicativa vel medicinalis. 25. Capitalis aut non-capitalis. 26. & ſeq. Soli homines ſunt ſubjectum pœnæ. 28. & ſeqq. Et quidem regulariter ſoli viventes. 34. Et delinquentes. 35. & ſeqq. Diſtinctè oſtenditur, quomodo communitas delinquens puniri valeat. 42. Pœnæ ſunt molliendæ, ſi cauſa rationabilis ſubſit. 43. Harum I. eſt diminutio voluntarii. 44. II. Alterius inſtigatio. 45. III. Infirmitas animi. 46. & ſeq. IV. Infirmitas corporis. 48. & ſeqq. V. Spontanea rei confeſſio. 52. & ſeq. VI. Diuturnitas temporis. 54. & ſeq. VII. Prolongatio carceris. 56. De aliis cauſis remiſſive. 57. Cauſa, pœnam aggravans, eſt locus. 58. Tempus. 59. Perſona, contra quam delinquitur. 60. Iteratio Delicti. 61. & ſeqq. Major ejusdem cauſæ declaratio. 64. Pœnarum rigor ſublevatur per Jus aggratiandi. 65. Competit Summo Principi. 66. Et Statibus Imperii. 67. & ſeq. Non autem aliis. 69. & ſeqq. Diſcutitur illa quæſtio, num pœna mortis, in antiquo teſtamento dictata, poſſit remitti? 73. & ſeqq. Stabilitur affirmativa. 76. & ſeqq. Reſpondetur ad rationes contrarias. 79. & ſeqq. Suggeritur temperamentum pro uſu juris aggratiandi.*



## §. I.

### *Quis effectus Delicti; quid Pœna ſit; & quotuplex?*

1 EFfectus Delicti alius eſt proximus; alius
remotus. Proximus eſt obligatio, re-
parandi damnum, per Delictum injuſtè cau-
ſatum, & ſubeundi pœnam, à Lege vel Judice
Delicto præfixam; de qua fusè diſſerui in
*Lib. I. tract. de Jure Leg. cap. 1. à num. 238.*
2 Remotus eſt actio civilis & criminalis. Ci-
vilis eſt actio perſonalis, quandoque rei per-
ſecutoria, quandoque pœnalis, quandoque
mixta, quâ is, cujus intereſt, agit contra de-
linquentem, ut damnum datum reſarciat, aut
pœnam, in compenſationem damni vel ſatis-
factionem præſtitutam, ſolvat.
3 Dixi I. *actio perſonalis.* Delictum enim eſt
radix & cauſa perſonalis, nec poteſt operari
jus aliud, quàm perſonale, quod ſcilicèt afficit
paſſivè ſolam perſonam delinquentem *l. civi-*
*lis 1. in pr. & §. 2. ff. de Privat. Delict. t. t. Cod.*
*Ne filius pro patre &c. Ne uxor pro marito &c.*
4 Dixi II. *quandoque rei perſecutoria.* Nam
quædam actiones ex Delicto conſurgunt, quæ
præcisè tendunt ad perſequendum & peten-
dum, quod alicui ex patrimonio abeſt, puta
condictio furtiva, actio ad palinodiam, actio
ex L. Aquilia, ſi res tempore damni cauſati
plurimi fuerit.
5 Dixi III. *quandoque pœnalis.* Sunt enim ac-
tiones aliæ ex Delicto, quæ pœnam ſolum-
modò perſequuntur, vel in duplum, qualis
eſt actio furti nec manifeſti; vel in quadru-
plum, qualis eſt actio furti manifeſti.
6 Dixi IV. *quandoque mixta*, id eſt, partim rei
perſecutoria, partim pœnalis; cujusmodi eſt
actio condictitia ſportularum, quâ is, qui
majorem quantitatem in libello expreſſit,
præter damni veram æſtimationem adhuc
duplum ſolvere conſtringitur *§. tripli 24. Inſt.*
*de Action.* nec non condictio adversùs execu-
tores litium, quâ miniſtri publici conveniun-
tur ad ſolvendum quadruplum ejus, quod ul-
tra debitas ſportulas exegerunt *§. quadrupli 25.*
*Inſt. eôd.*
7 Dixi V. *quâ is, cujus intereſt.* Intereſt au-
tem ipſius perſonæ, ab altero læſæ; intereſt
etiam hæredum, ſi damnum cauſatum ſit pe-
cuniarium & patrimoniale ſupra *cit. l. civilis 1.*
*§. 1. ff. de Privat. Del. §. non autem 1. Inſtitut. de*
8 *Perpet. & temporal. act.* Secus, ſi damnum
ſit honoris & famæ, & actio, exinde nata, vin-
dictam ſapiat, qualis eſt actio injuriarum *cit.*
*textib.* Lauterb. ad *tit. ff. de Privat. Del.* §. 30.
Miller ad Struv. *exercit. 47. lit. c.*
9 Dixi VI. *agit contra delinquentem.* Nam
Delicta ſuos afficiunt authores *l. crimen 26. ff.*
*l. ſancimus 22. Cod. de Pœn.* nec ſucceſſores an-
teceſſorum culpam luere tenentur ex *num. 3.*
10 Idque non tantùm in actionibus pœnalibus,
ſed etiam in actionibus ex Delicto rei perſe-
cutoriis verificari, ut hæredes de Jure Civili
ad reſarcitionem damni, ſi nihil ad ipſos per-
venerit, non teneantur, dictum eſt in *Lib. II.*
*tract. III. de Proceſſu Judic. cap. 1. à num. 70.*
Quamvis de Jure Canonico hæres teneatur 11
exonerare conſcientiam defuncti, &, in tan-
tum, quantum invenerit in hæreditate, illius
creditoribus ſatisfacere *cap. ult. de Sepultur. cap.*
*penult. de Raptorib.*
Dixi VII. *ut damnum datum reſarciat &c.* 12
Ubi aſſignatur objectum actionis ex Delicto,
quod eſt vel ſolum intereſſe, vel ſola pœna,
vel utrumque.
Et hæc actio ex Delicto eſt perpetua, quan- 13
do illius cauſa remota & origo eſt Jus Civile;
quando autem cauſa vel origo eſt Jus Præto-
rium, regulariter cenſetur eſſe annalis, uti
concluſum in *Lib. I. tract. de Præſcript. cap. 5.*
*num. 523. 529. & ſeq.*
Actio criminalis eſt idem ac accuſatio, quâ 14
principaliter agitur ad vindictam publicam,
& pœnam delinquenti irrogandam; de qua in
*cap. ſeq.* Pœna itaque, in ſatisfactionem Rei-
publicæ præſtanda, conſtituit objectum prin-
cipale actionis criminalis.
Eſt autem pœna nihil aliud, quàm Delicti 15
juſta coërcitio. Hæcque juſta coërcitio re-
quirit I. honeſtum finem, ut nempe non quie-
ſcat in nudo alterius malo, ſed eò tendat, ut
vel reus emendetur; vel, ſi noluerit emen-
dare, reddatur inhabilis ad peccandum; vel
ut ſcandalum, ſcelere datum, exemplô pœnæ
reparetur. Requirit II. authoritatem 16
publicam: cùm enim ex una parte coërcitio
tendat ad utilitatem publicam; ex altera
parte non expediat, cuilibet privato coër-
cendi poteſtatem concedere: neceſſum eſt,
ut pœna ab eo, qui fulget authoritate publi-
câ, dictetur. Requirit III. proportio- 17
nem & æqualitatem, ut in eo gradu ſe conti-
neat, in quo malitia delinquentis erat poſita.
Gletle *Jurisprud. fundament. tit. 1. cap 5. §. 7.*
*num. 3.* Conſequens eſt, quòd in pœ- 18
narum impoſitione non geometrica ſed arith-
methica ſervetur proportio per dicta in *to. 1.*
*tract. praamb. cap. 2. n. 82.* cùm enim, ut mo-
nitum in *cap. 1. num. 53.* gravitas pœnæ de-
beat correſpondere gravitati culpæ; & juxta
*Deuteron. cap. 25. pro menſura delicti debeat eſſe*
*plagarum modus;* non minùs in pœnarum
qualitate & quantitate proportio arithmeti-
ca, & æqualitas rei ad rem, quàm in contra-
ctibus & cæteris actibus juſtitiæ commutati-
væ, debet obſervari.
Nec obſtat, quod ex *l. in ſervorum 10. in pr.* 19
*l. capitalium 28. §. ult. ff. de Pœn.* objicit Ant.
Math. de *Criminib. ad lib. 48. ff. tit. 18. cap. 4.*
*num. 7.* graviùs ſervos, quàm homines inge-

 nuos

nuos caſtigari; ſicque reſpectum ad perſonam
haberi, & proportionem geometricam ob-
20 ſervari. Siquidem vel Delicta ſervo-
rum atrociora ſunt Delictis ingenuorum; vel
pœnæ, quæ reſpectu hominum liberorum ſunt
graves, reſpectu plebejorum ſunt leves: cùm
iſti cruciatu corporis; illi infamiâ, contume-
liis, & aliis animi doloribus acerbiùs torque-
antur.
21 Dividitur pœna I. in ordinariam & extra-
ordinariam. *Ordinaria* eſt, quæ certam men-
ſuram à Lege determinatam habet. *Extra-
ordinaria* eſt, quæ Judicis arbitrio relinquitur;
22 eaque de cauſa vocatur arbitraria. Vi-
detur autem in communem ferè regulam ho-
die tranſiiſſe, pœnas criminum arbitrarias
eſſe, velut inſinuat Carpzov. *pract. crimin. p.* 1.
*quaſt.* 18. *n.* 1. Quam tamen Clariſſ.
D. Braun *p.m. de Imperio mero & mixto cap.* 1.
§. 4. *n.* 38. ſic intelligit, ut liceat inferiori Ju-
dici pœnam, à Lege ſtatutam, augere vel mi-
nuere, non ex motivo intrinſeco, ad Judi-
cium impertinente, puta amicitiæ vel inimi-
citiæ; ſed ex motivo intrinſeco, ſeu reſi- 23
dente in ipſis Delicti vel delinquentis circum-
ſtantiis: nec enim inferiori Judici licet im-
mutare Legem, à Judice ſuperiori circa reo-
rum ſupplicia conſtitutam per textus in *l. ac-
cuſatorum* 1. §. 4. *ff. ad SCtum Turpillian. l.
aliud* 131. §. 1. *ff. de V. S.*
Dividitur II. pœna in vindicativam & me- 24
dicinalem. *Vindicativa* eſt, quæ intendit re-
parare injuriam, ipſi Reipublicæ irrogatam,
& ordinariè in foro Sæculari dictatur. *Me-
dicinalis* eſt, quæ potiùs emendationem delin-
quentium reſpicit, ac plerumque in foro Ec-
cleſiaſtico infligitur.
Dividitur III. in capitalem & non-capita- 25
lem. *Capitalis* eſt, quâ vita, civili aut
naturalis adimitur. *Non-capitalis* eſt, quâ
corpus affligitur, animus cruciatur, aut bona
auferuntur.

## §. II.

## *Quinam Pœnæ ſubjaceant?*

26 SUbjectum pœnæ eſt homo vivens, delin-
quens. Dixi *homo.* Ut excludantur
bruta, quæ, ſicut ob rationis defectum juris,
obligationis, & culpæ ſunt incapacia; ita ſup-
27 plicium non incurrunt; &, ſi aliquando flam-
mis conſecrata, vel aliô mortis genere perem-
pta legantur, id factum in deteſtationem cri-
minis, cujus homines ſe fecère complices;
aut in confuſionem & afflictionem domino-
rum, qui animalia ſua melius non cuſtodie-
runt.
28 Dixi etiam *vivens.* Quia enim cum morte
nocentûm crimina extinguuntur *cap. quorun-
dam* 14. *Diſt.* 23. *l. defuncto* 6. *ff. de Public. Ju-
dic. l. ult. Cod. Si accuſator vel reus mortuus fue-
rit*, cadavera mortuorum ad ſupplicium rapi
29 nequeunt. Interdum tamen delinquen-
tium bona poſt mortem eorum confiſcantur,
uti contingit in crimine repetundarum &
perduellionis *l. ex judiciorum* 20. *ff. de Accuſa-
tionib. l. ult. ff. l. ult. in pr. Cod. ad L. Jul. Ma-
jeſtat.* Farinac. *prax. Crim. lib.* 1. *tit.* 1. *q.* 10.
30 *num.* 68. *& ſeqq.* Quin & illorum me-
moria damnatur poſt mortem, qui ſe graviſ-
ſimô Majeſtatis ſcelere contaminârunt *d. l.
ult. in pr.* Farinac. *d. l. n.* 81. ubi notat, hanc
& priorem pœnam non niſi intra quinquen-
nium poſt mortem executioni poſſe manda-
31 ri. Quandoque mortuis Eccleſiaſtica
ſepultura denegatur, velut evenit hæreticis,
&, qui in cenſura ante abſolutionem deceſſe-
runt *cap. ſacris* 12. *de Sepultur. cap. ſicut ait* 8.
32 *in fin. de Hæretic.* Subinde penitus in-
humata maleficorum inſignium cadavera
relinquuntur, ut majorem aliis terrorem in-
cutiant, ſicuti praxis oſtendit. Farinac. *d. l.
à n.* 78. D. Braun *cit. l. n.* 19.
33 Aliquando nocentes, jam terræ mandati,
rurſus exhumantur, & ultimô ſuppliciô, ro-
tæ, ignis, patibuli, vel alia pœnâ in corpore
vel effigie ad ſpeciem afficiuntur, ſi poſt mor-
tem primùm cœperit de enormi ipſorum fa-
cinore conſtare. Carpzov. *pract. crim. p.* 3.
*q.* 131. *n.* 28. *& plur. ſeqq.*
Dixi præterea: *delinquens.* Nam delicta 34
ſuos comitantur authores, & alterius culpâ
nemo gravari debet, ut habent notiſſimæ Ju-
ris maximæ; dictumque in *num.* 9.
Univerſitas ſeu communitas ſi delinquat, 35
refert, an omnes ſint culpabiles, an major
pars, an aliqui tantùm. Primô caſu omnes
puniri poſſunt, non quidem in vita vel cor-
pore, ſed bonis fortunæ: quantumvis enim
omnes deliquerint, vix tamen omnium Deli-
ctum quoad gravitatem erit æquale: quia 36
nec delinquere ſolet multitudo, niſi à ſeditio-
ſis capitibus & ſceleratis coripheis impulſa
vel commota fuerit; nec infantes, minoren-
nes, mulieres, plebei &c. conſiliorum publi-
corum expertes, eandem, quam Viri, Sena-
tores, conſules, docti &c. malitiam contra-
hunt. Præſtat igitur, in authores & 37
primores ſceleris ultore gladiô ſævire, quàm
omnes interimere; &, ut loquitur Pontifex
in *cap. ordinationes* 5. *IX. q.* 1. *ubi multorum ſtra-
ges jacet, ſubtrahendum eſt aliquid ſeveritati, ut
addatur ampliùs charitati.* Secundô caſu 38
non minùs tota communitas puniri poteſt,
quàm in primô; &, ſi Delictum ſit unum ex
atrocioribus, tota civitas vel provincia,
quamvis multi ſint innocentes, devaſtari, ve-
lut exempla habemus in S. Scriptura Deute-
ron. 13. ℣. 12. *& ſeqq.* Si enim ob hære- 39
ſin aut perduellionem parentum innocentes
liberi famâ fortunisque ſpolientur *cap. vergen-
tis* 10. *de Hæretic. l. quisquis* 5. §. 1. *Cod. ad L.
Jul. Majeſtat.* multò magis innocui cives bo-
nis privari poterunt, ſi major civitatis pars
exceſſerit: eò quòd major pars partem mino-
rem quoad commoda & incommoda repræ-
ſentet.



ſentet. Nihilominùs & hoc caſu ſola delin-
quentium capita in vita vel corpore ſunt coër-
40 cenda. Tertiô caſu ſinguli delinquen-
tes, abſque præjudicio communitatis, ſingu-
lari pœnâ ſunt plectendi *l. ſi quis* 7. §. *ult. ff. de
Juriſdict. l. ita vulneratus* 51. *in pr. & §.* 1. *ff.
ad L. Aquil. l. vulgaris* 21. §. 9. *ff. de Furt.* Ord.
Carol. *art.* 148. Ant. Math. de *Crimin. cit. l.*
48. *tit.* 18. *cap.* 4. *num.* 30. Braun de *Imp. mero
cap.* 1. §. 6. *num.* 28. Gletle *Jurisprud. terrib.
p.* 1. *cap. un.* §. 3. *num.* 30. Quandoque 41
tamen ſortitio locum invenit, & inter plures
v. g. milites tumultuantes, aut ordinem ſig-
nave deſerentes, decem, pauciores, aut plu-
res, quos ſors infauſta tetigerit, ad ſupplicium
rapiuntur, Lauterb. ad *tit. ff. de Pœn.* §. 16.
ſumma enim humanitas cenſetur, cùm
multi paucorum animadverſione ſalvantur,
ut ait Imperator in *Novel.* 30. *cap.* 11. *in
princ.*

## §. III.

## *Quænam ſint cauſæ, Pœnam mitigantes?*

42 PRo regula circumfertur: Pœnas inter-
pretatione Legum molliendas potiùs eſ-
ſe, quàm exaſperandas. Textus in *l. penult.
ff. de Pœn.* Cùm autem mitigatio pœnarum
ex mero Judicis arbitrio non pendeat, inda-
gandum modò de cauſis, ex quibus Pœna
mitigari poſſit.
43 Has inter prima eſt, quando Delictum non
ex propoſito, ſed ex ira, ſubitanea rixa, ebrie-
tate, juſtô dolore &c. fuit admiſſum per *l. per-
ſpiciendum* 11. §. 2. *ff. de Pœn.*
44 Secunda eſt, quando potiùs ex inſtinctu
& juſſu alterius, quàm motu proprio quis de-
liquit. Videatur *cap.* 2. *num.* 50. *& ſeqq.*
45 Tertia eſt infirmitas animi, quæ conſidera-
tur vel ex ſexu, ſicut in mulieribus; vel ex
ætate, velut in impuberibus & minorennibus.
Recapitulentur dicta in *d. cap. num.* 2. *num.* 11.
*& ſeqq.*
46 Quarta eſt infirmitas corporis: ſi enim
pœna criminis ſit amputatio membri, ſed reus
adeò infirmus, ut veroſimiliter conjiciatur,
eum, amputatô membrô, deceſſurum eſſe,
Judex qualitatem pœnæ mutare tenetur.
47 item ſi manus ex Lege præcidenda, vel eru-
endus ſit oculus; reus autem unimanus aut
monoculus exiſtat, poteſt & debet Judex pœ-
nam in aliam commutare. Anton. Math. de
*Crimin d. tit.* 18. *cap.* 4. *num.* 21. Diſſentit Zoës,
ad *tit. ff. de Pœn. num.* 44.
48 Quinta cauſa eſt ſpontanea rei confeſſio.
Verùm hæc non omnibus, nec eôdem modô
placet. Nam Anton. Math. *cit. tit. cap.* 5.
*num.* 3. & cum eo Haunold *Jurisprud. Judiciar.
tom.* 6. *tr.* 3. *num.* 550. abſolutè negat, aliquid
de pœna ſponte confeſſis eſſe remittendum:
tum quia de confeſſis, tanquàm de convictis,
ſupplicium eſt ſumendum *l. ſi confeſſus* 5. *ff. de
Cuſtod. & exhibit. reor. l. qui ſententiam* 16. *Cod.
de Pœn.* tum quia, ſi pœnitentiâ nemo deſinit
eſſe innocens *l. qui ea mente* 65. *ff. de Furt.* nec
49 confeſſione innocens eſſe deſinet. Alii
apud Haunoldum *cit. tr. num.* 547. quibus aſ-
ſentiri videtur P. Engel ad *tit. de Pœn. num.* 4.
& Carpzov. *pract. crim. p.* 3. *q.* 149. *à num.* 23.
volunt, mitigationi locum tunc eſſe, quan-
do reus, à Judice nondum citatus, ultrò ſe
50 ſiſtit, ac Delictum manifeſtat. Alii
denique apud eundem Haunoldum *cit. num.*
in eo quoque pœnam judicant temperandam,
qui, citatus à Judice, metu probationum,
contra ſe adducendarum, crimen ultroneè
confitetur. Illud ab omnibus eſt re- 51
ceptum, quòd in proditionis & Majeſtatis
crimine is, qui proditionem excitatam vel
excitandam detegit, non tantùm mitigatio-
nem, ſed pleniſſimam pœnæ condonationem
mereatur, etſi criminis ejusdem complex
fuerit per textum in *l. quisquis* 5. §. *ult. Cod. ad
L. Jul. Majeſtat.*
Sexta cauſa eſt diuturnitas temporis per 52
textum in *l. ſi diutino* 25. *in pr. ff. de Pœn.* ſi
enim decurſus 20. annorum pœnam ex toto
abolet: cur tempus 8. vel 10. annorum pœ-
nam temperare nequeat? Farinac. *Prax. Crim.
lib.* 1. *tit.* 1. *q.* 10. *num.* 84. *& ſeq.* Covarruv.
*Var. Reſol. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. Carpzov. *p.* 3.
*q.* 141. *num.* 70. *& ſeqq. & q.* 149. *n.* 43. *& ſeqq.*
In diverſam nonnulli ſententiam abeunt apud 53
Millerum ad Struv. *exercit.* 49. *th.* 104. *ſub
lit. b.* Quibus eatenùs adſtipulor, ut diutur-
nitas temporis ſe ſolâ non ſufficiat ad pœnæ
ſublevationem, niſi delinquens ſe penitus
emendaverit, & ab omni alio Delicto abſti-
nuerit. Carpzov. *d. l. n.* 87.
Septima cauſa eſt prolongatio carceris: qui 54
enim carceris pædorem & moleſtiam diu ſu-
ſtinuerunt, partem commeriti ſupplicii jam
ſuſtinuiſſe cenſentur per textum in *l. omnes* 23.
*Cod. de Pœn.* ibi: *ſit ſatis, immenſorum cruciatuum
ſemel fuiſſe ſupplicia, ne hi, qui diu privati ſunt
aura communis hauſtu & lucis aſpectu, intra breve
ſpatium catenarum ponderibus pregravati, etiam
exilii pœnam ſuſtinere iterum compellantur.* Li- 55
mitat tamen hunc caſum Millerus ad Struv.
*cit. l.* ſi reus per tergiverſationem propriam,
aut malitioſam proceſsûs inquiſitorii & defen-
ſionis protractionem, ipſemet carceris angu-
ſtias ſibi prolongaverit. Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 18.
*num.* 5.
Cauſæ plures ab aliis panduntur, veluti eſt 56
nobilitas ſanguinis; honeſtas vitæ, antehàc
innocenter transactæ; meritorum in Rem-
publicam decus & gloria; liberorum copia &c.
De his conſulendos ſuadeo Antonium Ma-
thæum *cit. cap.* 5. *num.* 5. *& ſeqq.* Carpzov.
*d. p.* 3. *à quaſt.* 142. *usque ad* 149.
incluſivè.

§. IV.

## §. IV.

### *Quænam ſint cauſæ, Pœnam aggravantes?*

57 Ex cauſis, pœnam aggravantibus, com-
muniores ſunt I. locus Delicti: etenim
qui in templo, in theatro, in foro, in conſpe-
ctu Superioris deliquit, graviorem reporta-
bit pœnam, quàm ille, qui ſcelus in loco pri-
vato vel in ſolitudine commiſit. Textus in *l.
aut facta* 16. §. 4. *ff. de Pœn.*
58 II. tempus Delicti: nam Delicta, noctu
patrata, quoniam difficiliùs caventur, pluſve
terroris habent & periculi, ſeveriùs puniun-
tur *d. l. aut facta* 16. §. 5.
59 III. perſona, contra quam delinquitur:
ſicut enim atrocius eſt crimen, contra domi-
num, patronum, parentem, Sacerdotem, aut
Principem attentatum; ſic pœnam atrocio-
rem commeretur *d. l.* 16. §. 3.
60 IV. iteratio & frequentatio Delicti *l. ca-
pitalium* 28. §. 3. *&* 10. *ff. d. t.* Siquidem qui
ſæpiùs vel in eodem vel in diverſo genere De-
licti impingit, fit inemendabilis & inſanabilis;
adeóque inſtar membri incurabilis, ſi reme-
dium aliud non ſuppetat, à corpore Reipub-
61 licæ poteſt abſcindi. Quòd autem
nonnulli talem cenſeant incorrigibilem, qui
tertiâ vice deliquit, nolim, ut pro regula ac-
ceptetur: quemadmodùm enim, ut ſcribit
Antonius Mathæus *cit. tit.* 18. *cap.* 4. *num.* 28.
Medici non illicò pro abjecto & deſperato ha-
bent eum, cui tertia potio vel medicamen-
tum non profuit; ita nec Judex pro inſana-
bili habere debet eum, qui ob crimen admiſ-
ſum ſemel iterumque punitus eſt. Conſide- 62
rat Medicus morbum ipſum, vires ægri, æta-
tem, diætam: hunc imitatus Judex, non me-
meret duntaxat Delicta, ſed & qualitatem ad-
miſſi, & animum, ætatem, conſuetudinem-
que rei exploret, ut, omnibus collatis, judi-
care poſſit, ecquid ſpei reliquum ſit.
Cæterùm allegatus Author diſtinguendum 63
putat, num admiſſum leve crimen graviùs
æquò puniatur; num crimen grave leviore
pœnâ. Nam ſi crimen capitale leviùs punia-
tur, rectè, ait, Judex faciet, ſi tertium cri-
men capite puniat: contra ſi crimen non ca-
pitale graviùs puniatur, non facilè tertium
crimen puniet ultimô ſuppliciô.

## §. V.

### *Quomodò per Jus aggratiandi Pœna mitigetur?*

64 Pœnarum rigor quandoque ſublevatur per
jus aggratiandi; quod vocabulum pu-
rioris latinitatis amatoribus minùs uſitatum,
Juriſconſultis autem à longo jam tempore
dicitur familiare, ac denotat facultatem, quâ
reo commerita pœna ex ſingulari gratia con-
donatur; vel ex toto, vel ex parte, veluti ſi
pœna gravior in leviorem commutetur.
65 Competit hoc jus indubitatè Summo Prin-
cipi, qui, cùm ſupra Leges emineat, utique
pœnam, à Legibus ſtatutam, prorſus abolere
vel mitigare poteſt. Hermes in *faſcic. Jur.
66 publ. cap.* 11. *num.* 123. Competit etiam
in Imperio Romano Principibus & Statibus
Imperii: cùm enim vi Superioritatis Territo-
rialis Leges communes immutare poſſint,
poſſunt etiam reis veniam pœnæ concedere.
Carpzovius *pract. crim. p.* 3. *q.* 150. *num.* 19. *&
67 ſeqq.* Reliquis verò Principibus, Mag-
natibus, aut Judicibus, quibus Juriſdictio
Territorialis deeſt, jus aggratiandi non com-
petit: nam, ut dicitur in *l. accuſatorum* 1. §. 4.
*ff. ad SCt. Turpill.* facti quæſtio in arbitrio judi-
cantis eſt; ſed pœnæ perſecutio Legis autho-
68 ritati reſervatur. Unde, ſi Judex in-
ferior *crimen, apud ſe probatum, diſtulerit, ſeu
omiſerit, vel impunitate donaverit, aut molliorem
pœnam, quàm Lege ſit præſtituta, protulerit*, gra-
vi dicitur infamiâ notandus in *l. ſervos* 8. §. *ult.
Cod. ad L. Jul. de Vi publ.*
69 In eo non omnes concordant, utrùm Su-
premus Princeps, aut Status Imperii jus ag-
gratiandi poſſint exercere in Delictis, quibus
in Lege Divina Veteris Teſtamenti pœna ca-
pitalis eſt præfixa; quale eſt homicidium,
quod *Gen.* 9. *v.* 6. *Levit.* 24. *v.* 17. *Exodi* 21.
*v.* 12. morte puniri jubetur? Si con- 70
ſulamus JCtos Acatholicos, plerique nega-
tivam defendunt ſententiam; in ſpecie Petrus
Heigius *p.* 2. *q.* 24. *num.* 42. Carpzov. *cit. l.
num.* 31. *& ſeqq.* Reinkingk *lib.* 1. *claſſ.* 5. *cap.* 6.
*num.* 206. Vitriarius *Inſtit. Jur. Publ. lib.* 3.
*tit.* 17. *num.* 114. *& ſeq.* Pfeffinger *ibid. ad
num.* 112. *lit. a.* Rationem dant: quia 71
Princeps inferior non poteſt abolere Legem
Superioris, prohibentis v. g. miſericordiam
cum homicidis, & ſanguinem pro ſanguine
repoſcentis: indeque in *cap. non licet* 2. *Diſt.*
10. appoſitè dicitur, *non licere Imperatori ali-
quid contra Divina mandata præſumere, nec quic-
quam, quod Evangelicis, Propheticis, aut Apoſto-
licis regulis obviet, agere.* Divus quoque 72
Ambroſius in *cap. convenior* 21. *XXIII. q.* 8. *noli*,
inquit, *Imperator, ut putes, te in ea, quæ Divi-
na ſunt, imperiale aliquod Jus habere: noli te ex-
tollere, ſed, ſi vis diutiùs imperare, eſto DEO ſub-
ditus.* Verùm, ſi genuina Juris princi- 73
pia trutinemus, longè ſolidior adverſa vide-
tur ſententia. Nam pœnæ criminum, à DEO
in Lege veteri conſtitutæ, non pertinebant
ad Leges morales ſeu naturales: quantumvis
enim Lex Naturæ jubeat, ut ſontes punian-
tur; attamen genus, quantitatem, & qua-
litatem pœnæ non determinat: pertinebant
igitur ad Leges poſitivas & judiciales, pro
commodo & Statu Reipublicæ Judaicæ ſanci-
tas. Quô ſuppoſitô, ſic licet arguere. 74
Leges veteris teſtamenti judiciales amiſerunt
ſuam



ſuam vim in teſtamento novo per *cap. un. de
Purificat. poſt partum.* Ergo Leges veteris Te-
ſtamenti, pœnam mortis homicidio v. g.
præſtituentes, tanquàm judiciales, non obli-
gant in teſtamento novo. Ergo Princeps,
qui pœnam mortis homicidæ condonat, nihil
agit adversùs Legem Divinam, ſed tantùm
in Lege humana diſpenſat. Ergo per jus ag-
gratiandi pœnam Legalem mortis relaxare
75 poteſt. Confirmatur. Quamvis in
Lege antiqua Matrimonium inter conſangui-
neos in multis gradibus fuerit prohibitum, ut
conſtat ex *Levit. cap.* 18. attamen in hujus-
modi gradibus S. Pontifex poteſt diſpenſare,
veluti definitum extat in Concil. Trid. *ſeſſ.*
24. *de Matrim. cân.* 3. Ergo etiam Summus
Princeps diſpenſare poteſt in pœna capitali,
quamvis in Lege antiqua jam fuerit ſtatuta:
quia ſcilicèt Lex antiqua neque in priore ne-
que in poſteriore caſu eſt moralis & naturalis.
Itàque docet ex Catholicis Covarruv. *Var.
Reſolut. lib.* 1. *cap. ult. num.* 8. perperam à Car-
pzovio in contrarium allegatus; citatque
S. Thomam, Majorem, Felinum, & Alphon-
ſum de Caſtro.
76 Nec urget oppoſita ratio, ſed potiùs ex no-
ſtra ratione ſuâ ſponte concidit. Negatur
enim, quòd Princeps, homicidæ faciens gra-
tiam, aboleat Legem Superioris: utpote
cùm pœnæ criminales in Lege gratiæ non ob-
ligent ex Lege Divina, ſed humana, quam,
ſi Civilis ſit, non ſolùm Imperator, ſed etiam
ex communicatione Poteſtatis Territorialis
quilibet Imperii Status immutare poteſt.
Quòd ſi putes, ex eo per aggratiandi jus in 77
noſtra hypotheſi contra Jus Divinum & Na-
turale delinqui, quòd Princeps, ceu Miniſter
juſtitiæ, nocentem abſolvere nequeat. Er- 78
ras. Hoc argumentum ſiquidem obſtat om-
nibus, qui jus aggratiandi in Delictis quibus-
dam admittunt: Lex enim Naturalis & Di-
vina ſinè diſtinctione præcipit Deuteron. 21.
*maleficum non patieris vivere*: & ad *Rom.* 13. de
Judice dicitur: *non ſinè cauſa gladium portat,
vindex in iram illi, qui malè agit.* Adeóque ſi
Princeps propter obligationem juſtitiæ vindi-
cativæ tenetur in omni caſu nocentes punire,
jus aggratiandi nunquam exercere pote-
rit.
Exiſtimem igitur, Principem in omnibus 79
Delictis jure aggratiandi uti poſſe, non tamen
pro libitu, ſed cum ratione & diſcretione;
veluti rectè perſenſit Sweder in *Introduct. ad
Jus Publ. part. ſpec. ſect.* 2. *cap.* 14. *num.* 957.
Lymnæus *Jur. Public. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 287.
Lauterbach in *diſputat. de Jure aggrat. th.* 13.
Debet nimirum Princeps in condonandis ſup-
pliciis non eſſe nimiùm facilis & frequens, ne
crimina faciliora reddat & frequentiora. De- 80
bet rariùs ex integro pœnam remittere, quàm
in aliam & mitiorem commutare: quippe
cùm obligatio puniendi reſultet ex Jure Na-
turali; modus puniendi dependeat ex norma
Legis humanæ. Debet conſiderare cauſas, ex 81
quibus Magiſtratus inferior pœnam tempe-
rare valeat: ſic enim habebit regulam, ad cu-
jus amuſſim gratiæ quantitatem & qualita-
tem examinare poteſt.

# SECTIO II.

## *De Cenſuris Eccleſiaſticis in genere.*

### SUMMARIA.

82. *Etymon cenſuræ.* 83. *Definitio.* 84. *Eſt pœna ſpiritualis.* 85. *Quæ poteſtas Eccleſiaſtica.* 86. *Vel Sæcularis ex jure delegato.* 87. *Fideles ſibi ſubditos.* 88. *Propter Delictum.* 89. *Et contumaciam.* 90. *& ſeqq. Uſu quorundam bonorum ſpiritualium privat.* 93. *Donec à contumacia recedave.* 94. *Cenſuram fert S. Pontifex.* 95. *Epiſcopus.* 96. *& ſeq. Et Prælatus Regularis.* 98. *& ſeqq. Non autem Vicarius Epiſcopi, carens ſpeciali mandatô.* 102. *Nec etiam Archi Diaconi, Archi Presbyteri, vel Parochi.* 103. *& ſeq. Poteſtas cenſurandi poteſt acquiri conſuetudine vel præſcriptione.* 105. *& ſeqq. Soli ſubditi poſſunt cenſurari.* 108. *& ſeqq. Mortui cenſuræ & abſolutionis propriæ ſunt incapaces.* 113. *& ſeq. Tota communitas nequit excommunicari.* 115. *Nec etiam ſuſpendi quoad functiones ſpeciales.* 116. *Bene tamen interdici poteſt.* 117. *& ſeqq. Diſcutitur, an & quando Epiſcopus ab Epiſcopo cenſurari poſſit?* 121. *& ſeqq. Poteſt quis pluribus cenſuris innodari.* 123. *Actus peccamino ſi ſunt objectum cenſuræ.* 124. *& ſeq. Excommunicatio major, ſuſpenſio, vel interdictum non interminatur ob culpam levem.* 126. *Aliud eſt de excommunicatione minori.* 127. *Vel ſuſpenſione ab officio leviori.* 128. *& ſeq. Metus gravis excuſat à cenſura, ſi peccatum repugnet Legi Eccleſiaſticæ.* 130. *& ſeqq. Imò & Divinæ, dummodò Lex non obliget cum periculo vitæ.* 134. *& ſeq. Actus interni non effugiunt cenſuram.* 136. *& ſeqq. Quædam reſponſio profertur, & refellitur.* 140. *& plur. ſeqq. Adducuntur, & refutantur tres objectiones.* 159. *Cenſura debet ſufficienter manifeſtari.* 160. *& ſeqq. Requirit plerumque monitionem trinam.* 164. *Debet ferri in ſcriptis cum expreſſione cauſæ.* 165. *& ſeqq. Recenſentur effectus cenſuræ.* 169. *Cenſura non tollitur ſinè abſolutione.* 170. *Si per annum abſolutio non petatur, cenſuratus ſit irregularis.* 171. *& ſeqq. Inducuntur perſonæ, poteſtatem abſolvendi habentes.* 180. *& ſeqq. Notantur obſervanda in abſolutione.*

## §. I.

### *Quid ſit Cenſura?*

82 IN *num.* 24. diviſi pœnam in vindicativam & medicinalem, & hujus exemplum aſſignavi cenſuras Eccleſiaſticas; de quibus nunc ex propoſito tractaturus, ſuppono cum communi, cenſuram etymon traxiſſe à cenſoribus Romanis, quorum officium erat, mores & errores civium cenſere, aut caſtigare. P. Engel ad *tit. de Sentent. excommunicat. num.* 1.

83 Definiri poteſt in genere, quòd ſit pœna ſpiritualis, quâ Poteſtas Eccleſiaſtica fideles ſibi ſubditos propter Delictum & contumaciam uſu quorundam bonorum ſpiritualium privat, donec à contumacia recedant.

84 Dixi I. *pœna ſpiritualis.* Cenſura quippe principaliter & per ſe tantummodò privat bonis ſpiritualibûs; licèt interdum minùs principaliter & per conſequentiam bonis temporalibûs, ac in ſpecie commercio & contractu civili, nec non fructibûs & aliis emolumentis profanis privet. Caſtropalao *Oper. Moral. tr.* 29. *diſput.* 1. *punct.* 1. *num.* 2.

85 Dixi II. *quà Poteſtas Eccleſiaſtica.* Itaque Poteſtas Eccleſiaſtica facultate cenſurandi pollet, Divinitùs conceſſâ, & jam ab Apoſtolis exercitâ, veluti oſtendit Illuſtriſſ. Vincent. Petra *Commentar. Apoſtol. to.* 1. *pag.* 199. *à num* 3. Econtrà Poteſtas Laica, ſicut ad ſpiritualia ſe nullatenùs extendit *cap. cùm ad verum* 6. *Diſt.* 96. *cap. S. Maria* 10. *de Conſtitut. cap. ſolitæ* 6. *de M. & O.* ita per cenſuram bonis aut juribus ſpiritualibûs aliquem privare nequit. Covarruv. in *relect. cap. alma mater de Sentent. excommunic. p.* 1. §. 11. *num.* 3. Petra *comment. ad Conſtit. Apoſtol. to.* 3. *pag.* 351. *n.* 54.

86 Quòd tamen ex delegatione S. Pontificis poteſtas cenſurandi Laico communicari poſſit, omnium eſſe ſententiam, aſſeverat Caſtropalao *cit. l. num.* 5. ſicut enim ex delegatione Pontificia Laicus de cauſis ſpiritualibus poteſt cognoſcere, ut dictum in *lib. II. tract. de Judic. cap.* 4 *num.* 21. ita ex eadem delegatione cenſuram fere non prohibetur: eſt ſiquidem nudus miniſter Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, &, quæ facit, facit nomine & jure delegantis. Quin & Laicis cenſurandi facultatem eâ Lege à S. Pontifice concedi poſſe, ut eam per Vicarium & Subſtitutum Eccleſiaſticum exerceant, tradit *cit.* Vincent. *num.* 55.

Dixi III. *fideles ſibi ſubditos.* Qui enim fide- 87
les non ſunt, aliunde juribus ſpiritualibûs non gaudent; qui verò fideles ſunt, at cenſurantis poteſtati non ſubjecti, cenſuris non ligantur *cap. à nobis* 21. *de Sentent. excommunicat. cap. ult. de Conſtit. in* 6.

Dixi IV. *propter Delictum.* Siquidem ſinè 88
prævia culpa nec aliæ pœnæ, nec cenſuræ Eccleſiaſticæ poſſunt injungi per textus in *cap. nemo* 41. *& ſeqq. XI. q.* 3.

Dixi V. *& contumaciam* per *cap. ex parte* 23. 89
*de V. S. cap. cùm medicinalis* 1. *de Sentent. excommunicat. in* 6. Etenim cenſura non infertur præcisè propter Delictum, niſi delinquens in Delicto perſeveret, & Eccleſiæ ſe refractarium ac rebellem oſtendat, uti deducitur ex illo *Math.* 18. ubi Incarnata Sapientia eos duntaxat ſicut *Ethnicos & Publicanos*, hoc eſt, excommunicatos, & ab Eccleſiæ corpore ſeparatos & extorres eſſe voluit, *qui Eccleſiam non audierint*, ſed illius ſalutaria monita contempſerint.

Dixi VI. *uſu quorundam bonorum ſpiritualium* 90
*privat.* Sunt hæc bona bifaria, publica & privata. *Publica* ſeu *communia* ſunt, quorum diſpenſatio & applicatio fuit Eccleſiæ conceſſa, cujuſmodi ſunt Sacramenta, Juriſdictio
Eccleſiaſtica, Indulgentiæ &c *Privata* ſeu 91
*interna* ſunt, quorum proprietas ad individualem operantis perſonam ſpectat; qualia cenſentur gratia ſanctificans, virtutes mora-
les & theologicæ, infuſæ & acquiſitæ. Bo- 92
nis primi generis; non item ſecundi privat cenſura: nec enim Eccleſiaſtica Poteſtas aliquem privare valet aliis bonis, ac quæ illius diſpoſitioni vel applicationi reſervata ſunt.

Dixi VII. *donec à contumacia recedant.* Eſt 93
enim cenſura, ut, aliquoties dictum, pœna medicinalis, ac tamdiu ſolùm adſtringit perſonam delinquentem, quàmdiu non reſipit, & cum S. Matre Eccleſia, quam offendit, ſe reconciliat *cap. cùm medicinalis* 1. *de Sentent. excommunicat. in* 6. Pulchrè Covarruv. in *relect. cap. alma mater d. t. p.* 1. *in pr. n.* 11.

## §. II.

### *Quis poſſit Cenſuram ferre?*

94 IN *num.* 85. generatim aſſertum erat, cenſuram ab Eccleſiaſtica ſolùm poteſtate infligi poſſe. Nunc ſpeciatim aſſeritur I. quòd S. Pontifex, tanquàm Univerſalis Eccleſiæ Monarcha, cenſuram infligere poſſit cuilibet homini fideli in toto orbe Chriſtiano *Extravag. unam Sanctam* 1. *de M. & O. inter commun.*

Aſſeritur II. quòd Epiſcopus in Diœceſa-
95 nos ſibi ſubditos cenſuram proferre valeat *cap. pernicioſam* 1. *cap. conquerente* 16. *de Offic. Jud. Ordin. cap. cùm Epiſcopus* 7. *eòd. in* 6. *cap. à nobis* 21. *de Sentent. excommunicat.* Idque procedit non ſolùm in cauſa aliena, ſed etiam in cauſa Eccleſiæ ſuæ vel menſæ, vel perſonæ propriæ, ſi quis eandem aut bona illius Eccleſiaſtica invadere præſumpſerit; non quidem in forma judicii, ſed per modum extrajudicialis defenſionis, aut executionis Juris ad normam & vigorem textûs in *cap. dilecto* 6. *d. t. in* 6. quem prolixè declarant Cardinalis de Luca de *Juriſdict. diſc.* 47. & Petra *Commentar. Apoſt. to.* 1. *à pag.* 173.

Aſſe-



96 Aſſeritur III. quòd etiam Abbates & Prælati Regulares cenſurandi poteſtatem habeant in ſuos Regulares ſubditos *cap. cùm in Eccleſiis* 10. *de M. & O. cap. ult. de Statu Monach.*

97 Quod eatenùs ampliat Tamburin. *de J. A. tom.* 2. *diſp.* 21. *q.* 2. *n.* 1. ut Prælati Regulares etiam peccatum aliquod, extra 11. caſus, ex Decreto Clementis VIII. reſervari permiſſos, ſub cenſura ſibi reſervare poſſint; negante tamen Reverendiſſ. D. Raſsler *de Pœnit. cap.* 7. §. 13.

98 Quæres I. utrùm Vicarius Generalis Epiſcopi poſſit cenſuram ferre?

P. Wieſtner ad *tit. de Sentent. excommunicat. num.* 4. abſque ſcrupulo affirmat, perſuaſus textu in *cap. venerabilibus* 7. *de Sentent. excommunicat. in* 6. & ratione, quòd Vicarius Generalis idem cum Epiſcopo tribunal obtineat.
99 Sed ego abſque ſcrupulo negandum puto propter textem expreſſum in *cap. licet* 2. *de Offic. Vic. in* 6. ubi Bonifacius VIII. *licèt*, inquit, *in Officialem Epiſcopi per commiſſionem officii generaliter ſibi factam cauſarum cognitio tranſferatur: poteſtatem tamen* NB. *corrigendi, aut puniendi aliquorum exceſſus, ſeu aliquos à ſuis beneficiis, officiis, vel adminiſtrationibus amovendi, transferri nolumus in eundem: niſi ſibi ſpecialiter hæc committantur.*

100 Nec obloquitur *cit. cap. venerabilibus*: non enim Vicario Generali poteſtatem cenſurandi, quaſi ex officio vel jure proprio tribuit, ſed eam ex Archi-Epiſcopi delegatione à Vicario exercitam ſupponit. Minùs vigorem habet ratio: quia Vicarius idem cum Epiſcopo tribunal habet in ſolis cauſis civilibus, non item in pœnalibus aut criminalibus per *cit. cap. licet* 2. *de Offic. Vic. in* 6.

Quæres II. utrùm poteſtate cenſurandi 101
polleant Archi-Diaconi, Archi-Presbyteri, Parochi?

Reſp. negativè. Ratio eſt: quia Archi-Diaconis competit quidem Juriſdictio, ſed Canonico-Civilis duntaxat, non autem criminalis, ut dictum in *Lib. I. tr. de Juriſd. cap.* 6. *num.* 79. Archi-Presbyteris autem (intellige ruralibus) & Parochis nulla penitus Juriſdictio in foro externo conceditur, uti concluſum in *eod. tr. cap.* 6. *n.* 89. & 116.

Quæres III. utrùm cenſurandi poteſtate 102
gaudeant Abbatiſſæ?

Reſp. negativam ſententiam jam eſſe ſtatutam in *d. Lib. I. tr. de Juriſd. cap.* 6. *n.* 106. & ſimul in *num.* 113. limitatam in caſu privilegii Apoſtolici; quam limitationem contra non paucos noviſſimè propugnavit Vincent. Petra *cit. tom.* 3. *pag.* 312. *n.* 57.

Quæres IV. utrùm poteſtatem cenſurandi 103
quis acquirere poſſit conſuetudine vel præſcriptione?

Reſp. affirmativè. Textus de conſuetudine extat in *cap. dudum* 54. §. *ſed cùm in jure de Elect.* de præſcriptione *in cap. auditis* 15. *& cap. cùm*
*olim* 18. *de Præſcript.* Ratio eſt: quia po- 104
teſtas cenſurandi poteſt acquiri privilegiô S. Pontificis: ergo etiam præſcriptione vel conſuetudine, ſuppoſitô, quòd perſona præſcribens ſit capax poſſeſſionis; id eſt, ſi non ſit fœmina, vel perſona laicalis. Petra *cit. l. n.* 61.

## §. III.

### *Quinam Cenſuræ ſubjaceant?*

105 EX *num.* 87. conſtat, cenſuræ ſolos fideles ſubditos ſubjacere. Unde, ſi Epiſcopus v. g. cenſuram promulget in omnes, qui furtum commiſerint, ſubditus, extra diœceſin exiſtens, & furti crimine ſe obſtringens, cenſuram non incurrit *cap. à nobis* 21. *de Sentent. excommunicat.* pro tunc enim non reputatur eſſe ſubditus Epiſcopo, cenſuram injungenti.

106 Similiter ſi quis exiſtat intra diœceſin Epiſcopi cenſurantis, ſed ex privilegio vel alio titulo ſit exemptus ab ejuſdem Juriſdictione, cenſurâ non innodatur per *cap. ne aliqui* 5. *de Privileg. in* 6.

107 Si tamen Epiſcopi fuiſſent à ſuis expulſi ſedibus, ſalubriter in *Clem. un. de Foro compet.* proviſum eſt, quòd etiam extra diœceſin & territorium ſuum contra expulſores ſuos & eorum in hac parte conſiliarios & fautores omnimodam Juriſdictionem, & conſequenter etiam cenſurandi poteſtatem, exercere poſſint. Quod ipſum nonnulli concedunt in hypotheſi, quâ Epiſcopus vigore textûs in *cap. dilecto* 6. juxta *num.* 95. contra invaſores perſonæ vel rerum ſuarum in aliena diœceſi procedere vellet; contradicente tamen Vincentio Petra ubi ſupra *tom.* 1. *pag.* 179. *à n.* 43. & inclinante huc Rota in *rec. p.* 15. *dec.* 122. *num.* 7. Niſi forſitan procederet authoritate Concil. Trid. vel Bullæ Cœnæ Domini, eos excommunicatos declarandô, qui bona Eccleſiarum & Epiſcoporum occupant, ſed abſque cauſæ cognitione. Petra *d. l. pag.* 182. *à num.* 70.

Dubitabis I. utrùm mortui poſſint cenſurâ 108
ligari?

Reſp. negativè. Textus eſt in *cap. de communione* 1. *cap. legatur* 2. *cap. nec quiſquam* 4.
*XXIV. q.* 2. Ratio ibidem aſſignatur: 109
quia Eccleſia non habet poteſtatem ligandi ſubtus terram, ſed ſuper terram: eapropter mortui ab illius Juriſdictione cenſuriſve ſunt
exempti. Nec obſtat, quòd in *cap. ult.* 110
*eâd. q.* 2. hæretici etiam poſt mortem anathemate feriri; & in *cap. à nobis* 21. *de Sentent. excommunicat.* excommunicati, qui cum ſignis pœnitentiæ deceſſerunt, abſolvi jubeantur.
Enimverò hæretici non tam excommunican- 111
tur, quàm ut tales declarantur, ad terrorem fidelibus vivis incutiendum, ne cum mortuis in ſepultura vel precibus publicis communicent, quibus viventibus communicare non
poterant. Abſolutio quoque potiùs 112
eſt

eſt declaratio, quòd illi, qui deceſſerunt cum
ſignis pœnitentiæ, credantur eſſe in ſtatu gra-
tiæ, & privationem Eccleſiaſticæ ſepulturæ
non mereantur.
113 Dubitabis II. utrùm tota aliqua commu-
nitas cenſuræ poſſit ſubjici?
Hic diſtinguo inter cenſuras, excommuni-
cationem nempe, ſuſpenſionem, & interdi-
ctum. Excommunicationi (ſaltem ſi major
ſit) nequit ſubjici tota communitas, ſed tan-
tùm illi de communitate poſſunt excommu-
nicari, qui ſpecialiter ſunt culpabiles, per li-
quidiſſimum textum in *cap. Romana 5. §. in uni-*
114 *verſitatem de Sentent. excommunicat. in 6.* Sunt
enim plerumque in communitate nonnulli,
qui vel planè ſunt innocentes, vel minùs,
quàm cæteri, nocentes: ut adeò nimìs aſpe-
rum & acerbum foret, ſi pœnam æqualem &
æquè ſeveram cum nocentibus ſuſtinere de-
berent *cap. ſatis perverſum 7. Diſt. 56. cap. ſi*
115 *habes 1. XXIV. q. 3.* Suſpenſio quoque,
cùm gravis reputetur pœna, ex eadem ratio-
ne non afficit inſontes quoad functiones &
jura, ſingulis ſigillatim competentia; licèt
quoad functiones & jura, communitati quà
tali collectivè competentia, per indirectum
membra innocua puniantur ex aſſertis *à n. 35.*
Caſtropal. de *cenſur. diſp. 4. punct. 3. num. 5.*
Wieſtner ad *tit. de Sent. excommunicat. n. 11.*
116 Interdictum autem id habet ſingulare, quòd
integram communitatem obſtringere valeat
*cap. ſi civitas 17. de Sentent. excommunicat. in 6.*
Quod quidem à regulis Juris exorbitans eſſe,
judicat P. Wieſtner *d. l.* neutiquàm tamen
inconveniens exiſtimat Palao *d. num. 3.* quia
per interdictum innocentes propriè loquen-
dò non puniuntur, ſed Eccleſia juſtas ob cau-
ſas ſua beneficia & officia ſubtrahit tam no-
centibus quàm innocentibus.
117 Dubitabis III. utrùm unus Epiſcopus poſſit
alium Epiſcopum cenſuræ ſubjicere?
Hoc dubium ex propoſito ventilat Illuſtriſſ.
Vincent. Petra *Commentar. Apoſtol. d. tom. 1.*
*pag. 280. num. 60. & plurib. ſeqq.* ac in *num. 61.*
reſolvit I. cum Ventriglia *tom. 1. annot. 49.*
*num. 30.* Card. de Luca *de Jurisdict. diſc. 52.*
*num. 10.* Paſſerin. ad *cap. Romana 1. de Off. Vic.*
*in 6. n. 25.* quòd Archi-Epiſcopus Epiſcopum
Suffraganeum cenſuræ ſubjicere valeat per
textum in *d. cap. Romana cap. venerabili 52. de*
*Sent. excommunicat.* ita tamen, ut ſervet ordi-
nem præſcriptum in *cap. quia Pontificali 2. de*
*Off. Jud. Deleg. in 6.* ac primò interdictum;
deinde ſuſpenſionem; demum excommuni-
cationem proferat, *niſi fortè* aliud *fieri ſuaſerit*
*nimia contumaciæ proterviа vel culpa.* Re- 118
ſolvit II. in *pag. 282. n. 88.* quòd Archi-Epi-
ſcopus, antequàm ferat cenſuram, ex decen-
tia S. Congregationem debeat conſulere;
citans Card. de Luca in *Miſcellan. Eccleſiaſt.*
*diſc. 1. num. 78.* ubi notat, magnâ circum-
ſpectione opus eſſe; & de *Jurisdict. d. l.* ubi
advertit, ad declarationem cenſurarum faci-
liùs authoritate propriâ deveniri poſſe. Re- 119
ſolvit III. in *ead. pag. n. 92. & ſeqq.* quòd, ſi
unus Epiſcopus, vel etiam Archi-Epiſcopus
in alterius Epiſcopi non-ſubjecti diœceſi com-
mittat Delictum, ſub cenſura prohibitum, ob
forum Delicti fiat ſubditus, & cenſuram in-
currat; id verò nullatenùs obtineat, ſi Archi-
Epiſcopus in diœceſi cujusdam Epiſcopi Suf-
fraganei tale Delictum admittat: eò quòd
indecens ac indecorum ſit, ut major à minore
ligetur aut ſolvatur. Idem in *pag. 283. n. 98.*
*& ſeq.* Reſolvit IV. in *d. pag. num. 106.* 120
*& ſeqq.* quòd, ſi agatur de declaratoria cen-
ſuræ, hæc in Suffraganeo contra Metropolita-
num extrajudicialiter quidem fieri poſſit
ex mente Fagnani ad *cap. non poteſt 3. de Sent.*
*& re judic. num. 12. & ſeqq.* Card. de Luca ad
Conc. Trid. *diſc. 43. n. 7.* attamen ob reveren-
tiam potiùs Sedes Apoſtolica deſuper certio-
randa, quàm declaratio ſit publicanda, jux-
ta declarationem S. Congregat. die 13. Ju-
lii 1646.
Dubitabis IV. utrùm aliquis pluribûs cen- 121
ſuris poſſit innodari?
Reſp. quòd poſſit, ſive cenſuræ ſint diver-
ſæ, ſive ejusdem rationis. Textus in *cap. cùm*
*pro cauſa 27. de Sentent. excommunicat. Clem. gra-*
*vis 2. eod.* Ratio eſt: quia, ſicut aliquis
contra unam eandemque Legem ſæpiùs pec-
care poteſt; ſic etiam unam eandemque pœ-
nam ſæpiùs poteſt incurrere. Cujus rei 122
effectus eſt, quòd, qui frequentiùs eâdem vel
diversâ cenſurâ fuit irretitus, abſolutione ſe
magis indignum efficiat *d. cap. cùm pro cauſa 27.*
Caſtropalao *de Cenſur. diſp. 1. punct. 6. n. 6.*

## §. IV.

### *Quódnam ſit objectum Cenſuræ?*

123 Objectum cenſuræ ſunt actus peccami-
noſi. Cùm enim cenſura ſit pœna me-
dicinalis & ſpiritualis, præſupponit culpam, &
quidem ſpiritualem, ut eam ſanare, corrigere,
vel reparare valeat.
124 Diſceptatur autem I. an propter culpam
venialem cenſura poſſit infligi?
Reſp. excommunicationem majorem, ſu-
ſpenſionem, & interdictum ob culpam venia-
lem infligi non poſſe, velut ex omnium ſen-
tentia traditum refert Palao *cit. diſp. 1. punct. 7.*
*num. 2.* Covarruv. in *cap. alma mater 1. p. §. 9.*
*num. 1.* Vincent. Petra *d. tom. 1. pag. 204.*
*num. 30. & ſeqq. & num. 37. & ſeqq.* Textus in
*cap. nemo 41. & ſeqq. XI. q. 3.* Trid. *ſeſſ. 25. de*
*reformat. cap. 5.* Ratio eſt: quia recenſitæ
ſpecies cenſuræ ſpectant ad pœnas graviores;
indeque, niſi gravior antecedat culpa, non
poſſunt infligi.
Nec oſtendiculum parat, quòd contra Cle- 125
ricos, nutrientes aut relaxantes comam, ana-
thema ſeu major excommunicatio legatur
ſtatuta



ſtatuta in *cap. ſi quis 23. Diſt. 23. cap. ſi quis ex*
*4. de Vita & honeſt. Clericor.* Nam relaxatio
vel nutritio comæ, quantumvis in ſe & natu-
ra ſua videatur exceſſus levis; attamen in
circumſtantiis illis, in quibus tam graviter
erat prohibita, ex fine Legislatoris formali-
ter gravis evaſit.
126 Dixi: *excommunicationem majorem.* Nam
excommunicatio minor, cùm eatenùs repu-
tetur eſſe pœna levior, quatenùs à quolibet
Sacerdote relaxari poteſt, etiam ob leve pec-
127 catum incurritur. Caſtropalao *d. n. 2.* Si-
militer quando ſuſpenſio tantummodò privat
uſu vel exercitiò cujusdam officii minoris
momenti, cùm pœna tam grandis haud ſit,
minorem culpam prærequirit. Eximius P.
Stephanus Erhard *de cenſur. Eccleſ. Diſt. 1. q. 3.*
*pag. 34.*
128 Diſceptatur II. utrùm peccatum, aliàs gra-
ve, ſed ex metu gravi commiſſum, cenſuræ
ſubjaceat?
Reſp. quòd, ſi peccatum ſolummodò refra-
getur Legi Eccleſiaſticæ, cenſuræ non ſubja-
ceat. P. Layman *Theol. Moral. lib. 1. tract. 5.*
*cap. 5.* P. Wieſtner ad *tit. de Sent. excommuni-*
*cat. num. 16.* P. Erhard *de cenſur. diſp. 2. quæſt. 2.*
129 *pag. 79.* Ratio eſt: tum quia, qui metu
compulſus transgreditur Legem humanam,
magis ex infirmitate quàm contemptu Eccle-
ſiæ peccat; adeóque propter defectum con-
tumaciæ non ſubjacet cenſuræ: tum quia
Lex Eccleſiaſtica non obligat cum gravi peri-
culo; ſicque nec cenſurâ percellit illum, qui
ex metu mortis, mutilationis, aut alterius
130 gravis ſupplicii delinquit. Quin etiam,
ſi peccatum refragetur Legi Divinæ vel Na-
turali, cujusmodi v. g. eſt occiſio Clerici, pec-
cantem à cenſura liberat *cit.* P. Erhard: quia
non peccat in Eccleſiam; eàquepropter non
incurrit pœnam Eccleſiæ, quæ ſolùm in re-
belles & obſtinatos fulmina cenſurarum im-
mittit.
131 Graviter quidem obluctatur textus in *cap.*
*ſacris 5. de his, quæ vi metúsve causâ &c.* ubi In-
nocentius III. declarat, eos, qui metu coacti
communicant cum excommunicato, excom-
municatos eſſe: *quia* (ſunt verba Pontificis)
*licèt metus attenuet culpam, eam tamen prorſus non*
*excludit, cùm pro nullo metu debeat quis mortale*
132 *peccatum incurrere.* Verùm, ut textum
hunc eruditè dilucidat Gonzalez in *Comment.*
*ibid. num. 9. & 10.* Innocentius reſcripſit ad
caſum, quô per communicationem cum ex-
communicato, etiam metu extortam, con-
temptus Eccleſiæ & diſciplinæ Eccleſiaſticæ
133 reſultabat. Nam Joannes Rex Angliæ,
interdictô totum in Regnum promulgatô, ab
eodem Pontifice excommunicatus, compel-
lebat Sacerdotes per ſuos præcipuè miniſtros,
ut defunctorum excommunicatorum corpo-
ra in loco ſacro ſepeliant. Unde, cùm iſta
coactio tenderet in contemptum Eccleſiæ, &
Eccleſiaſticæ diſciplinæ nervum incideret,
non poterant illi Sacerdotes, etiam prævisô
mortis periculô, abſque lethali noxa cum ex-
communicatis communicare. Quoties igi-
tur præceptum Eccleſiæ obligat cum peri-
culo mortis, obligat etiam cum periculo
cenſuræ.
Diſceptatur III. utrùm actus internus poſ- 134
ſit cadere ſub cenſuram?
Negat cum communi Caſtropalao *cit. diſp. 1.*
*p. 7. n. 3.* Affirmat noviter laudatus P. Er-
hard *de Cenſur. diſt. 1. q. 3. pag. 35.* & omnes,
quotquot nobiſcum in *Lib. I. tract. de Jur. Leg.*
*cap. 1. num. 113.* affirmant, actum internum
cadere ſub Legem Pontificiam Ratio 135
hujus affirmativæ noſtræque ſententiæ par-
tim depromitur ex probationibus, in *cit. tr.*
*cap. 1. à num. 114.* partim ex paritate prœmii,
quod Eccleſia conferre poteſt actibus inter-
nis, concedendô v. g. indulgentias orationi
mentali: ut proinde non appareat diſcrimen,
cur iisdem actibus pœnam per cenſuram ſta-
tuere nequeat.
Neque diſparitatem invenies in eo, quòd 136
ad hoc, ut actui interno correſpondeat prœ-
mium, is cenſeri vel dignoſci non debeat prœ-
miô dignus, ſed ſufficiat, actum illum reipſâ
elici; ſicque expoſcat gubernii ſuavitas, ut
in prœmiandô quàm conſtringendo ſit am-
plior ac copioſior. Siquidem hoc ipſum 137
eſt in quæſtione, cur actus ad conſequendum
prœmium non egeat præviâ cognitione, ſed
ſufficiat illius exercitium; egeat autem cog-
nitione ad incurrendam cenſuram, nec ſuffi-
ciat illius exercitium, contra Legem prohi-
bentem factum? Poteſt quidem Ec- 138
cleſia cum morigeris & jugi patientibus libe-
ris humaniùs & ſuaviùs agere; ſed cum im-
morigeris, rebellibus, & contumacibus de-
bet agere duriùs; &, ſi videat, fulmina cen-
ſurarum parum aut nihil proficere, ſi tantùm
externos feriant actus; etiam in actus inter-
nos imperium & poteſtatem cenſurandi ex-
tendere valet.
Dices I. DEUS Eccleſiæ poteſtatem non 139
dedit, internos actus cenſurandi: poteſtas
enim, Eccleſiæ Divinitus conceſſa, reſpicit
bonum Eccleſiæ, & ſenſibilem atque exter-
num fidelium ſtatum; quem in finem condu-
cit ſola poteſtas circa actus externos.
Reſp. poteſtatem, quam Divinitus acce- 140
pit Eccleſia, juxta conformem Orthodoxo-
rum aſſenſum ex nullo S. Scripturæ loco pa-
tentiùs colligi, quàm ex illo *Matth. 16. quod-*
*cunque ligaverit ſuper terram &c.* & ex illo *Joan-*
*nis 21. paſce oves meas &c.* Atqui textus iſti
longè ſunt generaliores, quàm ut coarctari
poſſint ad actus externos: indeque ad actus
internos tantò certiùs ſunt ampliandi, quòd
ibidem collata legatur poteſtas fori interni,
quod actus internos æquè vel magis attendit,
quàm externos. Neſcio autem, quâ 141
ratione dicatur, bonum & felicitatem Eccle-
ſiæ tantùm ſenſibilem & externam eſſe. Enim-
verò felicitas Eccleſiæ non eſt politica, ſed
ſpiritualis; &, ſicut omnis gloria illius *ab in-*
*tus* emanat, ita & felicitas conſiſtit in interna
animorum tranquillitate, ſanctitate, & ju-
ſtitia.

142 ſtitia. Quamobrem illi præcipuè actus,
qui ſuâpte naturâ conducunt ad internam
Eccleſiæ beatitudinem, ad poteſtatem ligandi,
ſolvendique reducuntur; actus autem
externi, qui conducunt ad externum Eccleſiæ
ſplendorem & ædificationem, minùs principaliter
ſub eadem poteſtate comprehenduntur,
quatenùs ſcilicèt in humano conſortio,
ubi cognitio & judicium incipit à ſenſibus,
talis quisque judicatur eſſe interiùs, qualem
exteriùs ſe demonſtrat.
143 Dices II. Eccleſia nunquàm cenſuravit
actus internos: eò quòd (ita nonnemo ex
Neotericis ſcribit) juxta omnium Theologorum
& Confeſſariorum principia ad cenſuram
incurrendam requiratur actus externus completus:
quin & ſpontè confeſſa eſt, ſimoniam
mentalem cenſuræ Eccleſiaſticæ non ſubjacere,
non alia ex ratione, ac quia (ut loquitur
Innocentius III. in *cap. ſicut tu 35. & cap. tua
nos 34. de Simonia*) Eccleſia non de occultis,
ſed manifeſtis & externis actibus judicat.
144 Reſp. hoc dictum & aſſertum contrarium
à veritate multùm alienum eſſe: non enim
omnes Theologi ad cenſuram exigunt actum
externum completum, dum P. Cardenas in
*criſi Theolog. diſſert.* 34. *num.* 17. recenſet 18.
Doctores, affirmantes, hæreticum purè men-
145 talem excommunicationem incurrere. Deinde
in *Clem. ne in agro* 1. §. *quia verò de Statu
Monach.* Monachi & Canonici Regulares,
accedentes ad curias Sæculares, animô accuſandi,
ſuisque Prælatis aut Monaſteriis inferendi
damnum, ipsô factô excommunicantur:
ubi profectò non acceſſus externus, ſed
tantùm animus internus & ſiniſtra mentis intentio
cenſuræ ſubeſt, ut facilè legenti tex-
146 tum conſtabit. Et licèt in *citat. Clem.*
hæc verba formalia *animô accuſandi* ſcripta non
inveniantur; ſed hoc, *præſumpſerit*, quod,
cùm conjungatur ibidem cum damno exteriùs
illato, juxta aliquos actum externum deno-
147 tat. Attamen reperiuntur alia & idem
ſignificantia verba; hæc ſcilicèt: *quòd ſi, ut
ſuis Prælatis aut Monaſteriis damnum aliquod inferant,
ad dictas curias ſe conferre præſumpſerint,
excommunicationis ſententiam eos incurrere volu-
148 mus ipsô factô.* Profectò enim, ut Grammaticis
eſt indubitatum, eadem reputatur
eſſe conſtructio, ſive dicam: iſte curias Sæculares
accedit, animô accuſandi vel nocendi
Prælato ſuo per accuſationem; ſive dicam:
iſte accedit, ut Prælatum accuſet, vel per
accuſationem ei damnum aliquod inferat:
eſt ſiquidem utraque conſtitutio expreſſiva
149 intentionis & mentis internæ. Nec
verum eſt, quòd in *eâd. Clem.* tantùm actus
externus, videlicèt aut acceſſus ad curias Sæculares,
aut damnum exteriùs illatum puniatur.
Nam duæ conſtitutiones ibidem ſeparatim
præponuntur; una, ne Religioſi ad *curias
Principum abſque ſpeciali Prælatorum ſuorum licentia
ſe conferre præſumant;* ubi prohibitio ſolùm
verſatur circa actum externum, abſtra-
150 hendô, quâ fiat intentione. Altera eſt,
quòd, ſi ad dictas curias ſe conferant, *ut ſuis
Prælatis aut Monaſteriis damnum aliquod inferant,*
ſint ipsô factô excommnicati; ubi proinde non
actus externus, ſed merè internus, ac cum externo
connexionem neceſſariam non habens,
videlicèt animus nocendi directè cenſuratur.
Adhæc in *Clem. multorum* 1. §. *verùm quia de* 151
*Hæretic.* interminatur excommunicatio vel
ſuſpenſio in inquiſitores hæreticæ pravitatis,
*ſi odii, gratiæ, vel amoris, lucri, aut commodi temporalis
obtentu contra juſtitiam & conſcientiam ſuam
omiſerint contra quemquam procedere &c.*
Ex quo textu luculenter infertur, excommu- 152
nicationi non ſubeſſe ipſam omiſſionem ſecundùm
ſe (hæc enim aliquando citra peccatum
& cenſuram accidere poteſt) ſed intentionem
malignam, & affectum odii, gratiæ,
amoris &c. qui affectus eſt dubiô procul actus
merè internus, cum externo, à quo ſeparabilis
eſt, neceſſariò non connexus. Unde 153
potiùs argumentum ex hiſce textibus pro noſtra
ſententia formari poteſt, ac concludi,
quòd, cùm Eccleſia de facto legatur, actus
merè internos cenſurâ notâſſe; poteſtas cenſurandi
ſimiles actus in ulterius dubium vocari
non debeat.
Dices III. Eccleſia non poteſt de actibus 154
merè internis inſtituere judicium: judicium
quippe requirit cognitionem, non qualemcunque,
ſed accuratam & certam de actu,
ſuper quo inſtituitur; cujusmodi cognitio de
actibus merè internis, cùm ſenſus externos, à
quibus incipit noſtra cognitio, effugiant, haberi
non poteſt. Ergo etiam actus merè internos
cenſurare nequit: eò quòd cenſura,
ne temerè præcipitetur, prærequirat maturum
judicium de ſtatu & qualitate hominis
cenſurandi.
Reſp. diſtinguendô conſequens: ergo 155
actus internos cenſurare nequit, in forma
judicii, concedo conſeq. in forma Legis &
conſtitutionis, nego conſeq. Verum igitur
eſt, quòd, ſicut judicium de actibus internis
inſtitui nequit; ita nec cenſura in forma
judicii, ſive per ſententiam Judicis, in actus
internos vibrari poſſit. Poteſt nihilo- 156
minùs cenſura ferri in forma Legis aut conſtitutionis,
ita ut, qui actum prohibitum ſolâ
mente commiſerit, ipsô factô & jure, citra
judicium aut proceſſum, cenſuram incurrat,
velut exempla ſuppetunt in *cit. Clem. ne in
agro §. quia verò & Clem. multorum §. verùm
quia &c.*
Quòd ſi necdum acquieſcas, ſed inſtes, 157
quòd cenſura, ſi feratur per Legem, exigat ex
parte Legislatoris cognitionem de actu interno,
cenſuræ ſubjiciendo.
Reſp. id fieri poſſe per ſpecies alienas &
cognitionem præſumptivam, quatenùs, cùm
ex actibus externis facilè dignoſcantur interni,
Legislator, dum videt, homines per actus
externos talia & talia facere, bonum fundamentum
habet, præſumendi, interiùs in animo
talia & talia agitari.

Diſce-



158 Diſceptatur IV. poſſitne cenſura ferri in
debitis, pecuniariis & civilibus?
Reſp. in his obſervandam eſſe conſtitutionem
Concilii Trid. *ſeſſ.* 25. *de ref. cap.* 3. ibi:
*in cauſis verò judicialibus mandatur omnibus Judicibus
Eccleſiaſticis, cujuscumque dignitatis exiſtant,
ut, quandocumque executio realis, vel perſonalis
in qualibet parte judicii propria auctoritate
ab ipſis fieri poterit, abſtineant ſe tam in procedendo,
quàm definiendo, à Cenſuris Eccleſiaſticis, ſeu
interdicto: ſed liceat eis, ſi expedire videbitur, in
cauſis civilibus, ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet
pertinentibus, contra quoscumque, etiam Laicos,
per mulctas pecuniarias, quæ locis piis, ibi exiſtentibus,
eo ipſo, quod exactæ fuerint, aſſignentur;
ſeu per captionem pignorum, perſonarumque diſtrictionem,
per ſuos proprios, aut alienos executores
faciendam, ſive etiam per privationem beneficiorum,
aliaque juris remedia procedere, & cauſas
definire. Quod ſi executio realis, vel perſonalis
adverſùs reos hac ratione fieri non poterit; ſitque
erga Judicem contumacia, tunc eos etiam anathematis
mucrone arbitrio ſuo præter alias pœnas
ferire poterit. In cauſis quoque criminalibus, ubi
executio realis, vel perſonalis, ut ſupra, fieri poterit;
erit à cenſuris abſtinendum: ſed, ſi dictæ
executioni facilè locus eſſe non poſſit; licebit Judici
hoc ſpiritnali gladio in delinquentes uti; ſi
tamen, delicti qualitas, præcedente bina ſaltem monitione,
etiam per edictum, id poſtulet.* Illuſtrant
hanc conſtitutionem Card. de Luca ad *cit.
Concil. diſc.* 43. & Vincentius Petra *comment.
Apoſtol. to.* 1. *pag.* 163. *à num.* 17. ingenti cum
utilitate legendi.

## §. V.

### *Quænam ſit forma ſeu modus ferendi Cenſuram?*

159 FOrma ſeu modus ferendi cenſuram eſt,
ut I. ſufficienter exteriùs manifeſtetur
tam quoad perſonam cenſurandam, quàm
quoad ſpeciem cenſuræ. Sive enim cenſura
feratur per Legem, ſive per ſententiam Judicis,
conſtat aliunde, quòd tam Lex quàm
ſententia debeat exteriùs ſufficienter innoteſcere
quoad ſpeciem & perſonas *arg. cap. cùm
medicinalis* 1. *de Sent. excom. in* 6.
160 II. ut, ſi cenſura per ſententiam inferatur,
præcedat admonitio *cap. ſacro* 48. *X. d. t. cap.
Romana* 5. *eôd. in* 6. Cùm enim ex *num.* 89.
cenſura tantùm feratur in contumaces; contumaces
autem in rigore non reputentur, qui
nunquam de ſua malitia ab Eccleſiaſtica poteſtate
fuerunt admoniti: admonitio ſententiam
cenſuræ præcedat, neceſſum eſt.
161 Si cenſura feratur per Legem, intereſt an ſit
latæ vel ferendæ ſententiæ. Quando eſt
latæ ſententiæ, prævià monitione non eſt
opus. Covarruv. in *cap. alma mater p.* 1. §. 9.
*num.* 5. Niſi Lex id ſpecialiter exprimat, velut
expreſſit in *Clem. Religioſi* 1. *de Decim.* in cauſa
decimarum, à Religioſis perſolvendarum; &
in *Clem. attendentes* 2. *de Statu Monachor.* in
caſu viſitationis: eò quòd ipſa Lex, cùm
publica ſit, & ſemper loquatur, vicem monitionis
ſuppleat *cap. reprehenſibilis* 26. *de Appellation.*
Quando autem eſt ferendæ ſen- 162
tentiæ, de benignitate Legislatoris Eccleſiaſtici
meritò præſumitur, quòd ante interpellationem
monitoriam & ſententiam condemnatoriam
non velit, ut cenſura ſuum
habeat effectum per *cit. cap. reprehenſibilis* 26.
P. Wieſtner ad *tit. de Sent. excom. n.* 21. &
*ſeq.* Quin etiam, ſi cenſura, lata per Legem,
declaretur per ſententiam, nec evidenter
conſtet de crimine, opus eſt monitione. P.
Pirhing ad *d. t. num.* 36.
Atque hæc admonitio debet eſſe trina, 163
vel ſaltem æquivalens & peremptoria; *niſi
facti neceſſitas aliter ſuaſerit*, ut loquitur Gregorius
X. in *cap. conſtitutionem* 9. *de Sent. excom.
in* 6. Covarruv. *d. l.* Rurſus fieri debet
in præſentia teſtium, ut, ſi vocetur in dubium,
probari valeat *d. cap. ſacro* 48. *d. t.*
III. requiritur, ut cenſura feratur in ſcri- 164
ptis, cum expreſſione cauſæ *cap. cùm medicinalis*
1. *eôd. in* 6. Aliter ſi fecerit cenſurans,
per unum menſem ab ingreſſu Eccleſiæ &
Divinis officiis ipsô factô eſt ſuſpenſus; teneturque
excommunicato, ad Superiorem pro
relaxatione, quæ ſtatim impetrari poteſt, recurrenti,
omnes expenſas refundere *d. cap.* 1.
Monacelli in *Formulari leg. pract. p.* 3. *in prælud.
num.* 11.

## §. VI.

### *Quis effectus ſit Cenſuræ?*

165 EFfectus cenſuræ proprius & primarius
eſt, quòd uſu jurium ſpiritualium & publicorum,
vel omnium, vel aliquorum, pro
varia cenſuræ natura, privet.
166 Effectus ſecundarius eſt, quòd, ſi Clericus
cenſurâ ſit ligatus, &, antequàm receperit
abſolutionem, in ea celebret, fiat irregularis
ex *lib. I. tract. de Poteſt. Ord. cap.* 6. *à num.*
606.
167 Poteſt etiam ad effectum cenſuræ revocari,
quòd, cùm paratam habeat executionem,
& ſtatim liget animam, impediat appellationem
quoad effectum ſuſpenſivum, ut
oſtenſum in *lib. II. tract. III. de Proceſſ. Judiciar.
cap.* 13. *num.* 100. *& ſeq* & ſimul in *num.*
105. *& ſeq.* ſubjuncta limitatio.
Quandònam verò cenſura, per Legem in- 168
terminata, locum habeat in conſcientia;
num ante, num poſt ſententiam Judicis? Repertendum
eſt ex illis, quæ in *lib. I. tract. de
Jure Leg. cap.* 1. *num.* 267. *& ſeqq.* de Legibus
pœnalibus adſtructa leguntur. Ut tamen
in foro

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

in foro externo ſortiatur effectum, declara-
tio requiritur, velut Anno 1672. 1. Octobr.
reſpondit S. Congregatio, referente ſic Vin-
centio Petra *to. 4. pag. 186. n. 23.*

## §. VII.

### *Quisnam à Cenſura poſſit abſolvere?*

169 CEnſura, ſemel contracta, non tollitur
aliô modô vel mediô, quàm abſolutione.
Quantumvis enim cenſuratus ad frugem re-
dierit; attamen, ſicut peccatum ſolum, præ-
ſcindendô ab authoritate Eccleſiæ, non erat
ſufficiens ad contrahendam cenſuram; ita
ſola peccantis emendatio, ſinè Eccleſiæ rela-
xatione, ad illam diſſolvendam non ſufficit.
Hinc Alexander VII. ſequentem propoſitio-
nem damnavit: *quoad forum conſcientiæ, reô
correctô, ejusque contumaciâ ceſſante, ceſſant
cenſuræ.*
170 Hanc abſolutionem cenſuratus, quàmpri-
mùm poteſt, tenetur petere, per ſe vel per
alium: poteſt ſiquidem etiam abſens per pro-
curatorem abſolvi, ſicut abſens potuit ex-
communicari. Pirhing ad *tit. de Sent. excom-
mun. n. 164.* Monacelli in *formulari Leg. part.
p. 3. in præl ud. n. 78.* Hoc ſi non fecerit, ſed
per annum in cenſura perſtiterit, &, ut loqui
amant, inſorduerit, ob Eccleſiæ contemptum
de hæreſi ſe facit ſuſpectum, & inquiſitioni
hæreticæ ſubjectum per Trid. *Seſſ. 25. de Ref.
cap. 3.*
171 Poteſt autem à cenſura, per hominem
latâ, abſolvere inprimis author cenſuræ; ſi-
cut in Lege, à ſe condita, Legislator diſpenſa-
re valet. Præterquàm ubi authoris Supe-
riori abſolutio fuit reſervata, ſicuti caſus &
textus occurrunt in *cap. grave 29. de Præ-
bend. cap. tua nos 19. de Sent. excomm.*
172 II. abſolvere poteſt illius, qui cenſuram
tulit, in munere ſucceſſor, non ſolùm ſtabilis
& perpetuus; ſed etiam temporalis & tran-
ſitorius *arg. cap. ſi Epiſcopus 4. XI. q. 3.* cujus-
modi eſt Capitulum Sede vacante *arg. cap. ſi
Epiſcopus 3.* & *cap. ult. de Supplenda neglig. Præ-
lat. in 6.*
173 III. poteſt abſolvere cenſurantis Superior
per *cit. cap. ſi Epiſcopus XI. q. 3. cap. grave 29.
de Præbend. & cap. tua nos 19. de Sentent. excom-
municat.* quia Superioris poteſtas ab inferiore
limitari vel circumſcribi nequit. *Clem. Rom. 2.
de Elect.*
174 A cenſura, per Legem aut ſtatutum gene-
rale promulgatâ, nec ſpecialiter reſervatâ,
non ſolùm Prælati, Jurisdictionem Epiſcopa-
lem aut quaſi-talem habentes, ſed etiam
Parochi, & quilibet alii Sacerdotes, poteſtate
abſolvendi à peccatis præditi, quoad forum
conſcientiæ ſaltem abſolvunt, per textum in
175 *cap. nuper 29. de Sentent. excommunicat.* Ubi
quidem quoad corticem verborum ſolum-
modò fit ſermo de abſolutione ab excommu-
nicatione minori; ratio tamen ſubjuncta
generalis eſt, militans pro abſolutione à qua-
libet cenſura: *quia* nimirum *conditor canonis
ejus abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit, eo
ipsò conceſſiſſe videtur facultatem aliis relaxandi.*
Innocent. in *cit. cap. n. 6.* Fagnanus *ib. n. 12.
& ſeq.* Sylveſter in *V. abſolutio 1. num. 4.* P.
Engel ad *tit. de Sent. excommunicat num. 124.*
P. Pirhing *ibid. num. 141.* P. König *ibid. num.
22.* P. Wieſtner *ibid. n. 50. n. 159.* P. Erhard
de *Cenſur. diſt. 2. q. 3. pag. 99.* hancque ſen-
tentiam pronuntiat communem Covarruv.
in *cap. alma mater p. 1. §. 12. ſub n. 5.* Et 176
quamvis in eo, qui tribuit abſolutionem, aliàs
requiratur Jurisdictio fori externi: hic ta-
men vel nulla requiritur, cùm Jus diſpenſet;
vel, ſi aliqua requiratur, hæc erit extraordi-
naria, vel à Jure delegata. Diſſentit Mona-
celli in *formular. Leg. pract. p. 3. in præl ud. n. 15.*
& alii cum ipſo.
Dixi ſuperiùs: *nec ſpecialiter reſervatâ*; nam 177
cenſuram reſervatam nemo alius, quàm au-
thor, ſucceſſor, Superior, aut delegatus rectè
diſſolvit per *cit. cap. nuper 29.* & dicta ante-
cedenter de cenſura, ab homine lata. Ex- 178
cipitur articulus & periculum mortis, in quo
Sacerdoti cuilibet datur poteſtas, à quacun-
que cenſura abſolvendi juxta Trid. *Seſſ. 14.
de Sacram. pœnit. cap. 7.* Receptô tamen 179
juramentô, quòd abſolvendus, evaneſcente
periculô, legitimo Superiori ſe præſentare
velit: alioquin, ſi contra juramentum Supe-
riori ſe non præſentaverit, in eandem cen-
ſuram reincidit *cap. eos qui 22. de Sent. excom-
municat. in 6.* P. Wieſtner ad *eund. tit. n. 51.*
Monacelli *d. l. n. 69. & ſeq.*
Antequàm verò conferatur abſolutio, 180
oportet, ut cenſuratus comprimis caveat de
parendo mandatis Eccleſiæ, & abſtinendo à
crimine, cenſuram connexam habente *cap. ex
tenore 10. cap. adhæc 12. de Sentent. excommuni-
cat.* Deinde, ſi quempiam læſerit, aut 181
damnificaverit, debet interponere cautio-
nem aliam de congrua ſatisfactione præſtan-
da per *cap ſolet 2. d. t. in 6. cap. ex parte 23. de
V. S.* Denique, juxta conſuetum morem 182
abſolvens hanc formulam pronuntiat: *ego
te abſolvo à vinculo v. g. excommunicationis, &
reſtituo te Sacramentis Eccleſiæ, & fidelium com-
munioni, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs S.
Amen.* P. Wieſtner *d. l. n. 56.* Et ſi abſolu-
tio ſit publica & ſolennis, injungitur Pſalmus
pœnitentialis, & obſervantur ritus, in *cap. à
nobis 28. de Sent. excommunicat.* & in Rituali
Romano præſcripti. Aliquando etiam, 183
quando dubitatur de valore excommunica-
tionis, datur abſolutio ad cautelam v. g. *abſol-
vo te à vinculo excommunicationis, ſi quod incurri-
ſti ob tale crimen &c.* vel cum reincidentia, ut
notatum in *n. 179.* Monacelli *d. l. n. 81. & ſeqq.*

SEC-



# SECTIO III.

## *De Cenſuris in ſpecie, & aliis Pœnis Eccleſiaſticis.*

### SUMMARIA.

184. *Diviſio cenſuræ.* 185. *Definitio excommu-
nicationis.* 186. *Major inducit abſolutam pri-
vationem communicationis fidelium.* 187. *&
ſeqq. In ſpecie privat communibus Eccleſiæ ſuf-
fragiis.* 190. *& ſeq. Uſu activo & paſſivo Sa-
cramentorum.* 192. *& ſeqq. Aſſiſtentia in
Divinis officiis, publicè peragendis.* 197. *&
ſeqq. Sepulturâ Eccleſiaſticâ.* 200. *Jurisdi-
ctione Eccleſiaſticâ.* 201. *Capacitate ad bene-
ficia.* 204. *Exercitiô officii.* 205. *& ſeq.
Fructibus beneficialibus.* 207. *& ſeqq. Com-
mercio civili, & facultate contrahendi licitè,
non autem validè.* 211. *& ſeqq. Excommuni-
catio minor tantummodo privat uſu Sacramento-
rum paſſivô, non autem activô.* 214. *& ſeqq.
Excommunicatio, ſimpliciter prolata, continet
majorem.* 218. *& ſeqq. Enumerantur cauſæ,
ex quibus cum excommunicato licet communica-
re.* 222. *& ſeqq. Examinatur conſtitutio Con-
cilii Conſtantienſis, admittens communicationem
cum excommunicato non-denuntiato.* 231. *&
ſeqq. Diſcutitur, an & quomodo Sacramenta
ab excommunicatis peti & adminiſtrari poſſint?*
234. *Definitur ſuſpenſio.* 235. *Afficit ſolos
Clericos.* 236. *Privat functione vel munere
Eccleſiaſtico.* 237. *& ſeq. Vel beneficii, vel of-
ficii; totaliter, aut partialiter.* 239. *& ſeqq.
Una ſuſpenſio non includit alteram.* 243. *&
ſeqq. Privat tantùm exercitio non autem ordine,
vel beneficio.* 247. *Definitur interdictum.*
248. *& ſeqq. Prohibet officia Divina.* 251.
*& ſeq. Quædam Sacramenta.* 253. *Et ſepul-
turam Eccleſiaſticam.* 255. *& ſeqq. Dividi-
tur interdictum, & explicatur locale.* 260.
*& ſeqq. Explicatur perſonale.* 265. *Expla-
natur ceſſatio à Divinis.* 266. *Irregularitas.*
267. *Depoſitio.* 268. *& ſeq. Degradatio.*
270. *& ſeqq. Pœnitentiæ.* 274. *& ſeqq. De-
clarantur remiſſiones & indulgentiæ.* 297.
*Annectitur aliquod dubium.*

## §. I.

### *De Excommunicatione majori.*

184 CEnſura dividitur adæquatè in tres ſpecies,
excommunicationem, ſuſpenſionem, &
interdictum *cap. querenti 20. de V. S. cap. cum
medicinalis 1. cap. ſtatutum 13. de Sent. excomm.*
185 *in 6.* Excommunicatio eſt pœna, per
quam aliquis à communione fidelium, id eſt,
ab uſu bonorum, inter fideles communium,
ſeparatur. Abit in majorem & minorem.
186 Excommunicatio major dicitur, quæ ſimpli-
citer omnium ejusmodi bonorum participa-
tione privat. Diciturque crebriùs anathe-
ma, quod tamen ſolennitates quasdam in *cap.
debent 106. XI. q. 3.* deſcriptas, rariùsque ho-
die uſurpari ſolitas, habet conjunctas; ac
ſemper excommunicationem ipsô factô infli-
git. Vincent. Petra *Commentar. Apoſtol. to. 1.
pag. 102. à num. 20.* Covarruv. in *cap. alma
mater §. 7. num. 6.*
187 Privat itaque I. communibûs Eccleſiæ ſuf-
fragiis quoad ſacrificia, indulgentias, & ora-
tiones publicas: quandoquidem pro excom-
municatis nec licet applicare Sacroſanctum
Miſſæ Sacrificium; nec indulgentias pecca-
torum & pœnarum impertiri; nec publicas
preces fundere *cap. à nobis 28. cap. ſacris 38. de
188 Sentent. excommunicat.* Idque etiam
procedere, quando excommunicatus jam
elicuit dolorem de peccato, ſignaque pœni-
tentiæ dedit, ſed abſolutionem necdum im-
petravit, ſolidè deducitur ex *d. cap. à nobis.*
Eximius D. P. Corbinianus Khamm in ſua
189 *pharmacop. cap. 1. num. 64.* Privatim
tamen pro excommunicatis orare, bona ope-
ra pro ipſis exercere, quin etiam Memento
in Miſſa facere, non eſſe prohibitum, cum
aliis docet Covarruv. in *cit. cap. alma mater
pr. 1. §. 6. ſub num. 4.* quia hujus generis ſuf-
fragia non Eccleſiæ ſed proprio & privato no-
mine peraguntur.
Privat II. non tantùm uſu paſſivo, ſed 190
etiam activô Sacramentorum, ita ut absque
ſacrilegio Sacramenta nec conferri poſſint ab
excommunicatis, nec ab illis recipi. Textus
in *cap. ult. & t. t. de Clerico excommunicatô mini-
ſtr. cap. cùm illorum 32. de Sentent. excommunicat.*
Excipitur articulus mortis, in quo, cùm Sa- 191
cerdos quilibet habeat poteſtatem admini-
ſtrandi Sacramenta per Concil. Trid. *Seſſ. 14.
de Pœnitent. cap. 7.* etiam excommunicatus li-
citè & validè Sacramenta poterit adminiſtra-
re, ſi deficiat copia alterius Confeſſarii. P.
Khamm *d. l. num. 23.* P. Erhard de *Cenſur.
diſt. 3. q. 3. pag. 137.* Diſſentit quoad Sacra-
mentum Pœnitentiæ Covarruv. *cit. l. num. 8.*
Privat III. aſſiſtentiâ in Divinis officiis, 192
qualia præcipuè ſunt Miſſæ ſacrificium & Horæ
Canonicæ *cap. ſignificavit 18. cap. ſacris 38. de
Sentent. excommunicat. cap. alma mater 24. eod.
in 6.* Privatim autem Horas Canoni- 193
cas recitare non ſolùm poteſt, ſed etiam de-
bet Clericus excommunicatus, ſi in Ordini-
bus majoribus ſit conſtitutus, aut beneficium
habeat. Covarruv. *cit. l. §. 3. num. 10.* Mona-
celli *formul. leg. pract. p. 3. in præl ud. num. 18.*
Tametſi enim pro tunc nullos percipiat fru- 194
ctus; ab obligatione tamen recitandi Brevia-
rium vel ideò non eximitur, quòd propriâ
culpâ fructuum perceptione ſe fecerit indig-
num. Privatim etiam poteſt excom- 195
municatus adire templum, & ibidem orare:

quippe cùm ipſi non tam prohibitus ſit acceſ-
ſus ad templum materiale, quàm formale,
cœtum nempe & congregationem fidelium.
Caſtropalao de Cenſur. diſp. 2. punct. 9. num. 14.
Præterea concioni non prohibetur intereſſe
196 cap. reſponſo 43. d. t. tum quia in concione fi-
deles non conveniunt, tanquàm univerſi,
ſed tanquàm ſinguli, quatenùs Verbum Di-
vinum cuilibet quaſi in particulari proponitur:
tum quia ad correctionem excommunicati
nihil aptiùs quadrare videtur, quàm concio.
P. Khamm d. l. num. 58. P. Erhard de Cenſur.
diſt. 3. q. 4. pag. 164. & ſeqq.
197 Privat IV. ſepulturâ Eccleſiaſticâ: quibus
enim non licuit inter vivos communicare,
defunctis quoque communicare non licet
cap. ſacris 12. de Sepultur. Clem. eos qui 1. eód.
198 Quòd ſi excommunicatus de facto ſepeliatur
in loco ſacro, rurſus eſt exhumandus d. cap.
ſacris; Eccleſia verò vel cœmeterium pollui-
tur, & reconciliari debet cap. conſuluiſti 7. de
199 Conſecrat. Eccleſ. vel altar. Sepelientes
quoque in cit. Clem. eos qui 1. majorem excom-
municationem incurrunt, anteà non abſol-
vendi, quàm præſtitâ ſatisfactione ad arbitri-
um Epiſcopi. P. Khamm d. l. n. 74.
200 Privat V. Jurisdictione Eccleſiaſticâ, tam
contentiosâ quàm voluntariâ; & conſequen-
ter actus Jurisdictionis, ab excommunicato
exercitos, non tantùm illicitos ſed etiam
invalidos reddit cap. audivimus 4. XXIV. q. 1.
cap. ad probandum 24. de Sent. & re judic. cap. ult.
de Exceſ. Prælator. cap. Romana 1. de Offic. Vic. in
6. cap. ſi is 10. de Offic. Jud. deleg. in 6. cap. un. Ne
Sede Vac. eód. in 6. P. Khamm d. l. n. 86. & ſeqq.
201 Privat VI. capacitate ad beneficia, officia,
& munera Eccleſiaſtica, deinceps acquirenda
cap. poſtulaſtis 7. de Clerico excommunicato miniſt.
licèt antehàc jam acquiſitis non privet arg.
cap. paſtoralis 53. §. verùm de Appellation. Sicu-
ti nec privat capacitate ad munera Sæcularia,
velut rectiùs cum communiori ſentit Caſtro-
palao de Cenſur. diſp. 2. punct. 1. num. 11. & P.
Khamm d. l. num. 114. contra P. Pirh. ad
202 cit. tit. num. 79. Quin etiam, ſi beneficium eſ-
ſet collatum ante excommunicationem, &
in excommunicatione acceptatum, adhuc
excommunicato proficeret. Covarruv. in
cap. alma mater in pr. §. 7. num. 4. Caſtropalao
203 cit. diſp. 2. punct. 10. num. 17. Nam
acceptatio beneficii non pertinet ad ſubſtan-
tiam collationis, utpote quæ fieri poteſt etiam
abſenti perſonæ cap. ſi tibi 17. de Præbend. in 6.
ſed tantùm ad illius complementum & exe-
cutionem, quatenùs invito non datur.
204 Privat VII. exercitiô officii, quod bene-
ficio connexum eſt: ut eapropter excommu-
nicatus nec poſſit eligere per cap. cùm dilectus
8. de Conſuetud. nec beneficium conferre per
cap. un. Ne Sede Vac. in 6. cap. quià diverſitatem
5. de Conceſſ. præb. nec præſentare ad benefici-
um. Covarruv. cit. l. num. 9. Caſtropalao cit. l.
punct. 13. num. 15. excipiens tamen in n. 17.
præſentationem, à Laico factam.
Privat VIII. commodis & compendiis tem- 205
poralibus, fructibus beneficialibus, & diſtri-
butionibus quotidianis arg. cit. cap. paſtoralis
53. §. verùm de Appellat. cap. un. de Cleric. non re-
ſident. in 6.
Quia tamen in cit. cap. paſtoralis privatio 206
fructuum non reperitur ipsô Jure ſtatuta,
ſed potiùs per ſententiam ſtatuenda; nec alius
textus eſt allegabilis, in quo privatio ſtatua-
tur ipsô Jure: Caſtropal. d. l. punct. 11. n. 5.
P. Engel ad tit. de Sent. excommun. num. 61.
P. Khamm. d. l. num. 126. probabiliùs tenent,
ad privationem fructuum ſententiam Judi-
cis requiri; niſi fructus dentur ſpecialiter ob
certum officium vel miniſterium, quod ex-
communicatus per ſe vel per alterum adim-
plere nequeat.
Privat IX. commerciô civili, quod conſi 207
ſtit in cohabitatione, converſatione, ſocie-
tate, amicitiâ, conventione &c. cap. ſicut 16.
cap. excommunicatos 17. cap. cum excommunicato
18. & ſeqq. XI. q. 3. cap. nuper 29. de Sentent. ex-
communicat. Crediderim tamen, con- 208
tractus & alia negotia civilia, cum excommu-
nicatis inita, tantùm illicita, non autem inva-
lida cenſeri arg. cap. ſi verè 34. d. t. cap. pia 1. de
Except. in 6. cùm enim valor contractuum &
negotiorum civilium pendeat à voluntate
Legislatoris Politici, qui talia negotia, ab ex-
communicatis geſta, nullibi reperitur annul-
láſſe: ex ſola prohibitione Legislatoris Eccle-
ſiaſtici valore non deſtituuntur. Covarruv.
cit. l. §. 1. num. 10. Caſtropalao cit. diſputat. 2.
punct. 16. n. 3. & ſeqq.
Nec contradicit nobis regula, in lib. I. tract. 209
de Jure Leg. cap. 1. num. 371. formata, quòd
actus prohibitus ſit etiam irritus. Nam ex-
ceptio ibidem eſt ſubjuncta, quando actus non
eſt prohibitus ex ſe & objecto, ſed tantùm ex
circumſtantia quadam extrinſeca. Cùm 210
igitur contractus homini excommunicato
non prohibeantur ex ſe & natura ſua: eò quòd
excommunicatus retineat dominium, & ra-
dicalem facultatem agendi diſponendive de
rebus ſuis, ſed tantùm ex circumſtantia ex-
trinſeca, prohibita ſcilicet communione cum
fidelibus: dubitare non licet, quin contra-
ctus ejusmodi ſubſiſtant.

## §. II.

### *De Excommunicatione minori.*

211 EXcommunicatio minor eſt, quæ tantùm uſu
Sacramentorum paſſivô, id eſt, eorum
receptione privat. Activô Sacramentorum
uſu, ſeu eorum collatione, non privat excom-
municatio minor, dum excommunicatus Sa-
cramentum Baptiſmi, Confirmationis, Pœ-
nitentiæ, Extremæ Unctionis &c. admini-
ſtrare poteſt, absque eo, quòd venialiter pec-
cet, veluti docet Eximius D. P. Khamm cap. 3.
num. 156. P. Erhard diſt. 3. q. 1. pag. 118. &
alii



alii multi, à Caſtropalao de Cenſur. diſput. 2.
punct. 21. n. 9. allegati per cap. ult. de Clerico
excommunicato miniſtr. ibi: cùm non videatur à
collatione ſed participatione Sacramentorum, quæ
212 in ſola conſiſtit perceptione, remotus. Et
quamvis in eód. cap. in verbis antecedentibus
dicatur: peccat autem, conferendò Eccleſiaſtica
Sacramenta; ex quibus aliqui peccati morta-
lis aut ſaltem venialis arguunt excommuni-
catum minorem, uti conſpicere licet apud
Covarruv. in cap. alma mater §. 8. num. 2. P.
Engel ad tit. de Sent. excomm. n. 64. Caſtropa-
213 lao d. l. n. 8. Attamen hæc ipſa verba
cum aliis præcedentibus ſunt connectenda,
quòd ſcilicèt excommunicatus, ſi celebret
Miſſæ ſacrificium, & Sacramentum Eucha-
riſtiæ recipiat, graviter peccet; ſimiliter
quòd peccet, ſi in tali ſtatu peccati Sacramen-
ta aliis conferre præſumat.
214 Differt igitur multùm ab excommunica-
tione majori; & tamen (quod mireris) ex-
communicatione ſimpliciter prolatâ, contra
regulas Juris, quæ in dubio inclinant in par-
tem benigniorem, intelligitur major, ceu ri-
gidior, non minor, ceu mitior per expreſſum
textum in cap. ſi quem 59. de Sent. excommunic.
215 Cujus ſingularitatis rationem quidam ex eo
deducunt, quòd diuturna conſuetudine per
excommunicationem ſemper intellecta fue-
rit major. Covarruv. cit. l. §. 8. num. 5. Alii
cum eodem Covarruv. volunt, quòd, cùm
excommunicatio major principaliter deſer-
viat ad intentionem Eccleſiæ, degeneres &
contumaces liberos ad frugem reducere co-
nantis, ſola per excommunicationem, ſim-
216 pliciter enuntiatam, comprehendatur. Ad
mentem tamen ejusdem Covarruviæ non in-
congruè peculiarè rationem etiam inde pe-
tendam arbitror, quòd excommunicatio ma-
jor ſit pœna reſpectivè ordinaria; minor
econtrà ſit extraordinaria, utpote quæ tan-
tùm ex unica cauſa inducitur, ſi nempe non-
excommunicatus absque cauſa communicet
217 cum excommunicato vitando. Nam,
etſi de Jure antiquiori pluribus ex cauſis ex-
communicatio minor dictata noſcatur cap.
ult. III. quæſt. 4. attamen Jure noviori tan-
tùm ex illicita communicatione cum excom-
municato vitando ſuboriri dicitur. P. Engel
ad cit. tit. de Sent. excommunic. n. 71. P. Khamm
d. l. n. 162.
218 Dixi: absque cauſa. Ex cauſa rationabili ſi-
quidem cum excommunicato quolibet com-
municare licet. Talis eſt I. neceſſitas, vel ex-
communicato ferendi, vel ab eo petendi au-
xilium & adjutorium in victu, veſtitu, medi-
cina, aliisve mediis, ad vitam conſervandam
neceſſariis, per cap. quoniam 103. XI. q. 3. cap. ſi
219 verè 34. de Sent. excommunicat. Talis eſt II.
utilitas, ſive ſpiritualis, quæ ſperatur ex con-
verſatione cum excommunicato cap. cum vo-
luntate 54. in princ. d. t. ſive temporalis, cum
aliqua tamen neceſſitate conjuncta, vel quòd
excommunicatus jam antehàc ex contractu
vel delicto alicui fuerit obligatus; vel quòd
utilitas illa non facilè poſſit haberi citra ta-
lem communicationem d. cap. ſi verè 34. P.
Engel ad eund. tit. n. 48. Talis eſt III. 220
Lex conjugalis, quæ conjugem cum conjuge
excommunicato, ſive fœmina ſit, ſive vir, co-
habitare permittit, & præcipit, tam in uſu
Matrimonii quàm rebus domeſticis d. cap.
quoniã 103. cap. inter alia 31. d. t. Zoëſ. ad eund.
tit. n. 103. & ſeq. Talis eſt IV. ſubjectio, 221
propter quam liberi parentibus, ſervi & an-
cillæ dominis, Religioſi Prælato, milites du-
cibus, excommunicatione ligatis, convivere
& communicare poſſunt ac debent arg. cit.
cap. quoniam 103. & cap. inter alia 31. P. Pirhing
ad cit. tit. n. 121. & ſeqq. P. Khamm d. cap. 3.
num. 157.
Dixi quoque ſuperiùs: excommunicatio- 222
nem minorem incurri, ſi non excommunica-
tus cum excommunicato vitando communicet.
Eſt autem excommunicatus tunc ſolummodò
vitandus, quando ut talis eſt publicè denuntia-
tus & declaratus; aut notorius perſonæ Cle-
ricalis percuſſor, cujus factum nullâ tergiver-
ſatione celari, nullôve Juris ſuffragiô poteſt
excuſari. Ita conſtituit Martinus V. 223
in Concilio Conſtantienſi in Extravag. ad evi-
tanda ſcandala; quæ quidem conſtitutio in
ipſis Concilii Conſtantienſis actis non repe-
ritur, veluti notavit Covarruv. in cap. alma
mater §. 2. ſub n. 7. qui ejusdem Concilii Ca-
nones & decreta probè luſtravit; reperitur
tamen apud D. Antoninum in Summa, prout
advertit Ludovicus Bail in Summa Concil.
tom. 1. pag. m. 487. col. 1. lit. E. &, ſicuti tra- 224
dit P. Engel ad ſæpe cit. cit. de Sent. excommu-
nicat. num. 51. primùm in Concilio Conſtan-
tienſi eſt concepta, ſed poſteà à Martino V.
tanquàm extravagans conſtitutio edita, at-
que in Lateranenſi Concilio ſub Leone X.
confirmata. Conſentit P. König ad eund. tit.
num. 31. Tenorem illius noviſſimè retulit 225
Vincentius Petra Commentar. Apoſtol. tom. 3.
pag. 182. ſub n. 33. hiſce verbis. Ad evitanda
ſcandala, & multa pericula, quæ conſcientiis timo-
ratis contingere poſſent. Chriſti fidelibus tenore præ-
ſentium miſericorditer indulgemus, ut nemo dein-
ceps à communione alicujus in Sacramentorum ad-
miniſtratione vel receptione, aut aliis quibuscun-
que Divinis vel extra, prætextu cujuscunque ſen-
tentiæ aut cenſuræ Eccleſiaſticæ, à Jure vel ab ho-
mine generaliter promulgatæ, teneatur abſtinere,
vel aliquem vitare, aut interdictum Eccleſiaſticum
ſervare, niſi ſententia, aut cenſura hujusmodi fue-
rit in vel contra perſonam, Collegium, Univerſita-
tem, Eccleſiam, aut locum certum, aut certam à Ju-
dice publicata & denuntiata ſpecialiter & expreſſè,
Conſtitutionibus Apoſtolicis, & aliis in contrarium
facientibus non obſtantibus quibuscunque: ſalvô, ſi
quem pro ſacrilega manuum in Clericos injectione
ſententiam latam à Canone adeò notoriè conſtiterit
incidiſſe, quòd factum non poſſit aliqua tergiver-
ſatione celari, nec alio ſuffragiô excuſari: nam à
communione illius, licèt denuntiatus non fuerit, vo-
lumus abſtineri juxta Canonicas ſanctiones; per
hoc tamen hujusmodi excommunicatos, ſuſpenſos, &


inter-

*interdictos, ſeu prohibitos, non intendimus in aliquo relevare, nec eis quomodolibet ſuffragari.* Ratio
itaque memoratæ conſtitutionis erat, ut evi-
tentur ſcandala, declinentur animarum peri-
cula, & ſubveniatur conſcientiis timoratis:
cùm alioquin frequentes orirentur ſcrupuli
& anxietates, utrùm in hoc vel illo caſu par-
ticulari cauſa ſufficiens adſit, communicandi
226 cum excommunicato. Proindeque
nunc abrogati ſunt textus in *cap. nulli* 8. *cap.
cùm non* 14. *de Sent. excommun. cap. cùm* & 3. §.
*excommunicatos de Privileg.* & omnes alii tex-
tus, in Jure Communi extantes, ac commu-
nionem cum excommunicatis in Divinis of-
ficiis, adminiſtratione Sacramentorum, aut
aliis functionibus interdicentes, caſu quo non
ſunt publicè denuntiati, vel notorii Clerico-
rum percuſſores.

227 Et quamvis non pauci exiſtiment, cæteros
quoque excommunicatos, notoriè tales, vi-
tandos eſſe, non obſtante, quòd denuntiati
non ſint, propter Concilium Lateranenſe &
Baſileenſe: attamen in *Lib. I. tract. de Poteſt.
Ordin. cap.* 2. *à n* 36. oſtenſum & probatum
eſt, neque per Lateranenſe, neque per Baſi-
leenſe Concilium quidpiam contra Conſtan-
tienſe cum effectu mutatum eſſe. In quam
opinionem haud pridem apertè conceſſit
laud. Petra *num.* 34. *& ſeqq.*

228 Id verò ſummoperè notandum eſt, ipſis ex-
communicatis nullum per hoc favorem aut
gratiam fuiſſe conceſſum; quemadmodùm
in eodem Concilio Conſtantienſi, nec non
Lateranenſi & Baſileenſi per expreſſam clau-
ſulam eſt ordinatum. Unde nec hodie po-
teſt excommunicatus, necdum denuntiatus,
ſe ingerere communioni fidelium: utpote
cùm propter delictum, ratione cujus eſt ex-
communicatus, non debeat reportare præ-
mium, & communionem cum fidelibus im-
229 petrare. Covarruv. *cit. l. n.* 11. Adeò-
que ſi Clericus, antequàm abſolutionem fue-
rit adeptus, ſponte celebret, aut exerceat
actum proprium Ordinis, non minùs hodie
fit irregularis, quàm olim, ſecundùm textus
& dicta in *cit. tractat. de Poteſtat. Ordin. cap.* 6. *à
num.* 606. P. Engel *cit. l. n.* 68. Aliud 230
eſt, ſi celebret, aut alium actum Ordinis exer-
ceat ad inſtantiam fidelium: tunc enim per
indirectum ſentit gratiam, fidelibus indul-
tam: quia cæteroquin fidelibus parum aut
nihil conferret facultas, cum excommunica-
tis in Miſſæ ſacrificio vel aliis exercitiis ſacris
communicandi, niſi Clericus excommunica-
tus, citra periculum indignationis aut pœnæ
Canonicæ, viciſſim communicandi licen-
tiam haberet.

An ergo (quæritas) fideles ab excommu- 231
nicato Sacerdote valent petere, ut Miſſam
celebret, aut aliud Sacramentum admini-
ſtret?

Reſp. id fidelibus abſolutè non licere, ſed
tantùm in caſu, quô deeſt copia alterius Sa-
cerdotis, qui æquè faciliter & utiliter Sacra-
mentum adminiſtrare valet, veluti ſecurior &
verior opinio, teſte P. Engel *d. num.* 63. cum
Suarez de *Cenſur. diſp.* 11. *ſect.* 4. *n.* 10. contra
Sanchez de *Matr. lib.* 7. *diſp.* 9. *num.* 7. tenet.
Ratio eſt: quia ſinè indecentia, ſcandalo, & 232
contemptu cenſurarum vix eveniet, ut ex-
communicatus, & ab Eccleſiæ gremio ſepa-
ratus, abſque omni neceſſitate, ad cujuslibet
requiſitionem, Sacramenta conferat: quod
ſanè intentioni Conciliorum Generalium nul-
latenùs convenit.

Quid autem excommunicato Sacerdoti fa- 233
ciendum, ſi ad Sacramenta, fidelibus admi-
niſtranda, debitè rogetur?

Reſp. quòd poſſit & debeat fidelium roga-
tioni deferre, ſed priùs contritionem elicere
de peccato, & paratum ſe exhibere ad peten-
dam abſolutionem Eccleſiæ, veluti tradit
P. Engel *d. n.* 63. & 62. P. Khamm *in phar-
mac. cap.* 1. *n.* 16.

## §. III.

### *De Suſpenſione.*

234 SUſpenſio eſt pœna, quâ Clericus ab alicujus
functionis aut juris Eccleſiaſtici uſu &
exercitio impeditur.

235 Dixi I. *eſt pœna, quâ Clericus;* ut denotarem,
ſuſpenſionem eſſe cenſuram, quam perſonæ
tantùm Eccleſiaſticæ, non etiam laicales in-
currunt. Monacelli in *formul. leg. pract. p.* 3.
*in prælud. n.* 89.

236 Dixi II. *ab alicujus functionis vel juris Eccle-
ſiaſtici.* Ut indicarem I. ſuſpenſionem ab
excommunicatione multùm differre: cùm
iſta privationem jurium ſpiritualium, quate-
nùs ea inter fideles ſunt communia, inducat;
illa privationem juris Eccleſiaſtici, quatenùs
ex officio vel beneficio provenit, operetur.
237 Ut indicarem II. ſuſpenſionem eſſe tripli-
cem: prima eſt *à ſolo officio*, quâ Miniſter Ec-
cleſiæ removetur ab exercitio Jurisdictionis
vel Ordinis; altera eſt *à ſolo beneficio*, quâ Cle-
ricus, intactâ Ordinis & Jurisdictionis pote-
ſtate, jure percipiendi fructus privatur; ter-
tia *ab officio ſimul & beneficio*, quâ perſonæ Ec-
cleſiaſticæ adimitur exercitium poteſtatis
Ordinis ac Jurisdictionis, & perceptio fru-
ctuum beneficialium. Cùmque pri- 238
vationes iſtæ vel totales vel partiales eſſe poſ-
ſint: hinc ſuſpenſio communiter ſubdividi-
tur in *totalem*, quâ aliquis ab omnibus actibus
Ordinis aut Jurisdictionis, vel ab omnium
fructuum perceptione excluditur; & *partia-
lem*, quâ tantùm unus vel alter Ordinis aut
Jurisdictionis actus, aut certa fructuum quo-
ta prohibetur. Ut indicarem III. in ſu- 239
ſpenſione à beneficio non includi ſuſpenſio-
nem ab officio; uti reciprocè in ſuſpenſione
ab officio non comprehenditur ſuſpenſio à
beneficio. Eſto enim beneficium detur pro-
pter officium in prima illius collatione vel in-
240 ſtitutione *cap. ult. de Reſcript. in* 6. quia tamen
quàmplures cauſæ v. g. infirmitatis, abſen-
tiæ &c. ſupervenire poſſunt, ex quibus be-
neficiatus officiô ſuô perfungi nequit, abſque
eo, quòd ipſi fructus beneficii ſubtrahantur
*cap. de cætero* 7. *de Cleric. non reſident. cap. tua nos*
241 4. *de Clerico ægrot. vel debilit.* profectò inter
officium & beneficium tanta connexio non
intercedit, ut in odioſa cenſurarum materia
ſuſpenſus ab officio cenſeatur etiam ſuſpenſus
à beneficio per textum egregium in *cap. inter*
10. *in pr. de Purgat. Canon.* ubi luculenter in-
nuitur, ſuſpenſum ab officio non eſſe ſuſpen-
ſum à beneficio, niſi ſpecialiter & ſeparatim
per novam cenſuram à beneficio ſuſpendatur.
Panormitan. in *cit. cap. n.* 2. Gonzalez *ibid.
num.* 2. Wieſtner ad *d. tit. n.* 105. Mona-
242 celli *d. l. n.* 91. Si tamen abſolutè fe-
ratur ſuſpenſio, nec poſſit ex contextu Legis
aut ſententiæ colligi, qualis ſit: communior
ſententia tradit, utramque ſuſpenſionē videri
comprehenſam. Zoëſ. ad *tit. de Sent. excomm.
num.* 114. König *ibid. n.* 33. Wieſtner *ibid.
num.* 107.

243 Dixi III. *uſu & exercitio impeditur.* Si enim
Clericus non tantùm uſu & exercitio Ordinis,
Jurisdictionis, aut beneficii, ſed etiam gradu
& titulo ſpolietur, non ampliùs eſt ſuſpenſio,
quatenùs hæc cenſuræ ſpeciem conſtituit, ſed
degradatio vel depoſitio, ceu pœna vindicati-
va. Ex quo ulteriùs deducitur, nec illam 244
ſuſpenſionem, quâ aliquis à beneficio vel Or-
dine perpetuò ſuſpenditur, cenſuram eſſe:
quoniam, ut ſupra in *num.* 93. memini, cen-
ſura eousque tantùm durat, quousque cen-
ſuratus in contumacia perſeverat.

Effectus itaque ſuſpenſionis eſt, quòd, ſi fiat 245
ab officio, actus Ordinis, contra ſuſpenſio-
nem exercitos, reddat illicitos; & exercen-
tem faciat irregularem, ut habetur in *Lib. I.
tract. de Pot. Ord. cap.* 6. *à n.* 606. actus autem
Jurisdictionis vel alterius officii tam illicitos
quàm invalidos efficiat *cap. cùm dilecta* 8. *de
Conſuetud. cap. cùm bona* 8. *de Ætate & qual. &
Ord. præfic. cap. un. Ne ſede vac. in* 6. quocun-
que in loco exerceantur. Monacelli *d. l.
num.* 103. Interim, quæ ſuperiùs 246
*num.* 222. de excommunicatis non-denuntia-
tis ſunt adnotata, proportionaliter de ſuſpen-
ſis non-denuntiatis procedunt: de his quippe
Concil. Conſtantienſ. non minus atque de il-
lis mentionem facit.

## §. IV.

### *De interdicto.*

247 INterdictum eſt pœna, quâ Divinorum of-
ficiorum, certorum Sacramentorum, &
ſepulturæ Eccleſiaſticæ participatio inhibe-
tur. Colligitur ex *cap. non eſt* 11. *de Spon-
ſalib. cap. quod in te* 11. *de Pœnitent. & remiſ-
ſionib.*

248 Dixi I. *eſt pœna, quâ Divinorum officiorum.*
Et quidem, uti deducitur ex *cap. ſi ſententia* 16.
*de Sent. excommunic. in* 6. tempore interdicti
omnia Divina officia, Sacrificia, collectæ,
orationes publicæ, proceſſiones, benedictio-
nes cereorum, palmarum, vaſorum ſacro-
rum &c. cenſentur prohibita; præterquàm
unâ die in ſeptimana, quâ Miſſam in ſilentio
celebrare licet juxta *cap. permittimus* 57. *d. t.*
249 Pirhing *ibid. num.* 237. *& ſeq.* At, ſi
conſideretur textus alius & correctorius
prioris in *cap. alma mater* 24. *d. t. in* 6. tempo-
re interdicti (intellige localis generalis, ut
explicat P. Engel ad *cit. tit. n.* 92.) in Eccleſiis
& Monaſteriis licet Divina officia, ſicuti priùs,
celebrare, dummodò celebrentur *ſecretò, ſinè
pulſatione campanarum, januis clauſis,* ac *excom-
250 municatis & interdictis laicis excluſis.* Imò
in feſtivitatibus majoribus celebratio Divi-
norum etiam ſolenniter & publicè concedi-
tur, ipſique interdicti, qui culpabilem inter-
dicto cauſam non dederunt, intereſſe permit-
tuntur. Latè Covarruv. in *cit. cap. alma mater
p.* 2. §. 5.

251 Dixi II. *quorundam Sacramentorum;* intelli-
ge quoad uſum activum & paſſivum, colla-
tionem, & receptionem. In ſpecie prohibe-
tur adminiſtrari Sacramentum Ordinis, Ex-
tremæ unctionis (ſaltem ubi non deeſt copia
alterius Sacramenti) & Eucharistiæ, quæ ta-
men morientibus porrigitur *d. cap. non eſt* 11.
*de Pœnitent. & remiſſ.* Reliqua Sacra- 252
menta interdictis haud denegantur, præter-
quàm ſi perſonaliter interdicti ſint *cap. permit-
timus* 57. *de Sent. excommunicat. cap. quoniam* 19.
*cap. alma mater* 24. *eòd. in* 6. Covarruv. ad *cit.
cap. p.* 2. §. 3. P. König ad *eund. tit. num.* 50.
P. Wieſtner *ibid. num.* 132. *& ſeqq.* Monacel-
li *ubi ſupra n.* 120.

Dixi III. *& ſepultura Eccleſiaſticæ participatio* 253
*inhibetur.* Hæc tamen pœna non omnibus
interdictis communis, ſed ſolis Laicis eſt or-
dinaria: ſiquidem perſonæ Eccleſiaſticæ, niſi
perſonaliter ſint interdictæ, in cœmeterio
vel alio loco ſacro, tametſi reperiatur inter-
dictus, ſepeliri poſſunt *d. cap. quod in te* 11.
Caſtropalao *diſp.* 5. *punct.* 4. §. 3. *n.* 5.

Colliges: interdictum ab excommunica- 254
tione & ſuſpenſione differre: tum quia inter-
dictum privat Eccleſiæ bonis & juribûs, non
quatenùs inter fideles ſunt communia, ſed
quatenùs ſunt bona & jura ſpiritualia, à fide-
libus habenda: tum quia participationem
hujusmodi rerum tantùm in Divinis non au-
tem in humanis conſortiis & commerciis ex-
cludit. P. Pirhing ad *tit. de Sentent. excom-
munic. num.* 215. P. Khamm de *Cenſur. cap.* 6.
*num.* 300.

Dividitur interdictum in *locale,* quod afficit 255
locum; & *perſonale,* quod afficit perſonas.
Utrumque ſubdividitur in generale & parti-
culare. *Generale* eſt, quô generaliter vel ali-





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

quod regnum, provincia, territorium; vel
communitas aliqua, Capitulum, civitas, ſe-
natus vinculatur. *Particulare* eſt, quô vel
particularis perſona, vel locus particularis
innodatur. Latè P. Khamm *cit. l. à n.* 344.
256 Interdictum generale, ſi locale ſit, compre-
hendit omnia loca, ad locum, generaliter in-
terdictum, moraliter pertinentia: ut adeò, ſi
civitas ſit interdicta, ſuburbia & continentia
ædificia ſubintelligantur; ſicut, interdictâ
Eccleſiâ, cenſetur etiam interdictum cœme-
terium *cap. ſi civitas* 17. *de Sent. excommunicat.*
257 *in* 6. Num autem, interdictâ diœceſi,
videatur interdicta Eccleſia Cathedralis? Sub
Judice lis eſt. Veriorem tamen reputo ſen-
tentiam Caſtropalai *cit. diſp.* 5. *punct.* 2. §. 1.
*num.* 3. P. Wieſtner *cit. l. n.* 126. P. Stephani
Erhard de *Cenſur. diſt.* 4. *q.* 3. *pag.* 205. dicen-
tium contra Covarruv. *ubi ſupra* §. 1. *num.* 4.
258 quòd ſic. Ratio eſt: quia Eccleſia Ca-
thedralis regulariter continetur ſub nomine
Eccleſiæ, Civitatis, aut Diœceſis; ſolùmque
excipitur materia beneficialis ſeu potiùs re-
ſcriptum ad beneficia *cap. quamvis* 4. *de Pra-
bend. in* 6. Unde in caſu interdictæ diœceſis
tantò fortiùs intelligetur Eccleſia Cathedra-
lis, quantò certiùs alioquin daretur occaſio,
interdictum impunè transgrediendi, & ſacra
in Cathedrali Eccleſia peragendi contra *cit.
cap. ſi civitas* 17. *de Sent. excommunic. in* 6.
259 Præterea interdictum generale locale ea-
tenùs ſtringit omnes perſonas, in loco illo
exiſtentes, ut, niſi ſpeciali privilegiô ſint mu-
nitæ, à Divinis & officiis & miniſteriis ibidem
abſtinere debeant *cap. authoritate* 4. *cap. licèt* 11.
*de Privileg. in* 6. Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regular.
cap.* 12.
Interdictum generale *perſonale* conſtringit 260
omnes perſonas, ad communitatem interdi-
ctam, ceu membra, ſpectantes; ſive ſint
nocentes, ſive innocentes *cap. ſi ſententia* 16.
*de Sent. excommunicat. in* 6. Revideantur dicta
in *num.* 116. & ea, quæ fuſiùs proponit ſæpe
laud. P. Khamm *d. cap.* 6. *à n.* 383. Si 261
tamen populus ſit interdictus, non includi-
tur Clerus; quemadmodùm, ſi Clerus noſca-
tur interdictus, populus non comprehendi-
tur *d. cap. ſi ſententia.* Epiſcopi quoque 262
& Prælati majores, ne quidem, interdictô ge-
neratim Clerô, interdicti cenſentur, niſi ſpe-
ciatim exprimantur *cap. quia periculoſum* 4. *de
Sent. excommunicat. in* 6. Videantur Covar-
ruv. *d. l.* 4. *n.* 5. Palao *cit. punct.* 2. §. 2. *à n.* 3.
Interdictô perſonali particulari afficiuntur ſo- 263
læ perſonæ, nominatim interdictæ; item illæ,
quæ interdicto generali, perſonali vel locali,
cauſam dederunt *per cit. cap. ſi ſententia* 16. *d. t.
in* 6. Caſtropalao *cit. l. n.* 12. Quali- 264
tercunque tamen interdicantur perſonaliter,
niſi ſpecialiter denuntientur, poſt Concilium
Conſtantienſe cæteris paribus Sacramenta
adminiſtrare, & Divina celebrare permittun-
tur, ſicut excommunicati non-denuntiati
Palao *cit. l. puncto* 4. §. 3. *num.* 10. P. König
ad *cit. tit. num.* 51. P. Wieſtner *cit. l.
num.* 141.

## §. V.

### *De Reliquis Pœnis Eccleſiaſticis.*

265 AD Pœnas Eccleſiaſticas reducuntur
etiam ſequentes. I. ceſſatio à Divinis,
quâ Clerici in aliquo loco tenentur abſtinere
ab officiis Divinis; non quidem ob culpam, à
ſe commiſſam, ſed potiùs ob injuriam, Eccle-
ſiæ vel honori Divino illatam, de qua textus
eſt notabilis in *cap. quamvis* 8. *de Offic. Ord. in* 6.
ubi latè Paſſerinus in ſuo *commentar.*
266 II. eſt irregularitas, quæ ponit obicem Or-
dinum ſuſceptioni & executioni; quandoque
tamen non rationem pœnæ, ſed meræ inha-
bilitatis habet; prout ex *Lib. I.* tractatu de
*Poteſt. Ord. cap. ult.* ubi ex profeſſo de irregu-
laritate tractavimus, patulum erit.
267 III. eſt depoſitio, quâ Clericus ab ordine
vel beneficio in perpetuum removetur. De
hac breviter diſſerui in *d. Lib. I. tract. de Mod.
acquir. & amitt. Prælat. cap. ult. ſect.* 2.
268 IV. degradatio, quâ Clericus ob crimen
atrocius beneficiô, Ordine, & ſtatu Clericali
ſpoliatur. Eſt duplex. Verbalis & realis.
*Verbalis* per ſententiam promulgatur; *Realis*
per executionem ſententiæ in re & opere ipſo
269 hunc in modum perficitur. Primò de-
gradandus ſacris veſtibûs, Ordini ſuſcepto
congruis, induitur. Deinde adducitur ad
Epiſcopum, à quo in præſentia aliorum Epi-
ſcoporum, vel Abbatum, & Judicis Sæcularis,
ſingula Ordinum inſignia, incipiendô ab eo
ſymbolo, quod in ultima ordinatione ultimô
locô traditum erat, usque ad illud, quod cum
prima tonſura acceperat, eidem auferuntur.
Tum raditur caput, ut nullum accepti Cleri-
catûs veſtigium appareat. Demum ſic de-
gradatus Judici Sæculari traditur, præviâ ta-
men & efficaciter interpoſitâ interceſſione,
ut pœnam aliam, quàm capitalem, imponat.
Sic quoad ſubſtantiam ſtatuitur in *cap. novi-
mus* 27. *de V. S. cap. degradatio* 2. *de Pœn. in* 6.
*cap. quoniam* 1. *de Hæretic. eôd. in* 6. ubi Paſſerin.
in *commentar. à n.* 6.
V. pœnitentiæ; quarum aliquæ dicuntur 270
ſolennes; aliæ non-ſolennes. *Solennes* ſunt,
quæ ſolenniter in Eccleſia cum certis ritibus
& cæremoniis fiunt: quemadmodùm in pri-
mis Eccleſiæ ſæculis publici peccatores ad ini-
tium quadrageſimæ ad Eccleſiam venire, in-
deque à Miniſtris Eccleſiæ certa cum forma
& modo expelli conſueverunt juxta *cap. in ca-
pite* 64. *diſt.* 50. *Non-ſolennes* ſunt, quæ 271
ſinè certis cæremoniis & ritibus ob delictum
aliquod publicum ab Eccleſia indicuntur;
ſicuti ſi jejunium aut peregrinatio cuidam im-
ponatur. Gonzalez ad *cap. manifeſta* 1. *de Pœ-
nitent. num.* 4. Pœnitentiæ prioris ge- 272
neris per extenſum ſunt relatæ in *Canonib. Apo-
ſtolor.* hodie tamen, atteſtante P. Engel ad *tit.
de Pœnitent. & remiſſ. num.* 3. Gonzalez ad *cap.
accuſaſti* 8. *de Accuſat. in not. num.* 2. ab uſu re-
273 ceſſerunt. Pœnitentiæ poſterioris ge-
neris adhuc frequentantur, aut frequentari
debent *d. cap. manifeſta* 1. quoniam in Conci-
lio Trident. *ſeſſ.* 24. *de ref. cap.* 8. ad mentem
Apoſtoli 1. *ad Timoth.* 5. diſertè mandatur, ut
*quando ab aliquo publicè & in conſpectu multorum
crimen commiſſum fuerit, unde alios ſcandalô of-
fenſos commotóſque fuiſſe, non ſit dubitandum;
huic condigna pro modo culpæ pœnitentia publica in-
jungatur, ut, quos exemplô ſuô ad malos mores pro-
vocavit, ſua emendationis teſtimoniô ad rectam re-
vocet vitam.* Conferatur tamen Barboſa in
*Collectan. ad cit. Concil. num.* 2.



## §. VI.

### *De Indulgentiis ſeu Remiſſionibus.*

274 CUm pœnitentiis & pœnis in *Libro* 5. *De-
cretal. tit.* 38. conjunguntur remiſſiones
ſeu indulgentiæ. Conjungo & ego, ac defi-
nio indulgentias, quòd ſint relaxatio pœnæ
temporalis, pro peccatis actualibus debitæ,
per ſolutionem, ex theſauro Eccleſiæ deſum-
ptam.
275 Dixi I. *relaxatio pœnæ temporalis &c.* Nam,
licèt per Sacramentum Pœnitentiæ deleatur
culpa, & reatus æternæ pœnæ remittatur;
remanet tamen adhuc reatus pœnæ tempora-
lis, in purgatorio ſuſtinendæ, niſi per opera
bona, vel indulgentias in hoc ſæculo expietur.
276 Dixi II. *per ſolutionem ex theſauro &c.* Ha-
bet ſiquidem Eccleſia pretioſum & infinitum
theſaurum, ex meritis Chriſti Domini, Bea-
tiſſimæ Virginis, & reliquorum Sanctorum
abundantiſſimè congregatum, eumque, dum
indulgentias concedit, in uſum & ſolatium
fidelium diſpenſat. *Extravag. Unigenitus* 2. *de
277 Pœnit. & remiſſion inter commun.* Di-
ſpenſat autem hunc theſaurum per Summum
Pontificem & Chriſti in terris Vicarium, cui
perampla ſolvendi & indulgendi poteſtas à
DEO immediatè conceſſa fuit *d. Extravag.
unigenitus.* Illuſtriſſ. Vincent. Petra *comment.
278 Apoſtol. to.* 3. *pag.* 262. *num.* 16. *& ſeqq.* Di-
ſpenſat etiam per Epiſcopos in ſuis Diœceſi-
bus *cap. quod autem* 4. *cap. cùm ex eo* 14. *de Pœ-
nitent. & remiſſionib.* Nec non per Archi Epi-
ſcopos & Legatos in ſuis Provinciis *cap. noſtro*
279 15. ubi Gonzalez *num.* 6. Verùm
iſtorum poteſtas non eſt abſoluta, ſed reſtricta
ad vivos, & ad Dedicationem Eccleſiæ, adeò
ut in ipſo Dedicationis feſto 100. dierum; in
anniverſario autem 40. dierum indulgentias
impertiri valeant per citatos textus. Petra
*d. l. pag.* 263. *n.* 20. *& pag.* 265. *n.* 33.
280 Eſt etiam reſtricta ad perſonam, ut, licèt
ex poteſtate Ordinis dimanet, attamen, cùm
Epiſcopali vel Archi-Epiſcopali ſit dignitati
connexa, nec Sede vacante tranſeat ad
Capitulum. Petra *d. l. pag.* 264. *num.* 28. de-
clarationem S. Congreg. adducens; nec Sede
repleta Coadjutor communicetur. Idem
*pag.* 265. *n.* 31. itidem declarat. S. Congreg.
281 referens. Ad majus tempus ſi indul-
gentiæ fuerint extenſæ, non valent *cap. ult.
d. t. num.* 6. Id, quod P. Wieſtner *cit. l. n.* 157.
intelligit quoad tempus excedens, non quoad
tempus concurrens: utpote cùm ex *cap. utile*
37. *de R. J. in* 6. utile per inutile vitiari non
debeat. Vid. Petra *d. pag.* 263. *num.* 21.
Dividuntur indulgentiæ I. in plenarias & 282
partiales. *Plenariæ* ſunt, quibus tota pœna,
in flammis piacularibus exſolvenda, remitti-
tur. *Partiales* ſunt, quibus pars dun-
taxat illius pœnæ relaxatur: adeò ut, ſi indul-
gentiæ ad 40 dies concedantur, tantum de
pœna temporali condonetur, quantum per
pœnitentiam 40. dierum in hoc ſæculo fuiſſet
condonatum. II. dividuntur in per- 283
ſonales, quæ intuitu perſonarum dantur, &
cum ipſis exſpirant; & *reales* vel *locales*, quæ
reſpectu certæ rei, v. g. roſarii aut numiſ-
matis vel certi loci v. g. Capellæ vel altaris
tribuuntur, ac rem aut locum conſequuntur.
III. dividuntur in eas, quæ pro vivis, & quæ 284
pro defunctis impertiuntur: inter quas hæc
intercedit differentia, quòd Eccleſia indul-
gentias pro vivis, tanquàm ſubditis, per mo-
dum Juriſdictionis; pro defunctis autem, ceu
non ſubditis, per modum ſuffragii largiatur.
IV. dividuntur in perpetuas & temporales. 285
Illæ tamdiu durant, quàmdiu non revocan-
tur; iſtæ reſtringuntur ad certum tempus,
eôque finitô finiuntur. Porrò tem- 286
pore Jubilæi, quod olim ex conſtitutione
Bonifacii in *Extravag. antiquorum* 1. ſingulis
ſæculis; poſtmodùm ex ordinatione Clemen-
tis VI. in *Extravag. unigenitus* 2. annô quin-
quageſimô; hodie ex decreto Sixti IV. in
*Extravag. quemadmodùm* 4. *de Pœnitent. & remiſ-
ſion. inter commun.* annô vigeſimô quintô ce-
lebrari ſolet, ſuſpenduntur omnes Indulgen-
tiæ plenariæ *d. Extravag. quemadmodùm* 4. ex-
ceptis illis, quæ collatæ ſunt in ſolatium fide-
lium defunctorum. P. Pirhing ad *citat. tit.
num.* 50. P. Wieſtner *ibid. num.* 195.
Exquires: utrùm ad conceſſionem indul- 287
gentiarum pro valore cauſa rationabilis exi-
gatur?
Reſp. affirmativè per textum in *d. Extravag.
unigenitus* 2. *℣. quem quidem &c.* Ratio eſt:
quia S. Pontifex non eſt dominus, ſed diſpen-
ſator Eccleſiaſtici theſauri: ideóque theſau-
rum iſtum non pro ſuo libitu, ſed ex præſum-
pta voluntate Chriſti Domini diſpenſare po-
teſt. Atqui Chriſtus Dominus non præſu-
mitur in diſpenſationem irrationabilem con-
ſentire. Ergo &c. S. Thomas, Navarrus, &
Sotus apud & cum P. Wieſtner *cit. n.* 165.

# SECTIO IV.

## *De Pœnis Fori Sæcularis.*

### SUMMARIA.

288. *& ſeqq. Recenſentur pœnæ capitales, quibus adimitur vita naturalis.* 292. *& ſeqq. Enumerantur illa, quibus adimitur vita civilis.* 295. *& ſeqq. Adſtruuntur pœnæ corporis afflictivæ.* 302. *& ſeqq. Inducitur pœna infamiæ.* 306. *& ſeq. Agitur de pœnis pecuniariis.* 308. *& ſeq. Obtinent quandoque etiam in foro Eccleſiaſtico.* 310. *& ſeqq. Exponitur confiſcatio bonorum.*

### §. I.

### *De Pœnis Capitalibus.*

288 EX Pœnis, quæ in foro Sæculari magis
uſitatæ ſunt, eminent capitales, quibus
adimitur vita naturalis. Aliò nomine vo-
cantur ultimum ſupplicium, ut perhibet *l.*
*ultimum* 21. *ff. de Pœn.* ubi ita Celſus: *ultimum*
*ſupplicium eſſe mortem ſolam interpretamur.*
289 Ex hoc ordine eſt pœna crucis, ſeu crucifi-
xio, quam olim ſuſtinebant famoſi latrones,
transfugæ ad hoſtes, conſiliorum proditores
*l. capitalium* 28. §. 15. *l. ſi quis* 38. §. 1. & 2. *ff. d. t.*
290 Verùm, ut refert ex Lipſio D. Braun de *Impe-*
*rio mero cap.* 1. §. 4. *num.* 8. „ poſtquàm crux
„ vitam ipſam interfecit, non diu illi vita: ſu-
„ ſtulit eam ex humanis, certè ex Romanis re-
„ bus, Conſtantinus: nam ille jam seriò
„ Chriſtianus noluit ſalutare ſignum ultra ſer-
„ vire ad perniciem; & colendum illud at-
„ que eximium pœnis vileſcere damnatorum.
291 Ex eodem ordine ſunt pœna ignis; ſectio
malefici in partes vulgò das Viertheilen; ſub-
merſio in aquis; ſupplicium rotæ; ſuſpendi-
um; decollatio. Conferantur D. Braun
*cit.* §. 4. *per tot.* D. Joann. Chriſtoph. Frölich
de Frölichſpurg in *Comment. ad Conſtit. Carol.*
*lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 3. *& ſeqq.*
Reducitur huc etiam proſcriptio ſeu ban- 292
num imperiale, quando maleficus omnium
manibus exponitur, & à quibusvis homini-
bus tam in bonis quàm vitâ impunè violari
poteſt, germanicè Vogelfrey machen. Braun
*d. l. num.* 15.
Reducitur quoque privatio vitæ civilis, 293
quæ conſiſtit in jure libertatis naturalis, & ci-
vitatis. De Jure communi multifariè hoc
evenit, nimirùm coërcitione metalli; dam-
natione in opus publicum; interdictione ig-
nis & aquæ. De hodierna conſuetudi- 294
ne id accidit damnatione ad triremes, ut no-
tat Beſoldus in *Theſauro pract. verb.* auf die Ga-
leen ſchmiden. &, ſi fiat in perpetuum, æqui-
valet pœnæ mortis naturalis. D. Frölich
*citat. l. tit.* 5. *num. ult.* Revideantur dicta
*Lib. III. tractat. I. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 73. &
*ſeqq.*

### §. II.

### *De Pœnis corporalibus non-capitalibus.*

295 POenæ in foro Sæculari non infrequentes
ſunt corporales non-capitales, quibus
affligitur corpus, ſalvâ manente vitâ, natu-
rali & civili. Ex harum numero eſt I. inuſtio
ſtigmatum, hodie ſublata per Conſtantinum
Imperatorem in *l. ſi quis* 17. *Cod. de Pœn.* ne
*facies, quæ ad ſimilitudinem pulchritudinis cœleſtis*
*eſt figurata, maculetur.*
296 II. exoculatio, quâ fures, tum ſacrilegi
tum effractores, quondam afficiebantur *l. qui*
*perforavit* 11. §. 1. *ff. ad L. Jul. peculat. Ordin.*
*Criminal. Carol. art.* 159. An autem in Impe-
rio noſtro etiamnum vigeat? Dubitat D. Braun
*d. l. num.* 21.
III. eſt amputatio manûs, digitorum, au-
297 rium, linguæ, labiorum &c. de qua pœna
Carpzov. *cit. p.* 3. *q.* 129. *num.* 28. *& ſeqq.*
D. Frölich à Frölichſpurg *tit.* 5. *num.* 2. 3. 4. &
5. & D. Braun *d. l. num.* 22. *& ſeqq.*
298 IV. eſt fuſtigatio, in vernacula mit Ruthen
außſtreichen; quod genus pœnæ ſæpiùs dicta-
tur, præſertim furibus minoribus, falſis men-
ſoribus, proxenetis illicitæ libidinis. Vid.
*Ord. Carol. art.* 113. & 123. cum not. D. Blum-
lacher; Beſold. in *theſ. pract. ſub Verbo* Ruthen
Außhauung. D. Frölich *d. l. num.* 1.
V. eſt expoſitio ad paſtellum ſeu numellas 299
germanicè auf den Pranger und Halß-Eyſen
ſtellen / quam pro qualitete Delicti vel delin-
quentis æquè practicari videmus. Beſold.
*Verb.* Pranger.
VI. eſt relegatio ad certum vel incertum 300
tempus; ad certum vel incertum locum,
quam penſiculatiùs examinat Carpzov. *pract.*
*crim. d. p.* 3. *q.* 130. *num.* 13. *& ſeqq.*
VII. eſt incarceratio; quæ, licèt etiam in 301
cauſis civilibus, ad perfringendam contuma-
ciam aut inobedientiam, imponatur; atta-
men in cauſis criminalibus peculiariter adhi-
beri ſolet ad cuſtodiendum & puniendum cri-
minaliter delinquentem. Braun *cit. l. num.* 35.
Carpzov. *d. q.* 130. *num.* 8. & 9.

§. III.



### §. III.

### *De Pœnis animi.*

302 FAmiliare Legibus Civilibus eſt, ut quan-
doque reum puniant in animo, famam
& exiſtimationem auferendò; ſeu notam in-
303 famiæ inurendò. Idque hic ſingulare
videtur, quòd, cùm aliæ pœnæ crebriùs à
Judice per ſententiam inferantur, infamia
nonnunquàm ab ipſa dictetur Lege, & abſque
304 Judicis ſententia incurratur. Nempe
ſi quis factum probroſum doloſè commiſerit,
ſingulariter à Jure notatum, & hoc adeò no-
torium fuerit, ut nullâ tergiverſatione vel
excuſatione colorari vel palliari poſſit, ipſò
factò redditur infamis *l. prætoris* 1. *l. athletas* 4.
§. 2. *& ſeqq. ff. De his, qui not. infam.* Quòd ve 305
hoc ipſum in foro Eccleſiaſtico procedat, li-
quet ex *Lib. I. tract. de Poteſt. Ord. cap. ult. ſect.* 5.
ubi non ſolùm explanavi, quòd infamia cau-
ſet irregularitatem, ſed ipſam infamiæ natu-
ram, diverſitatem, & effectum ſtrictim ad-
umbravi.

### §. IV.

### *De Pœnis pecuniariis.*

306 POenæ pecuniariæ ſeu mulctæ & Legibus
& Practicis optimè ſunt cognitæ; nec
tam commendandæ, quàm potiùs diſſuaden-
dæ illis Judicibus, qui quæſtum ex Delictis
faciunt, & omnia ferè ſupplicia mutant in
mulctas, ut, dum alienum patrimonium atte-
307 ritur, proprium augeatur. Hanc ipſam
ob cauſam in *cap. licet* 3. *de Pœn. cap. irrefraga-*
*bili* 13. §. *ult. de Offic. Judic. Ordinar. cap. ut Cle-*
*ricorum* 13. *de Vita & honeſt. Clericor.* Judici-
bus Eccleſiaſticis ſeverè prohibitum eſt, pe-
cuniarias pœnas exigere: nam, ut loquitur
D. Iſidorus in *cap. pauper* 72. *XI. q.* 3. *aurò viola-*
*tur juſtitia, nullamque reus pertimeſcit culpam,*
308 *quam nummis redimi poſſe, credit.* Non-
nunquàm tamen in foro Eccleſiaſtico quoque
mulctas pecuniarias imponi poſſe, colligitur
ex *cap. dilectus* 18. *de Offic. Jud. Ord. cap. in Ar-*
*chi-Epiſcopatu* 4. *de Raptorib.* Concil. Trident.
*ſeſſ.* 24. *de Reform. cap.* 3. & 12. quia nonnun-
quàm avaris Euclionibus pœnæ pecuniariæ
ſunt moleſtiores, quàm corporales. Pa-
norm. ad *cit. cap. licèt* 3. *num.* 8. Gonzalez *ibid.*
*num.* 2. Covarruv. *Var. reſol. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 8.
309 Nihilominùs, ut ſtatuit idem Concil. *ſeſſ.* 25.
*de Reform. cap.* 3. hujuſmodi pecuniæ non de-
bent ærario Judicis Eccleſiaſtici cedere, ſed
piis locis applicari.
310 Spectat huc confiſcatio ſeu publicatio bo-
norum, de Jure Veteri communiſſima, omni-
que delicto capitali, licèt in ſententia illius
mentio facta non fuerit, tacitè annexa *l. dam-*
*natione* 1. *in pr. & l. & ſeq. ff. de Bon. damnator.*
211 & ibi Brunnem. At Jure noviſſimo
rarior eſt confiſcatio propter *Nov.* 134. *cap. ult.*
ubi ſancitum eſt, in *criminibus, in quibus Leges*
*mortem aut proſcriptionem definiunt, ſubſtantiam*
*damnatorum non fieri debere lucrum Judicibus,*
*aut eorum officiis, neque ſecundùm veteres Leges*
*fiſco applicari: ſed, ſi quidem habeant deſcendentes*
*& aſcendentes uſque ad tertium gradum, eos habere.*
312 Pro cujus Novellæ meliori intellectu Noto I.
erraſſe Irnerium, dum in ſua *Auth. bona dam-*
*natorum Cod. de Bon. proſcript.* textum Novel-
læ, de ſolis aſcendentibus & deſcendentibus
loquentem, corrupit, ac bona damnatorum
capitis etiam hæredibus ex latere reſervari aſ-
ſeveravit. Brunn. ad *cit. auth. num.* 3. Anto-
nius Math. *de Crimin. ad lib.* 48. *ff. tit.* 18. *n.* 2.
Mathias Stephani ad *cit. Nov. num.* 25. Quare
fiſcus etiam hodie collaterales omnes exclu-
dit, uti cum citatis DD. plures alii defendunt.
Noto II. probabilius mihi videri, quòd dicta 313
Novella non deroget aliis Novellis, in quibus
pro ſpecialibus Delictis, uti in *Nov.* 12. pro
inceſtis nuptiis, confiſcatio bonorum ſpecia-
liter eſt conſtituta: eò quòd Imperator ſolùm
meminerit Legum Veterum. Mathias Ste-
phani *d. l. num.* 22. Noto III. proba- 314
bilius quoque videri, quòd confiſcatio in *l.*
*Divi* 1. §. *ult. & l. ult.* §. 1. *ff. de Requirend. vel*
*abſent. condemn.* conſtituta in contumaces,
qui poſt annum citati non comparent, non
fuerit ſublata: cùm aliàs contra reos abſentes
& contumaces omne coërcitionis remedium,
cum ingenti Reipublicæ detrimento, foret
ademptum. Anton. Math. *d. l. num.* 5.
Noto IV. præter læſæ Majeſtatis crimen, in 315
*cit. Nov.* 134. *cap. ult. in f.* nominatim exce-
ptum, alia plura ſuppetere, in quibus con-
fiſcatio locum invenit, & quidem illa, in qui-
bus olim non in conſequentiam ſed per ſe &
principaliter erat determinata; prout contra
communiorem docetur à Ritterſhuſio, Cla-
ro, & Farinacco apud Brunn. ad *cit. auth. n.* 1.
& ſolidè deducitur ex *Ord. Caroli V. art.* 218.
in verb. auſſerhalb deß Laſters der Beleydi-
gung unſer Majeſtät / oder ſonſten in andern
Fählen rc. Stryck in *uſu mod. ad cit. tit. de Bonis*
*damnator.* §. 1. ubi nominatim in criminibus
non-capitalibus confiſcationem obtinere
contendit. Lauterbach ad *d. t.* §. 8. Noto 318
V. confiſcationem, olim in *l. qui rei* 3. *in pr. ff.*
*de Bon. eorum, qui ante ſententiam &c.* conſtitu-
tam in eos, qui in crimine capitali deprehenſi,
accuſati, poſtulati, vel citati, ex metu futuri
ſupplicii ſemetipſos interfecerunt; aut, ad-
verſariò, ne criminis perſecutionem proſe-
queretur, corruptò, diem ſuum obierunt;
ac per *cit. Nov.* 134. *cap. ult.* explicatò modò
alleviatam, in *Ord. Carol. art.* 135. eatenùs
fuiſſe reſumptam, quatenùs crimen, ob quod
criminoſus ſibi mortem intulit, pœnam ca-
pitalem unà cum confiſcatione fuiſſet meritus.

317 Cæterùm ſi bona per ſententiam jam fuerint confiſcata, vel pœna alia, quàm mors naturalis dictata, ſupereſt locus reſtitutioni, quam facere poteſt non tantùm Supremus Princeps *l. ult. ff. de Sentent. paſſis &c.* ſed etiam Principes & Status Imperii pro ſuis territoriis. Myler ab Ehrenbach de *Principib. & Stat. Imper. p. 2. cap. 50. §. 13. & ſeqq.* Ubi tamen videndum, an reſtitutio ſit plena, ac damnatum reum ex integro reſtituat; vel minùs plena, ſicque tantùm ad certa bona vel jura regreſſum tribuat *l. ſi deportatus 2. cum 2. ſeqq. ff. d. t.* Id, quod pendet ex voluntate reſtituentis, atque ex clauſulis reſcripti deſumi debet, quouſque reſtitutio porrigatur. Stryck in *uſu mod. ad d. t. §. 1.*

# CAPUT IV.

## *De Modo procedendi in Delictis.*

UT pœnæ, tum ordinariæ, tum extraordinariæ, per ſententiam, ſive declaratoriam, ſive condemnatoriam Delictis juſte inferantur, oportet, ut Judex legitimum procedendi morem & modum obſervet. Hic modus, cùm triplex ſit, *Accuſatio, Inquiſitio, Denuntiatio*, triplici quoque Sectione demonſtrabitur.

## SECTIO I.

### *De Accuſatione.*

SUMMARIA.

*1. Accuſationis etymon. 2. Definitio. 3. Eſt criminis alicujus. 4. Apud competentem Judicem. 5. Delatio. 6. & ſeqq. Ex cauſa vindictæ publicæ inſtituta. 9. & ſeqq. Non deſiderat inſcriptionem indiſtinctè. 12. Regula de Accuſatoribus. 13. & ſeqq. Enumerantur perſonæ, ab accuſando prohibitæ. 23. & ſeqq. Adducuntur aliæ. 27. & ſeqq. Diſtinctè oſtenditur, an quis nocentem, non-infamatum, accuſare poſſit? 31. & ſeq. Oſtenditur, quomodo plures ad accuſationem ejusdem criminis admittantur. 33. & ſeqq. Oſtenditur, quis accuſari poſſit. 36. & ſeq. Agitur de abſentibus. 38. & ſeqq. Agitur de illis, qui de crimine jam ſemel abſoluti ſunt. 42. Agitur de præſcriptione criminum remiſſivè. 43. & ſeqq. Adſtruuntur requiſita libelli criminalis. 48. Accuſator debet accuſationem ſuam proſequi. 49. & ſeqq. Reus accuſatus non prohibetur eligi, niſi infamiâ laboret. 52. & ſeqq. Judex accuſatum reum incarcerare poteſt. 56. & ſeqq. Quandoque reo ſalvus conductus indulgetur.*

### §. I.

### *Quid ſit Accuſatio?*

1 ACcuſatio, ut ſcribit Miller ad Struvium *exercit. ad Pand. 49. th. 6.* interdum actio criminalis ad mentem *l. qui accuſare 4. Cod. de Edendo;* ſubinde querimonia vel quæſtio criminalis appellatur.

2 Definiri poteſt, quòd ſit criminis alicujus apud competentem Judicem delatio, ex cauſa vindictæ publicæ inſtituta.

3 Dixi I. *criminis alicujus.* Et quidem ex ſententia Lauterbachii ad *tit. ff. de Accuſat. §. 14.* & aliorum, crimen publicum & grave ſit, oportet. Quod tamen aliò ſenſu non admiſerim, niſi quòd in levioribus criminibus non ſervetur proceſſus ordinarius, ſed ſummarius *l. levia 6. ff. d. t.* ubi Brunnem. *l. nec quicquam 9. §. 3. ff. de Offic. proconſul.*

4 Dixi II. *apud competentem Judicem.* Dicitur autem Judex competens in cauſis criminalibus, qui merò imperiò ſeu Juriſdictione criminali potitur; ſimulque criminoſum ſibi titulò domicilii vel loci delicti ſubjectum habet. Miller *cit. l.* Lauterb. *ubi ſupra §. 1.* Egoipſe in *Lib. II. tract. de Judic. cap. 3. ſect. 5. per tot.*

Dixi III. *delatio.* Quâ notâ diſtinguitur 5
accuſatio ab inquiſitione, dum inquiſitio præviam criminis delationem aut manifeſtationem, ex inſtituto propoſitam, non prærequirit, ſed famâ vel indiciis eſt contenta.

Dicitur IV. *ex cauſa vindictæ publicæ inſtituta;* 6
conformiter textibus in *§. in ſumma 10. Inſt. de Injur. l. locatio 9. §. 5. ff. de Publican. & vectigal. l. prætor ait 3. §. 5. ff. de Sepulchro viol.* Ubi denotatur diſcrimen inter actionem, accuſationem, & denuntiationem. Nam per actionem intenditur commodum, & intereſſe privatum, nec attenditur ad vindictam aut ſalutem publicam *arg. cap. tua 5. de Procurator. d. §. in ſumma 10. d. l. Lege cornelia 25. §. ult. ff. de SCto Silan.* Per denuntiationem, 7
ſi Evan-



ſi Evangelica, reſpicitur ſolummodò privata delinquentis correctio; &, ſi Canonica vel Civilis ſit, reſpicitur quidem ſubinde ſalus publica, ſed pœna non petitur à denuntiante, ſicut in accuſatione fieri ſolet. Paſſerin. in *Tribunali regular. q. 7. art. 1. n. 2.*

8 Quidam definitioni, ſic explicatæ, ſubtexunt hæc verba: *interveniente inſcriptione;* quaſi nimirum accuſator ſe debeat inſcribere ad pœnam talionis, ſi Delictum non probaverit, ſuſtinendam *cap. ſuper his 16. de Accuſat. l. libellorum 3. §. 2. l. ſi cui 7. in pr. & §. 1. ff. eòd.*

9 Sed quia in nonnullis caſibus de Jure Communi remittitur inſcriptio, veluti conſtat ex *l. ult. ff. de Publ. Judic. l. de crimine 12. Cod. de his, qui accuſ. non poſſ. l. quamvis 30. in princ. Cod.*
10 *ad L. Jul. de Adult.* quia inſuper de Jure moderno neceſſitas inſcriptionis, ob periculum minuendæ accuſationis, per conſuetudinem ſublata, & in illius locum cautio de ſatisfactione, propter injuriam & expenſas præſtandâ, fuit ſurrogata, prout atteſtantur Struv. *cit. exercit. 49. th. 9.* Lauterb. ad *cit. tit. de Accuſat. §. 17.* non opus eſt, ullam inſcriptionis memoriam in definitione accuſationis facere.

Petes: utrùm ſit idem accuſare, vel exci- 11
pere de crimine?

Reſp. negativè per textum in *d. cap. ſuper his 16. h. t.* Nec enim excipiens aut intendit vindictam publicam; aut, ſi intendat, pœna criminalis abſque novo proceſſu, exceptione quoque probatâ, decernitur, ut conſtat ex *Lib. II. tract. III. cap. 4. n. 44.*

### §. II.

### *Quinam accuſare poſſint?*

12 JCtus Macer in *l. qui accuſare 8. ff. de Accuſat.* ſequentem in modum ediſſerit: *qui accuſare poſſunt, intelligemus, ſi ſciverimus, qui non poſſunt.* Quinam verò non poſſint accuſare, mox in *cit. l. 8. & 2. ſeqq.* enumerat; pronò ipſum veſtigiò ſequente Gratiano in *cap. prohibentur 14. II. q. 1.*

13 Prohibentur ſcilicèt I. ob ſexum mulieres, fortè quia, ut dicitur in *cap. forus 10. de V. S.* varium & mutabile eſt judicium fœminarum. Excipiuntur crimina quædam atrociora, de quibus Farinac. *Prax. crim. lib. 1. tit. 2. q. 12.*
14 *num. 16.* II. ob ætatem impuberes, utpote ſufficienti intellectu ad perpendendum accuſationis negotium haud præditi. Puberes autem, tametſi ante vigeſimum annum completum teſtes in cauſis criminalibus agere nequeant *l. in teſtimonium 20. ff. de Teſtib.* ab accuſatione tamen non arcentur *arg. l. ſi maritus 15. §. 6. ff. ad L. Jul. de Adulter.* ſi curatoris aſſiſtentiâ non deſtituantur *l. clarum 4. Cod. de Authorit. præſt.* ubi Brunneman *num. 1.* Nec enim ſalus accuſati tantum ex fide accuſatoris, quantum ex fide teſtium, pendet.
15 III. ob Sacramentum milites, ne obtentu accuſationis à ſignis & ſervitiis militaribus ab-
16 ſtrahantur. IV. ob crimen infames; & quidem, ubi infamia eſt Juris, utrôque Jure infames accuſare non permittuntur *cap. quærendum 18. II. q. 7. cap. infames 17. VI. q. 1. d. l.*
17 *qui accuſare 8.* Verùm, ſi infamia ſit facti, plerique cum Farinacco *cit. l. n. 17.* concludunt, eam de Jure Civili non obſtare; bene tamen de Jure Canonico per textus jam allegatos. Conf. noſter Alphonſ. à Vilagut in *ſua pract. crim. Can. lib. 1. cap. 2. concl. 3. & 4.*
18 V. ob turpem quæſtum, qui vel duo judicia adversùs duos reos ſubſcripta jam habent; vel pecunias accuſationis gratiâ receperunt: nam æquâ intentione non præſumitur ad accuſandum prorumpere, qui ſanguinem hu-
19 manum effundere tantoperè laborat. VI. ob reverentiam liberi & libertini, qui ſanè brutis animantibûs longè crudeliores ſe probant, ſi vitam, naturalem aut civilem, quam acceperunt à parentibus & patronis, per accuſationem ipſis eripere non verentur.
VII. ob calumniæ ſuſpicionem, qui falſum te- 20
ſtimonium ſubornati dixerunt; quive gravem inimicitiam cum reo contraxerunt per *cap. repellantur 7. cap. cum P. 10.* ubi Gonzalez in *commentar. n. 3. cap. meminimus 13. cap. cùm oporteat 19. de Accuſation.* Farinac. *cit. l. n. 34. & ſeqq.* VIII. ob conditionem pauperes, 21
qui minùs quàm 50. aureos in ſuis facultatibus numerant: quod tamen de pauperibus, non qualibuscunque, ſed ſordidæ vitæ, protritæque frontis, ſecundùm hodiernos mores procedere, teſtis eſt Carpzov. *pract. crim. p. 3. quæſt. 104. n. 29.* In dubio autem pauperes pro hominibus ſiniſtræ notæ habendos eſſe, pronuntiat Farinac. *cit. l. n. 50.* IX. ob 22
dignitatem & præeminentiam Magiſtratus, qui eſt unus ex majoribus, ut docet Lauterb. ad *cit. tit. §. 5.* aut merum imperium exercet, ut tradit Miller ad Struv. *cit. l. th. 7. lit. n.* ne ob illius potentiam accuſatus opprimatur.

Enumeratis perſonis accenſendi ſunt I. 23
Clerici & Religioſi, quibus Laicos accuſare vetitum eſt in *cap. ſi 6. II. quæſt. 7.* etſi Clericos aut Religioſos alios, quin & Prælatos ſuos, accuſare non prohibeantur *cap. illa; cap. nulli 5. cap. ex parte 11. de Accuſat.* in quo poſteriore textu inſuper cavetur, ut Religioſis, Prælatos accuſantibus, ex reditibus Monaſterii litis expenſæ ſuppeditentur. Gonzalez ad idem *cap. ex parte n. 3.* II. addendi ſunt 24
Laici, qui Clericos non tam accuſare, quàm denuntiare permittuntur, quando ipſorum intereſt, Clericorum Delicta Superioribus Eccleſiaſticis manifeſtari *cap. nullus 1. & ſeqq. cap. ſententiâ 12. & ſeqq. d. II. q. 7. cap. cùm P. 10. de Accuſation.* & ibi Gonzalez *num. 3. & ſeqq.* III. addendi ſunt excommuni- 25
cati, qui, ſicut in Judicio Civili ſtare nequeunt ut actores, ſic ſtare non poſſunt in criminali

26ut accuſatores *cap. cùm dilectus 20. d. t.* Ple-
ræque tamen ex hiſce perſonis (ſi excommu-
nicatos excipias) à plerisque admittuntur ad
accuſandum, quando vel ſuam vel ſuorum
(intellige cum opinione communi, quam re-
fert Farinac. *cit. l. n. 58.* conſanguineos us-
que ad quartum gradum in computatione
canonica) injuriam perſequuntur *cap. prohi-
bentur 14. II. quæſt. 1. cap. de cætero 14. de Teſtib.
cap. prælatis 2. de Homicid. in 6. l. hi autem 11.
in pr. ff. de Accuſat.* Alphonſus à Vilagut *in
pract. crim. Can. lib. 1. cap. 2. concl. 13.* Ad-
mittuntur etiam in criminibus atrocioribus,
puta hæreſis per *cap. Sacerdotes 8. II. q. 7.* læſæ
Majeſtatis *l. famoſi 7. in princ. & §§. ſeqq. ff. d. t.*
ſimoniæ per *cap. ſanè 4. XV. q. 3. cap. tanta eſt
7. de Simonia.*

27 Quæres I. utrùm quis poſſit vel debeat ac-
cuſare nocentem, quando nullâ laborat in-
famiâ?

Reſp. I. quando Delictum eſt occultum,
ejusque celatio nec Reipublicæ nec privato
eſt pernicioſa, ſalvâ charitate non aliter licet
accuſare delinquentem, niſi priùs in ſecreto
fuerit admonitus, & ſpes emendationis defe-
cerit: accuſatio ſiquidem honorem & fa-
mam proximi lethaliter vulnerat; ſicque, ſi
legitimâ causâ non muniatur, Legibus cha-
28ritatis adverſatur. At, ubi Reipublicæ
vel hominis privati & innocentis commodum
ex celatione periclitatur, aut ſpes correctio-
nis, præmiſsâ etiam admonitione, deeſt, ex-
pedit, ſalvare Rempublicam aut privatum in-
nocentem, quàm ſervare nocentem.

Reſp. II. obligatio accuſandi tunc ſolùm 29
oritur, quando ſpirituale vel temporale dam-
num à Republica vel privato innocente non
poteſt aliô mediô, quàm accuſatione, propul-
ſari. Secùs enim neque Lex charitatis, ne-
que Lex juſtitiæ ſtringit, ut moveatur accu-
ſatio, cujus omiſſio nemini cauſat aliquod no-
cumentum. Conf. Leſſius de *J. & J. lib. 2.
cap. 30. n. 10. 12. & 13.* Wieſtner ad *tit. de
Accuſat. n. 40. & 3. ſeqq.* Cæterùm ac- 30
cuſationem vix aliquis Authorum eſt, qui
ſuadeat: tum quia propter obligationem
pleniſſimæ probationis eſt plena periculi:
tum quia plerumque vindictam ſapit aut ex-
citat, hominibus Chriſtianis oppidò probro-
ſam: tum quia inter familias accuſantis &
accuſati perpetuum odium generat. D. Frö-
lich à Frölichſpurg in *Commentar. ad Carolin.
tr. 1. lib. 4. tit. 23. n. 2. & ſeqq.*

Quæres II. an plures ad accuſationem ejus- 31
dem criminis ſimul admittantur?

Reſp. plures ſimul admitti, ſi ſpecialiter
omnium interſit, accuſationem moveri, ve-
luti colligitur ex *l. ſi accuſatoribus 4. Cod. de
Accuſation.* ubi Brunnem. *num. 3.* Cæ- 32
teroquin, ſi plures accuſent, Judex unum ex
illis, quem ætate, moribus, dignitate, vel aliâ
qualitate reliquis eminere perſpexerit, eligit
*l. ſi plures 16. ff. d. t.* Brunnem. *ibid. n. 1. & 2.*
Lauterb. *ibid. §. 7.*

## §. III.

### *Quis accuſari poſſit?*

33 ACcuſari poteſt regulariter omnis delin-
quens, cujuscunque ſexûs, ætatis, aut
conditionis fuerit *arg. l. hos accuſare 12. in pr.
34ff. de Accuſat.* Excipiuntur I. Legati,
&, qui Reipublicæ causâ ſunt abſentes *d. l. in
princ.* II. Magiſtratus majores & tempora-
les, quàmdiu Jurisdictionem & officium ad-
35miniſtrant *d. l. in pr.* III. Summi Prin-
cipes, Superiorem in terris non agnoſcentes;
qualis in ſpiritualibus eſt Summus Pontifex,
cujus cauſa à nemine, quàm DEO, judicatur,
niſi cauſa ſit hæreſis *cap. ſi papa 6. Diſt. 40.* in
temporalibus Imperator, qui, licèt in civili-
bus arbitrium Electoris Palatini ſponte eli-
gat, juxta Auream Bullam *cap. 5. §. 3.* in cri-
minalibus tamen Judicem aut arbitrum non
habet. Vitriar. *Inſtit. Jur. publ. lib. 3. tit. 12.
num. 17.* Rhetius *Inſtit. Jur. publ. lib. 1. tit. 4.
§. 64.*

36 Dubitatur autem I. utrùm abſentes poſſint
accuſari?

Reſp. abſentes quidem accuſari, & citari
poſſe, ſecundùm ea, quæ tradita leguntur in
*Lib. II. tract. de Judic. cap. 3. à num. 164.* ſin
autem citati non compareant, videndum eſſe,
num pœna, quæ, Delictô probatô, foret infe-
37renda, ſit relegatione major, vel minor. Si
prius; accuſatio unà cum judicio manet ſu-
ſpenſa *l. Divi 1. in pr. ff. de Requirend. vel abſen-
tib. condemnand.* ſolùmque bona abſentis an-
notantur *l. abſentem 6. Cod. de Accuſat.* Vide
tamen *cit. cap. 3. n. 166.* Si poſterius; accu-
ſatio unà cum judicio criminali ad finem us-
que perducitur *l. abſentem 5. in pr. ff. de Pœn.*
ubi Brunn. *num. 4. & ſeqq.*

Dubitatur II. an, qui ſemel eſt abſolutus de 38
crimine, poſſit ab eodem accuſatore vel alio
rurſus accuſari?

Reſp. negativè. Textus in *cap. de his 6. de
Accuſat. l. ſi cui 7. §. 2. l. ſenatus 14. ff. l. qui de
crimine 9. l. ſi quis 11. Cod. d. t.* Farinac. *lib. 1.
tit. 1. q. 4. per tot.* Rationem dat Gon- 39
zalez ad *cit. cap. n. 5.* quia accuſatio competit
omnibus de populo, non quidem ut ſingulis
ſeu diſtributivè, ſed ut univerſis ſeu collecti-
vè: indeque ſententia abſolutoria non tan-
tùm obeſt accuſatori, ſed omnibus de popu-
lo; quemadmodùm ſententia in actione po-
pulari non ſolùm obeſt actori, ſed toti populo
*arg. l. ſed ſi 3. in pr. ff. de Popularib. action.*

Si dicas: rem inter alios actam & judica- 40
tam, aliis, quibuſcum nihil eſt actum, nec
prodeſſe nec obeſſe, non tantùm in cauſis ci-
vilibus, ſed etiam in criminalibus *l. juris ma-
nifeſti 3. Cod. Quibus res judicata non nocet.*

Reſp. hanc regulam in criminalibus tunc 41
ſolum-



ſolummodò procedere, quando vel reus eſt
abſolutus per calumniam aut colluſionem
cum adverſario *l. ult. ff. de Prævaricator. d. l.
ſi quis 11.* vel quando tantùm eſt abſolutus ab
inſtantia *d. l. ſi cui 7. §. 2.*

42 Dubitatur III. utrùm maleficus omni tem-
pore poſſit accuſari?

Reſp. quòd non: ſicut enim actio civilis
non omni tempore moveri poteſt, ſed poſt
lapſa præſcriptionis tempora perimitur; ſic
etiam accuſatio *l. quamcunque 3. ff. de Requir.
vel abſ. condemn. l. querela 12. Cod. ad L. Cornel.
de falſ.* qua de re plura in *Lib. I. tract. de Præ-
ſcription. cap. 4. à n. 305. & cap. 5. à n. 533.*

## §. IV.

### *Quâ formâ inſtituenda & proſequenda ſit Accuſatio?*

43 FOrma inſtituendi & proſequendi accuſa-
tionem ferè coincidit cum forma inſti-
tuendi & proſequendi actionem civilem.
Præ omnibus ſiquidem in foro competenti ex
præſcriptione Juris Communis regulariter
offertur libellus, in quo juxta *l. libellorum 3. in
44pr. ff. de Accuſat.* exprimendum I. nomen ac-
cuſatoris, ut ſciatur, habeâtne perſonam le-
gitimam ſtandi in judicio, nec ne. II. expri-
mendum nomen rei, quatenùs innoteſcat,
utrùm ab accuſatione ſit immunis, vel non.
III. exprimendum nomen Judicis, ad ſtabi-
liendam fori competentiam. IV. conficien-
da eſt accurata facti ſpecies, ſeu narratio com-
miſſi maleficii, cum expreſſione circumſtan-
tiarum quoad perſonas, complices, locum,
tempus. Conferatur D. à Frölichſpurg *lib. 4.
45tit. 23. n. 19.* Concluſio ſeu petitio
pœnæ determinatæ non eſt neceſſaria: cùm
enim Lex ipſamet pœnam determinet, aut
determinationi Judicis relinquat *l. accuſato-
rum 1. §. 4. ff. ad SC. Turpillian. l. ordine 15. in
pr. ff. ad Municipal.* ceſſant partes accuſatoris,
ut dictum in *Lib. II. tract. II. de Proceſſu judic.
cap. 1. n. 33.*

Dixi: ex præſcriptione Juris communis 46
offerendum eſſe libellum; nam juxta Jus mo-
dernum in *Ord. Carol. art. 28.* ſtat in arbitrio
accuſatoris, utrùm accuſationem in ſcriptis
vel oretenùs velit proponere. Lauterb. ad
*tit. ff. de Accuſat. §. 15.*

Oblatô libellô, Judex ea omnia debet ob- 47
ſervare, quæ in citato *tract.* in proceſſu judi-
ciario obſervanda præſcripſimus: nempe ci-
tare reum; exſpectare litis conteſtationem;
exigere probationem criminis ex parte accu-
ſatoris; ex parte rei audire exceptiones; fer-
re ſententiam &c.

## §. V.

### *Quis effectus ſit Accuſationis?*

48 ACcuſatio producit varios effectus. Ex
parte accuſatoris operatur obligatio-
nem, ut accuſationem concludenter & lucu-
lenter probat *l. ult. Cod. de Probat.* nec ab illa
deſiſtat, antequàm abolitionem ſeu veniam
Magiſtratûs impetraverit; ni velit infamiâ
notari, vel etiam arbitrariam ſuſtinere pœ-
nam *l. accuſatorum 1. §. 7. ff. l. ſi pro eo 2. Cod.
ad SC. Turpillian.*

49 Ex parte rei accuſati facit accuſatio, ut, illâ
pendente, nec Eccleſiaſticam nec Sæcularem
dignitatem adipiſci valeat *cap. omnipotens 4. de
Accuſation.* ubi Gonzalez *à n. 4. l. reus 7. in pr.
50ff. de Munerib. & honorib.* Circa electio-
nem tamen ad dignitatem Eccleſiaſticam cum
Panormit. ad *d. cap. n. 4.* Fagnano *ibid. n. 24.
& ſeqq.* diſtinguendum eſt: utrùm accuſatio-
nem præceſſerit infamia rei, vel non. Si
prius; accuſatus nequit eligi: eò quòd infa-
mia qualiscunque, tam facti quàm Juris, por-
tam & oſtium honoris occludat *cap. infami-
bus 87. de R. J. in 6. l. infamibus 2. Cod. de Di-
51gnitat.* Si poſterius; accuſatus non
prohibetur eligi *cap. meminimus 13. cap. acce-
dens 23. de Accuſat.* alioquin in poteſtate cu-
juslibet maligni hominis foret poſitum, ſolâ
criminis objectione quempiam à promotioni-
bus Eccleſiaſticis impedire.

52 Ex parte Judicis tribuit accuſatio poteſta-
tem, reum non tantùm verbaliter, ſed etiam,
ſi Delictum atrox & grave ſit, realiter ac per
apparitores citandi; ſic tamen, ut ante, quàm
talis apprehenſio decernatur, probabilis con-
jectura de criminis admiſſione præcedat juxta
*art. 11. & 118. in Ord. Carol.* P. Engel ad *tit.
de Accuſat. n. 21.* quia captura per apparitores
& lictores apud homines graves & honeſtos
non parum exiſtimationem gravat; adeóque
ſinè prævia cauſæ cognitione & præcedenti-
bus conjecturis decerni non debet.

Captum ſic reum, atque de fuga ſuſpectum, 53
Judex poteſt in carcerem detrudere; hâc ta-
men ſervatâ cautelâ, ut carcer non tam ad
torturam quàm cuſtodiam rei ſit compoſitus:
nam, ut prudenter monet Conſtantinus in *l.
in quacunque 1. Cod. de Cuſtodia reor. non ſedis in- 54
tima tenebras pati debebit incluſus, ſed uſurpatâ lu-
ce vegetari, ac ſublevari, &, ubi non geminaverit
cuſtodiam, in veſtibulis carcerum & ſalubribus lo-
cis recipi, ac revertente iterum die ad primum ſolis
ortum illicò ad publicum lumen educi, ne pœnis car-
ceris perimatur, quod innocentibus miſerum, inno-
xiis non ſatis ſeverum eſſe, dignoſcitur.* Concor-
dat *Ord. Carol. art. 11.* Quamquàm, 55
ſi perſona incarcerata ſit vilis, efferata, ac de
effractione ſuſpecta, in carcerem abſtruſio-
rem conjici, & ferramentis vel compedibus
alligari poſſit, ut docet D. Blumblacher in
*Commentar. ad cit. art. 11. num. 2.* & Carpzov.
*pract. crim. part. 3. q. 106. n. 50. & ſeqq.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

56 Ut porro reus accuſatus carceris moleſtiam evitare poſſit, conceditur ipſi facultas, petendi ſalvum conductum, ſeu cautionem, quâ Judex eidem ſecuritatem veniendi, & ſinè metu carceris in judicio comparendi

57 promittat. Hæcque cautio, ſi reus aliter comparere non velit, concedi debet per *Ordinat. Carol. art.* 156. quatenùs de veritate Delicti vel innocentia rei major certitudo poſſit haberi. Carpzov. *cit. l. q.* 112.

58 *num.* 5. Interim, ſi reus poſt comparitionem deprehendatur nocens, vel ex propria confeſſione vel ex aliis probationibus, ſalvus conductus non liberat eum à ſubeunda pœna; niſi Judex expreſsè non tantùm ſecuritatem veniendi, ſed etiam redeundi promiſerit: quippe cùm ſalvus conductus tantum-

59 modò contra ſqualorem & horrorem carceris, ad cauſam in judicio liberiùs dicendam, non autem contra juris & juſtitiæ executionem deſerviat. Carpzov. *d. q.* 112. *num.* 83. Beſold. in *diſp. de Regal. cap.* 7. *n.* 5. Haunold. *Juriſpr. Jud. tom.* 6. *tr.* 3. *cap.* 5. *contr.* 6. *per tot.* Braun in *tr. de fide cap.* 1. §. 1.

# SECTIO II.

## De Inquiſitione.

### SUMMARIA.

60. *Inquiſitio eſt hodie remedium ordinarium.* 61. *Definitur.* 62. *Inſtituitur ex officio nobili.* 63. *& ſeqq. Vicem accuſatoris infamia ſupplet.* 66. *Alia generalis; alia ſpecialis.* 67. *Alia manſueta; alia ſevera.* 68. *& ſeq. Inquiſitionem movet Judex criminalis.* 70. *In criminoſum ſubditum.* 71. *& ſeqq. Ab inquiſitione ſevera ſeu tortura quidam exempti ſunt.* 74. *& ſeq. Oſtenditur, quomodo procedatur in inquiſitione generali abſoluta.* 76. *Item in generali ſecundùm quid.* 77. *& ſeqq. In inquiſitione ſpeciali debet antecedenter conſtare de corpore Delicti.* 81. *& ſeqq. De infamia vel indiciis.* 86. *Debent etiam articuli inquiſitoriales & teſtes reo communicari.* 87. *& ſeqq. Diſquiritur, utrùm apud Regulares hac puncta etiam obſervanda ſint?* 91. *& ſeq. Infamatus de uno crimine non cenſetur infamatus de altero.* 93. *Niſi magna ſit inter utrumque connexio.* 94. *& ſeqq. Adſtruuntur conditiones, ad torturam requiſita.* 98. *Officium Judicis in proceſſu inquiſitionis.* 99. *& ſeqq. Exponitur obligatio rei inquiſiti de manifeſtanda veritate.* 111. *& ſeq. Objectio proponitur.* 113. *& ſeqq. Diſcutitur, an reus in proceſſu inquiſitorio pœnâ ordinariâ ſit afficiendus?* 117. *& ſeq. Deſcribitur modus, ſuper crimine canonicè ſe purgandi.* 119. *& ſeq. Diluitur inſtantia.* 121. *Hic modus extra materiam Delictorum quoque procedit.* 122. *Alii modi ſunt abrogati.* 123. *& ſeqq. Purgatio vulgaris nunquàm licita fuit.*

## §. I.

### *Quid & quotuplex ſit Inquiſitio?*

60 ACcuſationem accuſanti quandoque periculoſam, nec ſuadendum eſſe, liquet ex *num.* 30. Hinc accuſationi ſubſtituta eſt inquiſitio, ceu minùs incommoda, &, quæ olim erat remedium extraordinarium, tranſiit in remedium ordinarium. Farinac. *Prax. crim lib.* 1. *tit.* 2. *q.* 12. *n.* 1. Paſſerin. in *Tribun. Regul. q.* 8. *art.* 1. *n.* 1.

61 Eſt autem inquiſititio nihil aliud quàm legitima criminis inveſtigatio, à Judice, ex officio procedente, inſtituta.

62 Dixi: *à Judice, ex officio procedente.* In quibus verbis effertur formale diſcrimen inter accuſationem & inquiſitionem, jam ſupra in *num.* 5. indicatum, quòd nempe in inquiſitione Judex non exſpectet delationem criminis aut criminoſi, ſed ex officio nobili, motuque proprio crimen aut criminoſum inveſtiget, Lege publicâ ſic mandante in *l. præſes* 3. *l. congruit* 13. *in pr. ff. de Offic. Præſid. Novell.* 128. *cap.* 1.

63 Nec turbat, quòd ſinè accuſatore nullus condemnari debeat, non ſolùm Canonico & Civili Jure in *cap. de manifeſta* 17. *II. q.* 1. *l. reſcripto* 6. §. 2. *ff. de Munerib. & honorib.* ſed etiam Jure Divino: utpote cùm Servator noſter Judam proditorem, à nemine accuſatum, non damnaverit; &, quando mulier adultera fuit ad ipſum adducta, quæſiverit: *quis te accuſat mulier?* illâque reſpondente, *nemo Domine*; replicaverit: *nec ego te condemno.* Hoc

64 enim verificatur in illa hypotheſi, quâ vicem accuſatoris nec fama nec indicia ſupplent: at, ubi fama vel indicia præcedunt, habemus alia Juris Divini exempla: *legitur enim* (refero verba Concilii Generalis ſub Inocentio III. in *cap. qualiter & quando* 24. *de Accuſation.*) *in Evangelio, quòd villicus ille, qui diffamatus erat apud Dominum ſuum, quaſi diſſipaſſet bona ipſius, audivit ab illo: quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: jam enim non poteris ampliùs villicare; & in geneſi Dominus ait: deſcendam & videbo, utrùm clamorem, qui venit ad me, opere compleverint.* Ex quibus authoritatibus

65 (ſunt verba ejusdem Concilii) *manifeſtè probatur, quòd, ſi per clamorem & famam exceſſus aliquis ad aures Superioris pervenerit, debet coram Eccleſia ſenioribus veritatem diligentiùs perſcrutari, ut, ſi rei popoſcerit qualitas, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis, non tanquàm idem*



*idem ſit accuſator & Judex, ſed quaſi denuntiante famâ vel deferente clamore, officii ſui debitū exequatur.*

66 Dividitur inquiſitio I. in generalem & ſpecialem. *Generalis* eſt vel *ſimpliciter talis*, ſeu generaliſſima, quâ nempe generatim in Delicta vel delinquentes, nec cognitô Delictô, nec cognitô delinquente, veluti contingit in viſitationibus, inquiritur; vel eſt *ſecundùm quid talis*, quando ſcilicèt Delictum quidem v. g. homicidium eſt cognitum, author autem ignoratur. *Specialis* eſt, quando in ſpecialem ac determinatam perſonam, velut criminis authorem, inquiritur.

67 Dividitur II. in manſuetam ſeu mitiorem, & ſeveram. *Manſueta* ſeu mitior eſt, quæ peragitur per ſolas interrogationes aut articulos, ad examinandum reum formatos. *Severa* eſt, in qua cruciatus corporis & tormenta ad expreſſionem veritatis adhibentur; dicta aliàs *quæſtio* ſimpliciter, vel *tortura.*

## §. II.

### *Quiſnam inquiſitionem inſtituat; & in quem?*

68 INquiſitionem ex dictis inſtituit Judex, cui merum Imperium ſaltem quoad primum actum competit. Sunt enim Judices non pauci, qui, cùm Imperiô penitus careant, ne quidem in crimen judicialiter inquirere poſ-

69 ſunt. Sunt alii, qui, licèt imperium merum non habeant in tota ſua perfectione & quoad omnes actus, habent tamen unum aut alterum & ſaltem actum primum, qui eſt inquiſitio. Braun *de Imperio mero cap.* 1. §. 4. *n.* 40.

70 In talem verò Judex inquirere poteſt, qui eidem ratione domicilii vel loci Delicti ſubjectus, nec ſpecialiter ab accuſatione privilegiatus eſt: cùm enim inquiſitio ſucceſſerit in locum accuſationis, conſequens eſt, eum, qui liber eſt ab accuſatione, etiam ab inquiſitione liberum eſſe. Magnif. P. König ad *tit. de Accuſat. num.* 69.

71 Ab inquiſitione ſevera autem ſeu tortura longè plures eximuntur; & quidem ob defectum animi vel corporis eximuntur I. impuberes *l. de minore* 10. *in pr. ff. de Quæſtion. l. cùm aliter* 1. §. 33. *ff. de SCto Silan.* II. furioſi *l. ſi quis* 3. §. 11. *ff. eòd.* III. muti & ſurdi ſimul, tam ex natura, quàm ex accidenti tales, ſi literas ignorent *d. l. ſi quis* §. 8. & 10. IV. ſenes & decrepiti *d. l.* §. 7. V. valetudinarii, qui verſantur in periculo vitæ *arg. l. quæſtionis* 7. *ff. de Quæſtion.* VI. mulieres prægnantes *l. prægnantis* 3. *ff. de Pœn.* Ob conditionem

72 & ſtatum eximuntur I. Magiſtratus majores *l. Divo Marco* 11. *Cod. de Quæſtion. l. ſeveram* 10. *Cod. de Dignitat.* II. milites *l. milites* 8. *in pr. Cod. eòd.* III. nobiles, utpote qui plebejorum, quibus tormenta videntur eſſe præſtituta per *cit. l. milites in pr. & cit. l. Divo Marco* 11. turbâ ſunt exempti *l. un. Cod. de Equeſtri dignit.* IV. Doctores, qui non tantùm privilegia militum participant *arg. l. Advocati* 14. *Cod. de Advocat. diverſor. judicior.* ſed etiam reipſâ ſunt nobiles *arg. l. excuſantur* 2. §. *ult. l. diximus* 4. *in f. ff. de Excuſation.* Conferantur D. Blumblacher in *Commentar. ad Carolin. art.* 45. *à n.* 17. D. à Frölichſpurg in *Commentar. ad eand. Carol. lib.* 3. *tit.* 5. *à num.* 8. Carpzov. *pract. crim p.* 3. *q.* 117. *à num.* 65. Clariſſimus D. Franz in *Juriſprud. quintupl. q.* 16. *à num.* 12.

73 Sunt tamen crimina, in quibus nec ſtatus nec conditio tribuit immunitatem à tortura; in ſpecie crimen læſæ Majeſtatis, hæreſis, ſimoniæ, proditionis &c. de quibus Carpzov. *cit. l. num.* 87. *& ſeqq.*

## §. III.

### *Quænam ſit forma & modus procedendi in Inquiſitione?*

74 FOrma & modus procedendi in inquiſitione generali ſimpliciter tali non eſt ſingularis, ſed fieri poteſt absque aliis conditionibus prærequiſitis, nempe ſinè præcedenti infamia vel indiciis alicujus criminis per textus in *cap. habeat* 1. *de Offic. Jud. Ordinar.* ubi Panormit. *num.* 6. *cap. Romana* 1. §. *ſanè de Cenſib.*

75 *in* 6. hæc enim inquiſitio, ut loquitur Paſſerin. in *Tribunali regular. q.* 8. *art.* 1. *num.* 4. non inſtituitur ad vindictam publicam: utpote cùm ex fine ſuo principali non reſpiciat Delicta, ut puniantur, ſed magis, ut emendentur, ac per opportunas Leges impediantur. Plura ſuggerit idem Author *d. q. art.* 8. *per tot.* & Alphonſus à Vilagut. *pract. crim. can. lib.* 3. *cap.* 7.

76 In inquiſitione generali ſecundùm quid opus eſt, ut veroſimilia indicia de corpore Delicti, id eſt, de veritate criminis, actu & opere commiſſi, præcedant. Paſſerin. *d. l. num.* 38. Carpzov. *pact. crim. part.* 3. *q.* 108. *num.* 2. Brunnem. in *Proceſſu crim. cap.* 7. *num.* 5.

77 In inquiſitione ſpeciali plura concurrere debent. I. de corpore ſeu veritate Delicti, v. g. admiſſo homicidio conſtare debet, non tantùm ex rei confeſſione (ex hac enim ſola nequit aliquis ad mortem condemnari *l. in criminibus* 1. §. *ult. ff. de Quæſtion.* Farinac. *prax. crim. tit.* 1. *q.* 2. *num.* 7.) ſed etiam ex aliis clarioribus indiciis & probationibus *l. cùm aliter* 1. §. 24. & 25. *l. neceſſarios* 5. §. 2. *ff. de SCto Syllan.*

78 Et quidem, ſi tale ſit Delictum, ut veſtigium poſt ſe relinquat, cujusmodi eſt homicidium, furtum, incendium &c. per inſpectionem ocularem ſeu viſum repertum de cadavere occiſi, fractis januis & ſeris, aut combuſtis ædibus &c. veritas Delicti eſt indaganda. D. à Frölichſpurg in *ſuo Commentar. ad Carol. lib.* 1. *tit.* 4. *num.* 2. & 3.

79 Sin

verò

verò Delictum poſt ſui conſummationem ve-
ſtigium non relinquat, quale eſt v. g. magia,
blaſphemia, ſodomia &c. ſufficiunt indicia
& conjecturæ ad inquirendum ſpecialiter.
80 Farinac. *cit. l. num.* 13. Quod ipſum
ſubinde dicendum in Delictis, veſtigium alio-
quin relinquentibus, ſi perſona quædam
ſingulariter gravata & ſuſpecta ſit, ac vel De-
licti veſtigia ſublata, & cadaver v. g. occiſum
in flumen ſit projectum, vel periculum inſter,
ne, dum longiori tempore corpus Delicti
quæritur, delinquens aufugiat. D. Blum-
lacher ad *art.* 6. *Ord. Carol. num.* 13. D. à Frö-
lichſpurg *cit. l. num.* 3.
81 II. de Jure Canonico debet perſona, in
quam ſpecialiter inquiritur, infamiâ Delicti
laborare, atque ex communi fama, non à male-
volis ſed probis & gravibus viris ſubortâ, per-
que teſtes idoneos probatâ, pro ſceleris au-
thore proclamari *cap. cùm oporteat* 19. *cap. in-
quiſitionis* 21. *§. tertiò* & ibi Gonzalez *num.* 10.
*cap. qualiter & quando* 24. *de Accuſat.* junctô *cap.
poſtquam* 1. *& cap. ſi is* 2. *eòd. in* 6. Paſſerin in
*Trib. regular. cit. q.* 8. *art.* 9. *num.* 47. Vilagut.
82 *cit. lib.* 3. *cap.* 12. *concl.* 9. *& ſeqq.* Cùm
enim inquiſitio ſpecialis in certam perſonam
in cauſa criminali vix inſtitui poſſit abſque in-
famia perſonæ: perinhumanum SS. Canones
judicârunt, aliquem per inquiſitionem infa-
mare, qui antecedenter in poſſeſſione famæ
& integræ exiſtimationis extiterat. P. Engel
83 ad *tit. de Accuſat. num.* 24. Verùm de
Jure Civili Carolino in *art.* 6. non præcisè re-
quiritur infamia prævia, ſed in illius defectum
veroſimilia criminis indicia ſufficere, indica-
84 tur. Quin etiam de Jure Canonico in
nonnullis caſibus infamia non exigitur, velu-
ti ſi I. denuntiator publicus Judici crimen ma-
nifeſtet; II. ſi Judex in inquiſitione generali
devenerit in notitiam criminis; III. ſi crimi-
ne, per virum probum ac fide dignum cogni-
tô, ſolùm inquirere velit in infamiam crimi-
noſi; IV. ſi tantùm inſtituatur inquiſitio ad
correctionem privatam delinquentis, aut
damnum à Republica vel proximo averten-
dum; V. ſi delictum ſit unum ex atrociori-
bus, v. g. læſæ Majeſtatis, hæreſis, aut ſimo-
niæ. Vilagut. *d. l. concl.* 14. Farinac. *prax.
crim. q.* 9. *à num.* 11. P. Pirhing ad *tit. de Accu-
ſat. à num.* 61. P. Wieſtner *ibid. à num.* 79.
qui etiam Authores (non diſſentiente P. En-
gel *cit. l. num.* 24.) generatim docent, urgen-
tia criminis indicia de Jure Canonico infamiæ
85 æquipollentia cenſeri. Hoc certum
eſt, quòd, ſi de facto inſtituta fuerit inquiſi-
tio, nullâ præeunte infamiâ, nec tamen ab
inquiſito in contrarium oppoſita exceptio,
vel proteſtatio, proceſſus criminalis valeat
*cap. poſtquàm* 1. *cap. ſi is* 2. *de Accuſation. in* 6.
Vilagut *d. l. concl.* 13.
86 III. capitula & puncta inquiſitionis unà
cum deſignatione teſtium, & depoſitionum,
inquiſito ſeu reo ſunt communicanda, qua-
tenùs legitimam defenſionem inſtruere, &
tam contra inquiſitionis capitula, quàm per-
ſonas & dicta teſtium excipere valeat *cap. cùm
oporteat* 19. *cap. inquiſitionis* 21. *cap. qualiter &
quando* 24. *de Accuſat.* P. Engel *eòd. tit. num.* 25.
Porrò cùm in *cit. cap. qualiter & quando* 24. *in* 87
*fin.* dicatur: *hunc ordinem circa Regulares perſo-
nas non uſquequaque ſervandum, quæ, cùm cauſa
requirit, faciliùs & liberiùs à ſuis poſſint admini-
ſtrationibus removeri*: hinc cum Paſſerino in
*trib. reg. q.* 8. *art.* 10. *num.* 51. ambigere quis
poſſet: an etiam in inquiſitione contra per-
ſonas Regulares infamia formaliter vel æqui-
valenter præcedere debeat? Sed ni- 88
hilominùs cum communiſſima ſententia re-
ſpondendum, quòd infamia formaliter vel
æquivalenter præcedere debeat, ſi agatur ad
judicialem perſonarum Regularium condem-
nationem, veluti pro certo ſupponunt Syl-
veſter *in V. inquiſitio q.* 1. *d.* 2. P. Pirhing ad *tit.
de Accuſat. num.* 74. P. Wieſtner *ibid. num.* 87.
Nec enim in ullo textu vel conſtitutione exci- 89
pitur inquiſitio perſonarum Regularium, ne
quidem in *cit. cap. qualiter & quando*; ſed tan-
tùm decernitur, ordinem proceſsûs judicia-
rii quoad ſolennitates & apices Juris non *uſ-
quequaque*, hoc eſt, tam rigorosè & ſtrictè, ſi-
cut in cauſis Sæcularium, obſervandum, ſed
nudam veritatis probationem indagandam
eſſe, prout exponit *cit.* Pirhing *num.* 78. qua-
propter etiam perſonæ teſtium, ex mente
P. Engel ad *cit. tit. num.* 27. reo non ſunt
communicandæ, ne cæteroquin detur occa-
ſio diſcordiæ & inimicitiæ inter Regulares, ſibi
invicem conviventes. Poteſt quoque 90
reſponderi, ordinem judiciarium tam quoad
ſolennitates, quàm quoad infamiam apud Re-
gulares ſubditos adhibendum non eſſe, quan-
do agitur præcisè ad amotionem ab officiis &
adminiſtrationibus: ut enim tam obedientiæ
votum exactiùs adimpleatur, quàm utilitas
Monaſteriorum ſecuriùs obtineatur, abſque
ſtrepitu & figura judicii ſubditi Regulares,
etiam nolentes & obſtrepentes, ab ejusmodi
muneribus & adminiſtrationibus amoveri
poſſunt. Conf. noſter D. Laurentius à Dript
in *Cant. Judiciar. Prælat. ſect.* 2. *art.* 1. *&* 2.
Infertur ex dictis, quòd Judex infamatum, 91
gravatum, aut convictum de uno crimine,
de aliis, de quibus infamatus, gravatus, aut
convictus non eſt, interrogare vel inquirere
nequeat per textus in *num.* 81. citatos, in qui-
bus generatim præcipitur, ut ſuper illo ipſo
crimine, de quo formatur inquiſitio, præce-
dat infamia. Et licèt infamatus de uno 92
crimine jam amiſerit famam & exiſtimatio-
nem; non tamen amiſit totaliter, ſed par-
tialiter, remanente adhuc jure ad famam
quoad alia crimina: ſiquidem in communi
hominum opinione majus utique diſpendium
exiſtimationis patitur, qui plura, quàm unum,
Delicta commiſit. Excipiuntur ſolum- 93
modò crimina inter ſe valde connexa, in
quibus qui de uno v. g. adulterio eſt infamatus,
hôc ipsô etiam de altero v. g. conjugicidio
ſecutô vehementi ſuſpicione gravatus eſt,
veluti docent Abbas in *cap. qualiter & quando*
17. *de*



*Accuſat. num.* 7. Innocent. *ibid. num.* 3.
P. Wieſtner ad *cit. tit. num.* 96.
94 Inquiſitio ſevera, præter legitima & ſuffici-
entia criminis indicia, de quibus per exten-
ſum agit D. à Frölichſpurg in *Comment. ad conſt.
crim. lib.* 3. *tit.* 8. *& ſeqq.* requirit juſtum ordi-
nem, ut ſcilicèt reus non ante tormentis ſub-
datur, quàm ſi ad iteratam interrogationem
crimen ſponte fateri nolit, per Ordinat. Ca-
95 rolin. *art.* 46. Deinde poſtulat, ut
ſervetur juſtus gradus ac modus torturæ, ſic-
que tormentorum genera perſonarum ætati,
ſexui, viribus, & conditioni attemperentur,
ne vitæ vel corporis grave periculum incur-
rant *l. quæſtionis* 7. ubi Brunn. *l. de minore* 10.
*§.* 3. *ff. de Quæſtion.* D. à Frölichſpurg *d. lib.* 3.
*tit.* 4. *per tot.* Clariſſ. D. Franz in *Juriſprud.*
96 *quinquepl. cit. q.* 16. *num.* 41. Adhæc
neceſſum eſt, ut Judex reum, in tortura ſu-
ſpenſum, per paucos articulos, ad propoſi-
tum idoneos, interroget per *citat. Carol. art.*
48. *& ſeqq.* D. à Frölichſpurg *cit. lib. tit.* 14. *&
ſeqq.* D. Franz *lit. l. num.* 40. Sanè ſi 97
reus per depoſitionem teſtium, aut per argu-
menta, & media alia plenè convici poſſit de
crimine, non obſtante ejus negatione, ſepo-
ſitâ torturâ, condemnari debet juxta diſer-
tum textum in *cit. Carol. art.* 69 cùm enim
tortura, veluti remedium extraordinarium,
inventa ſit in defectum aliarum probationum
*l. edictum* 8. *in princ. l. Divus* 9. *in princ. ff. d. t.*
non poteſt applicari, niſi deficiat remedium
ordinarium, & veritas aliter haberi nequeat.
Conferatur Vilagut *pract. crim. can. lib.* 7 *per
tot.* ubi materiam torturæ pro utroque foro
penſiculatè disquirit.

## §. IV.

### *Quis effectus ſit Inquiſitionis?*

98 EFfectus Inquiſitionis alius eſt ex parte Ju-
dicis inquirentis; alius ex parte perſo-
narum inquiſitarum. Ex parte Judicis eſt
obligatio ſingularis, ut tam dextrè quæſtio-
nes ſuas proponat, quatenùs nec injuſtitiam
per fraudes & fallacias committat, nec ali-
quid per imperitiam & negligentiam omittat,
quod eruendæ veritati conducere poteſt.
Ideam & exemplar formandi interrogatoria,
& cætera peragendi dabunt Brunn. *de proceſſu
crim. cap.* 8. *membr.* 1. *poſt num.* 96. & D. à Frö-
lichſpurg *lib.* 2. *tit.* 1. *& ſeqq.*
99 Ex parte perſonarum inquiſitarum eſt obli-
gatio, manifeſtandi veritatem. Et quidem
in foro externo videtur generaliter receptum,
toties aliquem ad veritatem manifeſtandam
obſtrictum eſſe, quoties à Judice interroga-
tur. At in foro interno paulò aliter diſcur-
rendum. Refert nimirum, an reus ipſemet
interrogetur de crimine, à ſe patrato; an
100 alius. Si alius; ille non tenetur ma-
nifeſtare criminis authorem, niſi de eo pub-
lica infamia, vel ſufficientia criminis indicia
præcedant; aut niſi de crimine, primùm ad-
mittendo, ad illius impedimentum agatur;
aut grave damnum proximo vel Reipublicæ,
quod aliter evitari non poſſit, immineat. Ita
Leſſius de *J. & J. lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 128. *&*
101 *ſeq.* Pirhing ad *tit. de Accuſat. num.* 54. Ra-
tio eſt: quia extra circumſtantias, mox pro-
poſitas, non videtur adeſſe ſufficiens ratio,
ut proximus, qui in poſſeſſione integri nomi-
nis & exiſtimationis exiſtit, infametur.
102 Si reus ipſemet interrogetur, tres caſus
ſunt diſtinguendi: primus eſt, ſi reus ſciat,
ſe non legitimè interrogari, fortè quòd Ju-
dex ſinè prævia infamia vel indiciis inqui-
rat. Secundus eſt, ſi reus dubitet, an
legitimè Judex inquirat? Tertius, ſi reus
ſciat, inquiſitionem à Judice legitimô modô
103 proponi. In primo caſu certiſſima
mihi ſententia cum D. Thoma 2. 2. *quæſt.* 69.
*art.* 2. negat, reum ad confeſſionem crimi-
nis obligari: cùm enim Judex in tali hypothe-
ſi non habeat jus inquirendi, reus non habet
obligationem reſpondendi. Alphonſus a Vi-
lagut in *pract. crim can. lib.* 1. *cap.* 5. *concluſ.* 1.
In ſecundo caſu probabiliſſimè docet P. Engel 104
ad *tit. de Confeſſ. num.* 20. & Vilagut *d. l. con-
cluſ.* 2. obligationem confitendi Delictum
non ſubeſſe: nam in ſimili dubio melior eſt
conditio rei, poſſidentis ſuam libertatem,
præſertim in cauſis capitalibus, in quibus agi-
tur de ſalute corporis & membrorum, quo-
rum homo non dominus, ſed uſufructuarius
eſt. Et quamvis aliàs in dubio ſtet præ- 105
ſumptio pro Judice & Superiore: fallit nihil-
ominùs, quando verſatur ingens & irrepara-
bile damnum ſubditi; velut accidit in præſen-
ti, ubi confeſſionem criminis non ampliùs
retractare permittitur, ſed rapitur ad ſuppli-
cium. In tertio caſu plures obligant 106
reum ad crimen manifeſtandum, hodie po-
tiſſimùm, quando Innocentius XI reſtrictio-
nes mentales, ſinè quibus reus interroga-
tus vix crimen negare poterit, per ſequen-
tes propoſitiones damnavit: *ſi quis vel ſolus vel
coram aliis, ſive interrogatus, ſive propria ſponte,
ſive recreationis causâ, ſive quocunque aliô ſine ju-
ret, ſe non feciſſe aliquid, quod reverà fecit, in-
telligendô intra ſe aliquid aliud, quod non fecit, vel
aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud
additum verum, reverà non mentitur, nec eſt per-
jurus.* Ita ſonat propoſitio *num.* 26. Item
*cauſa utendi his amphibologiis eſt, quoties id neceſ-
ſarium aut utile eſt ad ſalutem corporis, honorem,
vel res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium
virtutis actum, ita ut veritatis occultatio cenſeatur
tunc expediens & ſtudioſa.* Ita propoſitio 27.
Nihilo tamen minùs hanc obligationem non 107
agnoſcunt Cardinalis de Lugo, Navarrus, Ro-
driquez, & alii cum P. Haunoldo *Juriſprud.
Judic. tom.* 6. *tract.* 3. *num.* 199. P. König ad
*tit. de Accuſat. num.* 90. *in fin.* eamque ſenten-
tiam in propoſitionibus damnatis non conti-
neri, ſtudiosè defendit P. Cardenas in *Criſi
Theolog.*

108 *Theolog. diſſert.* 19. *cap.* 7. *num.* 81. Ra-
tio non una profertur in medium. I. quia
præceptum Judicis non poteſt aliquem ſtri-
ctiùs obligare, quàm præceptum Legislatoris
humani. Atqui præceptum Legislatoris non
obligat cum gravi & notabili periculo vitæ
109 aut membrorum. Ergo &c. II. quia
reus nec tenetur ſub conſcientiæ reatu com-
parere, ſi abſens & in cauſa criminali legiti-
mè citatus fuerit; nec tenetur manere in car-
cere, ſi jam apprehenſus & incluſus ſit, ſed,
datâ occaſione, poteſt effugere, prout com-
muniùs Aa. admittunt. Ergo nec crimen
fateri tenetur, eſto legitimè fuerit interro-
110 gatus. III. quia, ſi criminaliter aga-
tur, propinquus contra propinquum; quin
& extraneus contra extraneum, ſi grave no-
cumentum timeat, ad teſtimonium dicendum
non cogitur, ut patet ex *Lib. II. tract. III. de
Proceſſu Judic. cap.* 5. *num.* 54. & *num.* 74. &
*ſeqq.* Ergo contra ſeipſum eò minùs quis te-
ſtari cogitur, quò magis ſe ipſum, quàm
alium, amare tenetur.
111 Si dicas: Judici, legitimè interroganti, cum
veritate reſpondendum eſſe: eò quòd jus in-
terrogandi inferat obligationem reſponden-
di. Reponit P. Haunold dupliciter: primò
reſpondendum eſſe, ſi grave periculum non
immineat; ſecus, ſi grave periculum ſubſit:
ſecundò reſpondendum eſſe ex obligatione
non abſoluta ſed alternativa, quatenùs reus
vel crimen fateri debet, vel ſuſtinere tortu-
ram. Quâ etiam ex reſponſione de- 112
monſtrat idem Haunold, crimina ſic impuni-
ta non manere: quia, ſuppoſitâ rei negatio-
ne, poteſt Judex comminari & ſuſcipere tor-
turam, ſi cætera concurrant.
Illud inquirendum ſupereſt: debeatne re- 113
us, crimen in inquiſitionis proceſſu confeſſus,
aut aliàs de eo convictus, pœnâ ordinariâ
vel extraordinariâ plecti? De Jure Civili
exploratum eſt, pœnam ordinariam eſſe
dictandam per textum in *l. abolitio* 2. *Cod. de
Abolition.* De Jure Canonico pœna ex- 114
traordinaria videtur eſſe recepta, niſi crimen
ſit tale, quod Ordinis ſuſcepti executionem
impedit, aut beneficii retentionem, peractâ
quoque pœnitentiâ, excludit, quale cenſe-
tur homicidium & ſimonia *cap. inquiſitionis* 21.
*in pr. de Accuſat.* Sed quia in eodem 115
*cap. in fin.* ſubnectitur, quòd in *proceſſu inquiſi-
tionis ſecundùm perſonæ merita, & qualitatem ex-
ceſsûs pœnam poſſit judicantis diſcretio moderari*:
profectò non videtur rejici pœna ordinaria,
ſi qualitatem exceſsûs & perſonæ excedentis
adæquet per textum in *cap. cùm ſuper* 2. *de Con-
feſſ. cap. ult. de Celebrat. Miſſar.* P. Wieſtner
ad *cit. tit. de Accuſat num.* 99. Interim, 116
cùm hodie judicium inquiſitorium ſit uſitatiſ-
ſimum, atque in locum judicii accuſatorii
ſucceſſerit; vix ampliùs dubitationi locus ſu-
pereſt, quin ordinaria pœna dictari valeat,
ut tradit Gonzalez ad *cit. cap. inquiſitionis* 21.
*num.* 11.

## §. V.

### *Quomodò in Inquiſitione purganda ſit infamia?*

117 CONtingit interdum, ut Judex in inquiſiti-
one deprehendat, crimen juridicè pro-
batum non eſſe, ſuſpicionem tamen & infa-
miam de criminoſa perſona urgentem, ac pro-
babilibus argumentis, etiam apud probos,
innixam eſſe. Tunc itaque tam in foro Eccleſia-
ſtico, in quo ad torturam non tam facilè de-
curritur, quàm in foro Sæculari, indicitur
purgatio Canonica, debetque reus ſuſpectus
& infamatus de crimine tactis Evangeliis ju-
ramentum veritatis præſtare, quòd crimen
non commiſerit *cap. inter* 10. *cap. cùm dilectis*
118 15. & *tot. tit. de Purgat. Canon.* Debent
quoque viri alii honeſtæ conditionis, &, ſi
reperiri poſſint, ejuſdem cum infamato ordi-
nis, juxta numerum, arbitriô Judicis taxan-
dum, juramentum credulitatis emittere,
quòd nempe credant, infamatum crimen ob-
jectum non admiſiſſe, ac in veritate ſuper in-
nocentia ſua juràſſe *cap. quoties* 5. *cap. cùm P.* 5.
*cit. tit.* Gonzalez ad *cap. ult. eòd. tit. num.* 6.
& *ſeq.*
119 Nec putes, reum in cauſis criminalibus
non eſſe gravandum juramentô purgatoriô,
ſed potiùs abſolvendum, quando crimen
non fuit plenè probatum *l. qui accuſare* 4. *Cod. de
120 Edend. l. ult. Cod. de Probat.* Hoc ſiqui-
dem procedit, quando reus aliunde non eſt
diffamatus de crimine: nam, ubi diffamatus
eſſe perhibetur, juramentum purgatorium
ei juſtè defertur, tum ut ſcandalum publi-
cum evitetur; tum ut ipſi diffamato ſuus ho-
nor reſtituatur. Gonzalez *cit. l. num.* 8. P.
Engel ad *cit. tit. num.* 2.
Idem purgandi modus uſurpatur, quan- 121
do aliquis non de crimine, ſed impedimento
quodam vel defectu, ratione cujus ad Ordi-
nes aut beneficia Eccleſiaſtica nequit aſcende-
re, fuit infamatus *cap. accedens* 14. *d. t.* ubi
à Diacono, ſuper defectu natalium ab æmulis
delato, priusquàm Ordinem Presbyteratûs
ſuſcipiat, purgatio canonica ſuper infamia
natalium recipitur. Panormit ad *citat. cap.
num.* 1. Vilagut *pract. crim. Can. lib.* 5. *cap. un.
concl.* 1. qui etiam in *concl.* 3. & *ſeqq.* permulta
utilia circa hanc purgationem præſcribit.
Alii modi, innocentiam aut integritatem 122
purgandi, per ſumptionem S. Euchariſtiæ,
celebrationem Miſſæ, juramentum ad Reli-
quias SS. Martyrum &c quondam uſitati,
atque à SS. Canonibus approbati, pedeten-
tim in deſuetudinem abierunt. Gonzalez
*ubi ſupra num.* 5. P. Wieſtuer ad *cit. tit. n.* 1.
& 5. *ſeqq.*
Modus etiam purgationis vulgaris, olim 123
per malam vulgi conſuetudinem introdu-
ctus, quô per immerſionem in aquam ferven-
tem aut frigidam, per calcationem igniti vo-
meris,



meris, vel per duellum innocentia demon-
ſtrari conſuevit, nunquàm à SS. Canonibus
eſt receptus per textus in *cap. Mennam* 7. §.
*purgationem II. q.* 4. *cap. cura ſuſcepti* 1. *cum* 2.
124 *ſeqq. de Purgat. vulg.* Cùm enim re-
cenſita media probandi innocentiam non ſint
naturalia; adhiberi non poſſunt, quin aut
DEUS ad facienda miracula temerè incite-
tur; aut dæmonis auxilium ad effectum præ-
ter naturam ſuperſtitiosè imploretur. P. En-
gel ad *cit. tit. n.* 6. Gonzalez ad *cap. ult. d. t.
n.* 7. & *ſeqq.*
125 Nec obſtat, quòd in *cap. qui presbyterum* 24.
*XVII. q.* 4. de eo, qui Presbyterum occidit, &
negavit, ſtatuatur, ut, *ſi liber eſt, cum ſeptuagin-
ta duobus juret; ſi ſervus, ſuper duodecim vome-
126 res ferventes ſe expurget.* Hoc ipſum
quippe *cap.* ex Concilio particulari Moguntì-
no deſumptum, atque de recepta tunc con-
ſuetudine vulgi conceptum, per textus in
*num.* 123. eſt abrogatum. Gonzalez *d. l.
num.* 9.
Quæres: an, ſi purgatio ſecundùm SS. Ca- 127
nones ritè completa, & ſententia abſolutoria
de criminis infamia fuerit ſecuta, accuſatio,
vel inquiſitio de crimine poſſit repeti?
Reſp. quòd poſſit repeti, ſi nova ſuperve-
nerint indicia, vel colluſio detegatur: tunc
enim abſolutoria ſententia non fuit abſoluta,
ſed conditionata, niſi ſcilicèt aliquid novi ſu-
pervenerit per *cit. cap. Mennam* 7. *II. quæſt.* 4.
Aliud eſt, ſi nova indicia non ſupervenerint: 128
tunc quippe reaſſumitur regula ex *cap. de his* 6.
*de Accuſat.* quòd abſolutus de crimine non
poſſit amplius accuſari. P. Wieſtner ad *tit.
de Purgat. Canon. n.* 17.

# SECTIO III.

## *De Denuntiatione.*

### SUMMARIA.

129. *Deſcribitur denuntiatio in genere.* 130. & *ſeqq. Deſcribitur & declaratur Evangelica.* 134. & *ſeqq. Recenſentur caſus, in quibus ordo hujusmodi denuntiationis obſervari non debet.* 139. & *ſeqq. Deſcribitur & dividitur Denuntiatio Canonica.* 143. *Deſcribitur Denuntiatio Civilis.* 144. & *ſeqq. Officium denuntiantis & Judicis exponitur.* 148. & *ſeq. In criminibus notoriis ordo judiciarius obſervari non debet.* 150. & *ſeq. Afferuntur requiſita ad notorietatē.*

## §. I.

### *De Denuntiatione Evangelica.*

129 DEnuntiatio, quæ tertiò locô refertur in-
ter modos procedendi criminaliter, in
genere deſcribi poteſt, quòd ſit criminis aut
criminoſi manifeſtatio, ad legitimum Supe-
riorem, citra intentionem vindictæ publicæ,
interpoſita.
130 Dividitur in Evangelicam, Canonicam, &
Civilem. *Evangelica* eſt, quæ nomenclatu-
ram & originem trahit ex Evangelio, ac tum
demum ad Judicem vel Superiorem interpo-
nitur, quando bina ad minùs correctio vel
monitio fraterna præceſſit; & prima quidem
remotis arbitris, altera verò cum adhibitione
131 unius vel alterius teſtis. Ita ſtatutum à
Servatore legimus apud D. Mathæum *cap.* 18.
in verbis: *ſi peccaverit in te frater tuus, vade, &
corripe eum inter te & ipſum ſolum: ſi te non audie-
rit, adhibe tecum unum adhuc vel duos: quòd ſi non
audierit, dic Eccleſiæ,* id eſt, Eccleſiæ Prælato
132 ſeu Judici Eccleſiaſtico. Hocque ſtatu-
tum veram Legis rationem participare, ne-
que ſub conſilio tantùm, ſed etiam ſub obli-
gatione propoſitum eſſe, manifeſtè probatur
ex *cap. novit* 13. *de Judic. cap. licet Heli* 31. *de
Simonia cap. cùm ex injuncto* 12. §. *nec quiſ-
quam &c. de Hæretic.* Sanctus Thomas 2. 2.
*quæſt.* 33. *artic.* 7. Clariſſ. D. P. Cœleſtinus
Pley in *Delectu Theolog. p.* 1. *diſp.* 3. *q.* 2. *n.* 57. &
*ſeqq.* Clariſſ. P. Wieſtner ad *tit. de Accuſat.
133 num.* 60. Ratio eſt: quia ex una parte
Lex charitatis obligat, ut proximo noſtro,
quantùm eſt in nobis, in via ſalutis monendô
& corrigendô conſulamus; ex altera verò
parte Lex eadem obſtringit, ut proximorum
famæ, quantum eſt poſſibile, faveamus:
oportet igitur, proximum, ſecretè peccantem,
ſecretè corrigere, &, hâc correctione nihil
proficiente, alios in conſortium aſſumere.
Qua de re S. Auguſtinus relatus in *cap. ſi pec-
caverit* 19. *II. q.* 1. *qui ſecretò,* inquit, *peccavit
in te, ſecretò corripe: nam, ſi ſolus nôſti, & eum vis
coram aliis arguere, non es corrector, ſed pro-
ditor.*
Excipitur I. Delictum proximi notorium 134
& publicum: tunc enim, cùm jus famæ unà-
cum poſſeſſione jam ſupponatur amiſſum,
ſtatim ad Superiorem & Judicem deferri po-
teſt, ſecundùm præceptum Apoſtoli 1. *ad Ti-
moth.* 2. ibi: *peccantes coram omnibus argue, ut
cæteri metum habeant:* quia, ut loquitur D. Au-
guſtinus in *cit. cap. corripienda ſunt coram omni-
bus, quæ peccantur coram omnibus.* Similis textus
eſt *in cap. ſed illud* 17. *Diſt.* 45. Vilagut *lib.* 2.
*cap.* 4. *concl.* 1. Layman *Theolog. Moral. lib.* 3.
*tract.* 3. *p.* 2. *cap.* 4. *num.* 3. Clariſſ. P. Pley
*d. l. n.* 69.
Excipitur II. Delictum, quod Reipublicæ 135
valde perniciosum eſt, v. g. proditio, conſpi-
ratio, hæreſis, ſuſurratio, perturbatio pacis &
charitatis communis &c. nam quia in talibus
Delictis parum aut nihil juvare ſolet corre-
ctio privata, illicò Superiori & Judici denun-
tiari

tiari poſſunt. Hinc in allegato textu D. Mathæi ſtudioſè dixit Salvator: ſi peccaverit *in te*, non in *multitudinem*; denotans, in Delictis privatis duntaxat, non in publicis & Reipublicæ pernicioſis, ordinem ibi præſcriptum eſſe ſervandum. Ita Aa. anteà citati cum Vilagut *concl.* 2.

136 Excipitur III. caſus, quò correctio privata aut nobis eſt nociva, aut proximo non proficua: obligatio quippe non datur ad inutilia vel nociva; &, ut dicit D. Auguſtinus in *cap. ſi quis* 4. *de Pœnit. Diſt.* 7. *ſi ſcirem, non tibi prodeſſe, non te admonerem, non te terrerem.* Vilagut *concl.* 4. P. Engel ad *tit. de Accuſat. num.* 29.

137 P. Wieſtner *ib. n.* 61. Meliùs itaque facit, qui Delictum occultum proximi, quod per ſe ipſum corrigere non valet, ſtatim Superiori, non tanquàm Judici, ſed patri denuntiat, ut illud pro ſua, quâ pollet authoritate, in ſecreto ſtudeat emendare. Textus in *cap. hoc videtur* 8. *XXII. q.* 5. Vilagut *concl.* 5. Laymań *cit. l. n.* 6. & 7. Notat etiam univerſaliter Paſſerin. in *trib. regul. q.* 9. *n.* 43. quòd Prælati Regulares à ſtrepitu judicii debeant abſtinere, quàmdiu delinquentes paternè corrigere, & ſcandala præcavere poſſunt.

Cæterùm ad hanc denuntiationem omnes 138
admittuntur, ſicuti in Evangelio pro omnibus indiſcriminatim eſt præſcripta, veluti cum Abbate in *cap. novit* 13. *de Judic. n.* 39. adſtruit P. Pirhing ad *tit. de Accuſat. num.* 86. P. Wieſtner ad *eund. tit. n.* 58. Vilagut *d. l. cap.* 8. *concl.* 6. faciens tamen in *concluſ.* 1. & *ſeqq.* exceptionem in criminoſis aut infamibus, perſeverantibus in crimine; excommunicatis; & ordinem charitatis intermittentibus ad normam *cap. cùm dilectus* 20. *de Accuſat.*

## §. II.

### *De Denuntiatione Canonica.*

139 DEnuntiatio *Canonica* derivatur ex SS. Canonibus, & locum invenit tum generatim in caſibus, in quibus agitur ad peccatum proximi evitandum, puta in impedimentis Matrimonii, Sacrorum Ordinum, aut dignitatum; in læſione infra dimidium in contractibus &c. tum ſpecialiter in caſu, quò Superiores & Prælati Eccleſiaſtici per malam adminiſtrationem officii ſui delinquunt.

140 Eſt autem inter denuntiationem unam & alteram ingens diſcrimen. Nam in denuntiatione generali admittuntur omnes; imò, ſi quis ſperet bonum effectum, nec incommodum notabile timeat, denuntiare tenetur per textus in *cap. novit* 13. *de Judic. cap. præterea* 12. *de Sponſal. cap. ad diſſolvendum* 13. *de Deſponſat. impub. cap. ult. in pr. de Clandeſtin. deſponſat.* Vilagut *de Denuntiat. Can. lib.* 2. *cap.* 2. *concl.* 2. P. Engel ad *tit. de Accuſat. num.* 30. P. Pirhing *ib. n.* 87. P. Wieſtner *num.* 66.

At in 141
denuntiatione ſpeciali tantùm illi admittuntur, quorum intereſt, bonum Superiorem vel adminiſtratorem habere; proindeque ſoli Religioſi vel Clerici ſuum Prælatum, & ſoli parochiani ſuum parochum eò fine denuntiare poſſunt, ut ab officio removeatur per textus in *cap. Metropolitanum* 45. *cap. ſicut* 46. *II. quæſt.* 7. *cap. cuſtos* 1. *de Officio cuſtod. cap. ſi quis* 2. *cap. illa* 3. *cap. ult. de Accuſat. cap. licèt* 31. *de Simonia.* Vilagut *d. l. cap.* 1. *concl.* 2. Abbas in *cit. cap. novit de Judic. n.* 59. P. Pirhing *cit. n.* 87. 142
Quòdſi denuntiatio Canonica in foro Eccleſiaſtico contra Laicos proponatur; diſcretè monet P. Engel ad *tit. de Foro compet. num.* 63. ob modicum præjudicium non eſſe judicialiter procedendum, ne juſta cavillandi vel calumniandi cauſa Laicis contra Judices Eccleſiaſticos ſubminiſtretur.

## §. III.

### *De Denuntiatione Civili.*

143 DEnuntiatio *Civilis* ſcaturiginem habet à Jure Civili, fierique ſolet à miniſtris publicis (de conſuetudine etiam à privatis, ut cum Claro teſtatur P. Pirhing ad *tit. de Accuſat. n.* 89.) ſpecialiter ad hoc deputatis, ut crimina qualiacunque, in civitate vel communitate admiſſa, perſcrutentur, & ad Judicem deferant, veluti colligitur ex *l. ea quidem* 7. *l. ſinguli* 14. *Cod. d. t.*

144 Judex autem, ut ſcribit Brunnem. ad *cit. l.* 7. *n.* 3. cui denuntiatum eſt crimen, non debet ſtatim credere denuntianti, ſed ante omnia inquirere, an crimen illud ſit notorium. Si notorium fuerit, id eſt, ſi fama publica de eo percrebuerit, tunc abſolvendus eſt denuntiator, & Judex ex officio de ipſius criminis veritate inquirit *d. l. ea quidem* 7.

145 Si notorium non ſit, tunc denuntiator, ſi probationes ſuggerere non poſſit, ob calumniam punietur per textum in *cap. ult. de Calumniat.* quod tamen eatenùs approbat P. Engel ad *tit. de Accuſat. n. ult.* ſi nullâ penitus probabilitate ductus quis denuntiaverit: alioquin enim denuntiatorem publicum propter officii neceſſitatem excuſandum cenſet per textum in *l. divus* 6. *ff. de Cuſtod. & exhibit. reor.*

Ipſe 146
quoque Brunn. *de Proceſſu crim. cap.* 4. *n.* 26. diſtinguit inter denuntiatorem publicum, qui ratione officii denuntiat, & privatum, qui ſpontaneè denuntiat, quòd nempe prior non præſumatur calumniari; bene autem poſterior, niſi probabilem denuntiationis cauſam docere valeat. Conſentit Vilagut *d. l. denuntiat. cap. un. concl.* 8.

De reliquo denuntiator non eſt obligatus, 147
ut crimen verè & juridicè, inſtar accuſatoris, probet,



probet, ſed ſatisfacit ſuo officio, quando Judici teſtes nominat, aut probationes, quas habet, ſuggerit, ut is perpendere poſſit, an ulteriùs pergere, & formalem inquiſitionem inſtituere debeat. P. König ad *tit. de Accuſat. num.* 113. Hinc natum illud Criminaliſtarum principiũ, quòd denuntiatio viam aperiat inquiſitioni. Carpz. *pract. crim. p.* 3. *q.* 108. *n.* 54.

## §. IV.

### *De Proceſſu in Crimine notorio.*

148 UBi crimen aliquod notorium eſt, notoreitate juris vel facti juxta explicationem in *cap.* 1. *à num.* 65. procedi ſolet, ordine Juris non ſervatô; ſicque nec accuſatione, nec inquiſitione, nec denuntiatione opus eſt per textum in *cap. evidentia* 9. *de Accuſat.* ibi: *evidentia patrati ſceleris non indiget clamore accuſatoris.* Concordant textus alii in *cap. manifeſta* 15. *cap. quia Lotharius* 16. *cap. de manifeſta* 17. *II. quæſt.* 1. *cap. ad noſtram* 21. *de Jurejur.*

149 Ratio eſt: quia proceſſus judiciarius non alium ob finem eſt introductus, quàm ut veritas & notitia de crimine perpetrato indagetur: quamobrem, ſi crimen jam aliunde ſupponatur eſſe notorium, ſuperfluum eſt, per proceſſum judiciarium in illud inquirere. Gonzalez ad *cit. cap. evidentia n.* 6.

150 Cùm autem permulta dicantur notoria, quæ talia non ſunt, veluti differit Pontifex in *cap. conſuluit* 14. *de Appellat.* debet Judici, antequàm ab ordinario proceſſu abſtineat, de notoreitate non ſolùm quoad exiſtentiam ſed etiam quoad formalitatem criminis, quòd nempe colorari vel excuſari nullatenùs poſſit, abundanter conſtare; vel quia ipſemet, quà Judex, in officio conſtitutus, unà cum pluribus aliis Delicto præſens adeſt; vel 151
quia ad minimum duo teſtes, omni majores exceptione, citatâ parte adverſâ, de viſu proprio, & aliorum præſentia tempore commiſſi Delicti juratò atteſtantur, per *cap. cùm dilectis* 15. *§. his igitur de Purgat. Canon.* Gonzalez *cit. l. n.* 5. Paſſerin. in *tribun. regular. q.* 10. *n.* 5. & 6. Farinac. *prax. crim. q.* 21. *num.* 49. & *n.* 105. Fagnan. ad *d. cap. cùm dilectis num.* 105.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# TRACTATUS II.
## DE
# DELICTIS ECCLE-SIASTICIS.

A Delictis in genere tranſgredior ad Delicta Eccleſiaſtica in ſpecie, quæ juxta *præced. tract. cap.* 1. *num.* 61. quoad diſceptationem privativè ſpectant ad forum Eccleſiaſticum. Horum, tametſi permulta reperiantur, non tamen omnia æquali ſtylô, ſed illa, quæ conſideratu digniora ſunt, fuſiore calamô; quæ verò levioris ſunt ponderis, ſtrictiore proſequor & perſequor.

## CAPUT I.
### *De Simonia.*

INter omnia Delicta Eccleſiaſtica, in ſpecie ſumpta, optimô jure, in prima mox claſſe repono Delictum Simoniæ, monſtrum in Jure Eccleſiaſtico horridum, ingens, immane: utpote in cujus comparatione Delicta cætera quaſi nihilum reputantur, uti ſermocinatur Paſchalis Papa in *in cap. ult. I. quaſt.* 7. Et, licèt ſæculum corruptum Simoniam ex Jure Canonico non minùs, quàm ex uſu & obſervantia velit expunctam aut expungendam: neſcio tamen, an intus pungens & mordens conſcientia ejuſdem fœditatem & noxietatem, nullò unquam tempore abſtergendam, non usquequaque repræſentet. Igitur ad rem ipſam me confero, & ſtatim in veſtibulo naturam, diverſitatem, & prohibitionem Simoniæ conſiderandam expono.

## SECTIO I.
### *De Natura, Diverſitate, & Prohibitione Simoniæ.*

SUMMARIA.

1. *& ſeqq. Etymon Simoniæ.* 4. *&* 5. *Synonymia.* 6. *Definitio.* 7. *Eſt ſtudioſa voluntas.* 8. *& ſeqq. Emendi vel vendendi.* 10. *Aliquid ſpirituale.* 11. *Aut ſpirituali connexum.* 12. *Alia definitio.* 13. *& ſeq. Diviſio ſimoniæ in mentalem & externam cum ſubdiviſione.* 15. *& ſeq. Item in ſimplicem & qualificatam ſeu confidentialem.* 17. *& ſeq. Simonia, quâ res intrinſecè ſpiritualis datur pro temporali, eſt prohibita Jure Divinô.* 19. *& ſeqq. Et Jure Naturali.* 22. *& ſeqq. Simonia, quâ res ſpirituales aut temporales inter ſe invicem commutantur, eſt ſolô Jure Eccleſiaſticè prohibita.* 26. *& ſeqq. Simonia, quâ res extrinſecè ſpiritualis pro temporali permutatur, eſt etiam Jure Divinô & Naturali interdicta.*

### §. I.
### *Quid ſit Simonia?*

1 SImonia, ſi nominis originationem ſpectes, obſcuros planè natales habet. Patrem agnoſcit Simonem Magum, primum Teſtamenti novi hæreſiarcham, qui, ut legitur in *Act. Apoſtol. cap.* 8. poſteaquàm animadvertit, pio fidelium cœtui Spiritum Sanctum per Sacramentum Confirmationis impertiri, pecuniam Apoſtolis obtulit, *date & mihi*, inquiens, *hanc poteſtatem, ut, cuicunque impoſuero manus, accipiat Spiritum Sanctum.* Cui graviter indignatus Apoſtolorum Princeps, *pecunia tua*, reſpondebat, *tecum ſit in perditionem: quoniam donum DEI, exiſtimaſti, pecuniâ poſſideri.*

2 Equidem inficias non iverim, in antiquo Teſtamento dona & jura ſpiritualia vendita vel empta fuiſſe, veluti deducitur tum ex *lib. Num. cap.* 22. ubi Balaam ad munus prophetandi vendendum ſollicitatur; tum ex *lib.* 3. *Reg. cap.* 14. ubi Jeroboam miſit uxorem ad Ahiam Prophetam cum muneribus, ut indicaret ſibi, quid futurum eſſet de infirmo filio; tum ex *lib.* 4. *Reg. cap.* 5. ubi Giezi à Naaman, Principe Aſſyriorum, quem Eliſæus à lepra mandaverat, duo talenta accepiſſe refertur; quæ & alia exempla eruditè disquirit Suarez de *Virt. & ſtatu Religion. lib.* 4. *de Simonia cap.* 5.
3 *per tot.* Nihilominùs Simonia potiùs eſt denominata à Simone Mago, non ſolùm quia grandius erat illius ſcelus, ex quo dona Spiritûs Sancti venalia cenſuit; ſed etiam quia, dum plures habemus res ſacras & ſpirituales in nova quàm veteri Lege, plures etiam Simonis poſteri ſeu Simoniaci numerantur. Redoanus de *Simon. p.* 1. *cap.* 1. *num. ult.*

4 Simonia variis & abominandis nominibûs circumfluit. Nam in *cap. ſicut* 6. *& cap. tanta* 7. *de Simonia* labes & peſtis; in *cap. quisquis* 5. *I. q.* 1. peculiare flagitium; in *cap. reperiuntur* 7. *ead. q.* 1. vulnus cancroſum; in *cap. audivimus* 1. *ead. q.* 3. ſacrilegium; in *cap. Presbyter* 3. *cap. benedictio* 4. *cap. cùm liqueat* 13. *cap. eos qui* 21. *cap. ſtatuimus* 107. *ead. q.* 1. *& cap. ult. ead. quaſt.* 7. *cap. quoties* 5. *de Simon.* hæreſis
5 appellatur. Quoad ultimum tamen prædicatum ſapienter advertit Suarez *citat. l. num.* 6. ſimoniam ex natura ſua non eſſe contrariam fidei & hæreticam: utpote cùm de rebus ſacris quis bene poſſit ſentire, quòd pretiô non ſint æſtimabiles, & tamen in contractum oneroſum illas deducere. Itaque vocatur hæreſis tam ex parte Simonis Magi, qui reverà per errorem putavit, donum DEI pecuniâ comparari poſſe; quàm ex parte ſequacium, qui erroneè ſibi perſuadent, res ſpirituales æſtimationem pecuniariam recipere poſſe. Conſentit P. Engel ad *tit. de Simon. num.* 2.

6 Definitur ſimonia à Gloſſa in *princ. I. q.* 1. quòd ſit ſtudioſa voluntas emendi vel vendendi aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum. Gloſſam ſequuntur Theologi, & Canoniſtæ turmatim, præeunte S. Thoma 2. 2. *q.* 100. *art.* 1.

Dicitur I. *ſtudioſa voluntas*: tum ut indi- 7
cetur genus generaliſſimum, & omnibus Delictis commune, quòd nempe deliberatus voluntatis actus ad ſimoniam concurrere debeat: tum ut ſpeciatim includatur ſimonia mentalis, quæ ſolô animô committitur. Suarez *cit. l. num.* 9.

Dicitur II. *emendi vel vendendi.* Quæ ver- 8
ba ſubeunt locum differentiæ, debentque intelligi I. in ſenſu latiori, quatenùs emptio-venditio juxta *l. ſicut* 8. §. 11. *ff. Quibus mod. pignus ſolvit.* quemcunque contractum oneroſum, in quo ſpirituale cum temporali permutatur, includit per *cap. gratia* 1. *& paſſim I.*
*quaſt.* 1. II. in ſenſu disjunctivo, quaſi 9
ſcilicèt unius quoque voluntas ad Delictum ſimoniæ ſufficiat, nec duplicis perſonæ, emptoris & venditoris, concurſus exigatur *cap. ſicut* 33. *cap. tua* 34. *de Simon.*

Dicitur III. *aliquid ſpirituale*; per quæ ver- 10
ba denotatur objectum ſimoniæ, nempe res ſpiritualis, & aliquâ ſaltem ratione ſupernaturalis, atque ad honorem DEI & animæ ſalutem ordinata; cujusmodi ſunt Sacramenta, Gratia Divina, Poteſtas & Jurisdictio Eccleſiaſtica.

Dicitur IV. *aut ſpirituali annexum.* Nam, 11
etſi res aliqua ſuâpte naturâ ſpiritualis non ſit, dummodò tamen cum re ſpirituali connectatur, vel *antecedenter*, uti jus patronatûs, altaria, templa, veſtimenta ſacra &c. Sacrificium antecedunt; vel *concomitanter*, uti labor & motus corporis cum miniſteriis & functionibus ſacris conjungitur; vel *conſequenter*, uti beneficia Eccleſiaſtica & decimæ conceduntur ob officium ac miniſterium Eccleſiaſticum &c. objectum ſimoniæ conſtituit.

Accuratiùs autem ſimonia ad imitatio- 12
nem ſapientiſſimi Suarezii *d. l. num.* 7. definiri poteſt, quòd ſit Delictum, quô ſpiritualia pro temporalibus commutantur. Dico *Delictum*; &, ſi in ſpecie ſciſciteris: quale? Reſp. cum eodem Suarez ſimoniam eſſe ſpeciem ſacrilegii, quatenùs res ſacræ & ſpirituales per contractum non-gratuitum, in quo aliquid temporale intercedit, irreligiosè tractantur.

### §. II.
### *Quotuplex ſit Simonia?*

13 SImonia dividitur plerumque in mentalem, conventionalem, & realem. Magis dialecticè verò dividitur in mentalem & externam. *Mentalis* eſt, quâ, citra pactum exterius, datur aut accipitur aliquid temporale pro ſpirituali; veluti ſi Titius eâ mente Epiſcopo 100. florenos offerat, ut ipſum ad beneficium concedendum moveat, eſto Epiſcopus eam mentem ignoret, exiſtimans, id munus ex mera liberalitate offerri. *Externa*, 14
quæ & *conventionalis* dicitur, eſt, quâ commutatio rei temporalis pro ſpirituali in conventionem exteriùs deducitur; eaque vel *incompleta*, quando aliquid tantùm promiſſum eſt; vel *completa* vocatur, quâ aliquid vel ab una duntaxat parte (quô caſu vocari poteſt *imperfecta*)



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*fecta*) vel ab utraque parte (in qua hypotheſi *perfecta* ſeu realis nominari poteſt) reipsâ datum aut receptum fuit.

15 II. dividitur ſimonia in ſimplicem & qualificatam. *Simplex*, ſeu communis eſt, quæ ſpecialiter à Legibus Eccleſiaſticis notata non fuit. *Qualificata* nuncupatur, quæ connexam habet circumſtantiam, peculiariter à Legibus Eccleſiaſticis notatam; vocaturque *confidentialis* à confidendo: quia committitur ab eo, qui beneficium procurat aut cedit alteri cum ſingulari fiducia, confidentia, & voluntate, ut illud poſt certum tempus procuranti vel cedenti reſignetur, aut alii ſaltem
perſonæ relinquatur. Extant de hac 16
ſpeciales conſtitutiones Pii IV. in Bulla, quæ incipit: *Romanum Pontificem*; & Pii V. in Bulla, quæ incipit: *intolerabilis*. Pirhing ad *tit. de Simonia num.* 112. Schambogen *ibid. num.* 98. *& ſeqq.*

## §. III.

### *Quô Jure Simonia fuerit probibita?*

17 CErtum in hac quæſtione videtur mihi I. ſimoniam aliquando prohiberi Jure Divino & Naturali, quando ſcilicèt res intrinſecè ſpiritualis datur pro temporali. Suarez de *Simonia cap.* 2. *per tot.* De Jure Divino conſtat partim ex illo *Math.* 10. ℣. 8. *gratis accepiſtis, gratis date;* ubi Divinus Legislator non tantùm per modum conſilii, ſed per modum præcepti inculcat, ut, ſicuti ſpiritualium bonorum charismata ex mera illius gratia recepimus, pariter ex mera liberalitate, ſinè ali-
18 qua compenſatione, aliis diſtribuamus: partim ex 1. *Petri* 4. ℣. 10. ibi: *unusquisque, ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ DEI;* unde colligitur, rerum ſpiritualium non dominium, ſed diſpenſationem duntaxat fidelibus eſſe conceſſam, & ſic arguitur: qui eſt nudus diſpenſator, non habet poteſtatem, aliter de re diſponendi, quàm juxta voluntatem Domini; & conſequenter, cùm ex voluntate Supremi Domini res ſpirituales gratis in alios transferre debeamus, perperam agimus, ſi pretium inde recipiamus. Illuſtriſſ. Vincent. Petra *comment. Apoſtol. tom.* 4. *pag* 502. *n.* 14.

19 De Jure Naturali, ſuppoſitâ fide de rebus ſpiritualibus earumque dignitate, ſic oſtenditur aſſertum. Eſt contra Jus Naturæ, rem ſacram & ſpiritualem vilipendere, dehonorare, vel indignè tractare. Atqui, ſi res ſacra & ſpiritualis vendatur, aut pro re temporali concedatur, vilipenditur, dehonoratur, & indignè tractatur: conſideratur enim ut res temporalis, naturalis, & pretiô æſtimabilis; cùm tamen ex doctrina Apoſtoli 1. *Cor.* 4. & 3. *ad Philippenſ.* 8. res temporales in comparatione ſpiritualium æſtimentur ut *ſtercora*.
20 Ergo &c. Adhæc, quæ ſecundùm Jus Naturale deducuntur in contractum & commercium humanum, debent æſtimationem ſuam apud omnes vel plerasque Gentes habere: res autem ſpirituales nec apud omnes, nec apud plerasque Gentes æſtimationem ſuam habent: utpote cùm pro diverſitate Religionum aut ſectarum vel omninò nihili vel
21 parvi apud plures æſtimentur. Præterea diviſio rerum temporalium ex dictamine & ductu naturalis luminis ad beatitudinem politicam eſt ſuſcepta; atque ex hac omnes modi res temporales acquirendi pullulant: diviſio rerum ſpiritualium econtrà non niſi ex Divina gratia & revelatione ad beatitudinem ſupernaturalem nobis eſt manifeſtata: ſicque res temporales & ſpirituales per contractus aut pactiones inter ſe commenſurari vel compenſari non poſſunt. Conferatur Martinus Eſparza *Curſus Theolog. lib.* 8. *de Virt. juſtit quæſt.* 48. *art.* 1.

Certum videtur II. ſimoniam contra Jus 22
Divinum & Naturale non committi, quando ſpiritualia pro ſpiritualibus, vel temporalia pro ſpiritualibus, vel temporalia pro temporalibus commutantur. Nam temporalia inter ſe veram adæquationem & naturalem habent æſtimationem; ſpiritualia quoque ſunt inter ſe ejusdem æſtimationis & venerationis; poteſtque gratia dari pro gratia, veluti perhibet Dilectus Chriſti diſcipulus 1. *Joann.*
16. Committitur tamen interdum ſimo- 23
nia contra Jus Eccleſiaſticum, non tantùm quando res ſpiritualis pro ſpirituali datur, ac beneficium v. g. cum beneficio, citra authoritatem Epiſcopi, permutatur *cap. quæſitum* 5. *de Rer. permutat.* ſed etiam quando res temporalis datur pro temporali, ac officium œconomi, vice- domini, vel advocati Eccleſiæ pro pecunia venditur *cap. Salvator* 8. §. *nomine I. q.* 3. *cap. ſi quis* 8. *eâd. q.* 1. *cap. conſulere* 38.
*de Simon.* Sitne autem hæc ſimonia 24
univocè, vel analogicè talis? Quæſtio eſt merè Scholaſtica, licèt acriter diſputata à Theologis, uti videre eſt apud P. Suarez *de Simon. cap.* 7. & P. Cardenam in *criſi theolog.*
*differt.* 27. *cap.* 1. *num.* 7. In effectu ta- 25
men quoad propoſitum nihil intereſt, quænam eligatur ſententia: quia pœnæ, in ſimoniacos conſtitutæ, in tali quoque ſimonia obtinent. P. Layman *Theol. Mor. lib.* 4. *tract.* 10. *cap. ult.* §. 5. *n.* 66. P. Pirhing ad *tit. de Simon. num.* 6. P. König *ib. n.* 8.

Incertum autem & controverſum eſt, 26
utrùm, ſi res extrinſecè ſpiritualis cum re temporali commutetur, ſimonia committatur, Jure Divino & Naturali prohibita? Concludo tamen cum ſententia probabiliori, quam defendunt Abbas in *cap. extirpandæ* 30. *de Præbend. num.* 53. *& ſeqq.* Covarruv. in *reg. peccatum p.* 2. §. 8. *n.* 8. P. Suarez *cit. l. cap.* 23. *num.* 8. *& cap.* 24. *n.* 32. P. Layman *cit. l. n.* 44. P. Pirhing *d. tit. n.* 75. P. König *ib. n.* 7. contra Leſſium *de J. & J. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 26. Eſparzam *cit. l. art.* 8. *ad* 4. Cardenam in *Criſi theol.*



*theol. cit. differt.* 27. *cap.* 1. *n.* 6. quòd ſit prohi-
27 bita. Ratio fundamentalis eſt: quia, ſi res ab intrinſeco ſpiritualis detur pro temporali, committitur Simonia, Jure Naturali & Divino prohibita ex *num.* 17. Ergo etiam ſi res ab extrinſeco ſpiritualis, ſeu cum ſpirituali connexa, detur pro temporali, committitur ſimonia, Jure Naturali & Divino prohibita.
28 Conſeq. probatur: quia, dum Eccleſia connexionem fecit inter rem ſpiritualem & temporalem, ac beneficium Eccleſiaſticum v. g. ſeu jus percipiendi fructus beneficiales cum ſpirituali miniſterio conjunxit, eſt impoſſibile, ut unum ſinè altero vendi aut permutari poſſit: adeóque hôc ipsô, quòd res temporalis v. g. jus percipiendi fructus detur pro temporali, datur etiam res ſpiritualis ſeu miniſterium Eccleſiaſticum, cui jus percipiendi eſt annexum, juxta regulam in *cap. ſi quis objecerit* 7. *& cap. Salvator* 8. *l. q.* 3. ubi dicitur: *quisquis horum alterum vendit, ſinè quo alterum non provenit, neutrum invenditum derelinquit.*

Objectiones, ſi quæ contra noſtram con- 29
cluſionem afferantur, reſolvi poterunt ex iis, quæ in ſpecie de rebus ſpiritualibus & earum diſtractione in *ſect. ſeq.* dicentur. Serviet quoque ſenſus compoſitus & diviſus, quòd ſcilicèt, ſtante & durante compoſitione & connexione rei ſpiritualis cum temporali, ſimonia contra Jus Naturale & Divinum admittatur; præcisâ tamen & divisâ re temporali à ſpirituali nulla ſit ſimonia, Juri Divino vel Naturali contraria.

# SECTIO II.

## *De Objecto Simoniæ.*

### SUMMARIA.

30. *& 31. Sacramenta ſunt materia Simoniæ.* 32. *Etiam Matrimonium.* 33. *& ſeqq. Ratione contractûs tamen in Matrimonio poſſunt intercedere res temporales.* 36. *Pro materia remota Sacramentorum licet aliquid accipere.* 37. *Non item pro proxima.* 38. *& ſeqq. Oſtenditur, utrùm pro labore aliquid licitè exigatur?* 44. *& ſeqq. Oſtenditur, quomodo hoc liceat pro obligatione.* 47. *& ſeqq. Oſtenditur, quâ ratione temporale commodum ut ſtipendium poſſit repeti.* 55. *& ſeqq. Variæ ſententiæ circa venditionem rerum ſacrarum.* 60. *Noſtra ſententia declaratio.* 61. *Reſponſio ad textus contrarios.* 62. *Juriſdictio Eccleſiaſtica fori interni non recipit compenſationem.* 63. *& ſeqq. Neque etiam conceſſio Juriſdictionis fori externi.* 67. *& ſeqq. Neque illius exercitium.* 71. *& ſeqq. Diſquiritur, an pro uſu Juriſdictionis in cauſis temporalibus aliquid accipere, ſit ſimoniacum?* 78. *& ſeqq. Diſcutitur, an emiſſio Juriſdictionis fundet ſimoniam?* 81. *Jus ſpirituale in beneficiis vendi non poteſt.* 82. *& ſeqq. Nec vendi poteſt jus percipiendi proventus, absque violatione Juris Divini & Naturalis.* 86. *& ſeq. Ipſi fructus ſunt vendibiles.* 88. *In prohibitione venditionis includuntur omnia beneficia.* 89. *Authoritate Eccleſiaſticâ erecta.* 90. *Etiam penſiones.* 91. *& ſeq. Non tamen redemptio.* 93. *Includuntur etiam omnes modi, acquirendi beneficia.* 94. *Sicut & receptio ad Canonicatus.* 95. *& ſeqq. Examinatur conſuetudo contraria.* 98. *Agitur de ingreſſu in Religionem.* 99. *& ſeq. Quod offertur ſponte, poteſt accipi.* 101. *& ſeq. Pro ipſo ingreſſu nihil petere licet.* 103. *& ſeqq. Licet ex titulo ſuſtentationis, ſi Monaſterium ſit inops.* 107. *& ſeq. Non item, ſi dives ſit.* 109. *& ſeqq. A Monialibus aliquid ex titulo dotis rectè prætenditur.* 112. *& ſeqq. A maſculis rectè aliquid poſtulatur ex titulo legitimæ vel donationis propter nuptias.* 123. *& ſeq. Jus patronatûs vendi non poteſt.* 125. *Niſi per conſequentiam.* 126. *Nec alia jura ſpiritualia.* 127. *Nec jus decimandi, niſi ſit laicale.* 128. *Nec jus ſepulturæ.* 120. *Notatur conſuetudo contraria.*

## §. I.

### *De Sacramentis.*

30 OBjectum ſimoniæ ex *num.* 10. *& ſeq.* ſunt res ſpirituales, ab intrinſeco vel extrinſeco tales. Inter has præcellunt Sacramenta, quæ, cùm à Chriſto Domino ſint inſtituta ad noſtram ſanctificationem, ac effectum ſupernaturalem ſeu gratiam ſanctificantem ex opere operato producant, effugiunt omnem æſtimationem & compenſationem humanam, veluti de Sacramentis in genere textus eſt generalis in *cap. cùm in Eccleſia* 9. *de Simo-*
31 *nia;* in ſpecie autem de Sacramento Baptiſmi & Confirmationis textus extat in *cap. baptizandis* 99. *I. q.* 1. de Sacramento Ordinis in *cap. gratia* 1. *& plurib. ſeqq. eâd. q.* 1. de Sacramento Eucharistiæ in *cap. nullus Epiſcopus* 100. *eâd. q.* 1. de Sacramento Pœnitentiæ in *cap. nemo* 14. *de Simonia:* de Sacramento Extremæ Unctionis in *cap. ult. I. q.* 3. de Sacramento Matrimonii in *cap. ſuam nobis* 29. *de Simon.*

Nec audienda eſt Gloſſa in *cap. cùm in Eccle-* 32
*ſia* 9. ℣. *benedictionibus d. t.* aſſerens, pro benedictione nuptiali, velut actione naturali, temporale quidpiam expoſcere licere. Erravit ſiquidem Gloſſa, dum credidit, Matrimonium novæ Legis non conferre gratiam: cùm oppoſita veritas in Concilio Florentino & Tridentino

dentino luculenter definita fuerit. Suarez de
*Simonia cap.* 10. *num.* 8. Gonzalez ad *cit. cap.*
*ſuam nobis n.* 8. Hic tamen
33 Inquirendum eſt I. quâ ratione in Matri-
monio liceat accipere dotem, donationem
propter nuptias, aut alias res temporales, ſinè
vitio ſimoniæ, præſertim quando perſonæ
non ſunt quoad ſtatum æquales, & unius ig-
nobilitas vel deformitas v. g. per majorem
pecuniæ ſummam elevatur?
34 Reſp. quoad dotem aut donationem pro-
pter nuptias ſufficienter conſtare, quòd non
detur in pretium Matrimonii, ſed onerum
matrimonialium ſublevationem; aliorum
verò munerum aut pecuniarium largitionem
eſſe licitam ratione contractûs: cùm enim
Matrimonium ſit contractus aliquis civilis, in
quo licet inæqualitatem ad æqualitatem per
pecunias aut alias res, pretiô æſtimabiles, re-
ducere: non abhorret compenſationem pe-
cuniariam, etiam in ſtatu elevationis ad di-
gnitatem Sacramenti: nec enim in ratione
contractûs à Chriſto Domino quidpiam eſt
immutatum, ſed, quæ olim licebant, adhuc
licita cenſentur. Layman *cit. l. n.* 33. Pir-
35 hing ad *tit. de Simon. num.* 12. Adde,
quòd, ſi deformitas, ignobilitas, aut alia qua-
litas pecuniariâ quantitate compenſetur, tota
compenſatio inter rem temporalem & tem-
poralem interveniat: utpote cùm quantitas
pecuniaria ſolùm offeratur in compenſatio-
nem qualitatis temporalis, non ſpiritualis.
Suarez *cit. l. n.* 12.
36 Inquirendum eſt II. utrùm in Sacramentis
ratione materiæ nihil temporale liceat acci-
pere?
Hic diſtinguendum eſt inter materiam re-
motam & proximam. Materia remota eſt
res ſeu ſymbolum externum, quæ, ſi aliunde
benedicta non ſit, uti benedictum eſt chryſma
pro Confirmatione, & oleum pro Extrema
Unctione, rei temporalis interventum non
reſpuit: cùm & ipſa temporalis & materialis
ſit, v. g. panis & vinum in Sacramento Evcha-
37 riſtiæ. Suarez *cit. l. cap.* 11. *n.* 2. Ma-
teria proxima eſt actio, quâ applicatur ma-
teria remota, vel pronuntiatur forma; &
hæc, citra ſimoniæ piaculum, pretium non
recipit per textus in *num.* 30. *&* 31. citatos:
quia ſimilis actio tota quanta eſt ſpiritualis,
ſive conſideretur tanquàm materia Sacra-
menti; ſive tanquàm actus miniſterii ſpiri-
tualis; ſive tanquàm opus, ex intentione
Miniſtri ad finem ſupernaturalem deſtinatum.
Suarez *cit. l. n.* 3. *&* 4.
38 Inquirendum eſt III. utrùm pro labore,
qui impenditur in adminiſtratione Sacramen-
torum, aliquid temporale recipere conceſ-
ſum ſit?
Suarez *cit. l. cap.* 21. *n.* 8. *& ſeqq.* pro indu-
bitata tenet negativam, quando labor non
eſt planè extrinſecus & extraordinarius, uti ſi
quis pro Miſſa legenda debeat iter conficere:
tum quia, ut præmiſſum in *num.* 11. labor hic
*concomitanter* eſt ſpiritualis: tum quia eſt inſe-
parabilis ab actione ſacra, quæ commodum
temporale ex *num.* antecedenti non ſuffert:
tum quia non habet aliam æſtimationem ab
opere ſacro, ad quod ordinatur. Nihi- 39
lominùs P. Layman *Theolog. Moral. cit. lib.* 4.
*tract.* 10. *cap. ult. num.* 42. diſtinguit inter la-
borem, quatenùs ſpectatur ſecundùm ratio-
nem ſpecificam; & quatenùs ſpectatur ſe-
cundùm rationem genericam ſervitii vel ope-
ris, in gratiam alterius præſtiti. In priori
conſideratione ſentit cum Suarez; in poſte-
riori remunerationem temporalem admittit:
eò quòd omnis labor, in gratiam alterius im-
penſus, ex natura ſua pretiô ſit æſtimabilis.
Qua de cauſa Gentium Doctor 1. *ad Corinth.* 9. 40
adminiſtrantibus ſpiritualia ſuum aſſignavit
ſtipendium; DEUS ipſe religioſos operarios
in ſua vinea *Luca* 10. mercede dignos pronun-
tiavit; & Concilium Agathenſe in *cap. ult. I.*
*quæſt.* 2. ſtatuit, ut *Clerici omnes, qui Eccleſiæ fi-*
*deliter vigilanterque deſerviunt, ſtipendia ſanctis*
*laboribus debita ſecundum ſervitii ſui meritum*
*per ordinationem Canonum à Sacerdotibus conſe-*
*quantur.*
Nonnunquàm tamen ex ſingulari diſpoſi- 41
tione Eccleſiæ nihil accipi poteſt pro actibus
Sacramentalibus; ſicuti ex conſtitutione
Concilii Trident. *ſeſſ.* 21. *de ref. cap.* 1. Epi-
ſcopo pro ordinatione nihil, etiam quod ſpon-
te ab ordinatis aut ordinandis offertur, acci-
pere licet; ſicque correcti ſunt textus in *cap.*
*etſi quæſtiones* 18. *cap. dilectus* 30. *in fin. de Simon.*
per quos antehàc licita fuit acceptio rerum,
ultrò datarum. Quin imò per ipſum 42
Jus Commune jam antecedenter erat prohi-
bitum, ne pro literis teſtimonialibus, dimiſ-
ſorialibus, aut approbatorialibus, earumque
expeditione quidpiam à quoquam recipiatur
*cap. ſicut* 4. *I. quæſt.* 2. *cap. in ordinando* 1. *d.* 1.
Quod tamen à Concilio Trid. *cit. l.* eatenùs 43
eſt mitigatum, ut Notarii ſeu expeditores li-
terarum, ſi ſalarium aliunde non habeant,
decimam partem unius aurei ab ordinatis
vel ordinandis accipere valeant.
Inquirendum eſt IV. utrùm pro obligatio- 44
ne, quam Miniſtri Sacramentorum in ſe ſuſci-
piunt, aliquid temporale prætendi poſſit?
Negant *cit.* Suarez *num.* 17. Zoëſ ad *tit. de*
*Simon. num.* 38. & alii, ea potiſſimùm ratione,
quòd iſthæc obligatio ſit annexa functioni
ſpirituali; proindeque non poſſit in pactum
deduci, quin ipſa functio ſpiritualis æſtime-
tur. Sed malim affirmare cum P. Engel 45
ad *tit. de Simonia num.* 15. Nam obligatio ad
functionem ſacram procul dubiô ſeparabilis
eſt ab ipſa functione: quippe cùm Sacrifi-
cium v. g. legere, & omnia Sacramenta poſ-
ſim adminiſtrare ex libera voluntate, citra
omnem obligationem. Accedit, quòd 46
talis obligatio ſit pretiô æſtimabilis, quatenùs
privat hominem ſuâ libertate, parit incom-
moda non pauca, ſumptibus etiam & multis
expenſis, quoad ſtudia, libros, honoraria &c.
cauſam ſubminiſtrat.
Inquirendum eſt V. utrùm pro ſacris fun- 47
ctioni-



ctionibus & adminiſtratione Sacramentorum
aliquid poſſit exigi tanquàm ſtipendium &
pars ſuſtentationis?
Si loquamur de Clericis, ſuſtentationem
aliunde non habentibus, certum videtur,
aliquid temporale memoratô titulô exigi poſ-
48 ſe. Sic enim in ipſis SS. paginis *Luca* 10.
*Rom.* 15. *&* 1. *Corinth.* 9. Divinô oraculô de-
finitum legitur, ex naturali ratione, quòd
congrua ſuſtentatio debeatur non tantùm illis
qui miniſtrant temporalia, ſed etiam aliis, qui
ſpiritualia adminiſtrant per textus in *cap. ult.*
*I. q.* 2. *cap. charitatem* 45. *XII. q.* 2. *cap. cùm ſe-*
49 *cundùm* 16. *de Præbend.* Si verò loqua-
mur de Clericis aliis, quibus ex propriis me-
diis de congrua ſuſtentatione jam proſpectum
eſt, nonnulli cum Sylveſtro in *ſumma Verb. Si-*
*monia q.* 9. §. *tertium &c.* ſtipendium illis non
concedunt, ob textus in *cap. Clericos* 5. *& cap.*
*paſtor* 6. *I. q.* 2. ubi SS. PP. Hieronymus &
Proſper negant, Clericos ex bonis Eccleſiæ
ſuſtentari debere, qui bona propria poſſi-
50 dent. Sed Doctor Angelicus *quodlib.* 6.
*art.* 10. quem citant, & ſequuntur Suarez de
*Simon. cap.* 46. *num.* 7. Engel ad *tit. de Simon.*
*num.* 15. & alii plerique, Clericis etiam divi-
tibus ſtipendium pro ſacris laboribus attribu-
unt; & rectè: quia, ut Apoſtolus *cit. epiſt.* 1.
*ad Corinth.* 9. arguit, *nemo militat ſuis ſtipendiis;*
& conſequenter nemo tenetur in gratiam
aliorum gratis laborare; quamvis ex ſuo pa-
trimonio ſtipendium aut ſuſtentationem ha-
beat: nihil remorantibùs textibus adverſis, 51
qui debent exaudiri de ſtatu Eccleſiæ, in quo
vita communis vigebat, ac Clericis, qui bo-
na patrimonialia ſeparatim poſſidebant, ex
communi maſſa nihil porrectum erat.
Quòd ſi Clericus ex officio v. g. parochiali 52
ſit obligatus ad functiones ſacras & Sacra-
mentales exercendas, nihil poteſt exigere,
niſi vel Jure Eccleſiaſtico, vel legitimâ con-
ſuetudine quidpiam fuerit debitum, tanquam
pars ſtipendii & redituum. Textus in *cap.*
*cùm in Eccleſia* 9. *cap. in tant.* 36. *cap. ſicut pro certo*
39. *cap. ad Apoſtolicam* 42. *cap. Jacobus* 44. *de*
*Simon.* Suarez *cit. l. cap.* 37. *per tot.* Clariſſ. P.
Melchior Friderich *p. m. in Quæſtion. Canon. de*
*Simonia cap.* 2 §. 5. *num.* 62. & 2. *ſeqq.* Ratio 53
eſt: quia, qui deputatus eſt ex officio ad ſa-
cras functiones, & ſuſtentationem congruam
ex beneficio jam habet, non poteſt aliquid
ex titulo ſuſtentationis ulteriùs exigere ſinè
labe ſimoniaca; præterquàm ſi vel Jus Eccle-
ſiaſticum, vel legitima conſuetudo in partem
ſtipendii vel redituum aliquid concedat.
Id quod hiſce temporibus nihil inſolitum & 54
infrequens eſt: quandoquidem Parochi &
Vicarii curati perſæpe ſuſtentationem com-
plere debent ex reditibus, ut vocant, ſtolæ,
dum vel nullas vel tenues habent decimas.
P. Engel ad *tit. de Sim. n.* 6. P. Wieſtner *n.* 62.
*num.* 62.

## §. II.

### *De aliis rebus ſacris.*

55 SAcramentis propinqua ſunt Sacramenta-
lia, ſeu res ſacræ, conſtantes ex materia
temporali & forma ſpirituali, ipsâ ſcilicèt
conſecratione vel benedictione: v. g. calices,
patenæ, templa, campanæ, numiſmata, ro-
56 ſaria &c. Hujuſmodi res ſacras vendi
non poſſe in concreto, quatenùs cum forma
ſpirituali ſunt conjunctæ, patet ex *num.* 26.
*& cap. res Eccleſiæ* 12. *I. q.* 3. An etiam vendi
non poſſint in abſtracto, quatenùs pretium
in ſolam materiam conſtituitur? Pro utraque
57 parte ſtant DD. Et quidem Veteres
Canoniſtæ, ut perhibet P. Engel ad *tit. de Si-*
*mon. num.* 17. plerique fuerunt in ea ſenten-
tia, res ſacras, quàmdiu conſecrationem re-
tinent, vendi non poſſe, ſed, ſi quæ ſunt,
quæ confractæ, conflatæ, vel ſciſſæ conſecra-
tionem amittere poſſunt, uti vaſa aurea & ar-
gentea, veſtimenta &c. priùs frangendas,
conflandas, aut ſcindendas eſſe, ut deinde
tanquàm legitima contractùs humani materia
58 vendi poſſint. Quibus potenter ſuf-
fragantur textus in *cap. ſi quis objecerit* 7. *I. q.* 3.
ubi inter ea, quæ connexa ſunt, unum ſinè
altero vendi poſſe negatur; item in *cap. quere-*
*lam* 15. *de Simon.* ubi prohibetur emptio- ven-
ditio Eccleſiæ, quæ conſtat ex lignis, lapidi-
bus, & aliis partibus corporalibus; item in
*cap. placuit* 102. *I. q.* 1. *cap. non ſatis* 8. *cap. &*,
*quæ* 16. *d.* 1. ubi ſimoniaca dicitur venditio bal-
ſami, olei, & chryſmatis. Subſcribit P. Kö-
nig ad *eand. tit. num.* 13. Theologi ta-
men cum P. Suarez de *Simon. cap.* 14. *num.* 11. 59
& Canoniſtæ Recentiores, quibus adſtipula-
tur P. Engel *d. num.* 17. frequentiùs cenſent,
ex natura rei, non eſſe ſimoniam, vendere
præcisè rem ſacram, quanti valeret, ſi conſe-
crata non eſſet, dummodò propter qualita-
tem conſecrationis pretium non augeatur:
eò quòd materia, ſecundùm ſe ſpectata, nihil
ſit ſpirituale. Pro cujus ſeu confirma- 60
tione ſeu declaratione ſubjungi poteſt, ex ti-
tulo compenſationis pretium pro diſtractione
rerum ſacrarum exigi poſſe, æſtimatione
non factâ ſecundùm præſentem, ſed præte-
ritum ſtatum, quô res illæ, dum adhuc tem-
porales & non-ſacræ fuerunt, ſumptibus &
expenſis temporalibùs comparari, vel inſtrui,
& exornari debuerunt. Hôc enim intellectu
non poteſt applicari principium illud Evan-
gelicum: *gratis accepiſtis, gratis date*; ſed ma-
gis verificatur alia regula, quòd gratis in alios
transferri non debeat res illa, quæ non gratis,
ſed multis quandoque ſumptibus & impenſis
comparata fuit. Reverend. DD. Petrus Guet-
rather *Inſtitution. Jur. Canon. lib.* 4. *titul.* 3.
*num.* 19.
Textus in *num.* 58. &, ſi qui alii reperian- 61
tur, continent ad ſummum Eccleſiæ prohi-
bitionem, & venditionem rerum, ibidem no-

minatarum, efficiunt ſimoniacam ex Jure Eccleſiaſtico, quando vel ipſamet Eccleſia res ſacras etiam quoad materiam confert, uti contingit in oleo & chryſmate; vel quando res illa ad venditorem abſque ſumptibus & impenſis ejusdem pervenit.

## §. III.

### *De Jurisdictione Eccleſiaſtica.*

62 Jurisdictio Eccleſiaſtica vel pertinet ad forum internum, vel ad externum. Ea, quæ pertinet ad forum internum, ut plurimùm exercetur in adminiſtratione Sacramentorum: adeóque toties ſimonia committitur, quoties in adminiſtratione Sacramentorum, per ea, quæ in §. 1. deducta ſunt. Conferatur Suarez de *Simon. cap. 19. per tot.*
63 Altera Jurisdictio, quæ pertinet ad forum externum, conſiderari poteſt vel in conceſſione vel in exercitio. Conceſſio Jurisdictionis, ſive ſit ordinaria, ſive delegata, pro compendio temporali ſinè piaculo ſimoniaco fieri nequit per *cap. non ſatis 8. cap. ad noſtram 21. cap conſulere 38. de Simon.* Reiffenſtuel ad *d. l. n. 215.*
64 Eſt enim Eccleſiaſtica Jurisdictio tota quanta ſpiritualis, tam ex parte principii primi, DEI ter Opt. Max. ut authoris ſupernaturalis, quàm ex parte finis proximi, qui eſt utilitas
65 & ſalus animarum. Hinc etiam in *tit. 4. Libri V. Decretal.* prohibetur, ne *Prælati vices ſuas*, id eſt, officium Jurisdictionale, *ſub anno cenſu concedant*, aut ſub annua penſione elocent: quia ſcilicèt ſpirituale pro temporali conceditur *cap. præterea 1. cum 2. ſeqq. d. t.*
66 Nec urget in contrarium, quòd Romæ Clericatus & munus Auditoris Cameræ, quibus dubiò procul añexa eſt Jurisdictio Eccleſiaſtica, nomine S. Pontificis exercenda, vendantur. Venditur ſiquidem non ipſa Jurisdictio, ſed emolumentum temporale, quod ex adminiſtratione Jurisdictionis alioquin provenire, & authoritate Sedis Apoſtolicæ à titulo ſpirituali ſeparari poteſt & ſolet.
67 Exercitium Jurisdictionis Eccleſiaſticæ verſatur circa actus tum voluntariæ tum contentioſæ Jurisdictionis. Ad priores ſpectat diſpenſatio in voto, juramento, impedimento; confirmatio electionum aut poſtulationum; inſtitutio in beneficiis &c. Ad poſteriores reducuntur omnes actus judiciales, cenſu-
68 ræ, & aliæ pœnæ Eccleſiaſticæ &c. Qualiscunque tamen ſit actus, exercitium Jurisdictionis ſemper eſt ſimoniacum, ſi fiat pro pretio *cap. vendentes 10. I. q. 3. cap. cùm in Eccleſia 9. cap. nemo Presbyterorum 14. cap. ad noſtram 21 cap. ad aures 24. cap. in tantum 36. cap. ſicut pro certo 39. de Simon. cap. cùm ab omni 10. de Vita & honeſt. Clericor.* nam exercitium Jurisdictionis Eccleſiaſticæ non minùs eſt actio ſpiritualis, quàm exercitium Ordinis aut alterius Sacramenti.
69 Non me præterit, hic quoque Curiæ Romanæ ſtylum opponi: quandoquidem pro diſpenſationibus non obſtante clauſulâ: *gratis pro DEO & ſcripturâ*, magna quandoque pecuniarum ſumma ab oratoribus eſt pendenda. Sed neque deſunt rationes, quibùs hæc praxis, velut legitima, defendatur. Non enim repoſcuntur pecuniæ pro ipſis di- 70
ſpenſationibus, ſed vel ex titulo commutationis, quatenùs obligatio ex voto v. g. in opus aliud pium, ac eleemoſynam commutatur; vel ex titulo coërcitionis in vicem pœnitentiæ, quando diſpenſatio petitur ob præcedens Delictum; vel ex titulo ſuſtentationis pro Papa diſpenſante, vel Officialibus Curiæ. P. Engel ad *tit. de Simon. num. 20.*

Aſſertionem in *num. 68.* catenùs ampliat 71
Suarez de *Simon. cap. 21. num. 19. & 20.* & Schambogen ad *tit. cit. num 57.* ut abſque ſimonia pro exercitio Jurisdictionis Eccleſiaſticæ non liceat temporale quid accipere, tametſi verſetur circa objecta non-ſpiritualia, uti ſi pro licentia docendi Theologiam aut Jus Canonicum, vel pro diſcuſſione cauſæ temporalis in foro Eccleſiaſtico, contra reum Clericum intentatæ, pecunia recipiatur. Verùm hæc ampliatio ſuâ non caret difficul- 72
tate. Nam quoad licentiam docendi negant Leſſius de *J. & J. lib. 2. cap. 35. num. 82.* Barboſa in *cap. prohibeas 2. de Magiſtris n. 1.* Gonzalez in *cap. quia nonnullis 4. eòd. num. 6.* P. Engel ad *cit. tit. num. 8.* P. Wieſtner ad *eundem. tit. num. 35.* ſimoniam admitti, quando licentia docendi Magiſtris & Doctoribus venditur: nec enim conceſſio talis licentiæ eſt actus Ju- 73
risdictionis ſpiritualis quà talis, ſicuti nec ipſa traditio & expoſitio doctrinæ Theologicæ vel Canonicæ, cum fiat modò naturali ad inſtructionem & eruditionem diſcipulorum, ex natura ſua ſpiritualis eſſe cenſetur; & ideò non ſolùm pro ipſa traditione ſalarium conſtituitur, ſed etiam pro collatione graduum, quæ ſimul annexam habet licentiam docendi, ex univerſali conſuetudine, quam ipſemet Suarez de *Simon. cap. 18. num. 14. & 16.* legitimam & licitam defendit, pecunia accipitur. Et licèt in *rubr.* & textibus tituli V. libri V. 74
Decretal. *de Magiſtris* vetetur, *ne aliquid exigatur pro licentia docendi*, ex ratione, quam ſubjungit Alexander III. in *cap. prohibeas 2. d. t. gratis accepiſtis, gratis date.* Attamen 75
exinde non concluditur, quòd exactio pretii pro licentia docendi ex natura ſua dicatur ſimoniaca, ſed potiùs quòd fuerit ob turpem quæſtum interdicta, quaſi nempe indecorum & abſurdum ſit, profeſſionem ſcientiarum publicarum, ad quam viri literati precibus & muneribùs invitari deberent, venalem exponere. Excipitur à citato P. Engel 76
caſus, quò Prælatus Eccleſiaſticus, cui ex officio competit, Profeſſuram aliquam unà cum beneficio Eccleſiaſtico conferre, pecuniam



niam accipit: tunc quippè, ſi pro licentia docendi à beneficiato aliquid ſpecialiter exigat, ſimoniæ vitiô ſe obſtringit.
77 Quoad exercitium Jurisdictionis in cauſis temporalibus, contra Clericos reos intentatis, non invenio titulum ſpiritualem, qui pravitatem ſimoniacam fundare poſſit. Nam, ut docui in *Lib. II. tract. de Judic. cap. 1. n. 25.* Judicium Eccleſiaſticum vocatur temporale, quando temporalis cauſa in eo ventilatur: ſicut ergo pravitas ſimoniaca fundamentum non habet, quando in foro Sæculari cauſa temporalis diſcutitur; ſic etiam fundamentum non habet, quando cauſa temporalis in foro Eccleſiaſtico examinatur.
78 Quæres: utrùm omiſſio actûs Jurisdictionis ſpiritualis (idem eſt de omiſſione alterius actûs ſpiritualis) objectum ſimoniæ poſſit conſtituere?

Alii aliter; ego cum Schambogen ad *tit. de Simon. num. 60. & ſeqq.* Paſſerino in *tract. de Elect. cap. 7. num. 10. & ſeqq.* quem ſequitur Reverendiſſ. DD. Guetrather *Inſtit. Jur. Canon. cit. lib. 4. tit. 3. num. 21.* ſic diſtinguo. Vel omiſſio actûs Jurisdictionalis in morali 79
æſtimatione eſt pura omiſſio & negatio actûs; vel in æſtimatione morali æquivalet actui vel uſui Jurisdictionis? Si primum; objectum ſimoniæ non conſtituit: eò quòd pura omiſſio & negatio actûs qualitatem ſpiritualem in ſe non contineat; nec enim omiſſio diſpenſationis aut confeſſionis excipiendæ eſt aliquid ſpirituale; ſicut omiſſio Breviarii, orationis, vel alterius boni operis non eſt ſpiritualis. Si ſecundum; objectum ſimoniæ conſtituit 80
per textum in *cap. nemo presbyterorum 14. de Simon.* ubi negare pœnitenti digno abſolutionem pro pretio, dicitur, eſſe ſimoniacum; non alia ex ratione, niſi quia in æſtimatione morali denegatio abſolutionis eſt actus & uſus Jurisdictionis fori interni, quatenùs, qui non abſolvit, retinet & ligat; ſicque poteſtatem ligandi, Divinitus conceſſam, & actum Jurisdictionis exercet.

## §. IV.

### *De Beneficiis Eccleſiaſticis.*

81 IN beneficiis Eccleſiaſticis tria conſiderari poſſunt: jus ad obeundas functiones ſpirituales; jus percipiendi reditus temporales; & ipſimet reditus ac fructus, ex Eccleſiæ bonis acquiſiti vel acquirendi. Jus ad obeundas functiones ſpirituales, cùm totum ſit ſpirituale, abſque ſimonia, Juri Divino & Naturali repugnante, nequit in conventionem oneroſam, in qua res temporalis intercedit, deduci. Suarez *cit. l. cap. 24. num. 4.*
82 Jus quoque percipiendi reditus temporales, cùm ſit conjunctum cum jure ſpiritualis miniſterii, atque, ut dicitur in *cap. ult. de Reſcript. in 6.* beneficium detur propter officium, emi vel vendi non poſſe, conſtat ex *cap. Presbyter 3. I. q. 1. cap. ſi quis dator. 2. cap. Salvator. 8. cap. ex multis 9. eàd. q. 3. cap. querelam 15. cap. tua nos 34. de Simon. cap. cùm pridem 4. cap. cùm Clerici 6. cap. ult. de Pact. cap. conſtitutus 4. cap.*
83 *ſuper eo 7. de Tranſact.* Nec tantùm hæc Simonia Juri Eccleſiaſtico refragatur, uti Felinus, Decius, Navarrus, & Clarus apud Suarez *cit. cap. num. 12.* aſſeverant, ſed etiam Juri Divino & Naturali, ſicuti docet idem Suarez *num. 34.* Covarruv. in *reg. peccatum p. 2. §. 8. in fin.* Layman *Theol. Moral. cit. l. 4. tr. 10. cap. 8. num. 44.* Leſſius de *J. & J. lib. 2. cap. 35. num. 18.* Schambogen ad *tit. de Simon. num. 77.* P. Wieſtner ad *eund. num. 66.* P. Friderich in *quæſtion. Canon. de Simon. cap. 4. §. 5.*
84 *num. 152.* Tanta ſiquidem inter jus ſpiritualis miniſterii & jus percipiendi reditus eſt connexio, ut unum cenſeatur eſſe jus *arg. cap. dilecto 25. de Prabend.* nec poſſit aliquis habere jus percipiendi reditus, quin etiam jus ſpiritualis miniſterii conſequatur per *cit. cap. ult. de Reſcript. in 6.* Adeóque cùm venditionem juris ſpiritualis miniſterii prohibeat ipſum Jus Divinum & Naturale, prohibet quoque venditionem juris percipiendi reditus temporales.

Nec obſtaculum ponit aſſertio de rebus ſa- 85
cris in *num. 59* vi cujus æſtimari & vendi poteſt materia temporalis, quantumvis conſecrationi ſit connexa. Diſcrimen enim inter res ſacras & beneficia conſiſtit in eo, quòd res ſacræ ſint ſpirituales *antecedenter*, quatenùs materia antecedit conſecrationem, & retinet ſuam æſtimationem vel quoad ſe vel quoad expenſas: cùm econtrà beneficia ſint res ſpirituales *conſequenter*, quatenùs jus miniſterii ſpiritualis antecedit perceptionem redituum; nec intelligi poteſt legitima fructuum perceptio, quin etiam virtualiter & in cauſa præintelligatur miniſterium ſpirituale. Idcircò res ſacra vendibilis eſt abſque vitio ſimoniæ; non autem beneficium.

Ipſimet fructus beneficiales, non tantùm 86
jam percepti, poſſunt diſtrahi, ſed etiam, ſi percepti non ſint, eorum commoditas locari poteſt à beneficiato, qui titulum beneficii jam antecedenter obtinuit per *cap. veſtra 2. de Locato & cond. cap. ult. Ne Prælati vices ſuas &c.* Redoan de *Simon part. 1. cap. 29. num 5. & ſeqq.* P. Pithing ad hunc *tit. num. 6. & 2. ſeqq.* Schambogen *ibid. num. 5. & ſeqq.* Ra- 87
tio eſt: quia nec fructus aliquid ſunt ſpirituale, nec fructuum commoditas; nec cum jure ſpiritualis miniſterii, poſtquàm titulus beneficii jam obtentus eſt, tantam habent connexionem, ut ſeparari nequeant: alioquin, ſi beneficiatus ipſos diſtrahere non poſſet, perſæpe beneficium ipſi nocivum & oneroſum foret.

Colliges ex dictis I. hæc, quæ præmiſſa ſunt, 88
ad omnia beneficia, tam propriè quàm impropriè talia, puta Capellanias, Vicarias, Commendas &c. dummodò authoritate Eccleſiaſtica

ſticâ ſint approbata, pertinere *cap. non ſatis* 8.
*cap. ad noſtram* 21. *de Simon.* Nam quia con-
nexum habent antecedenter officium ſpiri-
tuale, temporalem æſtimationem aut com-
penſationem abhorrent. Conf. Suarez de
89 *Simon. cap.* 25. & 27. Dixi: *dummodo au-
thoritate Eccleſiaſticâ ſint approbata.* Nam
Campellaniæ Laicales v. g. conſiderantur ut
res temporales, ac pretium non abhorrent,
veluti cum Rota Rom. *dec.* 264. & 265. *part.* 2.
*diverſ.* & S. Congregat. 8. *Maii* 1704. tenent
Card. de Luca *de Beneſic. diſc.* 80. *num.* 17. Vin-
cent. Petra *Comment. Apoſt. tom.* 4. *pag.* 503.
*num.* 21.
90 Colliges II. etiam penſiones Eccleſiaſticas,
ſi ſpirituales ſint, ac propter miniſterium ſpiri-
tuale v. g. propter conciones, adminiſtratio-
nem Sacramentorum, recitationem officii
B. V. conferantur, abſque ſimonia vendi non
poſſe: cenſentur enim ob talem connexio-
nem ex toto ſpirituales ac invendibiles. Sua-
91 rez *cap.* 26 *num.* 9. Redemptio tamen
penſionis, quâ beneficiatus, qui obligatus eſt
alicui Clerico pro penſione annuatim 100.
v. g. florenos dare, unicâ ſummâ 1000. flore-
norum aut imperialium obligationem redimit
& tollit, ſalvâ nihilominùs obligatione ſpiri-
tualis miniſterii, penes penſionarium reſiden-
te, fieri poteſt abſque ſimonia. Suarez *d. cap.*
*n.* 10. Leſſ. de *J.* & *J. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 124.
Zoëſ. ad *tit. de ſimon. num* 47. P. Pirhing *ibid.*
92 *num.* 118. Nam beneficiatus ille nec emit
nec vendit jus ſpirituale, ſed obligationem
temporalem præſtandi quotannis certam pe-
cuniam à ſe removet, & in effectu vel locat,
vel vendit, vel anticipatò ſolvit pecunias:
quod utique nullatenùs improbari, vel ſimo-
niacum judicari poteſt.
93 Colliges III. nihil intereſſe, quomodò be-
neficium Eccleſiaſticum acquiratur, electio-
ne, poſtulatione, nominatione, collatione &c.
ſi enim res temporalis interveniat, ſimonia
committitur *cap. ſi quis dator* 2. *cap. ex multis* 9.
*I. q.* 3. *cap. de hoc* 11. *cap. in tantum* 36. *de Simon.*

Unde etiam, ſi quis recipiatur in Canonicum 94
Eccleſiæ Cathedralis vel Collegiatæ, cùm be-
neficium Eccleſiaſticum adipiſcatur, nihil
temporale in modum pretii vel compenſatio-
nis exigi vel offerri poteſt *cap. tua nos* 34. *cap.*
*Jacobus* 44. *de Simon.* Cùm autem in mul- 95
tis locis Germaniæ longævo uſu & conſuetu-
dine ſit receptum, ut Canonici noviter rece-
pti ſumptus non modicos faciant in pecuniis,
conviviis, honorariis &c. talis autem con-
ſuetudo, licèt immemorialis ſit, in *cit. cap. Ja-
cobus* 44. nec non in Concilio Trid. *ſeſſ.* 24. *de
Ref. cap.* 14. ubi Barboſa in *Collectan. num.* 10.
& *ſeqq.* ſit reprobata: anxiè laborant Autho-
res, ut conſuetudinem hanc aliquô Juris ſuf-
fragiô defendant. P. Pirhing ad *tit. de Simon.*
*num* 91. non audet quidem eandem conſue-
tudinem damnare: quia, ut ipſe ſcribit, tole-
ratur ab Epiſcopis, imò à Papa, quem tam ge-
neralem conſuetudinem integræ Nationis
ignorare, non eſt veroſimile. Verùm, 96
quòd S. Pontifex hanc conſuetudinem nulla-
tenùs toleret, manifeſtè patet ex noviſſima
conſtitutione Innocentii XII. editâ die 22. Se-
ptembr. Anno 1695. quæ incipit: *Eccleſia Ca-
tholica &c.* in hac enim innovatur decretum
Concilii Trid. nec non conſtitutio Pii V. quæ
incipit: *durum nimis &c.* cujus authoritate
revocantur conſuetudines & ſtatuta, *etiam ſu-
pra hominum memoriam & longiſſimo & quanto-
cunque tempore etiam continuo obſervata*, per quæ
proviſi de Canonicatibus aliquid, etiamſi tan-
tùm ſint *dulciaria*, ſolvere obſtringuntur.
Itaque, ſalvô aliorum ſaniori judiciô, ſtante 97
Tridentini, Pii V. & Innocentii XII. reproba-
tione, non aliam conſuetudinem excuſare
poſſum, ac quæ ex aliqua circumſtantia, ab
Epiſcopo approbatâ, cohoneſtari poteſt, nem-
pe ubi ſpecialis labor in receptione ad Cano-
nicatus intervenit; aut quid ultrò offertur à
Canonicis; aut emolumentum hoc tempo-
rale cedit in partem ſuſtentationis Canonico-
rum, alioquin indigentium; aut denique lo-
cis & cauſis piis applicatur.

## §. V.

### *De Ingreſſu in Monaſterium ad profitendum Ordinem Religioſum.*

98 ABillis, qui ingrediuntur Monaſteria, ut
ibidem Religioſam profeſſionem juxta
regulam Ordinis emittant, interdum pecu-
nias aut alias res temporales exigi vel accipi,
nemo non novit. Num autem in tali ex-
actione vel acceptione ſimoniæ veſtigium in-
veniatur? Hic ex inſtituto reſolvo, &
99 Dico I. Quidquid ab ingreſſuris aut ingreſ-
ſis ſponte offertur Monaſterio, licitè recipitur.
Textus in *cap. tua nos* 34. *de Simon.* & *Extravag.*
100 *ſanè* 1. *eòd. tit. inter commun.* Ratio eſt:
quia, dum Prælatis Eccleſiaſticis licet condi-
tionem Eccleſiæ facere meliorem, licet etiam
accipere pecunias aut res alias temporales, ab
ingreſſuris aut ingreſſis in Monaſterium ultrò
dedicatas.

Dico II. Quidquid ab ingreſſuris aut in- 101
greſſis in Monaſterium exigitur aut accipitur
pro ipſo ingreſſu vel profeſſione, exigitur &
accipitur illicitè & ſimoniacè. Textus in *cit.
cap.* & *Extravag. cap. veniens* 19. *cap. de regulari-
bus* 25. *cap. audivimus* 41. *d. t.* Suarez de *ſimon.*
*cap.* 17. *n.* 5. Ratio eſt: quia ingreſſus in 102
Monaſterium & profeſſio religioſa hôc ipsô,
quòd ordinetur ad finem ſupernaturalem,
obliget ad vitam ſpiritualem, jusque conferat
ad functiones monaſticas & religioſas, eſt ali-
quid ſpirituale: quamobrem ſi aliquid tem-
porale exigatur aut recipiatur pro ipſo ingreſ-
ſu vel profeſſione, vera ſimoniæ ſpecies com-
mittitur.
Dico III. Quando Monaſterium non eſt 103
dives



dives, aut ſufficienter dotatum, poteſt ab in-
greſſuris vel ingreſſis aliquid exigi titulô ſu-
ſtentationis. Ita Suarez *cit. l. n.* 18. Gonza-
lez ad *d. cap. veniens n.* 6. & 7. P. Engel ad *tit.
de ſimon. n.* 21. P. Pirhing *ibid. n.* 59. Scham-
104 bogen *ibid. n.* 65. Ratio eſt: quia, ſicut in
Matrimonio carnali duo veniunt in conſide-
rationem, nempe ratio Sacramenti & onus ſu-
ſtentandi conjugem, liberos, ac familiam &c.
poteſtque à puella nuptura, ſinè vitio ſimoniæ,
non quidem pro Sacramento, ſed pro explica-
to onere aliquid temporale & congrua dos
expoſci ex *num.* 34. ſic etiam in Matrimonio
ſpirituali, quod futurus Religioſus cum Ordi-
ne & Religione contrahet, duo conſiderari
poſſunt, ipſe ſcilicèt ſtatus Religioſus, qui ut
talis ex *n.* 101. non recipit aliquam æſtimatio-
nem; & ſimul onus alendi Religioſum, quod
utique eſt temporale, ac citra ſimoniam pretiô
æſtimabile.
105 Nec obſtat *cap. quoniam* 40. *de Simon.* ubi
reprobatur conſuetudo, quâ *prætextu pauper-
tatis* aliquid à Monialibus, noviter in Ordi-
nem recipiendis, exigitur: nam paupertas
illa, ut notat *ibidem* Gonzalez in *not. n.* 2. non
erat vera & ſubſiſtens, ſed fictitia tantùm &
prætexta: quare à ſenſu contrario legitimè
deducitur, exactionem rei temporalis non
eſſe prohibitam, quando Monaſterium reverà
eſt pauper, ac tenuibus reditibus inſtructum.
106 Addi poteſt, quòd, cùm Pontifex in *eod. cap.*
dicat, *ſimoniacam labem adeò pleraſque Moniales
infeciſſe, ut vix aliquas ſinè pretio recipiant in ſoro-
res*, ſupponat, pro ipſo ingreſſu aliquid tem-
porale receptum, & titulum paupertatis ſo-
lùm pro ſimonia pallianda fuiſſe allega-
tum.
107 Dico IV. Quando Monaſterium eſt dives,
aut ſufficienter dotatum, ex nudo ſuſtenta-
tionis titulo nihil exigere licet. Pirhing &
Schambogen *cit. loc.* Colligitur ex *cit. cap.
quoniam* 4[illegible]. ubi, dum quævis exactio, quando
fingitur neceſſitas aut paupertas, inhibetur,
ſatis indicatur, illam quoque exactionem in-
hiberi, quando petitur aliquid pro ſuſtenta-
tione, & Monaſterium bona ſufficientia poſſi-
det: tunc enim potiùs fingitur, quàm reverâ
108 datur titulus neceſſariæ ſuſtentationis. Ra-
tio eſt: quia, tametſi in ſimili caſu temporale
pro ſpirituali non detur, ſicque contra Jus Di-
vinum aut Naturale ſimonia non committa-
tur; committitur tamen vel ſimonia contra
Jus Eccleſiaſticum, ut docet *cit.* Pirhing &
Schambogen, vel peccatum injuſtitiæ, ut alii
volunt apud Suarez *d. cap.* 17. *num.* 9. & 10.
quia indecens, & intentioni fundatorum
prorſus eſt diſſonum, aliquid titulô ſuſtenta-
tionis expetere, quando à piis fidelibus pro
honeſta Religioſorum ſuſtentatione abun-
dantia media ſubminiſtrata fuêre.
109 Dico V. Ex titulo dotis à Monialibus, Re-
ligionem ingreſſuris aut ingreſſis, indiſcrimi-
natim certa pecuniæ quantitas aut res alia
patrimonialis exigi poteſt. Ita non tantùm
univerſali totius propemodùm orbis conſue-

tudine introductum, ſed etiam expreſſum de-
ſuper privilegium ab Innocentio VIII. omni-
bus Monialibus indultum eſſe, teſtatur noſter
Aſcan. Tamburin. de *Jure Abbatiſſar. diſp.* 5.
*quæſt.* 2. & 3. quòd ſcilicet abſque ſimonia ab
ingredientibus congruam dotem accipere
valeant, dummodò pactum non ineant de
aliquo dando pro ipſo ingreſſu, vel inhabilem
ex ſola ſpe aliquid temporale recipiendi non
admittant. Ratio aſſignari poteſt: 110
quia fœminis, Matrimonium carnale celebra-
turis, debetur congrua dos, ſive maritus fu-
turus ſit dives, ſive inops per *l. ult. Cod. de Dot.
promiſſ.* Adeóque & fœminis, ſpirituales nu-
ptias per Religioſam profeſſionem contra-
cturis, debetur congrua dos, ſive Monaſte-
rium ſit dives, ſive non. Ergo, ſicuti mari-
tus, quiſcunque ſit, optimô jure dotem exi-
git; ſic & Monaſterium, quodcunque ſit.
Eſt ſiquidem bonum argumentum à Matri 111
monio carnali ad ſpirituale *arg. cap. inter* 2. &
2. *ſeqq. de Tranſlat. Ep.* quale eſt profeſſio Re-
ligioſa, per quam fœdus ſpirituale cum DEO
& Religione pangitur *cap. viduas* 2. *cap. quæ
Chriſto* 10. *XXVII. quæſt.* 1. Pulchrè ad rem
Everhardus in *locis legalib. loc.* 76. *num.* 3.
& 4.
Dico VI. à Religioſis maſculis, Monaſte- 112
rium ingreſſis aut ingreſſuris, aliquid exigi
poteſt ex titulo legitimæ vel donationis pro-
pter nuptias. Hujus concluſionis nullum
equidem Authorem in terminis laudare poſ-
ſum, rationem tamen ex præcedentibus con-
cludentem aſſigno. Inprimis enim, 113
quemadmodùm filiabus, ut dictum, carnali-
ter nupturis, à parentibus dos conſtitui de-
bet; ſic & filiis conſtituenda eſt donatio pro-
pter nuptias per textum in *cit. l. ult. Cod. de
Dot. promiſſ.* Ergo non minùs eadem donatio
filiis ſpiritualiter copulandis eſt conſtituenda,
quàm dos filiabus, eôdem ſe vinculô conſtrin-
gentibus: cùm hîc quoque paritas cum Ma-
trimonio carnali procedat, ex dictis in *Lib. I.
tract. de Poteſt. Ord. cap.* 3. *n.* 143. & cum Sua-
rez *de Matrim. lib.* 4. *diſp.* 26. *n.* 7. & Baldo ad
*cit. l. ult. Cod. de Dot. prom.* tradit P. Engel ad
*tit.* 31. *lib.* 3. *Decret. n.* 44. Ergo ſuper hac
donatione paciſci licet. Deinde pa- 114
rentibus incumbit, liberis ſuis legitimam re-
linquere, tam in teſtamento quàm ab inteſta-
to; liberi quoque jus habent, eandem legi-
timam petendi, non tantùm ſi maneant in
ſæculo, ſed etiam ſi ad Ordines Religioſos,
bonorum ſtabilium capaces, ſe conferant,
prout conſtat ex *cap. quia* 7. *XX. q.* 3. *Auth.
ingreſſi* & *Auth. ſi qua mulier Cod. de SS. Eccleſ.*
Cùm itaque liberi hoc ipſum jus per Religio- 115
ſam profeſſionem in Monaſterium transfe-
rant, ac illorum locô per citatos textus Mo-
naſterium in hæreditate ſuccedat: poteſt Mo-
naſterium intuitu hæreditatis futuræ cum
parentibus paciſci, ut vel legitimam tempore
profeſſionis anticipatò ſolvant, vel hæredi-
tatis nomine certum quid determinent, ne, ſi
tempus mortis paternæ vel maternæ expe-
ctetur,

ctetur, pluribus circa ſucceſſionem litibus
implicetur.
116 Neque dicas I. liberis non debetur legiti-
ma in vita parentum: quia viventis non eſt
hæreditas *l. qui ſuperſtitis 94. ff. de Acquir. vel
omitt. hæred.* & legitima primùm poſt mortem
computatur *l. hic titulus 1. §. 21. ff. de Collat.*
117 Reſp. enim, legitimam non deberi eò ſen-
ſu, ut ſtatim conſtituatur; deberi tamen aliò
ſenſu, ut ſaltem poſt mortem efficaciter peti
valeat, & in ultima voluntate neceſſariò re-
linqui debeat: indeque, ſicuti ſuper aliis ju-
ribus, quorum effectus in tempus futurum
ſuſpenditur, paciſci conceſſum eſt, ita etiam
de legitima, ſi non Jure Civili Romano, ſaltem
Jure Canonico, quod hodierna conſuetudo
ſequitur, paciſci conceſſum erit per *cap. quam-
vis 2. de Pact. in 6.*
118 Neque dicas II. filius, dum intrat Mona-
ſterium, ante profeſſionem liberè de rebus
ſuis diſponere poteſt, abſque eo, quòd Mona-
ſterio quidquam relinquere teneatur *arg.*
Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de Regular. cap.* 16. &
*Nov. 5. cap. 5.*
119 Reſp. namque, hanc quæſtionem, uti vi-
dere eſt apud Covarruv. de *teſtam. cap. 2. n. 8.
& ſeqq.* & P. Engel de *Privileg. Monaſterior.
privil. 9. n. 11.* valde controverſam eſſe, num
filius, qui diſpoſitionem de ſuo patrimonio
facit ante profeſſionem, teneatur aliquam
portionem Monaſterio relinquere? Et licèt
ipſemet Covarruv. *d. l. n.* 10. in negativam
propendeat; affirmativam tamen in *num.* 9.
ceu communem refert; proque ea D. Anto
ninum citat P. Engel. Cujus ratio eſt: vel 120
quia Monaſterium habetur locò filii, cui de-
betur legitima *arg. cit. Auth. ſi qua mulier & cap.
in præſentia 8. de Probation.* vel quia potiùs Mo-
naſterium ſuccedit in locum parentum: ut-
pote cùm profeſſum ſpiritualiter quaſi gene-
rare, educare, ac perpetuò ſuſtentare, pa-
rentum adinſtar, cenſeatur; ſicque ex illa
regula, quòd ſurrogatum ſapiat naturam
ejus, cui ſurrogatum eſt, jure parentum le-
gitimam exigere poſſit. Hæcque po- 121
ſterior ſententia, tanquàm ab authoritate &
ratione ſaltem probabilis, tantò ſecuriùs in
praxin deducitur, quantò clariùs in Jure defi-
nitum eſt, quòd in dubio ſententia, quæ favet
cauſæ favorabili, qualis eſt cauſa pia & Mona-
ſterium *arg. l. ſunt perſonæ 43. ff. de Religioſ. &
ſumptib. fun.* tenenda ſit *cap. ult. de Sent. & re
judic.* Poteſt itaque Monaſterium ci- 122
tra ſimoniam paciſci, ut à noviter ad Ordi-
nem anhelantibus, ſi bona temporalia poſſi-
deant aut ſperent, vel donatio propter nu-
ptias, vel quantitas portionis legitimæ con-
ſtituatur.

## §. VI.

### *De Jure Patronatûs & aliis juribus ſpiritualibus.*

123 JUs Patronatûs per ſe & ratione ſui vendi
non poſſe, traditum habemus in *cap. de
jure 16. de Jure Patron.* & Concil. Trid. *ſeſſ. 25.
de ref. cap. 9.* ubi venditor hujus juris, præter
excommunicationem, à Judice Eccleſiaſtico
infligendam, ipsò factò jure patronatûs priva-
124 tur. Ratio eſt: quia jus patronatûs eſt
connexum cum rebus ſpiritualibus, uti dici-
tur in *cit. cap. de jure 16.* & *cap. quanto 3. de Ju-
diciis;* imò, ut fundamentaliter probat Sua-
rez *de Simon. lib. 4. cap.* 28. jus patronatûs,
quatenùs eſt jus præſentandi Clericum ad be-
neficium, eſt ab intrinſeco ſpirituale; partim
ſi ſpectetur principium & cauſa, poteſtas ſci-
licet ſpiritualis, ex qua tam beneficia quàm
jura patronatûs originaliter profluxerunt;
partim ſi ſpectetur terminus & finis, ſeu bene-
ficium cum annexis functionibus ſpirituali-
bus; partim ſi ſpectetur ipſemet actus hujus
juris, præſentatio nimirum ad beneficium,
quâ præſentatus, ſi dignus ſit, acquirit jus ad
beneficium. Igitur abſque ſimonia jus pa-
tronatûs vendi non poteſt.
125 Dixi: *per ſe & ratione ſui.* Nam in conſe-
quentiam interdum vendi poteſt, ſi cum fun-
do, caſtro, vel territorio ſit conjunctum; ſive
tunc exprimatur in contractu, ſive non, dum-
modò pretium illius intuitu non augeatur.
Textus in *cap. ex literis 7. cap. cùm ſæculum 13.
de Jure Patronat.* Suarez *cit. l. n.* 12. Tanta
ſiquidem connexio non intercedit inter jus
patronatûs & fundum aut rem aliam, cui co-
hæret, ut privatâ etiam authoritate ſeparari,
& fundus alicui vendi, jus verò patronatûs
alteri donari, vel legari nequeat.
Juri Patronatûs affinia ſunt jura eligendi, 126
poſtulandi, conferendi, & inſtituendi, quæ,
cùm certò poteſtatem ſpiritualem tribuant,
& immediatè tendant ad finem ſupernatura-
lem, certò materiam ſimoniæ conſtituunt,
quando in contractum oneroſum pro com-
modo temporali veniunt *cap. præterea 10. de
Transact. cap. ult. de Pact. cap. ult. de Rer. per-
mutat.*
De Jure decimandi jam dictum eſt in *Lib. III.* 127
*tract. de Perſon. reb. & Jur. Eccleſ. p. 3. cap. 3.
à n. 99.* Nihil igitur dicendum ſupereſt, niſi
quòd vendi non prohibeatur, ubi eſt laicale:
cùm enim à titulo ſpirituali tunc penitus cen-
ſeatur eſſe ſeparatum, ut liquet ex *cit. tr. n.* 29.
objectum ſimoniæ nequit ampliùs fundare
*arg.* à contrario ſenſu ex *cap. prohibemus 19. de
Decim.* Zoëſ. ad *tit. de Decim. n.* 52.
Jus ſepulturæ Eccleſiaſticæ reputatur etiam 128
inter jura ſpiritualia, quatenùs includit locum
ſacrum, aut functionem ſpiritualem ipſius
ſepulturæ: & ideò pro loco ſacro aut actione
ſepeliendi nihil per modum pretii licet exige-
re; minùs cadaveris depoſitionem negare li-
cet, antequàm certa pecunia Parocho vel al-
teri ſoluta fuerit; non obſtante conſuetudi-
ne, quæ vocatur corruptela *cap. quæſta 12. cap.
poſtquàm 13. XIII. q. 2. cap. abolendæ 13. de Se-
pultur. cap. cùm in Eccleſia 9. cap. ſuam 29. cap.
ad*



129 *ad Apoſtolicam 42. de Simon.* Nihilominùs
ex cauſis aliis poteſt introduci conſuetudo, ut
accipiatur aliquod temporale; vel quando
offertur ſponte à fidelibus *cap. in Eccleſiaſtico
eâd. quæſt. 2. d. cap. ad Apoſtolicam 42. in fin.* vel
quando aliquid exigitur in compenſationem
materiæ quoad conſiderationem ſtatûs præ-
teriti *arg.* dictorum in *num.* 60. vel quando
locus aliquis dignior & honoratior pro ſepul-
tura conceditur; vel quando per modum
ſtipendii in ſubſidium & ſuſtentationem Mini-
ſtrorum Eccleſiæ, præſertim in locis, in qui-
bus decimæ perſonales ſunt abolitæ, quid-
piam petitur. Videantur Gonzalez in *cit. cap.
abolendæ n.* 7. P. Engel ad *tit. de Sepultur. n.* 16.
P. Wieſtner ad *eund. tit. n.* 49.

# SECTIO III.

## *De Forma Simoniæ.*

### SUMMARIA.

*130. Indicatur forma ſimoniæ. 131. Deſiderat conventionem oneroſam & interventum pretii. 132. & ſeq. Si alius reſpectus vel titulus occurrat, non eſt ſimonia. 134. Deſcribitur pretium. 135. & ſeq. Munus à manu. 137. & ſeqq. Munus ab obſequio. 142. & ſeq. Munus à lingua. 144. & ſeqq. Non eſt ſimonia, preces pro jure ſpirituali interponere. 149. & ſeq. Etiam pro Dignitatibus Eccleſiaſticis obtinendis. 151. & ſeqq. Nec refert, an preces quis pro alio vel ſe ipſo interponat. 155. Non autem conceſſum eſt, interceſſori dare pecunias. 156. Niſi ſpecialis labor occurrat. 157. & ſeqq. Motivum conſanguinitatis non fundat ſimoniam. 163. & ſeq. Refertur propoſitio damnata, quòd, ſi res temporalis ſit motiva ſpiritualis, non ſit ſimonia. 165. & ſeqq. Oſtenditur veritas propoſitionis contrariæ. 170. & ſeqq. Expenditur, an ſpes & motivum differant? 173. Refertur alia propoſitio damnata, de gratuita compenſatione. 174. & ſeq. Declaratur veritas. 176. & ſeqq. Vindicatur à contrariis. 180. & ſeqq. Corollarium practicum. 183. & ſeqq. Refertur alia propoſitio damnata de fine temporali; & affertur una & altera diviſio finis. 186. Res temporalis non poteſt eſſe finis intrinſecus rei vel operis ſpiritualis. 187. Nec etiam intrinſecus & principalis. 188. & ſeqq. Benè tamen intrinſecus & minùs principalis. 191. & ſeqq. Per textus & exempla dilucidatur, non eſſe illicitam donationem vel legatum, ſub modo vel conditione operis ſpiritualis. 195. & ſeqq. Confirmatur rationibus. 198. & ſeqq. Diluitur una & altera objectio. 203. Explanatur redemptio vexæ in Sacramentis. 204. In jure beneficii jam plenè quæſito non conſtituit ſimoniam. 205. Neque ſi poſſeſſio tantùm deficiat. 206. Neque ſi jus tantùm perſonale ſit acquiſitum. 207. Conſtituit verò ſimoniam, quando pro jure acquirendo ad redimendam vexam datur aliquid collatori juris. 208. Non item ſi detur illi, qui prodeſſe nequit. 209. Aut nocere tantùm injuſtè vult. 210. & ſeqq. Agitur de quæſtione, utrùm ad impediendam electionem indigni vel minùs digni aliquid offerri poſſit?*

## §. I.

### *In quo conſiſtat forma Simoniæ?*

130 FOrma & eſſentia ſimoniæ, ex natura rei
talis, veluti relucet ex definitione, à
*num.* 6. explicatâ, conſiſtit in pactione ſeu
conventione oneroſâ, quâ res ſpiritualis pro
temporali, tanquàm pretiò, commutatur.
Dico: *ex natura rei talis:* quia ex Jure Eccleſia-
ſtico quædam prohibentur, ut ſimoniaca, ta-
metſi talia ſuâpte natura haud ſint, uti com-
131 pertum habemus ex *num.* 23. Adeò-
que ut ſimonia, ex natura rei talis, conſurgat,
requiritur aliqua pactio vel conventio, vel
explicita vel implicita, in qua unus det ſpiri-
tuale, eâ intentione, ut acquirat ab alio tem-
porale; vel in qua unus det aliquid tempo-
rale, eâ mente, ut recipiat aliquid ſpirituale,
prout ſtudiosè expendit, atque ex particula
*pro,* quæ ſignificat commutationem, compen-
ſationem, adæquationem, vel appretiamen-
tum, per textum in *cap. placuit 22. I. q. 1. cap.
placuit 1. eâd. q. 2. cap. cùm in Eccleſia 9. cap. ſi-
cut 39. de Simon.* deducit Suarez *de Simon. cap.*
132 30. *num.* 1. Aliò reſpectu, titulò, vel
motivò, ſi temporale quidpiam in adminiſtra-
tione vel collatione rerum ſpiritualium inter-
veniat, ſimonia non patratur, uti conſtat ex
*anteced. ſect.* & probat Suarez *d. l. cap. 36. per
tot.* Et quia in dubio debemus inter- 133
pretationem & præſumptionem in partem
benigniorem trahere: debemus etiam in du-
bio, num pactum ſimoniacum interceſſerit,
contra ſimoniam judicium formare per tex-
tum bonum in *cap. etſi quæſtiones 18. in fin. de
Simon.* Suarez *d. cap. 36. n.* 10.
Pretii nomine non tantùm intelligitur pe- 134
cunia numerata, ſicut in emptione-venditio-
ne; ſed etiam res alia temporalis: vocatur-
que aliò vocabulò munus; quod triplex eſt,
munus à manu, munus ab obſequio, munus à
lingua per textus in *cap. ordinationes 113. cap.
ſunt nonnulli 114. cap. de ordinationibus 116. I.
quæſt. 1. cap. Salvator 8. eâd. q. 3.* *Munus à ma-* 135
*nu* dicitur res quælibet, pretiò æſtimabilis,
mobilis & immobilis, corporalis & incorpo-
ralis per *cap. totum 6. eâd. q. 3. d. cap. etſi quæ-
ſtiones 18. cap. tua nos 34. cap. in tantum 36. de
Simon.* Nec intereſt, utrùm res illa 136
verè

verè vel virtualiter & æquivalenter præſte-
tur: nam etiam, qui debitum alteri remittit,
aut ſe remiſſurum promittit, ut ſpirituale do-
num conſequatur, ſimoniacus eſt *cap. talia* 1.
*VIII. q.* 3. *cap. penult. d. t. cap. veniens* 10. *de Te-
ſtib.* Suarez *cap.* 38. *n.* 4.
137 Munus *ab obſequio* vocatur quodlibet ſer-
vitium aut miniſterium, in gratiam alterius
præſtitum, aut præſtandum, cum obligatione,
ut in vicem res ſpiritualis detur juxta textus in
138 *cap. de hoc* 11. *cap. cùm eſſent* 12. *de Simon.* Ubi
tamen diſtinguendum eſt, ſitne obſequium
illud temporale v. g. procuratio alicujus ne-
gotii judicialis vel extrajudicialis, ſuſceptio
arbitrii, conſcriptio conſilii juridici &c. vel
ſpirituale v. g. datio ſuffragii in electione,
139 præſentatio ad beneficium &c. Obſe-
quium temporale fundat ſimoniam, Jure Di-
vinô & Naturali prohibitam, quando vel an-
tecedenter exhibetur eô fine, ut reciprocè
compenſetur aliquô emolumentô ſpirituali;
vel quando emolumentum ſpirituale v. g. be-
neficium alicui confertur, ut vel obſequium
de novo exhibeatur, vel obſequium jam exhi-
bitum, ratione cujus merces aut ſalarium po-
tuiſſet exigi, compenſetur *d. cap. cùm eſſent* 12.
140 Niſi obſequium temporale beneficio fuiſſet
annexum ante illius collationem, ſicuti quan-
doque beneficio ſolet annecti munus docen-
di Theologiam aut Jus Canonicum: in quo
eventu beneficium eâ conditione & pacto
concedi poteſt, ut beneficiatus munus do-
cendi diligenter obeat per *cap. quoniam* 1. *cap.
quia nonnullis* 4. *cap. ult. de Magiſtr.* Suarez
141 *cap.* 39. *num.* 8. *&* 9. Obſequium ſpi-
rituale, ſi non fuerit officio vel beneficio con-
nexum, fundat etiam ſimoniam *d. cap. de
hoc* 11. ſed Juri tantùm Eccleſiaſtico reniten-
tem: quoniam, ut dictum in *num.* 22. com-
penſatio rerum ſpiritualium inter ſe ex natura
rei non eſt ſimoniaca; eſt tamen ſimoniaca
ex conſtitutione Eccleſiæ, quæ ex cauſis ra-
tionabilibus pactiones & conventiones in be-
neficiis Eccleſiaſticis generaliter improbavit
in *cap. ult. de Pact. cap. ult. de Rer. permutat.*
Suarez *d. cap.* 39. *num.* 11. *& ſeqq.* Zoëſ. ad *tit.
de Simon. num.* 76. *& ſeq.* P. Friderich *in Quæſt.
Canon. de Simon. cap.* 3. *§.* 2. *n.* 121.
142 *Munus à lingua*, ſi ſpirituale ſit, v. g. oratio,
laus, & honoratio DEI &c. coincidit cum
munere ab obſequio, ut rectè notat Suarez
*cap.* 40. *n.* 1. ſin autem temporale ſit, eſt nihil
aliud, quàm favor, intercesſio, ſupplicatio,
143 laus humana &c. Conſtituitque tunc
ſimoniam, quando v. g. aut is, qui beneficium
ſperat, collatori promittit ſuam interceſſionē
apud Principem vel alium, ad obtinendum
aliquod commodum *cap. ſi quis* 115. *I. quæſt.* 1.
aut is, qui beneficium confert, eô pactô con-
fert, ut beneficiatus favorem & gratiam apud
Principem vel alium ipſi procuret *cap. ſunt
nonnulli* 114. *eâd. quæſt.* 1. *cap. cùm eſſent* 12. *de
Simon.*
144 Quòd ſi quis ſolummodò preces aut ſuppli-
cationem interponat, ut pro ſe beneficium
Eccleſiaſticum aut aliud jus & bonum ſpiri-
tuale recipiat, ſimoniacis non accenſetur, ex
communi Canoniſtarum ſententia, quam re-
fert & ſequitur Suarez *de Simon. cap.* 40. *n.* 2.
tenentque Zoëſius *cit. l. num.* 79. Pirhing
ad *tit. de Simon. num.* 138. Layman *Theolog.
Moral. lib.* 4. *tract.* 10. *cap. ult. num.* 26. P.
Friderich *d. l. num.* 123. per textus in *cap. la-
torem* 121. *cap. filium* 122. *I. quæſt.* 1. *cap. tua
nos* 34. *de Simon.* Nihil enim frequen- 145
tius eſt, quàm ut preces humanæ interpo-
nantur ad receptionem jurium ſpiritualium,
& beneficia Eccleſiaſtica illis duntaxat, qui ſe
inſinuant, conferantur; approbante hanc
praxin Conciliô Tridentinô in *ſeſſ.* 24. *de ref.
cap.* 18. ubi, cùm beneficia curata per concur-
ſum jubeat conferri, tacitè innuit, poſſe ali-
quem ad beneficium ſe offerre, & illius colla-
tionem pro ſua perſona ſollicitare. Cu- 146
jus ratio eſt: quia, ex quo jura ſpiritualia ſunt
omni reverentiâ & veneratione digna, utique
ex natura rei nihil eſt indecens, ut eorum in-
tuitu preces & ſupplicationes fundantur: ſi-
cuti nihil eſt inconveniens, ut aliquis pro in-
dulgentiis aut diſpenſatione ſupplicem libel-
lum porrigat.
Nec obſtat textus in *cap. ordinatione* 113. *cap.* 147
*ſi quis* 115. *cap. pueri* 120. *I. q.* 1. in quibus prohi-
betur, ne quis precibus vel pretiô ad SS. Or-
dines aſſumatur. Nam textus iſti non lo-
quuntur de precibus nudis, ſed cum promiſ-
ſione conjunctis, aut habentibus annexum
munus à manu vel ab obſequio, quatenùs per
preces ad Ordines conferendos Epiſcopus
moveri non debet ex eo fine, ut ille ſupplican-
tis favorem aut gratiam lucretur.
Limitat tamen hanc aſſertionem Fagna- 148
nus ad *cap. tua nos* 34. *de Simon. à num.* 31. in
beneficiis majoribus, nempe Prælaturis &
Dignitatibus Eccleſiaſticis: pro his enim ſup-
plicare, idem eſt, ac ambitioſè ſemet in gere-
re ad munus prælationis, quod SS. Canones
nullatenùs tolerant *cap. nullus* 118. *I. q.* 1. *cap.
qualiter* 17. *de Elect. cap. jam dudum* 18. *de Præ-
bend.* Unde D. Chryſoſtomus, relatus 149
apud *cit.* Fagnan. *num.* 34. ſcribit: *primatum
honoris ambire, vanitas eſt: primatus enim fugien-
tem ſe deſiderat, deſiderantem ſe horret.* Similia
ſcribit D. Gregorius, relatus in *cap. in ſcriptu-
ris* 9. *VIII. q.* 1. Verùm, ut probè no- 150
tavit Suarez *cit. cap.* 40. *n.* 5. non eſt bonum
argumentum ab ambitu vel ambitione ad ſi-
moniam: quippe cùm ambitus vel ambitio
verſari poſſit etiam circa Dignitates & Hono-
res Sæculares; ſimonia verò requirat Præla-
turam aut Dignitatem *Eccleſiaſticam, seu rem
ſpiritualem.* Unde contingere poteſt, ut Præ-
latus aliquis dicatur ambitioſus, quòd Præla-
turam ambierit & quæſiverit; non autem ſi-
moniacus.
Idem, quod de precibus concluſimus, pro 151
ſe ipſo factis, concludendum eſt de precibus,
ab alio factis, ſeu de commendatione vel pa-
trocinio aliorum: ſive hic alius propriô motu
ſuum patrocinium accommodet, ſive roga-
tus:



tus: nam, ut arguit ſæpe laudatus Suarez *d.
cap.* 40. *num.* 9. ſi preces pro beneficio non fa-
ciant ſimoniam; multò minùs efficiunt preces
152 precum. Equidem aliorum patroci-
nia diſſuadet Magnus Gregorius in *cap. illud* 1.
*eâd. q.* 2. *illud quidem*, inquiens, *præ omnibus
tibi cura ſit, ut in hac electione nec datio quibuscun-
que modis interveniat præmiorum, nec quarumli-
bet perſonarum patrocinia convaleſcant. Nam, ſi
quorundam patrocinio fuerit quiſpiam electus, vo-
luntatibus eorum, cùm fuerit ordinatus, obedire,
reverentiâ exigente, compellitur: ſicque fit, ut &
res illius minuantur Eccleſiæ, & Ordo Eccleſiaſti-
153 cus non ſervetur.* Sed, uti perſpicere li-
cet ex ratione diſſuadendi, quâ utitur Magnus
hic Eccleſiæ Doctor & Pontifex, non diſſua-
det aliorum patrocinia, tanquàm ſimoniaca,
ſed tanquàm minùs Eccleſiæ vel Prælato ſalu-
taria: qui enim ex aliorum quæſito ſuffragio
vel interceſſione evehitur ad infulas, ſeipſum
ligat & obligat interceſſoribus aut promoto-
ribus, ut ipſis, licèt eidem fiant ſubditi, ob
reſpectum humanum & recognitionem præ-
ſtiti favoris liberè nequeat imperare, vel Ec-
154 cleſiæ emolumentum promovere. Hanc
ob rem Concil. Trid. in *ſeſſ.* 24. *de Ref. cap.* 1.
declaravit, promotores aut collatores be-
neficiorum *alienis peccatis communicantes morta-
liter peccare, niſi quos digniores & Eccleſiæ magis
utiles judicaverint, non quidem precibus, vel hu-
mano affectu aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed
eorum exigentibus meritis præfici curaverint.*
155 Planè, ſi quis alteri promittat pecunias,
aut aliud munus, ut apud Epiſcopum vel ali-
um collatorem, ad conſequendam præben-
dam aut Dignitatem, intercedat, eſt veriſſima
ſimonia: quia in effectu nihil intereſt, an
quis ipſimet collatori, vel promotori, aut pro-
curatori ſimile donativum offerat per textum
in *cap. ſtatuimus* 107. *I. q.* 1. *cap. ult. eâd. q.* 5.
156 Suarez *cit. num.* 9. Zoëſ. ad *tit. de Simon. n.* 81.
limitans in fine & in *num.* 60. ac temporale mu-
nus permittens, quando procuratori vel pro-
motori offertur propter ſpecialem laborem
aut moleſtiam, quam habuit in acceſſu ad col-
latorem, conſcriptione literarum, aut alio
opere. Quæ permiſſio longè magis eſt infe-
renda, quando pro audientia procuranda
quidpiam datur. Suarez *cap.* 53. *num.* 17.
157 Illud in dubium ab aliquibus vocatur: an
motivum conſanguinitatis æquivaleat pretio
ſimoniaco? Ratio dubitandi eſt: quòd moti-
vum conſanguinitatis æquè ſit bonum tempo-
rale, ac favor humanus: adeòque, cùm fa-
vor humanus æquivaleat pretio ſimoniaco,
motivum conſanguinitatis eâdem virtute pol-
leat. Hæcque videtur eſſe ratio, cur 158
SS. Canones prohibuerint, ut in collatione
beneficiorum non habeatur reſpectus ad car-
nem & ſanguinem *cap. un. ut Eccleſiaſtica benef.
ſinè diminut. confer.* & perinde ſimoniacum ju-
dicaverint, in tali proviſione ad conſanguini-
tatem vel ad pretium reſpicere in *cap. ſi quis*
115. *I. q.* 1. *cap. nemo* 14. *de Simon.* At 159
S. Thomas *q.* 100. *art.* 5. *ad* 3. Covarruv. *Var.
reſolut. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 4. Suarez de *Simon.
cap.* 37. *num.* 6. Zoëſ. ad *tit. de Simon. num.* 82.
& alii negativam meritò præferunt. Ratio
eſt: quia, qui dat beneficium ſuo conſangui-
neo ex motivo conſanguinitatis, nihil tem-
porale pro ſpirituali recipit à conſanguineo;
nec, uti ſupponitur, dat eô pactô vel fine, ut
temporale quid recipiat, ſed non minùs do-
nationem merè gratuitam & liberalem exer-
cet, ac ſi rem aliam conſanguineo donet.
Ergo motivum conſanguinitatis non æquiva-
let pretio ſimoniaco: ergo ſimoniacâ labe non
eſt infectum. Malè igitur in ratione 160
dubitandi motivum conſanguinitatis cum fa-
vore humano, quatenùs conſtituit pretium
ſimoniacum, comparatur: nam, licèt moti-
vum conſanguinitatis ſit bonum temporale,
non tamen eſt aliqua compenſatio temporalis
pro beneficio: utpote cùm beneficii collator
in vicem collati beneficii nihil à conſangui-
neo reciprocum acquirat; ſicuti, ſi benefi-
cium conferat, ut per beneficiatum favorem
& gratiam humanam aucupetur.
Quando autem à SS. Canonibus improba- 161
tur collatio beneficii ex motivo conſanguini-
tatis, non prohibetur, quia eſt ſimoniaca,
(nec enim oppoſiti textus, ſi bene legantur,
& verba ibidem non promiſcuè ſumantur, ſed
cum idoneis ſubjectis conjungantur, id pro-
bant) ſed quia, ſi conſanguinei cæteris, qui
digniores ſunt, præferantur, peccatur con-
tra juſtitiam diſtributivam & legalem, impe-
ditur utilitas & incrementum Eccleſiæ, inva-
leſcit nepotiſmus & hæreditaria ſucceſſio, ac
ſcandalum generatur, prout theologicè pa-
riter & juridicè, gnaviter & graviter expendit
Eminentiſſ. Card. Sfondrati in *Nepotiſmo theol.
expenſo* §. 5. *&* 6. Sin autem conſangui- 162
neus æquè ſit dignus aut dignior ac alii, nec
aliunde ſequatur ſcandalum, poteſt abſque
peccato cæteris in beneficii collatione præ-
ferri: nam vinculum ſanguinis non debet ali-
cui eſſe impedimento, quò minùs ad benefi-
cia poſſit eluctari; ſicuti non debet eſſe adju-
mento, ut ejus intuitu dignioribus antepo-
natur; prout idem Cardinalis in §. 2. *num.* 1.
non invitus concedit.

## §. II.

### *Sitne Simonia, dare temporale pro ſpirituali, tanquàm motivum, & non tanquàm pretium?*

163 UT ſimoniæ vitium honeſtatis palliô obve-
letur, pro ſalvandis pactis & conven-
tionibus, in quibus pro ſpiritualium collatio-
ne pecuniæ vel res aliæ temporales petuntur
aut accipiuntur, varii varios prætextus ex-
cogitârunt. Aliqui docuerunt, non eſſe ſi-
Ee 2 moniam

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

moniam, quando temporale datur pro ſpiri-
tuali non tanquàm pretium, ſed tanquàm
164 motivum. Sed, ne incauto hìc pede
incedamus, & in pernicioſum errorem pro-
labamur, oportet oculos figere in propoſitio-
nem, ab Innocentio XI. anno 1679. 2. Mar-
tii damnatam, quæ poſita in *num.* 45. ſequen-
tis eſt tenoris: *dare temporale pro ſpirituali non
eſt ſimonia, quando temporale non datur tanquàm
pretium, ſed duntaxat tanquàm motivum confe-
rendi vel efficiendi ſpirituale.*

165 Hæc propoſitio, ut ritè percipiatur, duo-
bus caſibus illuſtratur. Primus eſt, quando
Titius v. g. ſinè pacto expreſſo offert Sempro-
nio munus, ut inde moveatur ad reſignan-
dum aut conferendum beneficium in favo-
rem offerentis: hanc quoque intentionem
agnoſcit Sempronius, & reverà movetur ad
reſignandum vel conferendum in favorem
166 Titii. Secundus eſt, quando Titius
offert munera Clerico reſignaturo eâ mente
& intentione, ut moveatur ad reſignandum
in favorem ipſius Titii; Clericus tamen reſi-
gnaturus recipit munera, absque eo, quòd
cognoſcat intentionem offerentis Titii, vel
inde ad reſignandum in ipſius favorem move-
167 atur. In utroque hoc caſu, ut nemo
non advertit, temporale pro ſpirituali datum
habet vim motivam ad reſignandum aut con-
ferendum beneficium: unde, quin in utro-
que caſu, juxta propoſitionem mox relatam,
committatur ſimonia, in primo quidem ab
utroque, in ſecundo à ſolo Titio, non dubito
cum P. Cardenas in *Criſi Theolog. diſſert.* 27.
*cap.* 2. *num.* 16. *& ſeq.* Sbogar *Theolog. radical.
tract.* 146. *num.* 7. P. Friderich *Quæſt. Canon.*
168 *de Simon. cap.* 2. §. 2. *à num.* 25. Ratio
perſpicua eſt: quia in primo caſu veriſſimum
occurrit pactum inter dantem & accipientem
de permutandis muneribus cum beneficio,
ſaltem tacitum, ac ſignis exterioribus ſuffi-
cienter expreſſum: ſicut ergo, ſi pactum ſit
verum & expreſſum, in donatione rei ſpiri-
tualis pro temporali committitur vera ſimo-
nia; ſic etiam, ſi pactum ſit tacitum, quod
169 idem operatur, ac expreſſum. In ſe-
cundo autem caſu, tametſi deſit effectivè
conventio, tam expreſſa, quàm tacita; non
deeſt tamen affectivè & mentaliter: hôc ipsô
quippe, dum Titius per oblationem mune-
rum intendit movere Clericum ad beneficium
in vicem compenſationis concedendum, mo-
vet etiam affectivè ad contrahendum: ideó-
que ſimonia mentali ſe obſtringit per textum
luculentum in *cap. etſi quæſtiones* 18. *circa fin. cap.
tua nos* 34. *cap. ult. de Simon.*

Hic tamen aliqua difficultas emergit: 170
utrùm, ſi quis liberaliter & gratis alteri munus
qualecunque exhibeat, ſub ſpe conſequendi
beneficium aut ſimile jus ſpirituale, ſimoniæ
ſe reum faciat? Quamquàm enim Suarez *de
Simon. cap.* 45. *num.* 8. cum communi talem
à ſimonia liberum pronuntiet per textum in
*cit. cap. tua nos* 34. *de Simon.* quia ſcilicèt nuda
ſpes obtinendi beneficium neque eſt pactum
explicitum, neque pactum implicitum: ni-
hilominus, cùm difficile ſit, diſcrimen inter
ſpem & motivum aſſignare, difficile quoque
cenſetur, diſcrimen inter unum & alterum
caſum invenire. Arbitror itaque, pro 171
ſolutione hujus difficultatis eſſe dicendum,
quòd diſcrimen inter ſpem & motivum in eo
conſiſtat, quòd ſpes intendat beneficii con-
ſecutionem ex ſolo gratitudinis titulo; mo-
tivum econtrà tendat ad beneficii conſecutio-
nem ex titulo juſtitiæ & rigoroſa obligatione,
adeò ut, ſi accipiens beneficium non conce-
dat, dans ipſum ad reſtitutionem muneris ve-
lit obligatum eſſe. P. Friderich *cit. l. num.* 33.
Et hoc diſcrimen tacitè ſuggeritur tum in *cit.* 172
*cap. tua nos* 34. tum in *cap. etſi quæſtiones* 18.
*circa fin. de Simon.* ex quo poſteriore textu ſi-
mul colligitur diſcerniculum, quomodò poſ-
ſimus in foro externo judicare de intentione
interna; nempe ſi qualitatem perſonarum,
dantis & accipientis, necnon quantitatem rei
donatæ penſemus: ut proinde *ſi perſona offerat
electuarium* (ut verba Pontificis in *citat. cap.*
tranſcribam) *aut de vino, ſive de aliis hujusmodi,
quæ modici pretii fuerint, & quæ voluntatem reci-
pientis inclinare vel movere non debeant, Romana
Eccleſia interpretari non conſueverit, accipientem
in his delinquere vel donantem.* Fagnanus in
*cap. tua nos num.* 37. *& ſeq.*

## §. III.

### *Sitne Simonia, petere vel recipere aliquid temporale pro ſpirituali, tanquàm gratuitam compenſationem?*

173 FUerunt nonnulli, qui ad palliandum ſi-
moniæ flagitium dixerunt, illam datio-
nem non eſſe prohibitam, quâ temporale da-
tur pro ſpirituali, tanquàm gratuita illius
compenſatio. Sed hæc quoque ſententia ab
Innocentio XI. in propoſitione, ſupra in *num.*
164. relatâ, proſcribitur in his verbis: non
eſt ſimonia, *quando temporale eſt ſolùm gratuita
compenſatio pro ſpirituali aut econtrà.* P. Suarez
de *Simon. cap.* 45. *num.* 11. Covarruv. *Var. re-
ſolut. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 1. Sbogar *ubi ſupra
num.* 13. P. Cardenas *citat. diſſert.* 27. *cap.* 3.
*num.* 43. *& ſeqq.* P. Friderich *cit. l.* §. 3. *à num.*
36. Probatur hæc veritas: quia, ut 174
aliquoties jam inculcatum eſt, contractus
oneroſus, quô ſpirituale datur pro temporali,
eſt ſimoniacâ maculâ reſperſus. Atqui, dum
collator beneficii v. g. beneficium confert,
eâ conditione, ut accipiens ex gratuitâ com-
penſatione offerat 100. aureos, init ſimilem
contractum oneroſum: nam obligationem
antidotalem, vi cujus beneficiatus ſolùm ob-
ſtrictus fuit ad aliquod opus gratuitum & in-
determinatum, convertit in obligationem
juſti-



juſtitiæ, vi cujus beneficiatus tenetur ad opus
determinatum, & præſtationem pecuniæ.
175 Ergo &c. Confirmatur. Si quis à me
petat, ut librum donem, & ego reſpondeam,
me librum omninò donaturum, eâ tamen
conditione, ut alter pro compenſatione gra-
tuita mihi gladium donet: certè hoc genus
paciſcendi non donatio ſed permutatio eſt:
nam, ut Romanus Sapiens de *Benef. lib.* 4. *cap.* 3.
apud citatum Cardenam ſcripſit: *non eſt bene-
ficium, ſed fœnus, circumſpicere, non ubi ponas,
ſed ubi quæſtuoſiſſimè habeas, unde facillimè tollas.*
At, ſi res benè ponderetur, idem paciſcendi
genus reperitur in conceſſione beneficii gra-
tuitâ, ſed factâ cum obligatione, ut in vicem
gratitudinis res temporalis & ſumma 100. au-
reorum præſtetur.

176 Neque dicas I. in pacto gratuitæ compen-
ſationis duo ſpectanda tempora: videlicèt
tempus, quô promittitur beneficium gratis;
deinde tempus, quô pactum de facienda com-
177 penſatione interponitur. Enimverò
ſi ſupponamus, duo hæc tempora notabili
intervallô inter ſe differre, vagamur extra
ſuppoſitum: quærimus enim, an liceat be-
neficium in alterum eô pactô transferre, ut
ille ad gratuitam compenſationem tempora-
lem obligetur? Adeóque eôdem tempore
tum collatio tum pactum concurrere debent:
quô ſuppoſitô, conſurgere non poteſt obliga-
tio gratitudinis in recipiente beneficium, ut-
pote qui gratias referre non debet pro eo,
quod gratis non accepit. *Iſtud*, ait memo-
ratus Seneca, *non eſt beneficium, ſed fœnus.*

Neque dicas II. obligationem gratitudinis 178
ineſſe naturaliter actui ſeu collationi beneficii;
indeque in pactum deduci poſſe, quin aliqua
ſimonia committatur. Hoc etenim 179
verum eſt, quando per adjectionem pacti non
alteratur obligatio gratitudinis; ſecus eſt,
quando alteratur, & in obligationem juſti-
tiæ commutatur. Atqui dum obligatio gra-
titudinis in pactum deducitur, atque ad præ-
ſtationem rei temporalis determinatur, uti-
que mutatur & alteratur: cùm beneficiatus,
qui præcisô pactô ſolùm ex honeſtate obliga-
tus erat ad ſervitium arbitrarium, ſpirituale
vel temporale; nunc, ſuppoſitô pactô, ad ſer-
vitium certum, pecuniarium, & temporale
ex juſtitia obſtringitur.

Quòd ſi quis pro beneficio ſupplicet, ac 180
collatori bonâ fide, & ſincerâ mente dicat:
oſtendam me gratum &c. excuſandus eſt à ſi-
monia: nihil enim aliud, quàm obligationem
antidoralem, beneficii receptioni connexam,
indicare videtur. Sbogar *citat. l. num.* 17.
At, ſi talia proferat in circumſtantiis, in qui- 181
bus ſufficienter explicat, ſe daturum aliquid
temporale locô gratitudinis, propter reſolu-
tionem mox declaratam, non eſt excuſandus
à ſimonia. P. Cardenas *cit. l. num.* 65. P. Fri-
derich *cit. l. num.* 40.

## §. IV.

### *Sitne Simonia, dare vel facere aliquid ſpirituale ad acquirendum temporale, ceu finem?*

182 NOn defuerunt Authores, qui conclude-
re non ſunt veriti, ex natura rei non
eſſe ſimoniam, præſtare alteri ſpirituale offi-
cium, vel exhibere rem aliquam ſpiritualem
principaliter propter rem temporalem, ſpera-
tam videlicet eleemoſynam. Favet his Lay-
man *Theol. Moral. lib.* 4. *tr.* 10. *cap. ult. num.* 12.
183 Sed quia rurſus occurrit hic propoſitio, ab
Innocentio XI. *num.* 46. reprobata, quòd non
ſit ſimonia, *ſi temporale ſit finis rei ſpiritualis,
ſic, ut illud pluris æſtimetur, quàm res ſpiritualis*:
debemus diſtinguere inter finem intrinſecum
& extrinſecum. Finis *intrinſecus* eſt, ad
quem res ex ſua natura deſtinatur: quemad-
modùm finis intrinſecus beneficii Eccleſiaſtici
eſt ſubſidium temporale, ſeu ſuſtentatio Cle-
ricorum, ad quam beneficia in prima mox
184 conſtitutione ſunt ordinata. Finis *ex-
trinſecus* eſt, ad quem perſona agens rem ali-
quam liberè deſtinat, absque eo, quòd ex ſua
natura ad illum ordinetur; veluti quando
Confeſſarius abſolutionem Sacramentalem
ordinat ad munus & remunerationem tempo-
ralem, cùm tamen ex fine intrinſeco tantùm
ſit ordinata ad finem & utilitatem ſupernatu-
185 ralem. Præterea finis intrinſecus eſt
ſubdividendus in principalem & minùs princi-
palem. *Principalis* eſt, quem per ſe primò
res reſpicit, uti v. g. in beneficio Eccleſiaſti-
co eſt ſervitium Divinum ac commodum ſpi-
rituale. *Minùs principalis* eſt, quem res ſe-
cundariò & quaſi in conſequentiam reſpicit,
uti in beneficio eſt alimentatio & ſuſtentatio
beneficiati.

Quando igitur res aut actus ſpiritualis da- 186
tur aut exercetur ob finem temporalem ex-
trinſecum, ſicut in *num.* 184. exemplum po-
ſui de abſolutione Confeſſarii, ſimonia inter-
venit: ſpectatâ ſiquidem intentione operan-
tis fit commutatio rei ſpiritualis cum tempo-
rali; res quoque ſpiritualis dehonoratur, &c.
cùm detorqueatur ad finem alium, minùs
æſtimatur quàm temporalis. Idem eſt, 187
quando res aut actus ſpiritualis principaliter
datur aut exercetur ob finem temporalem in-
trinſecum, prout jam ante propoſitionem
damnatam tradiderunt Doctor Angelicus
*quodlib.* 8. *art.* 11. & celeberrimus Cancella-
rius Pariſienſis, Joannes Gerſon 2. *part. oper.
tract. de Simon. propoſ.* 1. Nam & hic venditur
res aut actus ſpiritualis; plurisve res tempo-
ralis æſtimatur, quàm ſpiritualis, hôc ipsô,
quòd principaliter moveat dantem aut agen-
tem: adeóque verificatur ſenſus propoſitionis
damnatæ in illis terminis, in quibus eſt dam-
nata. Cardenas *cit. diſſert.* 27. *cap.* 3. *n.* 95. *&* 99.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

188 Aliud eſt, quando res aut actus ſpiritualis datur aut exercetur minùs principaliter ob finem temporalem intrinſecum: tunc quippe nec venditur res aut actus ſpiritualis, ſed potiùs juxta naturam & inſtitutionem ſuam confertur; nec etiam dehonoratur, dum magis æſtimatur, quàm res temporalis. Authores
189 mox citati. Si itaque Clericus Miſſam ob ſtipendium legat, aut Chorum adeat ob præſentiam ſeu diſtributionem quotidianam minùs principaliter, volens principaliter honorare DEUM, omni culpâ & Delictô vacat: ſin autem ſtipendium aut diſtributionem principaliter intendat, culpâ & Delictô ſimoniæ
non vacat. Præſumitur tamen in dubio qui- 190
libet eô fine operari, quô res & opus poſtulat; adeóque præſumitur Clericus principaliter intendere miniſterium ſacrum, & minùs principaliter commodum ac emolumentum temporale.

## §. V.

### *Sitne Simonia, aliquid temporale dare, promittere, legare &c. ſub modo vel conditione rei aut operis ſpiritualis*

191 PArentes, v. g. liberis munuſcula præſentant, ut Eccleſiam aut Sacramenta frequentent. Chriſtianus infideli præmium offert, ut ſacrum Baptiſmum ſuſcipiat. Puella ſpondet hæretico Nobili matrimonium, ſi ad fidem orthodoxam ſe convertat. Teſtator Eccleſiæ legat mille florenos, ut anniverſarium celebretur. Pater in Teſtamento legatum aliquod, tanquàm præcipuum, filio relinquit, ſi Religioſum Ordinem intraverit.
192 Promiſſiones, donationes, & legata talia eſſe licita, defendunt Gloſſa in *cap. debet* 53. *XXIII. q.* 4. Suarez de *Simon. cap.* 39. *num.* 18. Layman *cit. l. num.* 11. Zoëſ. ad *tit. de Simon. num.* 78. & praxis communis. Textus ad propoſitum appoſiti ſunt I. in *cit. cap. debet*, ubi D. Auguſtinus, *debet homo*, ait, *diligere proximum, tanquàm ſeipſum, ut, quem potuerit hominem vel beneficentiæ conſolatione, vel informatione doctrinæ, vel diſciplina coërcitione, adducat*
193 *ad colendum DEUM.* II. in *cap. olim* 12. *de Reſtitut. ſpoliat. cap. ult. de Teſtam. cap. ex parte* 31. *de V. S.* ubi varia legata & donationes ſub conditione vel modo conſtruendæ Eccleſiæ, celebrandi anniverſarii, conſervandæ
194 fabricæ &c. approbantur. III. in *cap. verùm* 4. *de Condition. appoſit. Clem. dudum* 2. *de Sepultur.* ubi generatim admittitur facultas donandi vel legandi Eccleſiis aut cauſis piis
195 ſub conditione honeſta. Ratio eſt: quia in ſimili donatione, promiſſione, vel legato, non intervenit contractus oneroſus; neque ſpirituale pro temporali promittitur, datur, aut legatur tanquàm pretium, aut compenſatio: eô quòd adæquatio inter rem ſpiritualem & temporalem nullatenùs intendatur; neque conſideratur temporale munus, aut tanquàm motivum rei vel operis ſpiritualis, ſed potiùs tanquàm liberalis remuneratio actûs ſpiritualis, exerciti in gratiam legantis vel legatarii: adeóque, ut ſcribit *cit.* Suarez ne quidem umbra ſimoniæ in tali hypotheſi cernitur.
196 Confirmatur I. Non obſtante conditione vel modo, legatum aut donatio cenſetur eſſe liberalis & gratuita: ſi enim Titio relinquam ædes, ſi pax fuerit concluſa; vel Sempronio conſignem annulum, ut artem ſcribendi diſcat, cenſeor liberaliter & gratuitò donare. Ergo etiam non obſtante modô vel conditione rei vel operis ſpiritualis ſimonia ex natura rei non contrahitur: alioquin omnes aut pleræque fundationes Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, & aliorum locorum piorum, cùm factæ ſint ſub conditione & modo, ut cultus DEI, B. V. & Sanctorum promoveatur, pondus antecedentium peccatorum ſublevetur, pauperes & miſerabiles perſonæ ſuſtententur, ac ſalus animæ procuretur, convelli vel everti deberent: quod neſcio, an Chriſtianus aliquis aſſerere non erubeſcat.
Confirmatur II. temporalia ſunt eum in finem 197
condita, ut per illa mereamur & comparemus nobis bona & dona cœleſtia. Ergo ſimoniacum aut improbum dici non poteſt, res temporales eum in finem legare & promittere, ut applicentur ad uſus ſpirituales, & donantibus aut legantibus propter opus ſpirituale DEUS bona & dona cœleſtia largiatur.

Dices: qui Epiſcopo temporalia exhibet, 198
ut beneficium concedat, admittit ſimoniam. Ergo etiam, qui Religioſis offert temporalia, ut celebrent anniverſarium, admittit ſimoniam: utrobique enim temporalia cum ſpiritualibus quaſi permutantur.

Reſp. negandô conſeq. & paritatem. In- 199
primis enim qui offert temporalia propter beneficium Eccleſiaſticum pro commodo temporali, reipsâ intendit adæquationem & compenſationem inter ſpiritualia & temporalia: qui autem offert temporalia propter anniverſarium, neutiquàm talem adæquationem intendit, ſed temporalia ſolùm dedicat, ut pro commodo ſpirituali deſerviant ad opus ſpirituale.
Deinde, qui legat anniverſari- 200
um, non dat pecunias in compenſationem rei ſpiritualis, ſed potiùs in retributionem laboris & obligationis, aut ſtipendium; cujusmodi retributionem vel ſtipendium jam ſupra in *num.* 39. 44. *& ſeqq.* à ſimonia excuſavimus. Econtrà qui pecunias pro beneficio præſentat, titulum alium, quàm compenſationis oſtendere nequit. Ergo non poteſt à ſimonia excuſari.

Inſtabis: per legatum vel donationem ſub 201
conditione operis pii, legatarius aut donatarius moveri poteſt, ut ex motivo ſolius pecuniæ, ſibi legatæ, ceu fine principali exequatur



tur opus pium, ſuſcipiat fidem, religionem aſſumat &c. Ergo tale legatum vel donatio poteſt eſſe motivum principale, ut res ſpiritualis detur pro temporali; quod proximè accedit ad propoſitionem in *num.* 164. damnatam.
202 Reſp. finem legantis aut donantis ſimpliciter eſſe ſupernaturalem, honorem DEI, vel animæ beatitudinem, cujus intuitu per temporale, tanquàm medium, donatarium aut legatarium invitat ad opus pium. Si jam ille commutet ordinem, & ſpirituale, tanquàm medium, adhibeat ad temporale, tanquàm finem, conſequendum, contravenit menti & intentioni donantis aut legantis, ſeque propriâ culpâ indignum facit, qui lucrum aut commodum ex alterius liberalitate reportet.

## §. VI.

### *Sitne ſimoniacum, dare vel promittere temporale pro ſpirituali ad redimendam vexam?*

203 REdemptio vexæ eſt datio vel promiſſio pecuniæ ad removendam aliorum vexationem aut impedimenta, quæ in conſecutione bonorum aut jurium ſpiritualium intercurrunt. Ubi, ſi vexatio injuſta per munus temporale redimatur in adminiſtratione Sacramentorum, ſaltem in gravi neceſſitate; item in petitione abſolutionis à cenſuris, quando vel illa negatur injuſtè, vel iſtæ per iniquitatem infliguntur, ſimoniam non patrari, convenit inter potiores DD. quia ſolummodò expletur alterius avaritia, vel injuria propulſatur. Suarez *de Simon. cap.* 50. *n. ult.*
204 P. Pirhing ad *tit. de Simon. n.* 111. Si vexatio injuſta redimatur in beneficio, ſatis receptum eſt I. hanc redemptionem non eſſe prohibitam, quando jus ſpirituale jam obtentum, ac beneficium v. g. jam poſſeſſum eſt per textus in *cap. quæſitum* 4. *I. q.* 3. *cap. dilectus* 28. *de Simonia.* Suarez *de Simon. d. cap.* 50. *num.* 2. Nec enim jus ſpirituale tunc redimitur, ſed injuria duntaxat impeditur.
205 Recepum eſt II. redemptionem vexæ ne tunc quidem prohibitam eſſe, quando jus ſpirituale, quoad ſe jam acquiſitum, ſed poſſeſſio necdum eſt apprehenſa. Suarez *d. l. n.* 3. Leſſ. *de J. & J. lib.* 2. *cap.* 35. *n.* 110. Pirhing ad *d. tit. de Simon. num.* 111. Nam poſſeſſio tantùm eſt facti, ſi titulus juris ſpiritualis jam antecedenter ſit habitus: conſequenter, ubi moleſtia vel obex, qui opponitur poſſeſſioni, removetur, nihil ſpirituale comparatur.
206 Receptum eſt III. ab eodem Suarez *d. l. num.* 7. P. Pirhing *cit. l. n.* 102. P. Friderich *in quæſt. Canon. de Simon. cap.* 2. §. 8. *num.* 94. redemptionem vexæ tunc quoque non cenſeri ſimoniacam, quando aliquis turbatur in jure ſpirituali, plenè nondum acquiſitô; ſicuti quando præſentatus ad beneficium, aut electus ad dignitatem, ante inſtitutionem vel confirmationem, ratione juris perſonalis, ex præſentatione vel electione quæſiti, moleſtiam injuſtè patitur. Habet ſiquidem, cui jus perſonale competit, facultatem, id contra turbatores injuſtos defendendi.
207 Receptum eſt IV. redemptionem vexæ ſimoniacam eſſe, quando aliquis turbatur in jure quærendo ab eo, qui prodeſſe poteſt in collatione juris, ac defectus illos vel impedimenta, quæ conſecutioni juris ſpiritualis obſtant, omiſſâ contradictione vel turbatione diſſimulare per textum in *cap. Matheus* 23. *de Simon.* ubi qui à majori parte electus ad inhibendam contradictionem minoris partis munus aliquod dederat, ad reſignandam Eccleſiam à Pontifice perſuadetur: quia ſcilicèt, ut tradunt Abbas ad *cit. cap. num.* 4. & Gonzalez *num.* 2. jus in re, per confirmationem acquirendum, redemiſſe videtur.

Quòd ſi turbatio fiat ab illo, qui tantùm ob- 208
eſſe, non autem prodeſſe valet, & electus v. g. aut præſentatus per violentiam alterius detineatur, quò minùs inſtitutionem aut confirmationem petere valeat, redemptio vexæ ſimoniaca non reputatur. Suarez *d. l. n.* 23. P. Wieſtner ad *tit. de Simon. n.* 72. Siquidem illa violentia, quæ conſtringit libertatem, nihil ſpiritualitatis involvit.

Quin etiam ſi quis nocere ſimul & prodeſſe 209
poſſit, nocere tamen non velit *formaliter*, quatenùs v. g. elector aut collator eſt, negandô ſuffragium aut collationem; ſed *materialiter*, quatenùs adinſtar alterius vexat infamandô, aut coëlectores injuſtè ab affectu erga alium advertendô, citatus Suarez *num.* 28. *circa fin.* Leſſ. *cit. l. n.* 107. P. Friderich *cit. l. num.* 99. *in fin.* negant, per ſe loquendô ſimoniam committi, ſi pro redemptione talis vexæ pecuniæ detur: eſt enim redemptio injuriæ, quam aliquis ſuſtinere non tenetur.

Anceps autem reſolutio videtur, num 210
unus ex Collegio, in quo inſtituitur electio, uni vel pluribus electoribus poſſit offerre pecuniam, ad impediendam electionem indignæ vel minùs dignæ perſonæ? Negat P. Pirhing *cit. l. n.* 109. in caſu, quô ille, qui pecuniam offert, ſperat, ſe eligendum in Prælatum: quia, ut argumentatur hic Author, 211
tunc removere impedimentum, nihil aliud eſt, quàm ſpirituale conferre: nam vexatio tunc conſiſtit in denegatione debitæ electionis; ſicque non tollitur niſi per actum contrarium, qui in propoſito eſt ipſa electio. Alii apud Suarez *cit. cap.* 50. *n.* 36. *& ſeq.* diverſimodè reſpondent; ipſe tamen in *num.* 38. *& ſeqq.* admittit, non eſſe ſimoniacum, ſive detur aliquid temporale ad impediendam electionem perſonæ ſimpliciter indignæ, ſive minùs dignæ; & ſive adſint plures æqualiter dignæ,

212 dignæ, ſive unica duntaxat. Ratio aſſignatur: quia res temporalis non datur immediatè & directè ad recipiendum jus ſpirituale, ſed tantùm ad impediendum malum, ex electione perſonæ indignæ vel minùs di-
213 gnæ ſecuturum. Nihilominùs idem Suarez *num.* 41. & poſt illum P. Friderich *cit. l. num.* 102. cenſent, moraliter loquendô talem redemptionem vexæ nunquàm licere, ut elector per pecuniam moveatur ad eligendam perſonam certam, quantumvis illa ſola videatur eſſe digniſſima: vix enim aberit affectus ſimoniacus, aut ſimoniæ vehemens ſuſpicio, aut ſaltem cooperatio ad malum ex parte alterius, qui pecuniam injuſtè accipit, commiſſum.

# SECTIO IV.

## *De Effectu Simoniæ.*

### SUMMARIA.

*214. Simonia poteſt arbitrariè puniri. 215. Ingreſſus ſimoniacus in Monaſteria variè punitur. 216. & ſeqq. Excommunicatio rariùs incurritur. 219. Conventus ab officio ſuſpenditur. 220. & ſeq. Profeſſus fit inhabilis ad manendum in eodem Monaſterio. 222. Simoniaca Ordinum ſuſceptio diverſimodè coërcetur. 223. Subjacet excommunicationi. 224. & ſeqq. Ordinans & ordinatus incidunt in ſuſpenſionem. 228. Determinantur pœnæ in ſimoniaca receptione beneficii. 229. Statuitur excommunicatio. 130. Inducitur inhabilitas ad idem beneficium. 231. Ipſa receptio eſt nulla. 232. Reliqua beneficia non amittuntur ipsô Jure. 233. & ſeqq. Defenditur ſententia, quæ beneficii nullitatem etiam tunc adſtruit, quando, ignorante beneficiatô, ab alio ſimonia fuit admiſſa. 237. & ſeq. Ponitur exceptio. 139. Beneficiatus ſimoniacus tenetur ad reſtitutionem fructuum beneficialium. 240. & ſeq. Ceſſat hæc reſtitutio, quando eſt in bona fide. 242. & ſeqq. Notantur pœnæ ſimoniæ confidentialis. 246. Simonia mentalis extra pœnam eſt. 247. & ſeq. Uti & conventionalis incompleta. 249. & ſeqq. Imò & completa tantùm ex una parte. 253. & ſeq. Pretium ſimoniacum, contra juſtitiam commutativam acceptum, debet reſtitui. 255. & ſeqq. Non item pretium, injuſtè non acceptum. 258. & ſeqq. Oſtenditur, cuinam reſtitutio ſit facienda. 261. Mentalis quoque ſimonia nonnunquàm reſtitutioni eſt obnoxia. 262. Enumeratæ pœnæ abrogari poſſunt. 263. Sicut & ipſa ſimonia Juris Eccleſiaſtici. 264. Non etiam, quæ Juris Divini eſt abſoluti. 165. & ſeq. Simonia, in qua res ab extrinſeco ſpiritualis venditur, admittit diſpenſationem; 267. & ſeq. Simonia Conſuetudinem indiſtinctè reſpuit.*

### §. I.

### *Quales pœnæ in ſimoniacos ſint conſtitutæ?*

214 Effectus ſimoniæ præcipuè conſideratur in pœnis, contra ſimoniacos conſtitutis. Hæ vel arbitrariæ ſunt, vel certæ. *Arbitrariæ* pendent ex arbitrio Epiſcopi vel alterius Superioris Eccleſiaſtici, qui, non obſtante, quòd ſimonia necdum completa ſit, nihilominùs in paciſcentes ſimoniacè de rebus ſpiritualibus animadvertere poteſt per textum in *cap. ſicut pro certo* 39. *de Simon.* P. Engel ad *tit. de Simon. n.* 34. P. Friderich in *quæſt. Canon. de Simon. cap.* 5. *§.* 3. *n.* 219. *Certæ* in tribus ſingulariter caſibus ſtatutæ leguntur, in ingreſſu ſcilicèt in Religionem, ſuſceptione SS. Ordinum, & collatione beneficiorum. Quæ, ut diſtinctè pariter & perſpicuè intelligantur.

215 Dico I. Quando ſimonia committitur in ingreſſu in Religionem, dantes & recipientes, ſi perſonæ ſint ſingulares, excommunicationem, S. Pontifici reſervatam, ipsô factô incurrunt; Conventus autem ſeu Capitulum, ſi quà tale quid temporale recipiat, incurrit ipsô Jure ſuſpenſionem ab officio; profeſſus quoque redditur inhabilis ad manendum in illo Monaſterio. Textus in *Extrav.* 1. *de Simon. inter commun.*

216 Dixi I. *præter excommunicationem &c.* Hanc tamen & alias pœnas nunquam aut rariùs incurri, conſtat ex dictis *à num.* 99. ubi varios titulos, ex quibus acceptio rei temporalis in ingreſſu Religionis à ſimonia poteſt excuſari, allegavimus. In ſpecie tamen excom- 217
municationem reſpectu Monialium, de dote paciſcentium, à Clemente VII. & Martino V. revocatam eſſe, perhibent Suarez *de Simon. cap.* 56. *n.* 7. Leſſius *de J. & J. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 131. Layman *Theol. Moral. lib.* 4. *tr.* 10. *cap. ult. n.* 39. & 70. Illſung *Theol. pract. tr.* 5. *num.* 314. Reſpectu Virorum quoque 218
rariùs excommunicationem incurri, cum *cit.* Suarez, Layman, Illſung, docent Sylveſter V. *Simonia num.* 15. & Wieſtner ad *tit. de Simon. num.* 87. vel quia *cit. Extravagans* per nonuſum aut uſum contrarium eſt abrogata; vel quia titulus alius, excuſans à cenſura, plerumque ſubeſt.

Dixi II. *Conventus autem ſeu Capitulum in-* 219
*currit ſuſpenſionem ab officio &c.* Cùm enim communitas non poſſit excommunicari, excommunicationi ſubſtituta fuit ſuſpenſio, non quidem ab Ordine & illius exercitio, ſed ab officio, & illius executione quoad actus Capitulares & juriſdictionales: nam, licèt ſuſpenſio in *cit. Extrav.* abſolutè pronuntietur, ex



ex ſubjecta tamen materia & diſpoſitione *cap. veniens* 19. *de Simon.* debet intelligi de ſuſpenſione ab officio, in cujus executione Capitulum deliquit. Suarez *cit. l. n.* 8. P. Pirhing ad *tit. de Simon. ſub n.* 71. Magnif. P. König *ibid. num.* 25.

220 Dixi III. *profeſſus quoque redditur inhabilis ad manendum in illo Monaſterio.* Ipſa autem profeſſio, quantùm eſt ex ſe, valet, prout omnes, ex teſtimonio Suarezii de *Simon. cap.* 57. *n.* 7. pro indubitato tenent: obligat namque profeſſum, ut vadat ad aliud ſui Ordinis Monaſterium *d. cap. veniens* 19. *cap. de regularibus* 25. *cap. quoniam* 40. *de Simonia*; tametſi jus præbendæ regularis & capitularis non tribuat. Leſſius *d. cap.* 35. *n.* 132. Phœbeus *Inſt. Jur.*
221 *Can. lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 24. Interim Religioſus, ſimoniacè profeſſus, tamdiu poteſt in Monaſterio profeſſionis perſiſtere, ac commodis alimoniæ frui, donec, cognitô ſimoniæ crimine, per ſententiam expellatur Leſſ. *d. l.* Suarez *d. cap.* 57. *num.* 8. & 9. Layman *cit. cap. ult. num.* 70. cùm enim in citatis textibus pœna expulſionis videatur eſſe latæ ſententiæ, non obligat profeſſum, ut, antequàm è Monaſterio recedere jubeatur, recedat, ſed, cùm oneribus Ordinis per profeſſionem ſit adſtrictus, ejuſdem commodis temporalibus licitè gaudet.

222 Dico II. Quando ſimonia committitur in ſuſceptione SS. Ordinum, una cum excommunicatione, S. Pontifici reſervatâ, & ab Ordinato ac Ordinante ipsô factô incurrendâ, Ordinans ab exercitio Pontificalium, ordinatus autem tam ab Ordinibus receptis quàm recipiendis ſuſpenditur.

223 Dixi I. *unâ cum excommunicatione &c.* ſic enim in *Extravag. cùm deteſtabile* 2. *de Simonia inter commun.* ſtatuitur, & omnes, qui pro Ordinum ſuſceptione aliquid dant vel recipiunt, ipsô factô excommunicantur.

224 Dixi II. *Ordinans ab exercitio Pontificalium &c.* Hæc pœna continetur partim in *cap. ſi quis ordinaverit* 45. *de Simonia* quod loquitur de ſuſpenſione à collatione Ordinum; partim in Bulla Sixti V. quæ incipit *Sanctum &c.* ac inſuper ſuſpenſionem ab uſu Pontificalium, nec non à regimine & adminiſtratione Eccleſiæ, & interdictum ingreſsûs in Eccleſiam interminat: quam tamen Bullam & Navarro, Conſtitutionum Apoſtolicarum ſcientiſſimo, fuiſſe ignotam, teſtatur P. Friderich in *quæſt. Canon. cap.* 5. *§.* 3. *num.* 217. & Leſſius *citat. cap.* 35. *n.* 134. putat, eam in plerisque locis ignorari, ac proinde uſu non eſſe receptam.

225 Dixi III. *Ordinatus autem tam ab Ordinibus receptis, quàm recipiendis ſuſpenditur.* Ita decernitur in *cap. ſi quis* 8. *I. q.* 1. *cit. Extravag. cùm deteſtabile* 2. & *cap. per tuas* 37. *de Simon.* & hôc ipsô denotatur, Ordines, ſimoniacè receptos, cenſeri validos, uti pluribùs oſtendit Illuſtriſſ. Vincent. Petra *Commentar. Apoſtol. to.* 1. *pag.*
226 304. *à num.* 13. Quòdſi non ipſemet ordinatus, ſed, ipsô ignorante, alius pretium ſimoniacum Ordinatori dederit, nullam ab ordinato cenſuram incurri quoad Ordines receptos, clarè deciditur in *cap. de ſimoniacè* 22. *d. t.* Nullam quoque cenſuram quoad 227
Ordines, primùm recipiendos, contrahi, contra Sylveſtrum probabiliſſimè cum Leſſio *cit. l. num.* 136. ex paritate rationis concluditur; quia ſcilicèt innocens Clericus non debet pœnâ tam gravi ſinè expreſſa Juris ſanctione percelli.

Dico III. Quando ſimonia committitur in 228
collatione, præſentatione, electione, poſtulatione, vel alia quacunque proviſione in dignitatibus, perſonatibus, officiis, & beneficiis Eccleſiaſticis, præter excommunicationem S. Pontifici reſervatam, atque ab omnibus, quòlibet modô ad ſimoniam concurrentibus, incurrendam, proviſus ad idem beneficium, de novo acquirendum, fit inhabilis, & proviſio eſt ipsô Jure nulla.

Dixi I. *præter excommunicationem &c.* Hanc 229
determinavit Paulus II. in *citat. Extravag. cùm deteſtabile* 2.

Dixi II. *proviſus ad idem beneficium fit inhabi-* 230
*lis &c.* quam pœnam in *cap. nobis fuit* 27. *§. ad ultimum d. t. cap. ſi alicujus* 59. *de Elect.* certò legimus ſtatutam; eamque per textus in *cap. Presbyter* 3. *cap. erga ſimoniacos* 110. *I. q.* 1. *cap. cùm ſuper* 2. *de Confeſſ. cap. de hoc* 11. *de Simon.* ad alia beneficia, poſt Judicis ſententiam, extendit Suarez *cap.* 28. *d. num.* 1.

Dixi III. *& proviſio eſt ipsô Jure nulla.* Quam- 231
vis enim de Jure Naturali talis proviſio, non attentâ prohibitione, valeat: quia tam ex parte conferentis quàm ex parte acceptantis concurrit voluntas & poteſtas conferendi, & acceptandi; Jure tamen poſitivô eſt penitus & ipsô factô irritata in *cit. Extravag. cùm deteſtabile* 2. Covarruv in *reg. peccatum p.* 2. *§.* 8. *num* 7. & *ſeqq.* Panormit. in *cap. ſi alicujus* 59. *de Elect. num.* 2. Suarez de *Simon. cap.* 57. *n.* 11. adeò ut nequidem poſſeſſio triennalis ex regula Cancellariæ de *triennali poſſeſſore* ſuffragetur. P. Friderich *cit. l. num.* 208. Cætera 232
beneficia, quæ quis legitimâ viâ, ſinè piaculo ſimoniæ, antecedenter obtinuit, non amittit ipsô Jure, ſed per ſententiam Judicis, uti deducitur ex textibus in *num.* 230. Suarez *cap.* 58. *num.* 6.

Dubitatur autem I. utrùm proviſio tunc 233
quoque ſit invalida, quando non ipſe beneficiatus, ſed, ipsô neſciente, alius quidam coëmit ſuffragia pro beneficio electivo, aut collatorem pecuniâ corrupit? Affirmativam à communi omnium DD. opinione defendi, teſtatur P. Friderich *cit. l. num.* 212. Sed negativam omni conatu cum aliquibus tuetur Fagnanus in *cap. nobis* 27. *de Simonia num.* 40. & *num.* 67. & *ſeqq.* Cujus potiſſimum fundamentum eſt, quòd textus non reperiatur, qui expreſſè dicat, hujusmodi electionem ipsô Jure nullam eſſe, ſed tantùm *reprobandam*, ut in *cit. cap. nobis.* Verùm ex 234
textu non uno perſpicuè demonſtrari poteſt, electionem talem à Jure irritari: inprimis ex *cit. Extravag. cùm deteſtabile* 2. ubi indiſcriminatim



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

natim electio, per ſimoniam celebrata, pro-
nuntiatur nulla: deinde in *cap. ſi alicujus* 59.
*de Elect.* ubi nequidem Epiſcopus diſpenſare
poteſt, ut, qui ſimoniacè per ignorantiam eſt
electus ad Prælaturam, illam denuò poſſit
235 acquirere: rurſus in *cap. quicunque* 1. *I. q.* 5.
*cap. ex inſinuatione* 26. *cap. ſicut tuis* 33. *§. quam-
vis de Simon.* ſupponitur, beneficiatum eſſe
obligatum ad beneficium dimittendum,
quamprimùm illius aſſecutionem, per alios
236 ſimoniacè procuratam, intellexerit: deni-
que in *cit. cap. nobis* ſimilis electio dicitur re-
probanda, non quòd valuerit, ſed quòd im-
proba & nulla fuerit. Ex quibus omnibus
rectè conficitur, electionem ipſò Jure inva-
lidari, quando pecunia pro electo vel provi-
ſo ab amicis aut perſonis aliis ſubminiſtrata
fuit. Ita cum S. Thoma definiunt Covarruv.
*ubi ſupra num.* 8. Suarez de *Simon. cap.* 57. *n.* 35.
P. Pirhing ad *tit. de Simon. ſub n.* 103. P. Wieſt-
ner *ibid. num.* 90. ac noviſſimè P. Reiffenſtuel
ad *cit. tit. num.* 136.

237 Excipitur duplex caſus, quò vel in odium
electi, ne cum effectu poſſet eligi, quidpiam
ab inimicis datum; aut in favorem illius quid-
quam ab amicis eſt præſentatum, cum ipſius
contradictione & proteſtatione *cap. nobis* 27.
*cap. ſicut tuis* 33. *de Simon.* tunc enim ſuſtinetur
electio, ne perverſorum hominum malitiis,
quàm innocentûm meritis plus indulgeatur.
238 Quamvis & hoc caſu, ubi electus quidem
contradixit, ſed ſcivit, ab electoribus acce-
ptatam eſſe pecuniam, electio ſecundùm Leſ-
ſium *cap.* 35. *num.* 143. Suarezium *d. l. n.* 29.
Pirhing *d. num.* 103. ſit nulla: quia, dum ele-
ctus conſentit in talem electionem, ſimoniæ,
ab aliis commiſſæ, ſe participem facit, & pro-
teſtationem, facto contrariam, interponit.

239 Dubitatur II. utrùm, qui beneficium ſimo-
niacè recepit, teneatur omnes fructus, per-
ceptos & percipiendos, unà cum beneficio
reſtituere?

Reſp. ipſum ad reſtitutionem fructuum be-
neficialium (nam induſtriales probabiliùs lu-
cratur) certò teneri, quando ſcienter com-
miſit ſimoniam, aut illius erat particeps, per
*cit. Extravag. cùm deteſtabile* 2. Suarez *cit. l.
num.* 25. qui enim bonam fidem & titulum,
in quo jus percipiendi fructus beneficiales ra-
dicatur, non habet, injuſtè fructus percipit,
&, inſtar alterius malæ fidei poſſeſſoris, ad re-
ſtitutionem fructuum perceptorum & perci-
piendorum obligatur. At, quando 240
ignoranter per ſimoniam aliorum eſt electus,
tamdiu fructus ritè percipit, ſuosque facit,
quàmdiu manet in bona fide: quemadmodùm
alius bonæ fidei poſſeſſor tamdiu jus percipi-
endi fructus obtinet, quàmdiu bona fides non
reſolvitur. Covarruv. *cit. p.* 2. *§.* 8. *num.* 8.
Suarez *cit. l. num.* 36. Quin etiam, ſi 241
in pacificâ beneficii poſſeſſione cum bona fide
per triennium perſtiterit, nec fructus, nec
beneficium reſtituere obſtringitur, ſed regu-
lâ Cancellariæ de triennali poſſeſſore defendi-
tur. Leſſius *d. cap.* 35. *ſub num.* 140. Suarez
*d. l. num.* 39. P. Friderich *ubi ſupra num* 213.
Antonell. de *Regim. Eccleſ. lib.* 6. *cap.* 18. *ſub
num.* 6. Et licèt eadem regula ingreſſum ſi-
moniacum excipiat; attamen ſtrictè eſt acci-
pienda de ſolo ingreſſu per ſimoniam, ſcienter
commiſſam. Reiffenſtuel ad *d. t. de Simonia
num.* 278.

Porrò ſimoniam confidentialem ſpecialiter 242
puniunt Jura: nam I. Epiſcopi & alii Prælati
ſuperiores interdictum ingreſsûs in Eccleſiam;
alii verò Prælati & Clerici excommunicatio-
nem latæ ſententiæ, ac Summo Pontifici re-
ſervatam, incurrunt. II. collatio 243
vel reſignatio talis beneficii eſt nulla, & re-
nuntians efficitur inhabilis ad idem benefici-
um, iteratò conſequendum. III. indu- 244
citur privatio omnium beneficiorum, hacte-
nùs poſſeſſorum, & inhabilitas ad alia, poſt-
hàc poſſidenda. IV. ſtatuitur reſer- 245
vatio beneficiorum, per confidentiam ſimo-
niacam occupatorum, & fructus percepti
Apoſtolicæ Cameræ applicantur. Ita Pius
IV. & Pius V. in ſuis Bullis. Pirhing ad *tit.
de Simon. à num.* 112. Layman *Theol. Moral.
lib.* 4. *tract.* 10. *cap. ult. à num.* 75. Antonel-
lus de *Regim. Eccleſiaſtic. d. lib.* 6. *cap.* 18.
*num.* 19.

## §. II.

### *Utrùm in qualibet Simoniæ ſpecie, ſupra recenſitæ pœnæ incurrantur?*

246 Dico I. Simonia mentalis, quamvis indu-
cat reatum conſcientiæ, pœnæ tamen
in foro externo non ſubjacet. Eſt receptiſſi-
ma ſententia, in *cap. ſicut tuis* 33. *inf. cap. tua
nos* 34. *cap. ult. de Simon.* clariſſimè deciſa;
non ideò, quòd Eccleſia non poſſit, ſed quòd
nolit, peccatum internum in foro externo
punire.

247 Dico II. Ob ſimoniam purè conventiona-
lem ſeu incompletam (niſi confidentialis
ſit) enumeratæ pœnæ non incurruntur. Ita
communis Theologorum & Juriſtarum opi-
nio, de qua Suarez de *Simon. cap.* 55. *num.* 11.
Covarruv. *in reg. peccatum cit. p.* 2. *§.* 8. *num.* 7.
Leſſius *cit. cap.* 35. *num.* 149. Engel ad *tit. de
Simon. num.* 34. König *ibid. num.* 22. Pirhing
*ibid. num.* 153. Antonell. *ubi ſupra num.* 5.
Ratio eſt: quia decreta pœnalia, contra ſi- 248
moniacos à SS. Canonibus determinata, paſ-
ſim loquuntur de caſu, in quo datio & acce-
ptio occurrit. veluti liquet ex *cap. nullus* 3. *I.
q.* 2. *cap. audivimus* 1. *cap. ſi quis* 2. *cap. ſi quis* 3.
*& ſeqq. ead. q.* 3. *cap. non ſatis* 8. *cap tua nos* 34. *de
Simon. Extravag. ſanè* 1. *& Extravag. cùm deteſta-
bile* 2. *eòd. inter commun.* Ergo loquuntur de
ſimonia, non purè conventionali & incomple-
ta, ſed completa.

Dico III. Simonia completa, ſed imperfe- 249
cta, quâ nempe pactum ſimoniacum tantùm
ab una parte fuit impletum, & vel datum
ſpiri-



ſpirituale, vel receptum temporale, ex mul-
torum ſententia, quam noviſſimè docuit P.
Friderich *cit. cap.* 5. *§.* 1. *n.* 204. non minùs,
quàm perfecta & realis, pœnis, antehàc re-
cenſitis, eſt obnoxia. Attamen ex aliorum,
& fortè plurium, opinione, tantùm ſimonia
perfecta & realis, ſeu ab utraque parte per da-
tionem & acceptionem completa, memora-
tis pœnis coërcetur. Ita Leſſ. *cit. cap.* 35.
*num.* 149. Gutierrez *Canon. quæſt. lib.* 1. *cap.* 9.
*num.* 14. Covarruv. in *reg. peccatum d. p.* 2.
*§.* 8. *n.* 7. Layman *cit. cap. ult. n.* 68. König
*d. num.* 22. Pirhing *d. num.* 153. Schambo-
gen ad *tit. de Simon. num.* 115. ac noviſſimè
250 P. Reiffenſtuel ad *cit. tit. num.* 239. Ra-
tio eſt: quia, tametſi textus non pauci repe-
riantur, qui priori ſententiæ favent, præcipuè
in *cap. ex qua* 5. *I. q.* 3. ſunt tamen & alii, qui
favent poſteriori ſententiæ, & mutuam acce-
ptionem & dationem requirunt; præſertim
in *cit. Extravag. ſanè* 1. *& Extravag. cùm dete-
ſtabile* 2. ubi *dantes* & *recipientes* temporale pro
ſpirituali jure puniuntur. Ut proinde in re
dubia & multùm odioſa benigniorem inter-
pretationem facere, & ad pœnas, ipsô Jure
incurrendas, ſimoniam realem & perfectam
duntaxat adſtruere oporteat. Ad tex- 251
tus autem oppoſitos reſponderi poteſt, eos,
dum quandoque ſub alternatione quoad ex-
ternum corticem loquuntur, ac datione vel
promiſſione rei temporalis ſunt contenti, in-
telligendos eſſe vel ſolùm quoad reatum con-
ſcientiæ; vel in ſenſu conjunctivo; vel etiam
in ſenſu diſsjunctivo, ſic tamen, ut res tem-
poralis, antehàc promiſſa, poſt rei ſpiritualis
acceptionem, poſitò etiam intervallò, præ-
ſtetur: nam ſi pecuniam quis promittat 252
electoribus, eamque ſolvat, poſteaquàm Præ-
laturam jam aſſecutus eſt, perficit utique ſi-
moniam imperfectam, & perfectam ſeu rea-
lem, pœniſque ordinariis ſubjectam efficit,
ut optimè docent Suarez *de Simon. cap.* 56.
*num.* 37. & *cap.* 57. *n.* 53. & Leſſius *cit. cap.* 35.
*n.* 151. allegantes ſtylum Curiæ Romanæ.

## §. III.

### *Utrùm, & cui pretium ſimoniacum ſit reſtituendum?*

253 Dico I. Qui pro collatione vel conceſſio-
ne juris aut rei ſpiritualis accipit pre-
tium, id ante omnem ſententiam tenetur re-
ſtituere, quando acceptio juſtitiæ commuta-
tivæ repugnat, uti contingit, quando Epiſco-
pus v. g. vel Parochus, ex officio ad Sacra-
mentorum adminiſtrationem obligatus, pro
functionibus Sacramentalibus aliquid tan-
quàm debitum ultra ſuum ſtipendium acci-
254 pit. Leſſius *d. l. num.* 162. Ratio eſt:
partim quia omnis violatio juſtitiæ commu-
tativæ fundat obligationem reſtitutionis:
partim quia retineri non poteſt pretium, ſi
nullus retinendi titulus ſuffragetur: partim
quia diſpenſator alienarum rerum tenetur ad
reſtitutionem, ſi quid diſpenſationis nomine,
tanquàm debitum, acceperit, ut patet in elee-
moſynario Principis, qui, ſi quidpiam exigat
pro eleemoſyna, pauperibus erogandâ, non
tantùm Principi, ſed etiam pauperibus inju-
riam infert, atque ad reſtitutionem obli-
gatur.

255 Dico II. Qui pro collatione vel conceſſio-
ne juris aut rei temporalis accipit pretium, id
reſtituere non tenetur, quando acceptio non
adverſatur juſtitiæ commutativæ, ſicut acci-
dit, quando v. g. aliquis beneficium alteri pro
quota pecuniaria reſignat. Leſſius *cit. l.*
256 *num.* 158. Ratio eſt: quia, qui juſti-
tiam commutativam non violat, onus & ob-
ligationem reſtitutionis, quæ, tanquàm pro-
prietas, ex ſolius juſtitiæ commutativæ vio-
latione promanat, non ſentit. Sed, qui
beneficium alteri pro quota pecuniaria reſig-
nat, etſi ſimoniacô piaculô ſe obſtringat, ju-
ſtitiam commutativam non violat: cedit
ſiquidem aliquod commodum temporale, &
facultatem percipiendi fructus, quæ procul
dubiò eſt pretiò æſtimabilis. Ergo &c.

Nec refert, quòd ille, qui dominus non eſt, 257
qualis eſt beneficiatus, nequeat abſque pec-
cato injuſtitiæ rei dominium in alterum trans-
ferre. Enimverò beneficiatus reſignans non
transfert dominium beneficii in reſignata-
rium, ſed, inſtar uſufructuarii, commodum
rei beneficiariæ transfert in alterum; ſicque
non peccat contra juſtitiam, ſed contra Reli-
gionem.

Dico III. pretium, injuſtè acceptum, eſt Ec- 258
cleſiæ, vel (ex conſuetudine) piis cauſis re-
ſtituendum. Ita Covarruv. *d. p.* 2. *§.* 2. *n.* 6.
*&* 7. Leſſius *cit. l. n.* 171. per textus conclu-
dentes in *cap. de his* 11. *& cap. audivimus* 41. *de
Simon.* Hæc tamen reſtitutio non eſt 259
Eccleſiæ facienda ante, ſed poſt ſententiam Ju-
dicis, prout contra citatos Authores defen-
dunt Sotus, Bannez, & alii, quos allegat &
ſectatur P. Friderich in *quæſtion Canon. de Si-
mon. cap.* 5. *§.* 4. *n.* 224. Is enim, qui 260
pretium dedit, vi hujus dationis, velut ab Ec-
cleſia reprobatæ, non amittit ſed retinet do-
minium pretii: &, quamvis ob delictum me-
reatur ab Eccleſia hôc dominiô privari; non
tamen aliter, quàm ſecutâ ſententiâ, priva-
tur, uti contingit in aliis privationibus, in pœ-
nam Delicti ſtatutis.

Si quæras: an etiam ſimonia mentalis obli- 261
get ad reſtitutionem?

Reſp. quòd obliget ad reſtitutionem, ſi
propter violationem juſtitiæ proveniat ex Ju-
re Naturali & Divino: tunc enim ſtringit ra-
tio, in *num.* 254. propoſita: ſecus, ſi reſtitu-

tio ſolùm ex Jure Eccleſiaſtico in pœnam ſit fa-
cienda: tunc quippe verificantur dicta in
*num.* 246. Suarez *de Simon. cap.* 59. *num.* 47. *& ſeqq.* Pirhing ad *tit. de Simon. n.* 190.

## §. IV.

### *Quid poſſit diſpenſatio vel conſuetudo in materia Simoniæ?*

262 DIco I. Pœnæ, in ſimoniacos conſtitutæ,
tam Pontificiâ diſpenſatione, quàm
conſuetudine contrariâ poſſunt abrogari. Sua-
rez *de Simon. cap.* 61. *per tot.* Sunt enim ſan-
citæ à Legibus Eccleſiaſticis, quas & diſpen-
ſatione Pontificiâ & conſuetudine contrariâ
abrogari poſſe; meridianum eſt.

263 Dico II. Simonia, quæ Jure tantùm Eccle-
ſiaſtico fuit interdicta, diſpenſatione & con-
ſuetudine fieri poteſt licita; veluti patet ex
*cap. ad Apoſtolicam* 42. *de Simon.* & ex ratione,
primùm allatâ; dummodò conſuetudo non
inveniatur ſpecialiter eſſe reprobata, prout
caſus aliquot per decurſum ſunt notati. Vi-
deatur P. Pirhing ad *tit. de Simon. num.* 41.
*& ſeq.*

264 Dico III. Simonia, in qua res intrinſecè
ſpiritualis pro temporali venditur, nullâ di-
ſpenſatione vel conſuetudine licita fieri po-
teſt: Jus namque Divinum & Naturale, quod
abſolutè prohibitivum eſt, diſpenſationem
aut conſuetudinem adverſam non ſuffert. P.
Pirhing ad *tit. cit. n.* 42.

265 Dico IV. Simonia, in qua res extrinſecè
ſpiritualis datur pro re temporali, aliquando
per diſpenſationem Pontificiam cohoneſtari
poteſt: cùm enim hujuſmodi res ſint ab in-
trinſeco temporales, & aliquando per conne-
xionem, à ſolo Pontifice factam, evadant ſpi-
rituales, uti contingit in beneficio & jure de-
cimandi: conſectaneum eſt, quòd S. Ponti-
fex rurſus connexionem, à ſe factam, diſſol-
vere, &, quod ſpirituale cenſetur, gratis con-
cedere; pro eo autem, quod eſt temporale,
pretium recipere valeat: objectum quippe, 266
quod in ſenſu compoſito connexionis termi-
nabat prohibitionem Juris Divini & Natura-
lis, in ſenſu diviſo ſeparationis rei ſpiritualis à
temporali Divinam & Naturalem prohibitio-
nem non ampliùs terminat. Conferantur
P. Suarez *de Simon. cap.* 24. *à n.* 23. Fagnan.
in *cap. niſi eſſent de Præb. n.* 3. Vincent. Petra
*comment. Apoſtol. tom.* 4. *pag.* 503. *n.* 17.

Dico V. Simonia, de qua in priori conclu- 267
ſione, nullâ conſuetudine cohoneſtari poteſt.
Conſuetudo ſiquidem contra Jus Divinum &
Naturale nullò unquam tempore prævalere
poteſt ex *cap. ult. de Conſuetud.* Nec ve- 268
ſtigium aliquod extat in Jure, quò S. Pontifex
conſuetudini tribuerit virtutem tam magni-
ficam, ut Jus Divinum & Naturale, quod
etiam conditionatum, & certis circumſtan-
tiis eſt alligatum, immutare valeat. Qua- 269
drat huc declaratio Cardinalium S. Congre-
gat. Concil. apud Vincent. Petra *tom.* 4. *pag.*
503. *num.* 20 cùm enim authoritate S. Pon-
tificis quidam Patronus Catholicus in loco,
ab hæreticis occupato, illis conferret benefi-
cia pro pretio, quaſi deſiiſſent eſſe benefi-
cia. S. Congregat. in *Buſcod. præbend.* 21.
*Aug.* 1667. reſpondit: ſimoniam fuiſſe com-
miſſam.

# CAPUT II.

## *De Uſura.*

INter Eccleſiaſtica Delicta ſecundò locò *Uſuram* colloco, vitium SS. Canonibus comprimìs exoſum & exitioſum: licèt, cùm ſpecioſum *intereſſe*, veluti probè notavit P. Haunold *de J. & J. tract.* 9. *n.* 467. nomen illius propemodùm ſuſtulerit, in foro fori plorumque ſit impunis; acriùs tamen caſtiganda in altero foro, ubi non ex præſumptionibus, ſed, inſpectâ rei veritate, ſecreta quoque mortalium opera diſcutiuntur.

# SECTIO I.

## *De Natura, Diverſitate, & prohibitione Uſuræ.*

### SUMMARIA.

1. *Uſuræ nomen.* 2. *Synonymia.* 3. *Homonymia.* 4. *& ſeqq. Eſt pactio.* 7. *Quâ ultra ſortem principalem.* 8. *Lucri gratiâ.* 9. *& ſeq. Quidpiam temporale.* 11. *& ſeq. Ex mutuo percipitur.* 13. *& 14. Alia eſt mentalis, alia externa.* 15. *& 16. Alia formalis, alia virtualis.* 17. *Alia lucratoria, alia compenſatoria, alia punitoria.* 18. *Hic agitur de lucratoria.* 19. *& ſeq. De Jure Civili uſura, ſi moderata ſit, eſt permiſſa.* 21. *Non item de Jure Canonico.* 22. *& ſeqq. Neque de Jure Divino.* 25. *Neque de Jure Naturali.* 26. *& ſeqq. Inducuntur & enervantur varia argumenta.* 37. *& ſeqq. Conſuetudo, etiam immemorialis, nequit exercitium uſurarum efficere licitum.* 41. *& ſeqq. Uti nec Conceſſio Summi Principis.* 47. *& ſeqq. Pro foro externo poteſt ſtatui determinata quantitas.* 51. *& ſeqq. Opponitur & proſternitur inſtantia.*



## §. I.

### *Quid ſit Uſura?*

1 USuram ab uſu nomen accepiſſe, quate-
nùs omne, quod ex uſu alteri proficit,
uſura eſt, ex Cicerone, & aliis ſcriptoribus ad-
vertit Gonzalez in *commentar. ad cap. quia in
omnibus* 3. *de Uſur. n.* 7.

2 In uſu Juris alia ſibi nomina quandoque
vendicat. In *l. debitor* 82. *in pr. ff. de Legat.* 2.
*l. circa legem* 66. *in princ. ff. ad L. Falcid.* inter-
uſurium, ſeu commodum & intervallum me-
dii temporis; in *l. Titius* 24. *ff. de P. V.* & *No-
vell.* 100. *in præfat.* reditus; in *rubrica & l. ni-
hil intereſt in pr. & §.* 1. *ff. de Nautico fœnore* fœ-
nus; in *l. ult. §.* 2. *Cod. de Jure Dot.* penſio ſeu
quæſtus civilis; in *l. frumenti* 12. *Cod. de Uſur.*
acceſſio; in communi loquendi more inter-
eſſe nuncupatur.

3 Accipitur uſura vel materialiter pro ipſa
videlicèt re uſuraria; vel formaliter pro actu,
quô conſtituitur. In priori acceptione defi-
nitur uſura, quòd ſit incrementum, quod ul-
tra principalem ſortem percipitur. In poſte-
riori & nobis commodiori acceptione defini-
ri poteſt, quòd ſit pactio, quâ ultra principa-
lem ſortem lucri gratiâ quidpiam ex mutuo
percipitur.

4 Dixi I. *pactio:* ut denotarem, uſuram pro-
priè dictam ex obligatione juſtitiæ, per ante-
cedentem pactionem contractâ, ſuboriri:
nam obligatio honeſtatis, & actus liberalita-
tis, quâ aliquis creditori in remunerationem
benevolentiæ ſponte quid exhibet, uſuræ
malitiam non involvit. P. Engel ad *tit. de
Uſur. n.* 4. Niſi hæc ipſa gratitudinis 5
obligatio deducatur in pactum: tunc enim,
quod indeterminatè ſolum & ex honeſtate
debitum erat, fit debitum determinatum ex
obligatione juſtitiæ, ac uſurariam pravitatem
6 conſtituit. Hinc propoſitio, contra-
rium docens, fuit ab Innocentio XI. in his
terminis *num.* 42. damnata: *uſura non eſt, dum
ultra ſortem aliquid exigitur, tanquam ex benevo-
lentia & gratitudine debitum; ſed ſolùm, ſi exiga-
tur, tanquàm ex juſtitia debitum.* Conferatur
P. Cardenas in *criſi theolog. ad cit.* propoſitio-
nem *diſſert.* 25. *cap.* 6. & relegantur dicta in
*cap. præced. à n.* 173.

7 Dixi II. *quâ ultra principalem ſortem.* Per
ſortem principalem intelligitur ſumma, ſeu, ut
vulgò dicitur, capitale, quod primitus à cre-
ditore in debitorem ad ipſius uſum eſt trans-
latum. Ut puta: Titius Sempronio 100. flo-
renos dedit mutuos, eô pactô, ut Sempronius
præter 100. florenos, poſt decennium reſti-
tuendos, quotannis intra decendium 5. nu-
meret. Iſti 100. ſunt capitale, & 5. conſti-
tuunt uſuram: quia ultra ſortem & ſummam
principalem percipiuntur.

Dixi III. *lucri gratiâ.* Quòdſi enim non 8
ex mero lucro, ſed ex alia cauſa quidpiam oc-
caſione mutui accipiatur, uſura non commit-
titur *arg. cap. plures Clericorum* 1. *de Uſur.* &
eorum, quæ notat ibidem Panormitan. *n.* 5.
*&* 6.

Dixi IV. *quidpiam.* Nec intereſt, ſitne pe- 9
cunia, vel res alia temporalis, & pretiô æſti-
mabilis *cap. ſi fœneraveris* 1. *& ſeqq. XIV. q.* 3.
Nam ſi pro mutuo petas à mutuatario, ut re-
mittat tibi debitum pecuniarium, aut actio-
nem injuriarum, quam habet adverſùs te,
non immunis es ab uſura. Leſſius *de J. & J.
lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 48. Layman *Theol. Moral.
lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 16. *num.* 2. Sin au 10
tem in compenſationem mutui petas aliquid
ſpirituale, orationes, ſacrificia, indulgen-
tias &c. & quidem ex pacto tacito vel expreſ-
ſo, non uſuram, ſed ſimoniam incurris,
per tradita in *cap.* priori. Layman *d. n.* 2.

Dixi V. *ex mutuo percipitur.* Mutuum ſi- 11
quidem infamis illa lerna, ex qua multicollis
hydra, uſura, prodit, appellatur: cùm enim
mutuum ſit contractus, ſuâpte naturâ gra-
tuitus, in quo unus tantùm obligatur, nempe
mutuatarius, ut idipſum reſtituat in genere,
quod accepit: ideò ſi quid ultra ſummam,
mutuò datam, exigatur, exigitur aliquid, nul-
lô Jure debitum, & ſic iniquum lucrum ex-
torquetur. *d. cap. ſi fœneraveris* 1. *& ſeqq. XIV.
quæſt.* 3. Aliud in aliis contractibus v. g. 12
emptione, locatione, permutatione &c. ob-
tinet: ibi namque, cùm obligatio reciproca
contrahatur, ac utrinque aliquid detur aut
fiat, poteſt equidem injuſtitia intercedere,
quatenùs æqualitas inter datum & acceptum
non obſervatur; at uſura nequit evenire:
quia titulus debendi vel præſtandi ſemper oc-
currit. Quamquàm haud dubiè ſub pallio
reliquorum contractuum non raró verum
mutuum lateat, ut ſtatim pateſcet.

## §. II.

### *Quotuplex ſit Uſura?*

13 USura dividitur I. in mentalem & externam. *Mentalis* eſt, non quæ intra latebras animi concluſa nullô modô exteriùs innoteſcit; ſed quâ, citra pactum expreſſum, lucrum aliquod ultra ſortem principalem, ex obligatione præſtandum, à mutuante intenditur. Textus notabilis in *cap. conſuluit* 10.
14 *de Uſur.* *Externa* eſt, quâ per expreſſum pactum, directum aut indirectum, aliquid ſupra capitalem ſummam prætenditur. *Directum* intercedit, quando vi mutui aliquid immediatè petitur. *Indirectum* intervenit, quando mutuans dicit mutuatario: cùm probè ſcias, qualis in his terris conſuetudo vigeat, non dubito, quin ſortem vacuam mihi non ſis reſtituturus. P. Pirhing ad *d. t. num. 5.*

15 Dividitur II. uſura in formalem ſeu apertam; & virtualem, ſeu palliatam. *Formalis* & *aperta* eſt, quæ conſurgit ex ipſo contractu mutui, formaliter & apertè celebratô. *Virtualis* ſeu *palliata* eſt, quæ, ſpectatâ verborum figurâ, non ex mutuo prætenditur, ſed ex alio contractu, qui reipsâ tamen à mutuo non dif-
16 fert. E. g. mercator rem, cæteroquin 100. florenis valentem, ob dilatam ſolutionem vendit pro 105. florenis, poſt annum reddendis. Hæc conventio, ſi ſuperficiem & verba reſpicias, eſt venditio; at, ubi rem ipſam attendis, eſt palliatum mutuum, dum 100. floreni videntur emptori mutuò dati, eâ conditione, ut illos poſt annum cum auctario 5. florenorum reſtituat. Layman *cit. l. num 5.*

Dividitur uſura III. à pluribus in lucrato- 17
riam, compenſatoriam, & punitoriam. *Lucratoriam* vocant, quam hactenùs deſcripſimus. Aliô vocabulô *mordacem* appellant: quia morſus ejusdem acerbè ſuô tempore miſer ſentit debitor, dum arroſas & acciſas facultates experitur. *Compenſatoriam* nominant, quæ compenſat intereſſe creditoris. *Punitoriam* baptizant, quæ non propter lucrum petentium, ſed in pœnam moroſè non ſolventium infligitur.

Hanc diviſionem & ego recipio, ſi, ut fieri 18
poteſt, uſuræ materialiter & in bonam partem accipiantur, quatenùs incrementum licitum continent; at ſi formaliter & in partem ſiniſtram, ut fieri ſolet, præſertim in Jure Canonico, pro iniquo lucro ex ipſo mutuo ſumantur, non aliam uſuræ ſpeciem, quàm lucratoriam agnoſco: nam compenſatoriam & punitoriam non injuſtam eſſe, paulò poſt inclareſcet.

## §. III.

### *Quô Jure prohibita ſit Uſura?*

19 DE Jure Civili uſuras non eſſe prohibitas, niſi quantitatem, Legibus determinatam, exceſſerint, ſatis compertum habetur. Nam, ut nihil memorem de Legibus antiquioribus, Imperator Juſtinianus in *l. eos qui 26. §. 1. Cod. de Uſur.* centeſimam uſuram, quæ in ſingulos menſes eſt centeſima pars ſortis, adeóque per ſingulos annos facit 12. pro 100. in pecunia trajectitia, propter varietatem pretii & continuum periculum, permittit; Illuſtribus indulget tertiam centeſimæ, id eſt, 4. pro 100; mercatoribus & argentariis beſſem centeſimæ, hoc eſt, 8. pro 100. concedit; reliquis creditoribus facultatem tribuit, ſemiſſem centeſimæ, ſeu 6. pro 100. petendi. Brunnem. ad *cit. l. n. 6. & ſeqq.*
20 Interim eôdem Jure Civili in mutuo & contractibus ſtricti Juris regulariter non debebantur, niſi per ſtipulationem promiſſæ fuiſſent: ex pacto nudo, ſi mora non acceſſerit, ne quidem in contractibus bonæ fidei debebantur, niſi pactum contractui in continenti adjiceretur *l. Titius* 24. *ff. de P. V.* quamvis ex hodiernis moribus debeantur etiam ex pacto nudo in contractibus ſtricti juris. Stryck in *uſu mod. pand.* ad *tit. de Uſur. §. 6.*

21 De Jure Canonico ex *tot. tit. de Uſur. X.* in *VI.* & *Clementin.* conſtat, uſuras merè lucratorias ſub gravibus pœnis interdictas eſſe.

De Jure Divino pateſcit idipſum tum ex Lege 22
Veteri *Deuteron.* 23. ibi: *non fœneraberis fratri tuo*, qui ſcilicèt eſt ejusdem Religionis; ſed *extraneo*, id eſt Gentilibus, quorum res titulô belli Judæis erant obnoxiæ juxta *cap. ult. XIV. quæſt.* 4. tum ex Lege nova *Luc.* 6. ibi: *mu-* 23
*tuum date, nihil inde ſperantes;* ubi verba priora, ſicuti fundamentaliter explicat P. Engel ad *tit. de Uſur. ſub n.* 9. de *mutui datione* proponuntur ſub conſilio, & poſteriora *nihil inde ſperantes,* proponuntur ſub præcepto, ut nempe, ſi quis mutuum det, lucrum exinde vi mutui non ſperet aut exigat: tum ex Lege Eccle- 24
ſiaſtica, Divini Juris declaratoriâ in *cap. ſuper eo* 4. *d. t.* ubi dicitur, quòd *utriusque teſtamenti pagina crimen uſurarum deteſtetur.*

De Jure Naturali perinde vetitas eſſe uſu- 25
ras, eſt omnium ferè ſententia. Covarruv. *Var. reſol. lib. 3. cap. 1.* Leſſ. de *J. & J. d. l. 2. cap. 20. num. 24.* Engel *cit. l. num. 8.* Ratio principalis hæc datur: quia manifeſta inæqualitas inter datum & acceptum eſt Jure Naturali reprobata. Atqui in mutuo uſurario manifeſta ponitur inæqualitas inter datum & acceptum: ſiquidem datio 100. florenorum plus non valet, quàm 100. floreni; adeóque ſi pro 100. mutuò conceſſis recipiantur 105. plus recipitur, quàm datum fuerit. Ergo &c.

Neque



26 Neque dicas I. mutuantem poſſe aliquid accipere pro uſu pecuniæ translatô, ac ſubminiſtratâ mutuatario facultate, datam pecuniam in rem ſuam convertendi, & patrimonium inde locupletandi.

27 Contra enim eſt I. quia conceſſus pecuniæ uſus eſt indiſtinctus à pecunia, mutuò conceſsâ: eò quòd ipſa pecunia non poſſit eſſe uſui, niſi quis eâ per expenſionem & elocationem poſſit abuti; ideòque non poſſit expendi, vel in uſum mutuatarii converti, niſi dominium illius habeat. Sicut ergo pro translatione dominii plus exigi non poteſt, quàm ut viciſſim dominium ejusdem quantitatis ſuô tempore mutuanti reſtituatur: ita nec pro translatione uſûs plus exigi poteſt, quàm reſtitutio ipſius quantitatis, mutuò acceptæ.

28 Contra eſt II. quia debitor mutuatarius conveniri nequit ad ſolvendum aliquid pro uſu rei propriæ, utpote cùm res quælibet ſuo domino fructificet: ſed debitor mutuatarius poteſt dicere, pecuniam, mutò datam, ſibi propriam & ſuam eſſe *l. mutuum* 2. §. 2. *ff. de R. C.* alioquin licentiam, pecuniam mutuam diſtrahendi, non haberet. Ergo conveniri nequit ad ſolvendas uſuras propter uſum, qui eſt fructus ipſius proprietatis in pecunia.

29 Colliges hinc differentiam inter res, uſu unicô mox conſumptibiles, & res alias, unicô uſu non conſumptibiles: nam res prioris generis totam æſtimabilitatem habent pro eo tempore, quô habiles ſunt ad uſum actualem, eò quòd uſus in abuſu conſiſtat: res poſterioris generis æſtimabilitatem ſuam habent etiam pro tempore alio, eò quòd ſemper aptæ ſint ad utilitatem aliquam tribuendam.

30 Neque dicas II. poſſe creditorem aliquid petere pro obligatione, quam in ſe recipit, ſortem principalem non ſtatim repetendi, ſed exſpectandi tempus, quô debitor ad uſum intentum ſortem applicare valuit.

31 Contra enim eſt: quia intereà temporis vel evenit occaſio, utendi ſorte principali, vel non? Si prius; potuit creditor licitè ſortem repetere, & in caſum denegatæ reſtitutionis ex titulo lucri ceſſantis aut damni emergentis debitorem ad intereſſe convenire. Si 32
poſterius; creditor titulum non habet, ex obligationis receptione quidpiam exigendi: nec enim hæc obligatio, cùm creditori non imponat onus pretiô æſtimabile, poteſt habere ſpecialem æſtimabilitatem: quæ cauſa fuit, quòd Alexander VII. damnaverit propoſitionem ſequentem: *licitum eſt, mutuanti aliquid ultra ſortem exigere, ſi ſe obliget ad certum tempus.*

Neque dicas III. pecuniam numeratam 33
eſſe pretioſiorem, quàm numerandam; ideóque pro ſorte, actu numeratâ, poſſe compenſationem uſurariam expoſci.

Contra ſiquidem eſt, quòd hæc ipſa ratio- 34
cinatio ab Innocentio XI. nigrô comate proſcripta fuerit. Cujus ratio eſt: quia, ſi pecunia numerata foret pretioſior, quàm numeranda, id maximè proveniret ex utilitate, quam ex pecunia numerata, tanquàm præſenti, quis percipit. Atqui pecunia numerata, ceu præſens, non eſt utilis mutuanti, quàmdiu domi manet otioſa, & actu non expenditur in uſum, mutuanti ſpecialiter proficuum. Ergo pretioſior dici non poteſt, quàm pecunia numeranda, tanquàm futura.

Neque dicas IV. volenti non fieri injuriam; 35
eâque propter mutuatario, qui ſpontè promittit uſuram, injuriam aut injuſtitiam non inferri. Nam

Contra eſt, quòd voluntas mutuatarii, 36
promittentis uſuras, non ſit plenè libera, ſed propter aliquam neceſſitatem ſuô modô coacta: quantumvis enim propriâ voluntate ſpondeat uſuras, ſpondet tamen invitus, & in tantum neceſſitate conſtrictus, quòd ſciat, pecunias non aliter ſibi credendas, ac ſi viciſſim uſuræ promittantur. Quòd ſi debitor omninò gratis & ſpontè creditori ſolvat uſuras, creditor eſt culpâ vacuus ex *num.* 4.

## §. IV.

### *Poſſitne Uſura conſuedine vel conceſſione Principis reddi licita?*

37 COmmuniſſima & veriſſima ſententia concludit, conſuetudinem, etiam immemorialem, efficere non poſſe, ut uſura merè lucratoria reddatur licita. Engel ad *tit. de Uſur. num.* 10 Gonzalez ad *cap. ſuper eo* 4. *d. t. num. ult.* Wieſtner *ibid. num.* 37. contra P. Haunold de *J. & J. tr. 9. num.* 421.
38 Ratio eſt: partim quia nulla conſuetudo Jus Divinum & Naturale, quô uſuras eſſe prohibitas anteà concluſimus, abrogare poteſt: partim quia in *Clem. un. de Uſur.* ſtatuta, exercitium uſurarum admittentia, ſub pœna excommunicationis prohibentur: bonô argumentô, conſuetudinem quoque reprobatam eſſe.

39 Dices: poteſt commmunitas juri ſuo cedere, ac creditoribus, mutuum dantibus, poteſtatem aliquid ſupra ſortem exigendi concedere. Ergo etiam poteſt introducere conſuetudinem, vi cujus aliquid ultra ſortem exigere liceat: ſicut enim voluntas expreſſa, ſic etiam voluntas tacita, per conſuetudinem demonſtrata, ex ſe habilis eſt ad efficacem Juris ceſſionem.

Reſp. negandô anteced. nam, ut liquet 40
ex *cit. Clementina*, per ſtatutum communitatis, in quo declaratur expreſſus ejusdem conſenſus, nequit uſurarum exercitium reddi licitum: quia ex una parte uſurarum permiſſio non tam cedit in bonum, quàm detrimentum communitatis; ex altera verò parte communitas nequit introducere modum acquirendi, ipsô Jure Naturali reprobatum: alioquin eôdem modô dicere liceret, poſſe communitatem juri ſuo cedere, ac efficere, ut liceat in utroque foro impunè furari.

Ex

41 Ex eodem fundamento convincitur, uſurarum merè lucratoriarum exercitium ne quidem authoritate Summi Principis in foro conſcientiæ juſtificari poſſe. Sic præter Authores citatos in *num.* 37. decernit Covarruv. *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 8. Gibalinus de *Uſur. lib.* 1. *cap.* 7. *art.* 8. *à num.* 10. P. Pirhing *ad tit. de Uſur. num.* 16. P. Wieſtner *ibid. num.* 37. Schambogen *ibid. num.* 24. contra *cit.* Haunoldum & D. Gletle, qui, licèt in ſuo *tract. de Pact. cap.* 1. §. 1. *num.* 31. nobiſcum ſenſerit; attamen in *aſſert. Juridic. aſſert.* 54. in placi-
42 tum Haunoldi declinavit. Quod ipſum ſolidè confirmatur I. ex *cit. Clem. un.* ubi Clemens V. in Concilio Viennenſi non tantùm omnia ſtatuta & decreta, uſurarum exercitio faventia, proſcribit, ſed etiam in fine declarat, illos, qui in tantum errorem inciderint, ut, uſuras licitè poſſe exerceri, exiſtiment, tanquàm hæreticos eſſe puniendos: eàque propter ſatis indicat, circa uſuras non majorem poteſtatem competere Principibus quàm
43 circa materiam hæreſeos. Confirmatur II. quando ipſemet S. Pontifex non agnoſcit ullam diſpenſationem in uſuris, multò minùs agnoſcere debet Princeps alius & Sæcularis: etenim, ſi ad Jus Divinum, in quo uſurarum prohibitio radicatur, reſpiciamus, majorem utique diſpenſandi poteſtatem habet Supremus Chriſti in terris Vicarius & Divinæ Legis interpres, quàm aliquis Princeps Politicus, utpote non interpres ſed ſubditus Legis Divinæ. Atqui S. Pontifex in *cap. ſuper eo* 4. *de Uſur.* non agnoſcit poteſtatem diſpenſandi: tum quia, ut loquitur, utriusque teſtamenti pagina crimen uſurarium deteſtatur: tum quia non magis uſurarum exercitium poteſt facere licitum quàm mendacium. Ergo &c.

44 Reſpondebis ad ultimam paritatem S. Pontificis, illam fortiter enervari cum diſparitate, quòd materia mendacii, ſeu locutio contra mentem, non pendeat ab alto Principis dominio; ſicuti materia uſurarum, videlicèt lucrum ex mutuo, pendet ab eodem dominio. Sed

45 Contra eſt: quia neque mendacii neque uſurarum materia ſubjacet alto Principis dominio. Etenim, ut licitè quis fructum & lucrum ex re ſterili, ſinè omni titulo, cum alterius detrimento capiat, nequit efficere Princeps: immutaret ſiquidem rerum naturam, atque rem infrugiferam converteret in frugiferam; prout ſolerter monuit Ariſtoteles 1. *polit. cap.* 7. aſſerens: *maximè præter naturam eſſe hunc acquirendi modum, ut in fœnore nummus nummum pariat.* Quod ſanè limitato Principis terreni dominio non eſt conceſſum.

46 Ais: materiam uſurarum eſſe res & bona civium, quæ Principis eminenti dominio certiſſimè ſubſunt.

Repono: materiam remotam uſurarum eſſe res & bona civium; materiam verò proximam eſſe lucrum, ſupra ſortem principalem ex ſterili re vi mutui perceptum. Cùm ergo ex *num.* 45. hoc lucrum alto Principis dominio ſubjectum non ſit; neque materia proxima erit ſubjecta.

Dixi ſuperiùs: *in foro conſcientiæ.* Nam pro 47
foro externo poteſt quilibet Princeps Sæcularis moderatam quantitatem authoritate publicâ determinare, quam quilibet creditor, rem fungibilem mutuò concedens, exigere valet: id enim efflagitat ſalus & felicitas Reipublicæ, quæ multùm turbatur & inquietatur per frequentes lites & controverſias, circa id, quod intereſt, oriri ſolitas; dum vix creditorem erit reperire, qui ex carentia pecuniarum non aliquod intereſſe prætendit. In foro tamen conſcientiæ non proderit talis conceſſio, niſi reverâ aliquod incommodum aut intereſſe ſubſit, ob rationes & fundamenta, jam allegata. Hôcque modô eſt in- 48
telligendus Receſſus Imperii Spiræ Anno 1600. §. So vil nun 139. & Ratisbonæ 1654 §. 174. ubi ab Imperatoribus legitur approbata conſuetudo, ratione cujus etiam timoratæ conſcientiæ viri 5. pro 100. in mutuo petunt & accipiunt: utitur enim Imperator in Receſſu Spirenſi notanter his verbis: der Vermuthung halber / daß der Creditor ſein Geld von ſolcher Zeit anlegen / und zugelaſſener Weiß zum wenigſten von hundert Gulden fünff wol haben möge; volens ſignificare, plerumque in mutuo prætendi & præſumi aliquod intereſſe; proindeque ex conceſſione publica licere 5. pro 100. accipere. Hinc quo- 49
ad forum externum non præſumitur uſurarius nec pœnas uſurariorum incurrit, qui ſimilem quantitatem exigit; verùm ſi (quod rariùs accidit) hæc præſumptio ceſſet, ac ille, qui v. g. dat 1000. aureos mutuos, neque damnum aliquod exinde ſentiat, neque lucrô careat, ceſſat etiam in foro interno Lex, in præſumptione fundata. Caniſius de *Uſur. cap.* 1. *num.* 9. Engel ad *cit. tit. n.* 10. Wieſtner *ibid. num.* 39.

Oppones. Potuit Legislator Civilis ſta- 50
tuere, ut rem aliquam, longô tempore poſſeſſam, titulô præſcriptionis in utroque foro retinere liceat: eſto enim Lex Naturalis imperet, ut res aliena reſtituatur, non tamen imperat in circumſtantiis, in quibus ex cauſa utilitatis publicæ poſſeſſor per præſcriptionem factus eſt dominus rei alienæ. Ergo etiam Legislator Civilis ſtatuere poteſt, ut liceat in mutuo aliquid ſupra ſortem exigere: eſto enim Lex Naturalis prohibeat, aliquid ultra ſortem exigere, non tamen prohibet in circumſtantiis, in quibus ex cauſa utilitatis publicæ moderata quantitas eſt conſtituta.

Reſp. I. hunc diſcurſum in mea ſententia 51
non ſtringere: cùm enim admittam, præſcriptionem non tantùm à Jure Naturæ permiſſam, ſed etiam pro ſtatu factæ rerum diviſionis eſſe præceptam; neceſſum haud eſt, in præſcriptione ad altum Principis dominium confugere, quando ſuperioris Juris authoritas ſuffragatur. Vide *in Lib. I. tract. de Præſcript. cap.* 2. *à num.* 27.

Reſp.



52 Reſp. II. triplicem diſparitatem inter præſcriptionem & uſuras intercedere. Prima eſt, quòd præſcriptio antecedenter ad conceſſionem Principis ſinè peccato inchoetur, utpote quæ ſupponitur bonâ fide inſtructa: cùm tamen uſura antecedenter ad conceſſionem Principis ſinè peccato injuſtitiæ non exerceatur. Potiùs itaque liceret argumentari, quòd, cùm præſcriptio cum malâ fide & peccato nequeat approbari à Principe terreno, etiam uſuræ lucratoriæ probari nequeant.
53 Secunda eſt, quòd in præſcriptione tam materia remota quàm proxima, poſſeſſio ſcilicèt alienæ rei, cum bona fide continuata, ſubſit eminenti Principis dominio; in uſura verò ex *num.* 46. tantùm materia remota, non etiam proxima, ſeu lucrum ex re ſterili eidem domi-
54 nio ſubſternatur. Tertia eſt, quòd præſcriptio tendat in evidens Reipublicæ emolumentum: quia incerta & fluctuantia rerum dominia firmat & confirmat; econtrà uſura non tendat in emolumentum, ſed magis in detrimentum Reipublicæ, quatenùs illius membra, ære alienô gravata, per uſuras pedetentim totaliter exhauriuntur. Unde Tacitus *lib.* 6. *Annal cap.* 16. *ſanè*, inquit, *vetus urbi fœnebre malum, & ſeditionum diſcordiarumque creberrima cauſa.* Plutarchus quoque de *Lucullo* veterem ac intolerabilem *peſtem* vocat uſuram. D. Ambroſius etiam *cap.* 10. *de Tobia* ait, nihil intereſſe inter fœnus & funus, mortem & ſortem.

Quæres incidenter: utrùm anatocismus, 55
ſeu uſuræ uſurarum ſint permiſſæ; liceatque creditori, qui debitori credidit 2 00. florenos cum obligatione 100. florenos in vicem uſurarum ſolvendi, uſuras 100. florenorum non-ſolutas noviter in ſortem commutare, & rurſus quinque florenos pro uſura accipere?

Reſp. anatocismum ſeu uſuras uſurarum 56
etiam à Jure Civili reprobatas eſſe in *l. præſes* 27. *ff. de Re judic. l. placuit* 29. *ff. l. ut nullo* 28. *Cod. de Uſur.* proindeque etiam in caſu, quô aliàs uſuræ de Jure Civili permiſſæ ſunt, uſuras in ſortem redigi non poſſe. Brunnem. ad *citat. l. ut nullo num.* 2. Struv. *exercit. ad Pand.* 27 *th.* 51. Stryck in *uſu mod. pand. ad tit. de Uſur.* §. 18.

# SECTIO II.

## *De Objecto & Forma Uſuræ.*

### SUMMARIA.

*57. Adſtruitur objectum & forma Uſuræ. 58. Deſcribitur contractus cenſualis. 59. Alius eſt realis. 60. Alius perſonalis. 61 & ſeq. Redimibilis vel irredimibilis. 63. & ſeq. Cenſus realis, ex parte ſolius venditoris redimibilis, non eſt uſurarius. 65. & ſeqq. Nec etiam de Jure Naturali uſurarius eſt, quando eſt redimibilis ex parte emptoris. 68 & ſeq. Licèt Jus poſitivum paulò aliter diſpoſuerit. 70. & ſeqq. Defenditur, quòd etiam cenſus perſonalis de Jure Naturæ non ſit uſurarius. 76. & ſeqq. Reſpondetur ad rationem contrariam. 79. Attingitur Jus poſitivum adverſum. 80. & ſeq. Notatur conſuetudo. 82. Agitur de cambio. 83. & ſeq. Deſcribitur. 85. & ſeqq. Diſquiritur, qualis ſit contractus? 89. Oſtenditur, quòd differat à mutuo. 90. & ſeqq. Excuſatur ab uſura. 94. Explicatur lucrum ceſſans & damnum emergens. 95. & ſeqq. Defenditur ab uſura, quando ob alterius moram aliquid ultra ſortem exigitur. 98. & ſeqq. Defenditur quoque, quando mora non concurrit. 102. & ſeqq. Uſurarium non eſt, ob periculum amittendæ ſortis aliquid accipere. 106. & ſeqq. Dilucidatur cap. naviganti 19. de Uſur. 109. & ſeq. Ob moram debitoris Lex ſtatuere poteſt auctarium ultra capitale. 111. & ſeq. Poſſunt hoc etiam contrahentes. 113. & ſeq. Reſpondetur ad inſtantiam de pacto legis commiſſoriæ. 115. & ſeqq. In montibus pietatis non invenitur uſura. 119. Nec in olla fortunæ. 120. Licèt ſubinde fraudes interveniant.*

### §. I.

### *De Contractu Cenſuali.*

57 Objectum uſuræ ſecundùm hactenùs aſſerta aliud eſt remotum, res nimirum & bona temporalia; aliud proximum, videlicèt lucrum, ex ejusmodi bonis & rebus vi mutui quæſitum. Forma conſiſtit in pactione de lucro, vi mutui quærendô. Examinabimus igitur unam vel alteram pactionem, ac conventionem, & diſquiremus, utrùm lucrum, exinde perceptum aut percipiendum, ſit uſurarium? Et quia contractus cenſualis oppidò notus eſt, de illo incipiendum, &

58 Notandum I. contractum cenſualem eſſe conventionem, quâ jus percipiendi reditus annuos, ex re vel induſtria perſonæ provenientes, emitur & venditur. Dixi: *ex re vel induſtria*: etenim

Notandum II. cenſum eſſe duplicem, rea- 59
lem & perſonalem. *Realis* eſt, qui fundatur in re aliqua frugifera, v. g. fundo, horto, domo &c. velut ſi Titius à Sempronio emat reditus & proventus, quos ipſe quotannis ex horto ſuo percipere ſolet & poteſt. *Perſona-* 60
*lis* eſt, qui radicatur in ipſa perſona venditoris, quatenùs fructus, ex ipſius induſtria provenientes, obveniunt emptori. Ubi non habetur reſpectus ad rem, ſive aliqua adſit, ſive



non;

non; tametſi ſæpiùs in ſecuritatem debiti fun-
dus aut aliud bonum immobile nexu hypothe-
cæ obligetur.
61 Notandum III. cenſum utrumque vel eſ-
ſe redimibilem, puta ſi venditor & emptor
inter ſe conveniant, ut liceat, ſolutô pretiô
ſeu ſorte capitali, vel redditâ merce ſeu pen-
ſionibus annuis, à prima venditione recede-
re; vel irredimibilem, adeò ut prima vendi-
tio per redditionem pretii vel mercis reſcindi
62 nequeat. Quandoque tamen hæc re-
dimibilitas (quam alii jus retrovendendi no-
minant) tenet ſe tantùm ex parte venditoris;
quandoque tantùm ex parte emptoris. Ex
parte venditoris ſe tenet, quando is ſolus fa-
cultatem obtinet, redditâ ſorte ab onere cen-
sûs annui ſemet redimendi. Ex parte empto-
ris ſe tenet, quandò is ſolus poteſtatem habet,
ſortem ſeu pretium, pro annuo cenſu ſolutum,
repetendi. His notatis,
63 Dico I. Emptio censûs realis, ex parte
ſolius venditoris redimibilis, eſt omni Jure
licitus, & nullô modô uſurarius. Ita DD.
omnes, qui poſt luculentas Martini V. & Ca-
lixti III. Summorum Pontificum conſtitutio-
nes & approbationes in *Extravag. regimini* 1.
*& 2. de Empt. vendit. inter commun.* ſcripſerunt.
64 Ratio eſt: quia jus percipiendi cenſum annu-
um realem in effectu nihil aliud eſt, quàm
jus uſusfructûs: ſicut itaque jus uſusfructûs,
tanquàm frugiferum & fœcundum, emi po-
teſt, reſervatâ venditori facultate retroven-
dendi, &, reſtitutô pretiô rem venditam re-
cuperandi: ſic etiam cenſus annuus realis cum
reſervatione talis facultatis emi poteſt.
65 Dico II. Emptio censûs realis etiam cum
pacto redimendi ex parte emptoris, ſtandô
in Jure Naturali, eſt licita. Ita Leſſius *de J.
& J. lib. 2. cap. 22. num.* 56. Gibalinus *de Uſur.
lib. 4. cap. 6. art.* 27. *num.* 7. Engel ad *tit. de
66 Uſur. ſub num.* 22. Ratio eſt: tum quia
in venditione aliarum rerum poteſt adjici pa-
ctum redimendi ex parte ſolius emptoris; &
nominatim uſusfructus in re aliena immobili
conſtitui poteſt eâ conditione, ut non tantùm
liceat venditori, reſtitutô pretiô, jus fruendi
annuum redimere, ſed etiam fas ſit emptori,
ceſsô fruendi jure, agere ad reſtitutionem
67 pretii: tum quia nullum in hoc contractu mu-
tuum, ne quidem palliatum, involvitur, dum
in mutuo tranſit periculum rei mutuatæ in
mutuatarium, in cenſu verò periculum cen-
sûs ad emptorem ſpectat; inſuper lucrum in
contractu cenſuali ex re frugifera, in mutuo
econtrà ex re ſterili proficiſcitur.
68 Dixi: *ſtando in Jure Natura.* Nam, inſpectâ
Bullâ Pii V. quæ incipit, *cùm onus Apoſtolica
ſervitutis &c.* Anno 1568. 14. Calendas Fe-
bruarii editâ; inſpectô quoque Receſſu Impe-
rii Auguſtæ de Anno 1548. ſub tit. von wucher-
lichen Contracten §. und nachdem 8. pacta re-
dimendi, in favorem emptoris adjecta con-
tractui cenſuali, tanquàm uſuraria ſunt pro-
hibita; non quidem ex eâ ratione, quòd ex
natura rei contineant uſuram, uti nonnulli
crediderunt; ſed magis ex præſumptione,
quòd propter defectum æqualitatis, ac pretii
diminutionem pravitas uſuraria non raró ta-
libus pactionibus irrepat. Cùm enim 69
emptor in tali caſu pretium ſeu ſortem pro li-
bitu revocare poſſit, ingens profectò inæ-
qualitas eſt, ſi intereà temporis lucrum tam
notabile occaſione venditionis, citra omne
commodum venditoris, percipere velit. Ne
igitur juſtitiæ tramites excedantur, oportet
rem ita temperare, ut propter onus ſingula-
re, quod recipit venditor, ſummam capi-
talem ad nutum emptoris reſtituendi, majus
pretium conſtituat emptor; vel (quod in
idem recidit) minùs de merce ſingulis annis
acquirat. Conferantur P. Engel *ubi ſupra* &
P. Pirhing ad *tit. de Uſur. num.* 84.
Dico III. Emptio censûs perſonalis, con- 70
ſideratô Jure Naturali, & hodiernâ conſuetu-
dine, eſt æquè licitus ac realis. Ita Panorm.
in *cap. in civitate* 6. *de Uſur. num.* 7. Covarruv.
*Var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 5. *&* 6. Leſſius
*cit. cap.* 22. *num.* 18. Layman *Theolog. Moral.
lib.* 3. *tr.* 4. *cap.* 18. *num.* 8. Engel *cit. l.* König
*loc. cit.* Wieſtner ad *titul. de Uſur. num.* 72.
Ratio eſt: quia emptio censûs perſonalis dif- 71
fert plurimùm à mutuo: nam inprimis in mu-
tuo lucrum præcisè petitur ex pecunia, tan-
quàm re ſterili; in emptione censûs utilitas,
quam experitur emptor ſeu creditor, ex re
frugifera, ſeu induſtria venditoris & debito-
ris, proficiſcitur. Deinde in mutuo 72
pecunia datur pro pecunia; in cenſu econtrà
non tam pecunia pro pecunia, quàm potiùs
jus exigendi ſucceſſivè penſiones annuas,
quod ab ipſis penſionibus, quoad ſingulos
annos ſucceſſivè ſpectatis, eſt aliquid diſtin-
ctum, datur. Adhæc jus exigendi 73
penſiones annuas penitus extinguitur, ſi per-
ſona, ad penſiones obligata, nequeat ampliùs
ex induſtria propria lucrum ſibi comparare;
cùm tamen jus petendi uſuras ex mutuo non
dimittat creditor, etiamſi debitor ex operis
ſuis nihil lucrari valeat. Prætereà in 74
cenſu, ex parte emptoris non-redimibili, non
poteſt pretium, venditori numeratum, ipsô
diſſentiente, ab emptore repeti; ſicuti prin-
cipalem ſummam repetere poteſt creditor in
mutuo, tametſi mutuatarius diſſentiat. Cùm
itaque diſcrimen tam multiplex inter mutuum
& contractum cenſualem intercedat, nequit
in contractu cenſuali perſonali ſpecies uſuræ
reperiri.
Confirmatur. Poteſt aliquis opifex aut 75
artifex operas ſuas alteri locare, ita ut lu-
crum, quod acquiritur ex operis, proficiat
conductori, & is locatori congruam merce-
dem & penſionem conſtituere debeat. Ergo
etiam poteſt aliquis operas ſuas & induſtriam
vendere, ita ut lucrum, ex operis vel indu-
ſtria quæſitum, conducat emptori, isque
venditori conveniens pretium reddere tenea-
tur: locatio ſiquidem & conductio iiſdem
ferè regulis cum emptione - venditione con-
ſiſtit *pr. Inſtit. de Locat. conduct.* Sed, qui cen-
ſum



ſum annuum perſonalem vendit, & pro 100.
florenis in ſortem aut pretium acceptis pro-
mittit annuatim 5. in effectu ſuas operas &
induſtriam vendit, ita ut lucrum, ex operis
vel induſtria quæſitum, virtualiter in pecuniis
& penſionibus annuis cedat emptori. Er-
go &c.
76 Adverſum dogma non deſtituitur ſuis ra-
tionibus & authoribûs, quos inter, præter
antiquiores, ex Recentioribus recenſentur
Cardinalis de Lugo *de J. & J. diſp.* 27. *n.* 25.
Haunold *de J. & J. tom.* 3. *tract.* 10. *num* 306.
Fachineus *lib.* 2. *contr. cap.* 34. idque & meum
aſſenſum antehàc extorſerat: ſed quia ratio-
nes anterioris ſententiæ modò vehementiùs
mentem impellunt, illam nunc meam facio.
77 Præcipua verò ratio contrarii dogmatis eſt,
quòd in contractu cenſuali, ſicut in mutuo,
pecunia naſcatur ex pecunia: utpote cùm
venditor det pecuniam ſeu annuam penſio-
nem pro merce, & emptor det pecuniam ſeu
ſummam capitalem pro pretio; conſequen-
ter in cenſu perſonali, ſicut in mutuo, com-
78 mittatur uſura. Verùm *à num.* 71.
jam oſtenſum eſt, plurimas mutuum inter &
contractum cenſualem intercedere differen-
tias, inter quas ad rationem oppoſitam pro
reſponſione aſſumitur præcipuè differentia
prima & ſecunda, quòd in contractu cenſuali
pecunia non naſcatur ex pecunia, ſicut in
mutuo, ſed potiùs ex induſtria venditoris,
tanquàm re frugifera, & pretiô ſingulariter
æſtimabili; quòdve pecunia non detur pro
pecunia, ſed pro jure petendi annuam pen-
ſionem.
Dixi tamen in *num.* 70. emptionem cen- 79
sûs perſonalis eſſe licitam, conſideratô Jure
Naturali. Nam in conſtitutione Sanctiſſimi
Pontificis Pii V. jam ſupra in *num.* 68. me-
moratâ, cenſus perſonalis admodùm clarè
prohibetur. Vid. P. Reiffenſtuel ad *tit. de
Uſuris num.* 142.
Dixi ulteriùs: *& hodiernâ conſuetudine*: cùm 80
enim Leſſius *cit. cap.* 22. *num.* 98. Haunold
*cit. tract. num.* 316: Pirhing ad *tit. de Uſur.
num.* 75. Wieſtner *ibid. num.* 81. atteſten-
tur, Bullam Pianam in multis provinciis, præ-
ſertim Germanicis, in uſu non eſſe; videtur
conſuetudo cenſum perſonalem feciſſe lici-
tum. Diſſuadet tamen citatus Wieſt- 81
ner cenſum perſonalem, maximè redimibi-
lem ex parte emptoris, ob periculum inten-
tionis ac fraudis uſurariæ, ſub pallio cenſuali
facilè latentis; prout jam in *num.* 69 de cen-
ſu reali, ex parte emptoris redimibili, ſimile
quid animadverſum eſt.

## §. II.
## *De Contractu Cambiali.*

82 CONtractus cambialis eſt perinde frequens
in humano commercio, ac contractus
cenſualis: ſolent enim mercatores aut alii pe-
cunias habere paratas, ut, ſi quis indigeat,
petere valeat pro ſe vel alio, cum obligatione
tamen, ut tantundem reſtituat, & auctarii lo-
cô pro quolibet aureo v. g. ſeſtertium vel
groſſum ſuperaddat.
83 Dividitur cambium in manuale ſive minu-
tum, & locale. Prius eſt, quando pecunia
unius materiæ vel formæ cum pecunia alte-
rius materiæ vel formæ commutatur; veluti
ſi nummi argentei pro aureis, aut imperiales
84 vel floreni pro pecuniis minutis dentur. Po-
ſterius eſt, quando pecunia præſens cum ab-
ſente, non hic, ſed alibi reddendâ, commuta-
tur. Vocatur aliàs *literale*, cùm per literas
plerumque celebrari ſoleat, dum v. g. civis
Salisburgenſis, pecunias Romam ad ſuum
filium deſtinaturus, numerat hic mercatori
vel alii campſori 100. aureos, eâ lege, ut iſte
Romam ad ſuum correſpondentem ſcribat,
quatenùs campſarii filio totidem reſtituat.
Et hinc etiam in cambio locali ordinariè qua-
tuor perſonæ ſolent concurrere: nempe
campſarius, qui pecunias offert transferen-
das in alium locum; campſor, qui pecunias
transferendas ſuſcipit; & duo utriusque cor-
reſpondentes.
85 Jam, antequàm demonſtremus, utrùm
cambium ſit uſurarium, oportet indagare
qualis ſit contractus? Leſſius *de J. & J. cit.
lib.* 2. *cap.* 23. *n.* 4. exiſtimat, cambium ad
contractum emptionis - venditionis, in quo
pecunia abſens, tanquàm merces, pro pecu-
nia præſenti, tanquàm pretiô, comparatur,
revocari poſſe: nec enim pecunia ſolius pre-
tii vicem ſuſtinet, ſed etiam mercis rationem
habet; tum ratione materiæ, quæ melior
aut deterior eſt; tum ratione commoditatis
in conſervando, deferendo, numerando &c.
tum ratione diſtantiæ localis. Haunold *de* 86
*J. & J. d. tr.* 10. *n.* 369. aſſerit, cambium eſſe
permutationem pecuniæ cum pecunia: nam
& genus cum genere, & ſpecies cum ſpecie
permutari valet, ut conſtat ex *Lib. I. tr. de Pa-
ctis & Contract. cap.* 5. *n.* 49. *& ſeqq.* Alii 87
apud Authores citatos arbitrantur, cambium,
ſaltem locale, eſſe locationem-conductionem
operarum, in qua campſor, qui pecuniam
cambialem rogatus accipit, ſe obligat, quòd
in gratiam campſarii, qui pecuniam cambia-
lem ad preces ſubminiſtrat, eandem de loco
in locum trajicere velit. Quæcunque 88
verò capiatur opinio, patulum videtur, cam-
bium à mutuo diſtingui: partim quia cam-
bium in ſola pecunia; mutuum etiam in aliis
rebus fungibilibus conſiſtit: partim quia in
cambio pecunia ſtatim cum pecunia commu-
tatur; in mutuo verò quoddam intervallum
pro dilatione ſolutionis indulgetur: partim
quia in cambio locali non eadem in eodem lo-
co pecunia, ſed diverſa in diverſo reſtituitur;
quod tamen in mutuo ſecus eſt: partim de-
nique quia cambium non abſolvitur unius pe-
cuniæ traditione, ſed reciprocam alterius pe-


cuniæ

cuniæ traditionem expoſcit; mutuum unius
pecuniæ traditione, cum obligatione, tan-
tundem ſuô tempore reſtituendi, perfici-
tur.
89 Hôc itaque ſuppoſitô, quòd cambium in
pluribus à mutuo differat, pronô alveô ſeque-
la fluit, uſuram non eſſe, quando campſor à
campſario non tantùm pecunias ejusdem
quantitatis ſed etiam auctarium quoddam ef-
flagitat. Et ne palliata videatur uſura, pro-
batur inprimis in genere, quòd in cambio
qualicunque lucrum & auctarium non prove-
90 niat ex mutuo, formali aut virtuali. Oc-
currunt enim tituli alii, videlicèt lucri ceſſan-
tis, quando campſor, monetam v. g. auream
aliò delaturus, ubi majori conſtat valore, lu-
crum honeſtum percipere potuiſſet: item
titulus officii, vi cujus tenetur campſor pecu-
nias continuò paratas ad manum habere;
quemlibet ad cambium in domum ſuam ad-
mittere; famulos ad hoc neceſſarios ale-
re &c. item titulus locationis operarum &
laboris, quem in numeranda pecunia, maxi-
mè ſi minuta ſit, nec non ſcribendis ratio-
ciniis, in gratiam campſarii debet adhi-
bere.
91 Deinde in cambio manuali plerumque ti-
tulus occurrit variarum qualitatum in pecu-
nia cambiali, puta raritatis, puritatis, antiqui-
tatis &c. in quas ſpecialis hominum affectio
cadere conſuevit: licèt enim æſtimatio pecu-
niæ, formaliter ſpectatæ, pertineat ad Princi-
pem; materialiter tamen conſiderata pro-
priam æſtimabilitatem habet. P. Engel ad
*tit. de Uſur. n.* 24. Gibalin. *de Uſur. lib.* 5. *cap.* 1.
*art.* 2. *per tot.*
In mutuo locali ſpecialiter attendenda ve- 92
nit translatio pecuniæ de loco ad locum, dum
campſor à campſario rogatus accipit v. g. Sa-
lisburgi 100. aureos, & illos in gratiam ipſius
Romam transportat, non quidem phyſicè,
ſed civiliter & æquivalenter, ſuſcipiendô in ſe
periculum, & faciendô, ut campſarius vel
alius Romæ totidem conſequatur. Sicut 93
ergo nuntius, qui certam mercedem pactus
eſt pro translatione 100. aureorum in certum
locum, mercedem juſtè repetit, etiamſi ad il-
lum locum corporaliter non acceſſerit, ſed
amicum invenerit, qui tantundem in eodem
loco gratis numeravit: quia per ſuam indu-
ſtriam tantum præſtitit, quantum per realem
translationem; ſic campſor, quantumvis
perſonaliter pecuniam ad locum deſtinatum
non detulerit, mercedem accipere poteſt:
quia per ſuam induſtriam tantum campſario
præſtitit, quantum reali translatione præſtare
potuiſſet. Leſſius *cit. l. n.* 19. Haunold *n.* 384.
Engel *d. n.* 24. Gibalin. *d. cap.* 1. *art.* 4. *n.* 2.

## §. III.

### *De Damno emergente & lucro ceſſante.*

94 NIhil eſt uſitatius, quàm ut ratione damni
emergentis aut lucri ceſſantis in mutuo
petatur exceſſus ſupra capitalem ſortem. Eſt
autem *damnum emergens* hic nihil aliud, quàm
jactura eorum, quæ aliquis jam habebat, ex
datione mutui proveniens; quemadmodùm
ſi creditor ob carentiam pecuniæ, mutuò da-
tæ, ſarta tecta conſervare non potuerit, inde-
que ruinam domùs perferre debuerit. *Lucrum
ceſſans* eſt incrementum, quod obtineri po-
tuiſſet, ſi pecunia mutuò data non fuiſſet: ve-
luti ſi creditor occaſionem habuiſſet, cum
1000. aureis mutuatis lucrandi 50.
95 Ex hoc titulo ſupra capitalem ſortem in
mutuo quidpiam exigi poſſe, quando culpa-
bilis mora debitoris accedit, uniformis ferè
ſententia defendit cum Leſſio *de J. & J. lib.* 2.
*cap.* 20. *n.* 80. Haunoldo *de J. & J. tract.* 9.
96 *num.* 387. & 393. Ratio eſt: quia ex
una parte conceſſum eſt mutuanti, ſe indem-
nem ſervare; ex altera verò parte mutuata-
rio incumbit, indemnitatem mutuanti procu-
97 rare. Et quamvis contrarium teneat
Sotus apud citatum Leſſium *num.* 81. ex ea
ratione, quòd, ſi mutuans damnificationem
ex mutuo timeat, illud avertere poſſit: nihi-
lominùs inſiſtendum eſt ſententiæ, jam du-
dum in praxi receptæ, & dicendum, rationem
illam probare nimium, nempe quòd in nullo
contractu damnum, ex mora alterius cauſa-
tum, ſit compenſandum: cùm nullus non
contractus ab initio ſit liberæ voluntatis.
Ex eodem titulo aliquid exigi poſſe, ta- 98
metſi mutuatarius in mora culpabili non ver-
ſetur, docent Leſſius *cit. n.* 80. Haunold *d.
num.* 387. Caniſius *de Uſur. cap.* 1. *num.* 17.
Ratio quoad damnum emergens eſt, quòd
creditor, independenter à mora debitoris,
ſibi proſpicere poſſit, ne ex actu gratuito di-
ſpendium aliquod patiatur. Quoad lu- 99
crum ceſſans eſt ratio vix non eadem, quòd
nempe creditor, independenter à mora debi-
toris, ſibi conſulere poſſit, ut lucrum hone-
ſtum, ob mutui dationem interceptum, com-
penſetur. Accedit, quòd pecunia in 100
æſtimatione prudentûm majoris cenſeatur
eſſe valoris, ſi vel damnum immineat, vel lu-
crum honeſtum inde ſperetur: poteſt igitur
à creditore, ob damnum emergens aut lu-
crum ceſſans pluris æſtimari, &, præter reſti-
tutionem ſortis, moderata quantitas in com-
penſationem exigi.
Referri huc poteſt titulus ſocietatis tacitæ: 101
ſi enim mutuatarius non ex cauſâ ſublevandæ
neceſſitatis, ſed potiùs ex intentione utilita-
tis mutuum à creditore roget, hic licitè pa-
ciſci poteſt, ut debitor non tantùm ſummam
mutuò datam, ſed etiam partem lucri, ex il-
lius re percepti, reſtituat. P. Engel *ad tit. de
Uſur. num.* 9.

§. IV.



## §. IV.

### *De periculo amittendæ ſortis.*

102 NOn rarò creditor mutuans timet pericu-
lum amittendæ ſortis: idcircò indem-
nitati ſuæ conſulturus, aliquid paciſcitur à
debitore ſupra ſortem, cujusmodi pactum, ſi
creditori aliunde per fidejuſſores aut pignora
ſufficienter cautum non fuerit, uſurarium
non eſſe, probabilius tenent Leſſius *cit. loc.
num.* 111. Haunold *cit. l. num.* 339. Engel ad
*tit. de Uſur. num.* 14. König *ibid. num.* 15.
103 Wieſtner *ibid. num.* 31. Ratio eſt:
partim quia non tantùm in Jure Civili in *l. pe-
riculi* 5. *in pr. & §.* 1. *& paſſim ff. de Nautico fœ-
nore*, ſed etiam in Jure Canonico in *cap. in civi-
tate* 6. *de Uſur.* tale pactum ut licitum appro-
batur, dum in *d. cap.* ob periculum, quòd res
tempore ſolutionis minùs valitura ſit, permit-
titur aliquod augmentum in pactum deduci:
104 partim quia fidejuſſor, qui non multùm dif-
fert à mutuante, ratione periculi, quod fide-
jubendô ſubit, poteſt aliquid exigere *l. hoc ju-
105 re* 19. *§.* 1. *ff. de Donation.* partim quia in cæ-
teris quoque contractibus ob ſuſceptum pe-
riculum aliquid expoſcere conceſſum eſt, eò
quòd pretiô ſit æſtimabile, res ſuas exponere
periculo: ut adeò in mutuo, quod per ſe tan-
tùm ordinatur in utilitatem mutuatarii, ſinè
abſurdo contrarium dici nequeat.
106 Graviter tamen obluctari videtur textus
in *cap. naviganti* 19. *& ult. de Uſur.* ubi Grego-
gorius IX. in hæc verba reſcribit: *naviganti,
vel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ
quantitatem, eo quòd ſuſcepit in ſe periculum, re-
cepturus aliquid ultra ſortem, uſurarius eſt cen-
ſendus.*
Omiſſis aliorum reſponſionibus, quas af- 107
fert Gonzalez in *commentar. ad cit. cap. num.* 7.
*&* 8. dupliciter reſpondeo. Primò, quòd
omiſſa fuerit particula *non*: hancque re-
ſponſionem non fictam, tortam, aut violen-
tam eſſe, arguit totus contextus illius *cap.* ſi-
quidem poſt memoratam deciſionem S. Pon-
tifex duos adhuc ſubjungit caſus, eosque ex-
culat ab uſura, quando nimirum vel in em-
ptione-venditione vel in mutuo periculum
ſubeſt, ne res tempore ſolutionis minùs vali-
tura ſit. Cùm igitur hos duos caſus cum
primo per particulas *quoque* & *etiam* conjun-
gat, ſatis inſinuat, eandem in omnibus deci-
ſionem procedere. Secundò Reſp. tex- 108
tùm intelligendum de creditore, qui eô ani-
mô conſtitutus eſt, quòd aliter mutuare non
velit, quàm ſub pacto recepti in ſe periculi,
tantùm ut habeat titulum, quô ultra ſortem
aliquid recipiat. Talis itaque mentalem ad
minùs uſuram admittit, cogendô mutuata-
rium, ut pactum ineat de periculo, quod
ipſemet in ſe ſuſcipere, vel datis pignoribûs
aut fidejuſſoribûs à creditore avertere vo-
luiſſet. Leſſius *cit. l. num.* 116. Engel *cit.
num.* 15.

## §. V.

### *De Mora debitoris.*

109 DEbitores ſæpenumerò moram in ſolven-
do committunt, ſi nempe poſt interpel-
lationem præviam, ab homine ſeu creditore,
vel ab ipſomet die, ſeu lapſu temporis, ad ſo-
lutionem definiti, factam, non præſtent, quæ
præſtanda ſunt per *l. nulla* 88. *ff. de R. J. l. ma-
gnam* 12. *Cod. de Contrah. ſtipulat. cap. ult. de
Loc. cond.* Eapropter, ut creditoribus ob mo-
ram ſit cautum, poteſt haud dubiè à Lege
publica debitoribus imponi pœna, ut, ſi ſtatu-
tô tempore debitum ex mutuo non ſolverint,
teneantur ob moram creditori moderatam
quantitatem in pœnam reſtituere. Sylveſter
in *V. uſura n.* 28. Layman *Theol. Mor. lib.* 3.
*tractat.* 4. *cap.* 16. *num.* 12. Pirhing ad *tit. de
110 Uſur. num.* 51. Wieſtner *ibid. n.* 17. Quæ
etiam ex ratione factum perſpicimus, ut in
contractibus bonæ fidei poſt moram, ab alte-
rutra parte commiſſam, inducatur obligatio,
præſtandi uſuras, acceſſiones ſeu intereſſe, &
omnem cauſam ſeu utilitatem rei, licèt deſu-
per nulla præceſſerit conventio, ut patet ex
*l. mora fieri* 32. *§.* 2. *l. videamus* 38. *§.* 1. 6. 7. 8.
11. *ff. de Uſur.* & *Lib. III. tract. de Pact. & Con-
tract. cap.* 1. *n.* 97.
111 An autem per ſpeciale pactum in mutuo
creditor in caſum moræ quantitatem mode-
ratam pro pœna reſervare poſſit? Non equi-
dem adeò certum, ſed tamen potiori DD.
calculô tunc permiſſum eſt, ſi I. pœna non ap-
ponatur in fraudem uſurarum; II. ſolutioni
terminus non nimiùm brevis præfigatur; III.
mora ſit culpabilis & notabilis; IV. pœna ſit
proportionata moræ, &, ſi credita ſumma
tantùm ex parte ſoluta non fuerit, tantùm ex
parte debeatur pœna. Panormitan. ad *cap.
ſuam* 9. *de Pœn. num.* 2. Layman *cit. num.* 12.
Leſſius *cit. cap.* 20. *n.* 128. Pirhing *d. n.* 51.
*& ſeq.* Wieſtner *d. l. n.* 19. *& ſeqq.* Ratio 112
eſt: quia pœna conventionalis cæteris quo-
que contractibus in caſum moræ culpabilis
adjici poteſt, ut nempe, quos honeſtas à vio-
latione vel retardatione promiſſionis non ab-
ſterret, formido pœnæ conſtringat *cap. dile-
cti* 4. *in fine de Arbitr. l. trajectitiis* 23. *ff. de O. &
A. l. ſi pacto* 14. *Cod. de Pact.* Ergo etiam ad-
jici poteſt contractui mutui in caſum, quò de-
bitor ex mora culpabili ſolutionem non præ-
ſtiterit per textum bonum in *l. pœnam* 44. *ff.* &
*l. cùm allegas* 15. *Cod. de Uſur.*
Nec putes, pactum de pœna conventionali 113
degenerare in pactum legis commiſſoriæ, à
nobis improbatum in *cit. tract. de Pact. cap.* 3.
*num.* 152. Nam pactum legis commiſſoriæ
imme-

immediatè tribuit lucrum ex mutuo, facitque, ut res, propter debitum oppignorata, cedat creditori, tametſi quoad valorem excedat quantitatem debiti: at pactum de pœna conventionali non tribuit immediatè lucrum ex mutuo, ſed mulctam imponit ob culpam, ex mora reſultantem, quæ non tantùm à Superiore, ſed etiam à partibus, concurrente mutuò conſenſu, puniri poteſt. 114 Adde, quòd ex paritate pacti legis commiſſoriæ tantùm evincatur, non deberi pœnam, quando eſt exceſſiva, & culpæ improportionata *cit. ſupra l. pœnam* 44. *ff.* & *l. cùm allegas* 15. *Cod. de Uſur.* ſicuti propter exceſſum rei pignoratæ ſupra rem, mutuò datam, pactum legis commiſſoriæ reprobatum eſſe, novimus.

## §. VI.

### *De Montibus pietatis, & olla fortunæ.*

115 MOntes pietatis ſunt æraria publica, in quibus pro neceſſitatibus indigentium pecuniæ continuò paratæ ſuppetunt. Vocantur *montes:* quia ibidem pauperes quaſi in monte refugium quærunt, ne à fœneratoribus aut creditoribus opprimantur. Titulum *pietatis* inde ſumpſerunt, quòd opus maximè pium reputetur, pauperibus, in neceſſitate conſtitutis, ſubvenire.

116 Varia ſimilium montium genera recenſet P. Gibalinus *de Uſur. lib.* 4. *cap.* 7. *art.* 1. inter quæ modernò ſæculò primatum tenet id montium genus, in Italia maximè practicatum, ut pauperes, accepturi pecuniam mutuam, pignus deponant, idque recipiant, ubi ſtatutò tempore pecuniam mutuam cum auctario modico exſolverint: ſin ſtatuto tempore pignus non reluant, à miniſtris montium venditur juſtò pretiò, &, detractâ ſorte unà cum aliquali incremento, reſiduum mutuatariis reſtituitur.

117 In hiſce montibus uſuram non reperiri, penitus mihi perſuaſum habeo: quandoquidem à Concilio Lateranenſi ſub Leone X. *ſeſſ.* 10. & Tridentino *ſeſſ.* 22. *de ref. cap.* 8. 9. & 11. cauſis piis annumerantur; idque, quod ultra principalem ſortem penditur, non eſt lucrum ex mutuo, ſed reparatio & compenſatio ſumptuum, pro miniſtrorum & famulorum operis faciendorum. 118 Certè, ſi peteres, ait Gibalinus *cit. l. art.* 2. *num.* 3. à Titio centum aureos mutuos, nec ille hos tibi concedere poſſet, niſi mittendò famulum, qui illos colligeret, & ad ſe deferret non abſque ſumptibus, iſtorum compenſationem à te meritò repoſceret. Ergo etiam ſumptus illos, ſinè quibus non poſſunt conſervari montes, mutuatarius refundere tenetur. Reiffenſtuel ad *tit. de Uſur. num.* 122. *& ſeq.*

119 Ollam fortunæ quoque per ſe loquendò non continere uſuram, communiter placuit. Caniſius *de Uſur. cap.* 4. *n.* 8. Quantumvis enim ſæpiùs accidat, ut unus, qui denarium impoſuit, catenam vel calicem aureum extrahat; alter verò, qui 100. aut plures denarios contulit, non niſi 100. vacuas ſchedas reportet: attamen, cùm potiùs ſpes quàm res ematur, & lucrum fortunæ relinquatur, tam parum inæqualitas aut injuſtitia conſurgit, quàm parum in emptione ſpei & jactu retis *l. nec emptio* 8. §. 1. *ff. de Contrah. empt.*

120 Per accidens tamen injuſtitia propter fraudes & dolos aliorum ſubinde committitur, niſi Magiſtratus loci circumſpectè ſchedas, in urna poſitas aut ponendas, examinet. P. Engel ad *tit. de Uſur. n.* 19.

# SECTIO III.

## *De Effectu Uſuræ.*

### SUMMARIA.

121. *Attinguntur effectus uſurarum.* 122. & *ſeqq. Oſtenditur, quòd uſurarum dominium ad creditorem non perveniat.* 126. & *ſeqq. Benè verò dominium rei, ex lucro uſurario comparatæ.* 129. & *ſeqq. Adſtruitur & exponitur obligatio reſtituendi hoc lucrum.* 135. *Provenit iſta obligatio ex uſura quoque mentali.* 136. & *ſeqq. Recenſentur pœnæ uſurariorum.*

## §. I.

### *Ad quémnam pertineant dominium uſurarum?*

121 EFfectus Uſuræ potiſſimùm conſideratur in dominio, reſtitutione, & pœnis uſurarum. Circa dominium eſt diſtinguendum inter rem uſurariam ſeu lucrum, quæſitum ex mutuo; & inter rem, quæ comparatur ex illo lucro.

122 Dominium rei uſurariæ non tranſit ad creditorem, ſed remanet penes debitorem; prout contra Lugonem & Haunoldum (qui *tract.* 9. *num.* 453. ſaltem eò caſu dominium transferri docet, quò debitor habuit animum abſolutum, dominium transferendi) tradunt Covarruv. *Var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 3. *ſub num.* 6. Leſſ. *cit. cap.* 20. *num.* 158. Wieſtner ad *tit. de Uſur. num* 93. 123 Ratio eſt: quia dominium ab uno in alterum per ſolam traditionem non transfertur, uti perperam ex §. *per traditionem* 40. *inſtit. de R. D.* ſibi perſuadent Adverſarii, niſi cauſa juſta & titulus tranſlativus dominii acceſſerit *l. adeò* 31. *in pr. ff. de A. R. D.* Sed pactum, adjectum mutuo



mutuo de ſolvendis uſuris merè lucratoriis, non eſt titulus tranſlativus dominii: utpote cùm ab ipſo Jure ſecundùm hactenùs probata ſit improbatum & annullatum, nec poſſint debitores ad uſuras ſolvendas cogi *cap. debitores* 6. *de Jurejur.* & creditores, ſi de facto quid recipiant, id, tanquàm rem alienam, poſſidere dicantur *cap. ſi quis* 10. *cap. quid dicam* 11. *XIV. quæſt.* 4. Ergo &c.

124 Si dicas: debitorem non agere contra juſtitiam, ſi lucrum uſurarium promittat & ſolvat *arg. cit. cap. debitores* 6. conſequenter nec creditorem peccare, ſi lucrum uſurarium petat & accipiat.

125 Reſp. diſcrimen eſſe inter creditorem, & debitorem: hic enim, quod uſurarum nomine promittit aut ſolvit, facit in re ſibi licita, & quidem non ex libera voluntate, ſed magis ex neceſſitate, quatenùs pecunias mutuas abſque tali promiſſione vel ſolutione ſperare nequit; ille, quod uſurarum nomine petit, aut accipit, facit in re ſibi prohibita, & quidem liberè.

126 Dominium rei, ex lucro uſurario comparatæ, tranſit in creditorem uſurarium, ut habent communiſſimè DD. cum Covarruv. *cit. l.* per textus in *l. ſi ex ea* 6. *Cod. de R. V. l. ſi pecunia* 1. *l. qui aliena* 8. *Cod. ſi quis alteri &c.* in quibus aſſeritur, aliquem effici dominum rei emptæ, licèt ex aliena pecunia fuerit empta: res enim ex lucro uſurario comparata, non cenſetur eſſe fructus rei uſurariæ, ſed propriæ induſtriæ; ſicuti res, ex pecunia furtiva comparata, non cenſetur eſſe furtiva, ſed fructus induſtriæ comparantis *l. qui vas* 48. § *ult. ff. de Furt.*

127 Nec obſtat textus in *cap. cùm tu* 5. *de Uſur. in fin.* ubi dicitur, quòd *poſſeſſiones, quæ de uſuris comparatæ ſunt, debeant vendi, & ipſarum pretia his, à quibus uſuræ ſunt extortæ, reſtitui.* 128 Nam, ut colligitur ex verbis antecedentibus, ſupponitur, creditorem uſurarium tantum in ſuis facultatibus non habere, ut ſatisfaciat debitoribus; in qua ſuppoſitione prædia, ſi qua ex lucro uſurario comparaverit, vendere, vel in ſolutum dare tenetur.

## §. II.

### *An & qualiter rei uſurariæ reſtitutio ſit facienda?*

129 CÙm ex dictis creditores uſurarii non fiant domini rei ſeu lucri uſurarii, conſequens eſt, quòd, ſi quidpiam acceperint, teneantur ad reſtitutionem, non tantùm in ſua perſona *cap. uſurarum* 1. *cap. quamquam* 2. *de Uſur. in* 6. ſed etiam in perſona hæredum *cap. tua nos* 9. *de Uſur.* qui, licèt ex lucro uſurario nihil participaverint, attamen ſi quid in hæreditate repererint, defunctorum læſam conſcientiam exonerare tenentur *cap. ult. de Sepultur.*

130 *cap. in literis* 5. *de Raptorib.* Quòd ſi facultates hæreditariæ non ſufficiant ad plenam reſtitutionem, debitoribus faciendam, rectiſſimè contra Covarruviam *d. cap.* 3. *n.* 7. hæredes à ſatisfactione abſolvunt Zoëſius ad *tit. de Uſur. num.* 26. & Haunold *cit. tract.* 9. *num.* 461. cùm neque Jus Naturale, neque poſitivum imponat obligationem reſtituendi.

131 Et, ſi plures ſint hæredes, ac unus aut alter non habeant, unde ſolvant, habentes onera deficientium portare non tenentur, veluti tanquàm probabilius ſuſtinent Leſſius *d. cap.*

132 20. *num.* 175. Haunold *d. l. num.* 464. Non obſtante textu in *cap. tua nos* 9. *de Uſur.* ubi deciditur, quòd filii (idem eſt de hæredibus extraneis) *ad reſtituendas uſuras eâ ſint diſtrictione cogendi, quâ parentes ſui, ſi viverent, cogerentur.* 133 Hic ſiquidem textus eſt exaudiendus juxta ſenſum regulæ, quòd obligationes defuncti tam activè quàm paſſivè tranſeant ad hæredes pro rata hæreditatis: ex quo conſequitur, filios vel alios hæredes pro ſua portione eâdem diſtrictione ad uſurarum reſtitutionem eſſe cogendos, quâ parentes, ſi viverent, cogerentur.

134 Eſt autem lucrum uſurarium reſtituendum vel debitoribus, vel eorum hæredibus, vel pauperibus. Debitoribus aut hæredibus reſtituitur, quando aliqui ex illis ſunt ſuperſtites; pauperibus verò, ſi neque debitores, neque hæredes ſuperſint *cap. cùm tu* 5. *de Uſur.* & ibi Gonzalez *num.* 5.

135 Quæres: utrùm obligatio reſtituendi lucrum uſurarium oriatur ex uſura mentali?

Reſp. affirmativè. Textus in *cap. conſuluit* 10. *de Uſur.* Ratio eſt: quia etiam uſura mentalis eſt reprobata; proindeque titulum & jus petendi vel retinendi lucrum uſurarium tribuere nequit. Reiffenſtuel ad *tit. de Uſur. num.* 179. *& ſeqq.*

## §. III.

### *Quænam ſint pœnæ uſurariorum?*

136 USurarii in pœnam criminis fiunt I. inteſtabiles activè, niſi reſtituerint ante mortem, vel de reſtitutione idoneè caverint *cap. quicunque* 2. *de Uſur. in* 6.

137 II. fiunt infames, ſi quantitatem, à Legibus determinatam, exceſſerint *l. improbum* 20.

138 *ff. Ex quib. cauſ. major.* III. fiunt irregulares *cap. maritum* 2. *Diſt.* 33. *cap. ſeditionarius* 8. *Diſt.* 46. &, ſi Clerici ſint, ab officio & beneficio ſuſpenduntur *cap. præterea* 7. *de Uſur.* IV. privantur abſolutione Sacramentali, SS. 139 Euchariſtiâ, & ſepulturâ Eccleſiaſticâ *cap. quia in omnibus* 3. *de Uſur.* Crediderim tamen, has pœnas non incurri, præterquàm ſi aliquis fuerit uſurarius manifeſtus per textum in *cap. cùm in tua diœceſi* 15. *de Uſur.* 140 Et quia

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quia propter tot titulos, pro uſura coloranda allegari ſolitos, non facilè deprehenduntur aut convincuntur fœneratores de crimine: hinc rariſſimè fiunt manifeſti, & pœnæ in foro externo ſubjecti. Confer. Engel ad *cit. tit. de Uſur. in fin.*

# CAPUT III.

## *De Infidelitate, Delictis Clericalibus, & aliis Delictis Eccleſiaſticis.*

INfidelitati, quam maximum eſſe piaculum, nemo non fatebitur, tertium caput & ſedem inter Eccleſiaſtica Delicta conſigno. Huic nonnulla Delicta, ſolis Clericis propria; & iſtis, pro complemento materiæ, cætera Delicta Eccleſiaſtica ſubjungo.

## SECTIO I.

### *De Infidelitate*

SUMMARIA.

*1. Definitur & dividitur infidelitas. 2. & ſeq. Deſcribitur paganiſmus. 4. Eſt impunis. 5. Non tamen tolerandus. 6. & ſeqq. Fœdera cum paganis contra fideles ſunt interdicta. 12. & ſeq. Deſcribitur Judaiſmus. 14. & ſeq. Poteſt tolerari. 16. Non tamen eſt conſultum 17. & ſeqq. Ubi Judæi ſunt recepti, plura ſunt cavenda. 23. Deſcribitur hæreſis. 24. & ſeqq. Explanatur deſcriptio. 28. & ſeq. Oſtenditur, quomodo dubius in fide ſit hæreticus cenſendus. 30. & ſeqq. Agitur de hæreticorum excommunicatione. 35. De irregularitate. 36. Privatione beneficiorum. 37. Privatione ſepulturæ. 38. & ſeqq. Agitur de pœnis temporalibus. 44. & ſeqq. Docetur praxis pœnarum ſpiritualium in Romano imperio. 48. & ſeqq. Demonſtratur uſus pœnarum temporalium. 52. & ſeqq. Pax cum hæreticis ex parte Catholicorum licitè fuit concluſa. 58. & ſeq. Liceátne Catholicis Laicis, ſi docti ſint, cū hæreticis in Imperio diſputare? 60. & ſeqq. Deſcribitur & diſtinguitur ſchiſma. 64. & ſeqq. Illius pœna. 69. & ſeq. Deſcribitur apoſtaſia à fide. 71. Ab obedientia. 72. & ſeq. Ob Ordine. 74. & ſeqq. à Religione. 78. Deſcribitur anabaptiſmus cum ſua pœna.*

### §. I.

### *De Paganiſmo.*

1 INfidelitas, genericè ſumpta eſt, carentia veræ fidei; dividiturque in Paganiſmum,
2 Judaiſmum, & Hæreſin. Paganiſmus eſt crimen infidelitatis, quô fide quis caret ſecundùm omnes veritates, tam in Teſtamento novo, quàm in Teſtamento veteri revelatas. Aliô nomine dicitur gentiliſmus, vel ethniciſmus; aut etiam (prout indigitat in Libro V. Decretal. *Rubrica* tituli VI. *de Ju-*
3 *dæis & Saracenis*) Saraceniſmus. Quamvis, ſi rigoroſè loqui velimus, paganiſmus ex ſe denotet idololatriam, quâ, contemptô verô Numine, & utroque Teſtamento, rebus creatis latriæ cultus exhibetur; ſaraceniſmus autem ſignificet impiam Mahometis ſectam, à Turcis, Tartaris, Perſis, Arabibus, Ægyptiis &c. cultam, quâ, receptô ex parte veteri & novô Teſtamentô, vero Numini aliquis cultus exhibetur, ſed ſecundùm Leges ſpurciſſimi Alcorani. P. Pirhing ad *tit. de Judæis in princ.*

4 Paganiſmum, utut crimen graviſſimum, ab Eccleſia non puniri, colligitur ex notis & noſtris principiis in *Lib. I. tr. de Juriſdict. cap. 2. num.* 114. ubi probatum dedimus, infideles, ex toto tales, Eccleſiaſticæ Juriſdictioni non
ſubeſſe. In Republica tamen Chriſtia- 5
na nullatenùs eſt tolerandus, præſertim ubi ſacra & ſacrificia ſuperſtitioſô more à paganis inſtituuntur: id enim & ipſis Legis Civilibus providè cautum legitur in *l. 1. 2. 4. 5. Cod. de Pagan.* & ſanæ rationi vel maximè convenit, ut etiam Principes Sæculares impediant peccata contra naturam, idololatriam, ſuperſtitionem &c.

Principibus Catholicis quoque prohibitum 6
eſſe, ne fœdera cum paganis contrahant contra fideles: utpote cùm tendant in deſtructionem & perniciem Orthodoxæ fidei, conſtat ex Exod. 23. Deuter. 7. Paralip. 2. 19. *cap. quorundam 6. cap. ſignificavit 11. & ſeqq. de*
*Jud.* Nec officit, quòd de facto videamus, 7
à Principibus Catholicis cum hæreticis iniri
fœdera contra Principes Catholicos: nam 8
talia fœdera ex ſe Religioni Catholicæ non ita repugnant, quin, ſi periculum quoddam ſubſit, per ſpecialia pacta præcaveri nequeat: cùm tamen, qualiacunque ſint pacta, nequeant periculum, ex fœderibus infidelium imminens, excludere: quandoquidem illi, qui nefandas Alcorani Leges ſectantur, putant,
9 obſequium ſe DEO præſtare, ſi pacta, cum Chriſtianis inita, peſſumdent. Quòd ſi tamen periculum evertendæ Religionis etiam in fœderibus hæreticorum amoveri non poſſit, à SS. Canonibus in *Clem. un. de Jurejur.* neutiquàm admittuntur. Conferatur Clariſſ. D. Franciſcus Ignatius de Wolleren in *Quæſtionib. Salisburg. quæſt. 5. à num.* 185. Pignatell. *to. 9. conſult.* 185. *per tot.*

10 Dices: ſi Chriſtianus Princeps ab alio Principe Chriſtiano impetatur bellô, utique non minùs in auxilium vocare poteſt Principem infidelem, non attentô Religionis diſcrimine, quàm alius, qui privatim à latronibus in ſylva invaditur, poteſt invocare ſubſidium Turcæ cujusdam aut Tartari, fortè tranſeuntis, eſto prævideat periculum vitæ corporis & animæ, quod ſubeunt latrones.

Reſp. diſparitatem ſat energicam occurre- 11
re. Nam, ſi latrones quempiam invadant, agunt injuſtè, damnumque, in quod ſponte ſe præcipitant, culpæ propriæ tenentur adſcribere. At, ubi Princeps Chriſtianus alterum impugnat, & Paganos aut Saracenos in ſuppetias advocat, Religio Chriſtiano-Catholica nihil agit, ſed innocenter & injuſtè patitur. Damnum itaque, quod evenit, non Religioni periclitanti, ſed Principi, Religionem per iniquum fœdus in periculum adducenti, attribui debet. Plures objectiones & rationes dabunt citati Authores.



### §. II.

### *De Judaiſmo.*

12 JUdaiſmus eſt crimen infidelitatis, quô veteris Legis obſervantia Legi novæ præfertur. Quantumvis enim Lex vetus, digitô DEI conſcripta, & per Moyſen Hebræo populo promulgata fuerit: quia tamen (quoad præcepta cæremonialia & judicialia) ſolùm erat umbra & figura eorum, quæ in Teſtamento novo erant ſancienda, proindeque
13 cum adventu Legis novæ diſparuit: hinc graviter errant & peccant Judæi, quòd Legem veterem, jam abrogatam, anteponant Legi novæ, non ſinè contemptu Legislatoris Chriſti Domini, credentes, eum venturum, cùm (ut vel ipſa Evangelii dilatatio, in toto terrarum orbe facta, luculenter convincit) jam pridem advenerit.
14 Nihilominùs in Republica Chriſtiana tolerari poteſt Judaiſmus per textum in *cap. Judæi 3. & cap. conſuluit 7. de Judæis & Saracen.* ubi permittitur Judæis, Synagogas veteres reparare, novas autem in locis, ubi permixti cum Chriſtianis vivunt, ædificare prohibetur.
15 Rationem dat Gonzalez ad *cit. cap. Judæi n.* 10. quia cæremoniæ, ritus, & mores Judaici, tametſi poſt promulgationem Legis Chriſtianæ ponantur illicitè, veritatem tamen Evangelii, ſicut umbra lucem, declarant, juxta illud D. Auguſtini, contra Fauſtum *cap.* 23. dicentis: *quid eſt aliud hodie gens iſta, niſi quædam ſcriniaria, bajulans Legem & Prophetas, ad teſtimonium aſſertionis Eccleſiæ, ut nos honoremus per Sacramentum, quod illa nuntiat per literam.*
16 Suadere tamen nolim, ut perfida Judæorum gens, cùm præter infidelitatem uſurariâ pravitate, dolis, fallaciis, & vitiis aliis plerumque ſordeſcat, tam facilè recipiatur in pagos, urbes, provincias, prout etiam ab hac provincia Salisburgenſi ſalubri conſiliô exeſſe juſ-
ſa eſt. Quin & ſi alicubi ſint recepti, 17
Chriſtianis I. cavenda eſt nimia cum ipſis familiaritas: nec enim domos ipſorum inhabitare, operam medicam ab illis expoſcere, convivia accedere, ſervitia ad longum tempus obire, conjugia inire &c. licet *cap. Judæi* 10.
*& plurib. ſeqq. XXVIII. q. 1.* II. ipſimet 18
Judæi ſacra & ſabbata juxta Moſaicam Legem celebrare poſſunt; à Chriſtianis tamen impediri, turbari, vel ad judicium tunc citari non
debent *cap. ſicut Judæi 9. de Judæis.* III. 19
ad munera civilia & officia publica Judæis acceſſus non patet, ſed abſonum & abſurdum eſt, inſenſos Chriſtiadûm hoſtes Chriſtianis præficere *cap. cùm ſit nimis 16. d. t.* ubi Gon-
zalez in *commentar. l. ult. Cod. eòd.* IV. 20
poſſunt quidem cum Chriſtianis inire contractus, & actiones contra illos intentare, ſed coram Judice non alio, quàm Chriſtiano *l.*
*Judæi 8. l. ſi qua 15. Cod. d. t.* V. ut no- 21
tam habeant characteriſticam, quâ diſcernantur à Chriſtianis, aliis uti veſtimentis obſtringuntur *cap. in nonnullis 15. d. t.* ubi Gonza-
lez *num.* 2. VI. ſervi Judæorum, ad 22
Chriſtiana ſacra per Gratiam Divinam converſi, libertatem ipsô factô recipiunt: quoniam nefas eſt, Chriſtianum mancipium à Judæo poſſideri *cap. præſenti 1. cap. multorum 2. de Judæis & t. t. Cod. Ne Chriſtianum mancipium &c.* filiusfamilias autem, ſic converſus, ipsô jure liberatur à poteſtate patria, ſuique juris, quantùm ad favorabilia, efficitur, veluti Paulus III. declaràſſe refertur à P. Engel ad *titul. de Judæis num.* 13. Videatur Illuſtriſſimus Vincentius Petra *Commentar. Apoſtol. to. 3. pag. 20. à num.* 1.

## §. III.
### *De Hæreſi.*

23 HÆreſis, quæ prô dolor in noſtris partibus
vehementiùs invaluit, eſt crimen in-
fidelitatis, quô homo Chriſtianus errorem
voluntarium contra fidem Catholicam cum
pertinacia tuetur.
24 Dixi I. *quô homo Chriſtianus.* Antequàm
enim ſacrâ baptiſmatis undâ quis luſtretur, &
primô Chriſtianorum charactere inſigniatur,
tametſi veritati Catholicæ diſſentiat, in ſen-
ſu tamen Juris Canonici, ſaltem quoad pœ-
nas, hæreticus eſſe non cenſetur. P. Wieſtner
ad *tit. de Hæretic. num.* 3.
25 Dixi II. *errorem voluntarium.* Nam igno-
rantia, quâ quis neſcit, hunc vel illum arti-
culum ad fidem pertinere; metus, quô ali-
quis adigitur, vel negare vel blaſphemare fi-
dem; vis, quâ compellitur, cultum, hæreti-
cis proprium, DEO conteſtari, faciunt, ut
aliquis, coram DEO ſaltem, hæreticus non
habeatur per *cap. poteſt fieri* 52. *de Pœnit. Diſt.* 1.
Magnif. P. König *p. m. ad tit. de Hæretic. n.* 10.
26 Dixi III. *contra fidem Catholicam.* Eſt au-
tem contra fidem Catholicam, quod adver-
ſatur veritati, quam Pontifex, ex Cathedra
loquens, aut Concilium generale, Pontificis
authoritate congregatum, definivit, & do-
ctrinam contrariam ut hæreticam damnavit.
P. Engel ad *cit. tit. num.* 1.
27 Dixi IV. *cum pertinacia tuetur.* Sola itaque
pertinacia, quâ aliquis ſciens, ſententiam,
quam defendit, Eccleſiæ definitioni repugna-
re, ei nihilominùs adhæret, hæreticum fa-
cit, velut ex *cap. damnamus* 2. *de SS. Trinit.* lu-
culenter deducitur, ubi error Joachimi Ab-
batis, quaternitatem in Trinitate propug-
nantis, damnatur ut hæretica, quin damne-
tur Joachimus, qui doctrinam ſuam Eccleſiæ
Romanæ judicio ſubjecit. Adſtipulatur tex-
tus in *cap. dixit* 29. *XXIV. q.* 3. *Clem. un. d. t.*
Illuſtriſſ. Vincentius Petra *Commentar. Apoſtol.*
*to.* 1. *pag.* 138. *num.* 24.
28 Hinc reſolvendum eſt illud dubium: utrùm
dubitans in fide ſit hæreticus cenſendus?
Nempe, qui præciſè dubitat, cùm in pertina-
cia non verſetur, nec aſſenſum erroneum
veritati contra fidem adhibeat, ſed potiùs ſu-
29 ſpendat, hæreticus non cenſetur. Sin
autem ſe reflectat ad definitionem Eccleſiæ,
& tamen aſſenſum non ſubmittat, ſed pendu-
lum habeat, eſt hæreticus cenſendus: quippe
cùm authoritatem Eccleſiæ vocet in dubium,
& reipsâ circa motivum credendi pertinaciter
exiſtimet, ſe, ſtante Eccleſiæ definitione, de
veritate alicujus articuli dubitare poſſe. Sic-
que textum accipio in *cap. dubius* 1. *de Hæretic.*
ibi: *dubius in fide, infidelis eſt.* Gonzalez *ibid.*
*num.* 10.
30 Cæterùm, licèt hæretici jugum Eccleſia-
ſticum velint excutere, non poſſunt tamen
à ſubjectione, quam in baptiſmo ſunt profeſ-
ſi, ſemet liberare: idcircò pœnas, & nu-
merô & naturâ grandes, tam ſpirituales, quàm
temporales, ſuſtinere tenentur. Et 31
quidem ex ſpiritualibus I. pœna eſt excom-
municatio latæ ſententiæ, Summoque Pon-
tifici reſervata *cap. cùm Chriſtus* 7. *cum.* 2. *ſeqq.*
*cap. excommunicamus* 13. *in pr. de Hæretic. Bul-*
*la Cœna Domini caſu* 1. Quæ pœna in *cit. cap.*
13. §. *credentes* extenditur etiam ad fautores,
defenſores, receptatores, & adjutores hære-
ticorum in ipſa cauſa hæreſeos. Gonzalez ad
*cit. cap. num.* 6. Engel ad *cit. tit. num.* 8. Ex- 32
tenditur etiam in Bulla Cœnæ ad illos, qui
libros hæreticorum, vel de Religione tractan-
tes, vel hæreſin continentes, ſinè ſpeciali Se-
dis Apoſtolicæ licentia legunt, retinent, im-
primunt, vel quomodòlibet defendunt.
Reſtringitur tamen & ceſſat in illis, qui libros 33
Juridicos, Medicos, Hiſtoricos, ab Hæreti-
cis conſcriptos, & unâ vel alterâ propoſitio-
ne hæreticâ reſperſos, legunt. P. Engel *cit.*
*l. num.* 10. Niſi in indicem librorum prohibi-
torum relati fuerint. Layman *Theol. Moral.*
*lib.* 2. *tr.* 1. *cap.* 15. *num.* 4. Imò, ut 34
notat ex Becano *cit.* Layman & Pirhing ad
*tit. de Hæretic. num.* 20. in Germania, ſi Bulla
Cœnæ vel Index librorum prohibitorum quo-
ad cenſuras, ibidem ſtatutas, in tanto rigore
non ſtringat, non ſunt excommunicati, qui
libros hæreticorum legunt. Vix tamen
mortale peccatum evitatur, dum periculum
erroris aut ſeductionis etiam in piiſſimis & do-
ctiſſimis Lectoribus plerumque ſubeſt, &
inſertæ doctrinæ venenum eò pernicioſiùs bi-
bitur, quò minùs advertitur, ut ſtudioſè no-
tavit Petra *cit. l. pag.* 136. *num.* 17. Et ideò
lectio talium librorum maximoperè diſſuade-
ri debet.
II. pœna eſt irregularitas, quam, ſi hæreſis 35
notoria ſit, incurrunt hæretici, ipſorum de-
ſcendentes ex linea paterna usque ad ſecun-
dum, & ex linea materna usque ad primum
gradum; nec non receptatores, fautores,
defenſores *cap. ad abolendam* 9. *de Hæretic. cap.*
*quicunque* 2. §. *hæretici. cap. ſtatutum* 15. *eòd. in* 6.
III. pœna eſt privatio beneficiorum & dig- 36
nitatum Eccleſiaſticarum, tam obtinenda-
rum quàm obtentarum, quæ hæreticis ipsô
jure; liberis autem, defenſoribus, & recepta-
toribus per ſententiam infligitur *cap. excom-*
*municamus* 13. §. *credentes de Hæretic. cap. ut com-*
*miſſi* 12. §. *privandi d. t. in* 6.
IV. pœna eſt privatio ſepulturæ Eccleſia- 37
ſticæ, non ſolùm pro hæreticis, ſed etiam
tutoribus & adjutoribus eorum ſtatuta, ita
quidem, ut, qui ejus generis hominum cada-
vera ſepulturæ mandare præſumpſerint, ex-
communicationem incurrant, priùs non ab-
ſolvendi, quàm ſi cadavera rurſus exhuma-
verint *cap. ſicut ait* 8. *de Hæretic. cap. quicunque*
2. *in pr. eòd. in* 6.
Ex pœnis temporalibus I. eſt infamia Juris, 38
quæ



quæ hæreticos & ipſorum aſſeclas & fautores
comitatur, quando per integrum annum con-
tumaciter in excommunicatione perſeve-
rant *cap. excommunicamus* 13. §. *credentes de*
*Hæretic.*
39 II. eſt inteſtabilitas, tam activa, quàm paſ-
ſiva, ratione cujus hæretici (per ſpatium
unius anni perſiſtentes in contumacia) ne-
que teſtamentum condere, neque hæredes
inſtitui poſſunt *d. cap. & §.* junctâ *l. Mani-*
*chæos* 4. §. 2. *&* 5. *Cod. eòd.* teſtamentum ta-
men, ante ſententiam declaratoriam condi-
tum, valere, ſed reſcindi poſſe, tradit ex Fari-
naceo P. Wieſtner ad *cit. tit. n.* 65.
40 III. eſt amiſſio poteſtatis, tum patriæ tum
dominicæ, per ſententiam inducenda, adeò
tamen, ut liberi ſtatim ex die commiſſi crimi-
nis ſui juris fuiſſe intelligantur *d. cap. quicun-*
*que* 2. §. *ult. d. t. in* 6. ſubditi verò, ſervi, vel
vaſalli ab obligatione fidelitatis & obſequii
ante ſententiam abſoluti non cenſeantur *d.*
*cap. excommunicamus* 13. §. *credentes cap. ult.*
*de Hæretic.*
41 IV. eſt confiſcatio bonorum, quæ, ſi hære-
ticus ſit perſona Eccleſiaſtica, poſt ſenten-
tiam criminis declaratoriam Eccleſiæ, cui ſer-
vierat, per Judicem Eccleſiaſticum applican-
42 tur *d. cap. excommunicamus* §. *damnati;* Sin
verò perſona ſit laica, poſt ſententiam, in Cu-
ria Eccleſiaſtica publicatam, fiſco Principis
per Judicem Sæcularem incorporantur *cap.*
*cùm ſecundùm* 19. *de Hæretic. in* 6.
43 V. eſt pœna capitalis (& ex conſuetudine
pœna ignis) quæ dictatur hæreticis, quando
ſunt incorrigibiles, atque moniti non reſi-
piſcunt; præmiſſâ tamen, ſi Clerici fuerint,
degradatione, & factâ extraditione Curiæ
Sæculari *cap. ad abolendam* 9. *cap. excommunica-*
*mus* 15. *in pr. de Hæretic. cap. quoniam* 1. *eòd. in* 6.
*l. Manichæos* 4. §. 4. *l. Arianos* 5. *& l. quicunque* 8.
§. 1. *Cod. d. t.* Covarruv. *Var. reſolut. lib.* 2.
*cap.* 10. *n.* 10. Engel ad *tit. cit. n.* 15. Braun
de *Imperio mero cap.* 1. §. 4. *n.* 9.
44 Pœnas, hucusque recenſitas, à Lutheranis
& Calviniſtis in Imperio noſtro Romano-
Germanico penſi haberi, poſtquàm eorum
ſecta per Pacificationem Religioſam de An-
no 1555. & Weſtphalicam ſeu Monaſterien-
ſem de Anno 1648. tolerata fuit, lugubris
45 experientia teſtatur. Interim quoad
pœnas Eccleſiaſticas vix eſt, ut illa pacificatio
quidquam roboris habere valeat: quando-
quidem S. Pontifex, cujus eſt, pœnas ſpiri-
tuales relaxare, nunquàm in eandem conſen-
ſit, ſed potiùs, ut conſtat ex Bulla Innocentii X.
quæ incipit: *Zelô Domûs DEI &c.* Annô 1648.
die 20. Nov. editâ, contradixit, ac, quæ Ca-
tholicæ Religioni, Divino cultui, animarum
ſaluti, eidem Sedi Apoſtolicæ Romanæ, & in-
ferioribus Eccleſiis, ac Ordini & Statui Eccle-
ſiaſtico, illorumque perſonis, membris, rebus,
bonis, Jurisdictionibus &c. præjudicant, irrita-
46 vit. P. König ad *tit. de Hæretic. n.* 28. Et,
licèt in his partibus Catholici cum Acatho-
licis abſque ſcrupulo contrahant, negotien-
tur, & promiſcuè communicent; per hoc ta-
men excommunicatio ſecundùm effectum
principalem, privationem nempe jurium &
bonorum ſpiritualium, non cenſetur eſſe ſub-
lata. Nam, ut conſtat ex *tract.* 1. *cap.* 3. 47
*à num.* 222. poteſt quis excommunicatus eſ-
ſe, non tamen in foro externo vitandus, quan-
do poſt *Extravag. Martini V. ad evitanda ſcan-*
*dala* non fuit denuntiatus. Illuſtriſſ. Vincentius
Petra *comment. Apoſt. tom.* 3. *pag.* 183. *à n.* 39.
cujusmodi ſuô ſenſu cenſeri poſſunt hæretici
in Germania, qui, ad evitanda majora mala,
denuntiari non ſolent.
Verùm quoad pœnas temporales trans- 48
mitti poteſt, illas in tanto rigore in foro ſæcu-
lari non ſtringere: nec enim, ut videmus,
infames reputantur, nec amittunt bona; nec
excidunt poteſtate patriâ vel dominicâ, nec
inteſtabiles aut inhabiles ad munera publica
judicantur. Eatenùs igitur per con- 49
ventionem & pacificationem à pœnis tempo-
ralibus immunes videntur, quatenùs tran-
quillitas Reipublicæ Germanicæ non aliter,
quàm, impunitate hâc conceſſâ, ſperari po-
terat. Layman *Theol. Moral. cit. lib.* 2. *tract.* 1.
*cap.* 16. *ſub num.* 4. P. Engel ad *tit. de Hæretic.*
*num.* 16. P. Pirhing *ibid. n.* 83. P. Wieſtner
*ſub num.* 70. Nihilominùs in foro Ec- 50
cleſiaſtico ne quidem temporales pœnas eva-
dunt hæretici, ſed, ſi Clericus aut Religioſus
in hæreſim incidat, à Superiore Eccleſiaſtico
non aliter coërceri valet, quàm ſi nulla pax
unquam concluſa fuiſſet: partim quia pacifi-
catio, tam Religioſa, quàm Weſtphalica,
quoad cives & ſubditos Imperii Romani na-
turam Legis Civilis obtinet, quæ, ſi diſcrepet
à Lege Eccleſiaſtica, in foro Canonico non
attenditur. P. König *cit. num.* 28. partim quia 51
non ſolùm Religioſi, ſed etiam Clerici favori-
bus & immunitatibùs, ſi quos ex pacificatio-
ne habere poſſent, renuntiare videntur, dum
ſpecialem obedientiam ſpondent Superiori-
bus Eccleſiaſticis, eorumque Jurisdictioni ſe
ſubjiciunt; qualem renuntiationem eſſe va-
lidam, ex pluribus locis Inſtrumenti Pacis
Monaſterienſis demonſtrari poteſt: eò quòd
nemo cogatur, illius exemptionibùs uti, ſi
ſponte non velit.
Quæres: an ergo Status & Principes Ca- 52
tholici ſalvâ conſcientiâ Pacem Religioſam &
Weſtphalicam potuerint concludere, Lu-
theri & Calvini ſectarum liberum exercitium
permittere, tot Epiſcopatus, Prælaturas, &
alia bona Eccleſiaſtica Acatholicis cedere,
ipſamque Jurisdictionem Eccleſiaſticam in
terris Proteſtantium ſuſpendere &c?
Reſp. affirmativam argumentis permultis 53
olim ab Illuſtriſſimo Joanne Caramuele de-
fenſam eſſe in ſpeciali tractatu, cui titulus:
*S. R. I. Pax licita demonſtrata.* Horum prin-
ceps & principale eſt: quia ſub illud tempus,
quô pax erat ſancita, concurrerunt tales cir-
cumſtantiæ, ut tota Religio Catholica, uni-
verſa bona Eccleſiaſtica, & omnimoda Juris-
dictio Epiſcopalis in toto Imperio diſcrimini

Hh 2 maniſe-

54 manifeſto fuerint expoſita. Potuerunt
itaque Status & Principes Orthodoxi ſalvâ
conſcientiâ ſectas heterodoxas in aliquibus
partibus tolerare, quosdam Epiſcopatus &
Prælaturas cedere, & Juriſdictionem Epiſco-
palem in nonnullis territoriis ſuſpendere, ne
Religio Catholica pereat in toto Imperio, bo-
na Eccleſiaſtica univerſim amittantur, Juris-
dictio Eccleſiaſtica quoque penitus extingua-
55 tur. Eſt quippe principium immotum,
& in lumine naturali fundatum, quòd, ſi duo
concurrant mala, quorum utrumque vitari
nequit, non tantùm poſſit, ſed debeat permitti
minus, ut evitetur majus: utpote cùm per-
miſſio minoris mali in majori involvatur; &
56 idcirco non libera, ſed neceſſaria ſit. Con-
firmatur argumentum ex eo, quòd Status Ca-
tholici in tractatu pacis ſe tantùm habuerint
negativè vel permiſſivè, non autem poſitivè
vel approbativè; nec dederint Acatholicis
jus, introducendi & fovendi hæreſin, aufe-
rendi Eccleſiæ bona, vel eximendi ſe à Juris-
dictione Eccleſiaſtica, ſed tantùm de facto diſ-
ſimulaverint, & toleraverint, quod propter
virium tenuitatem impedire vel infringere
non poterant. Unde, ſicut in aliis caſibus,
quando tolerantur mala, quæ impediri non
valent, conſcientia non violatur, veluti con-
ſtat in uſuris & lupanaribus: ſic etiam illæſâ
conſcientiâ tolerârunt Ordines & Proceres
Catholici, quod tollere non potuerunt.
57 Si putes: Magnates Catholicos debuiſſe
ſpem ſuam in DEO reponere, cui nec impoſ-
ſibile nec difficile fuiſſet, puſillo Catholico-
rum gregi fortiter aſſiſtere. Contra
ſic arguitur: quia, dum ad manus cerni-
mus humana vel naturalia media, non tene-
mur ad ſupernaturalia confugere: cætero-
quin, qui conſtitutus eſt in periculo occiſio-
nis, non poſſet ſe defendere, & aggreſſo-
rem præveniendô occidere, ſed potiùs à
DEO ſuppetias per miraculum exſpectare
deberet.
Petes adhuc: liceátne Catholicis & laicis 58
in Imperio Romano de rebus fidei cum Aca-
tholicis diſputare?
Reſp. quamvis aliàs de Jure Communi lai-
cis ſub pœna excommunicationis ferendæ
ſententiæ fuerit interdictum, ne de rebus fi-
dei cum hæreticis diſputent *cap. quicunque 2.*
*§. inhibemus de Hæretic. in 6.* quia, dum exactâ
de myſteriis & arcanis fidei ſcientiâ deſtituun-
tur, ordinariè plus obſunt, quàm proſunt: ni-
hilominùs in Imperio laicis, ſaltem doctis, id
conceſſum eſſe, cum Sanchez, Becano, & Pa-
lao ſuſtinet P. Wieſtner ad *tit. de Hæretic.*
*num.* 29. Cujus ratio eſt: quia, ex quo lai-
cis eſt permiſſum, communicare cum hære-
ticis, non rarò evenit occaſio diſputandi;
quam proinde ſi laici, etiam docti, propter
Eccleſiæ prohibitionem ſubterfugere tene-
rentur, hæretici ſcandalum ſumerent, ac cre-
derent, ſe in ſecta, quam tuentur, adeò ſolidè
fundatos eſſe, ut Catholici cum ipſis congre-
di non audeant.
Inquires denuò: quis ab hæreſi poſſit ab- 59
ſolvere?
Reſp. vi Concilii Tridentini poteſtatem ab
hæreſi occulta abſolvendi competere Epiſco-
pis juxta *ſeſſ. 24. de ref. cap. 6.* eandem tamen
poteſtatem per Bullam Cœnæ Epiſcopis
ademptam, ſummóque Pontifici reſervatam
eſſe, pluries reſolutum eſt à S. Congregatio-
ne, dicti Concilii Interprete, prout in una
Hiberniæ primùm Anno 1690. 9. Septembr.
factum, atteſtante ſic Vincentio Petra *com-*
*ment. Apoſtol. tom. 1. pag. 178. num. 19. & pag.*
*ſeq. num.* 20. ubi ſcribit, decretô Tridentini
per Bullam citatam ſatis eſſe derogatum, licèt
illius expreſſa & ſpecifica mentio facta non
fuerit, allegans aliam declarationem, & deci-
ſionem Rotæ 260. *n. 9. p. 7. recent.*

## §. IV.

### *De Schiſmate.*

60 HÆreſi cognatum eſt ſchiſma, dictum
à ſciſſura, & definitum, quòd ſit Deli-
ctum, per quod ab unitate Eccleſiæ univer-
ſalis, quatenùs corpus aliquod myſticum
61 conſtituit, aliquis ſeparatur. Poteſt au-
tem quis dupliciter ab Eccleſia ſeparari. Pri-
mò ex ſola malitia, quando ſcilicèt non negat,
Summum Pontificem Eccleſiæ Caput & Su-
premum Antiſtitem exiſtere, illius tamen re-
gimini & imperio collum ſubmittere detre-
ctat: vel quia palato & arbitrio ſuo manda-
ta Pontificia non ſapiunt; vel quia libertatem
ſuam impenſiùs fovendam exiſtimat, ſi potiùs
ab inferiori Præſule, quàm Summo, juſſa ca-
62 peſſat. Secundò cum errore volunta-
rio contra fidem, ut ſi quis ea de cauſa fide-
lium unitati ſe ſubtrahat, quia pertinaciter
ſibi perſuadet, eam unitatem vel non eſſe ve-
ram Eccleſiam, vel caput illius viſibile non
eſſe Romanum Pontificem *Extravag. unam*
*Sanctam. de M. & O. inter commun.* P. Engel
ad *tit. de Schiſmatic. n.* 1. Hæc tamen 63
diſtinctio, ſicuti citatus Author obſervat,
ſpeculativè tantùm procedit; practicè verò
vix unquam invenitur ſchiſma, non habens
conjunctam hæreſin, idipſum confirmante D.
Hieronymo in *cap. inter hæreſim 26. XXIV. q. 3.*
ubi *nullum ſchiſma*, ait, *non aliquam ſibi confingit*
*hæreſin, ut rectè ab Eccleſia receſſiſſe videatur.* Ad-
ſtipulantur P. König ad *cit. tit. num.* 7. & P.
Wieſtner *num.* 2.
Schiſmatici in pœnam criminis I. incidunt 64
in excommunicationem, in Bulla Cœnæ Pon-
tifici reſervatam. II. omnibus honori- 65
bus, dignitatibus, & beneficiis Eccleſiaſticis
privantur *cap. un. de Schiſmatic. in 6.* quod *cap.*
per *Extravag. un. eòd. tit. inter commun.* revo-
catum eſt. III. collationes, ordina- 66





tiones, & omnes actus Juriſdictionales nulli-
ter & invalidè peragunt *cap. quod à prædeceſſo-*
*re 1. de Schiſmatic.* Revideri tamen velim,
quæ digeſta ſunt in *Lib. I. tr. de Poteſt. Ord. cap. 2.*
67 *à num.* 26. IV. ſecundùm aliquos fiunt
irregulares; quibus non aſſentior, ob gene-
ralem regulam, quòd ſinè manifeſto textu,
qualis hic deficit, non contrahatur irregula-
ritas *cap. is qui 18. de Sent. excommunicat. in 6.*
P. Wieſtner *cit. l. num.* 11. P. Reiffenſtuel
ad *cit. tit. de Schiſmat. n.* 15. V. ſi ſchiſ- 68
ma contineat hæreſin, ſubjacet omnibus pœ-
nis, in hæreticos conſtitutis. Schambogen ad
*tit. de Schiſmat. n.* 12.

## §. V.

### *De Apoſtaſia.*

69 AB hæreſi parum ſubinde differt apoſtaſia,
quando nimirum eſt *apoſtaſia à fide*, quâ
totaliter à Religione Catholica, quondam ſu-
ſceptâ, receditur, & Judaiſmus v. g. aut paga-
70 niſmus eligitur. Quamobrem integer
pœnarum apparatus, quibus hæretici com-
peſcuntur, ad apoſtatas à fide, eorumque fau-
tores, receptatores, & defenſores extenditur
in *cap. contra Chriſtianos 13. de Hæretic. in 6.*
Nec tantùm id procedit de Jure Canonico,
ſed etiam de Jure Romano-Germanico: quip-
pe cùm alii ſectarii, quàm Lutherani & Cal-
viniſtæ, vi Pacis non tolerentur. P. König ad
*tit. de Apoſtat. n.* 9.
71 Præter apoſtaſiam à fide reperitur adhuc
triplex ſpecies, apoſtaſia ab obedientia, ab Or-
dine, & à Religione. Apoſtaſia ab *obedientia*
eſt Delictum, quô aliquis Superioribus, legi-
timè conſtitutis, & agnitis, præfractè renuit
obedire, excommunicatione propterea cum
infamia plectendus *cap. ſi autem 11. XI. q. 3.*
*cap. ſi quis 2. de M. & O.*
72 Apoſtaſia ab *Ordine* ſeu Clericatu eſt Deli-
ctum, quô Clericus, in majoribus conſtitutus,
dimiſsô habitu, deſertóque Ordine Clericali,
tranſit ad ſtatum ſæcularem: ideóque nota-
tur infamiâ per *cap. alieni 23. II. q. 7.* &, ſi ter-
tiâ vice monitus non reſumpſerit habitum,
amittit privilegium canonis & fori *cap. prate-*
*reà 1. de Apoſtat. cap. in audientia 25. cap. con-*
73 *tingit 45. de Sent. excommunicat.* Dixi:
*Clericus, in majoribus conſtitutus:* nam Clericus
in minoribus, ſicuti ſtatum perpetuum per
votum continentiæ non aſſumit, ita, ſi rever-
tatur ad ſtatum laicalem, apoſtata non repu-
tatur; licèt privilegiô canonis & fori non
ampliùs gaudeat. Gonzalez ad *cit. cap. prate-*
*reà 1. n.* 8.
74 Apoſtaſia à *Religione* eſt Delictum, quô Re-
ligioſus ab Ordine approbato, quem cum
emiſſione trium votorum ſubſtantialium vo-
verat, abſque propoſito redeundi propriâ te-
meritate diſcedit. Ubi quidem non conve-
nit inter DD. utrùm requiratur ad talem apo-
ſtaſiam depoſitio habitûs regularis; dum in
affirmativam propendent Panormit. in *cap.*
*ult. h. t. n. 1. & 2.* Fagnanus *ib. n.* 7. P. König
ad *eund. tit. n.* 12. negativæ patrocinantibûs
Tamburinô de *J. A. tom. 3. diſp. 8. quæſt. 1. n. 1.*
Gonzalez ad *cit. cap. ult. n.* 4. Pirhing ad *eund.*
*tit. n.* 8. Wieſtner *ibid. n.* 4. ex ea ratione,
quòd, ſicut habitus non conſtituit, ita nec de-
ſtituat aut deſtruat Monachum. Atta- 75
men quoad excommunicationem latæ ſen-
tentiæ incurrendam juxta *cap. ut periculoſa 2.*
*Ne Clerici vel Monachi in 6.* uti & quoad amiſ-
ſionem privilegiorum Ordinis, præcedente
ſaltem ſententiâ declaratoriâ, juxta Concil.
Trid. *ſeſſ. 25. de Regular. cap.* 19. infligendam,
requiritur habitûs dimiſſio. At quoad
irregularitatem, quâ Religioſus apoſtata SS.
Ordines, in apoſtaſia ſuſceptos, etiam poſt
converſionem & reditum ad Monaſterium
exercere nequit, in *cap. ult. de Apoſtat.* nulla
fit diſtinctio, num habitum depoſuerit vel re-
tinuerit.
Porrò de Religioſis apoſtatis, fugitivis, aut 76
ejectis ſalubriter ſtatuerunt Jura Canonica,
ut à Prælatis ſuis annuatim & ſollicitè requi-
rantur, ac vel in iiſdem, vel in aliis ejuſdem
Ordinis Monaſteriis ad agendam pœniten-
tiam recipiantur. Textus in *cap. ult. de Regu-*
*lar.* & varia S. Congregationis decreta, quæ
exhibet P. de Ameno *de incorrigibil. expulſ. p. 1.*
*à pag. 5.* Teſtatur etiam Vincent. Petra *com-*
*mentar. Apoſtol. tom. 4. pag. m. 511. n. 23.* à S.
Congregatione non adeò difficulter tranſi-
tum ad Religionem laxiorem apoſtatis & eje-
ctis concedi, ſi modò Regularis obſervantia
in ea vigeat.
Si quæras: an igitur Regulares ab Ordine 77
& Monaſterio ſubinde liceat ejicere, vel ex-
pellere?
Reſp. quòd liceat, ſi concurrant ſequentia.
I. eſt, ſi quis gravi crimine ſit infectus, non tan-
tùm ex natura ſua, ſed etiam ex circumſtantiis,
puta quòd pacem & quietem inter Confratres
turbare, vel aliàs Nomen & Ordinem verbis
& operibûs turpare ſoleat. II. ſi, præmiſsâ
monitione paternâ, nec non correptione Re-
gulari, etiam in jejunio & pœnitentia per ſex
menſes carceri fuerit mancipatus. III. ſi
poſt hæc omnia fuerit deprehenſus incorrigi-
bilis. Ita Sacra Congregatio in decreto juſ-
ſu & authoritate Urbani VIII. 21. Septembr.
1624. editô; nec non in decreto alio, autho-
ritate & nomine Innocentii XII. b. m. 1. Mar-
tii 1695. publicatô, ubi carcer annuus, olim
præſcriptus, in ſemeſtralem eſt mutatus. Vid.
*cit.* P. de Ameno *tot. p.* 1.
Cum Apoſtaſia in *tit. de Apoſtatis & reiteran-* 78
*tibus baptiſma* connectitur anabaptiſmus, hoc
eſt, crimen, quô baptiſma, ſemel legitimè
ſuſceptum, reiteratur; & in anabaptiſtas in

*cap. ex literarum 2. d. t. cap. confirmandum 59. Diſt. 50. cap. afros 3. Diſt. 98.* decernitur irregularitas; de Jure Civili verò dictatur ultimum ſupplicium in *l. ſi quis 2. Cod. Ne ſanctum baptiſma &c.* Reiffenſtuel ad *cit. tit. de Apoſtat. num. 34. & ſeqq.*

# SECTIO II.

## De Delictis Clericalibus.

### SUMMARIA.

*79. & ſeq. Venatio perſonis Eccleſiaſticis ſub pœna eſt interdicta. 81. & ſeq. Piſcatio ipſis eſt licita. 83. Quin & venatio modeſta. 84. Et ex conſuetudine nonnunquam clamoroſa. 85. Clericis eſt vetita percuſſio. 86. Niſi fiat ex cauſa diſciplinæ. 87. Clericus cenſuratus absque pœna miniſtrare nequit. 88. Idem eſt, ſi miniſtret in Ordine non-ſuſcepto. 89. & ſeq. Aut ſi per ſaltum ſit promotus. 91. & ſeq. Qui Minores Ordines ante tonſuram accipit, quoad pœnas non cenſetur per ſaltum promotus. 93. & ſeq. Furtiva Ordinum ſuſceptio punitur. 95. Recenſentur exceſſus Prælatorum. 96. Et ſubditorum.*

## §. I.

### De Clerico Venatore.

79 PRogredior ad Delicta Clericalia, ſoliſque Clericis & perſonis Eccleſiaſticis propria, eô ordine, quô proponuntur in *Lib. V. Decretal.* Occurrit autem in *tit. 24. ſub rubrica de Clerico Venatore* inprimis venatio, quæ, tametſi res ſecundùm ſe ſit indifferens, Jureque Naturali & Gentium omnibus permiſſa; Clericis tamen Sæcularibus & Regularibus eſt prohibita in *cap. Epiſcopum 1. cap. omnibus 2. de Clerico Venatore Clem. ne in agro 1. §. porro de Statu Monachor.* Trid. Concil. *ſeſſ. 24. de ref. cap. 12.*
80 Adeò quidem, ut, ſi Epiſcopi ſæpiùs in venatione deprehenſi fuerint, in *cit. cap. Epiſcopum 1.* tribus menſibûs; ſi Presbyteri, duobus à communione ſegregari; &, ſi Diaconi extiterint, ab officio ſuſpendi jubeantur. Sed

81 Advertendum I. hanc prohibitionem cum ſua pœna coarctari ad ſolam venationem ſylveſtrem ſeu terreſtrem & aëream ſeu aucupium: nam piſcatio, Diſcipulis & Apoſtolis Domini perquàm familiaris, nunquam Clericis noſcitur interdicta per textum in *cap. nunquàm 32. ℣. texantur de Conſecrat. Diſt. 5.* & *cap. Eſau 11. Diſt. 86.* ubi D. Hieronymus, Eſau, inquit, *venator erat, quia peccator erat. Et penitus non invenimus in Scripturis Sanctis Sanctum aliquem venatorem, piſcatores invenimus Sanctos.*
Diſparem rationem piſcatio- 82
nis & alterius venationis aſſignat P. Engel, quòd iſta magis diſſolvat clericalem modeſtiam, & manſuetudinem ex ferarum ſanguine faciat obrigeſcere, quàm illa.

Advertendum II. venationem ſylveſtrem 83
aliam dici clamoroſam, quæ cum magno hominum, canum, accipitrum, retium, armorum &c. numero, non ſinè ſtrepitu & tumultu peragitur, indeque, ut minùs condecens, inhibetur; aliam dici quietam & ſilentem, quæ cum exiguo perſonarum, canum, aut inſtrumentorum numero, in quiete & ſilentio inſtituitur; ideóque, ceu minùs inconveniens, permittitur. Panormitan. ad *cit. cap. Epiſcopum 1. n. 1.* Sylveſter *Verb. Venatio in pr.* P. Wieſtner ad *cit. tit. num. 3.* Schambogen *ibid. num. 1.*

Advertendum III. etiam clamoroſam ve- 84
nationem, ſi non nimiùm ſit frequens, careat ſcandalô, nec cum diſpendio temporis, ad officium & cultum Divinum ordinati, ex recreatione fiat, hôc ipsô quòd circa materiam indifferentem verſetur, à conſuetudine excuſari. P. Pirhing ad *cit. tit. num. 4.* Reiffenſtuel *ib. n. 10.*

## §. II.

### De Clerico Percuſſore.

85 QUemadmodùm perſonæ Eccleſiaſticæ, ut magis in æſtimatione & veneratione habeantur, per privilegium Canonis ab injuſta violatione & aliorum percuſſione ſunt exemptæ; ſic eiſdem ſeverè prohibetur, ne contra lenitatem & manſuetudinem Clericalem in alios injuſtâ percuſſione propriâ manu, vel alienô miniſteriô exardeſcant; non ſolùm ſi ſecus egerint, corripiendæ, ſed etiam, ſi percuſſio enormis & repetita fuerit, deponendæ *cap. ſi quis 1. de Clerico percuſſore.*

Dixi: *injuſtâ percuſſione.* Nam quia Præ- 86
ceptoribus & Magiſtris conceſſa eſt moderata correctio diſcipulorum, etiam Clericorum, percuſſio, eô fine intenta, ſi limites diſcretionis non excedat, extra culpam & pœnam verſatur *cap. aut facta 19. de Pœnit. Diſt. 1. cap. ſuper eo 1. §. nec Clerici de Sent. excommunicat.*

§. III.



## §. III.

### De Clerico excommunicato, depoſito, vel interdicto miniſtrante.

87 SI Clericus, cenſurâ quâdam (exceptâ minori excommunicatione, de qua in *cap. ult. de Clerico excommunicato &c.*) ligatus actum proprium Ordinis exercere ex temeritate præſumpſerit, omnibus beneficiis Eccleſiaſticis, (præmiſſâ monitione) per ſententiam depoſitionis privatur *cap. ſi quis 1. cap. Clerici 3. cap. latrones 4. cap. fraternitati 6. d. t.* Inſuper irregularitatem contrahit, de qua in *Lib. I. tract. de Pot. Ord. cap. ult. à num. 606.*

## §. IV.

### De Clerico non-ordinatô miniſtrante.

88 CLericus, qui miniſtrat in Ordine, nunquàm ſuſceptô, per ſententiam excommunicatur *cap. ſi quis 1. de Clerico non ordinato miniſtr.* atque, ſi Diaconus ſit, & Miſſam legere præſumat, ab exercitio Ordinis, proximè ſuſcepti, ſeu Diaconatûs ad biennium vel triennium arbitriô Epiſcopi ſuſpenditur *cap. ex literis 2. d. t.* & prætereà quoad Ordines ſuperiores irregularis efficitur, ut explicatum in *cit. tract. à num. 614.*

## §. V.

### De Clericô, per ſaltum promotô.

89 QUi per ſaltum promovetur, id eſt, ad majorem Ordinem, intermiſsô mediô, v. g. ad Diaconatum, prætéritô Subdiaconatu, aſcendit, validè quidem ordinatur, uti perſpicuò colligitur ex *cap. un. de Clerico per ſalt. prom.* ſed illicitè; fitque ſuſpenſus ab Ordinis, per ſaltum accepti, executione *cap. un. Diſt. 52.*
90 A qua ſuſpenſionis pœna Epiſcopus abſolvere poteſt, & licentiam indulgere, ut, poſtquàm Ordinem antehàc omiſſum receperit, promoveatur ad Ordinem ſuperiorem; dummodò non miniſtraverit in Ordine, per ſaltum collatô. Trid. Concil. *ſeſſ. 23. de Ref. cap. 14. in fin.*

Idem in caſu, quô aliquis, omiſsâ primâ ton- 91
ſurâ, minoribûs Ordinibus erat inſignitus, obtinere, cum Sperello *fori Eccleſ. deciſ. 114. à num. 17.* defendit P. Wieſtner ad *cit. tit. n. 5.*
Sed quia in *cit. tr. de Pot. Ord. cap. 1 n. 40. & ſeqq.* 92
docui, primam tonſuram in materia odioſa nomine Ordinum Eccleſiaſticorum non comprehendi: conformiter huic doctrinæ eum, qui ſinè prima tonſura ſuſcepit Ordines minores, à ſuſpenſione immunem pronuntio.

## §. VI.

### De Clerico, qui furtivè Ordinem ſuſcepit.

93 ORdinem furtivè dicitur ſuſcipere, vel qui ſinè conſenſu, examine, & approbatione Epiſcopi fuit ordinatus; vel qui eâdem die minores Ordines cum Subdiaconatu; aut duos Ordines Majores recepit *cap. veniens 1. cum 2. ſeqq. de eo, qui furtivè Ordinem ſuſc.*
94 In pœnam hujus exceſsûs furtivè ordinatus nec Ordinem, clandeſtinè receptum (quamvis validè collatus noſcatur per ea, quæ aſſerta extant in ſæpe *cit. tr. de Pot. Ord. cap. 4. à num. 38.*) exercere; nec (ſaltem ubi ſub excommunicatione prohibitus eſt ab Ordinibus ſuſcipiendis abſtinere) ad Ordines ſuperiores aſcendere permittitur: niſi vel Epiſcopus diſpenſaverit, vel Religionem ingreſſus, & laudabiliter converſatus, indulgentiam ab Abbate promeruerit per citatos textus. P. König ad *cit. tit. num. 2.* P. Wieſtner *num. 6.*

## §. VII.

### De Exceſſibus Prælatorum & Subditorum.

95 QUamvis exceſſus Prælatorum & ſubditorum abſque numero ſint & modo; attamen in *tit. 1. de Exceſſib. Prælator. & ſubditor.* ſpeciatim aliqui recenſentur. Nempe Prælati excedunt I. quando vel Eccleſiis vel ſubditis nova gravamina, cenſus, exactiones &c. imponunt *cap. pervenit 1. d. t.* II. quando, non ſervatô Juris ordine, quoſdam excommunicare præſumunt *d. cap.* III. quando Eccleſias, Prælatis inferioribus ſubjectas, eximunt ab eorum Juriſdictione *cap. adhæc 2. d. t.* IV. quando beneficia conferunt, ſuæ collationi non reſervata *cap. ad aures 3. d. t.* V. quando Religioſos, tam exemptos quàm non-exemptos, in ſuis privilegiis, juribus, aut immunitatibus turbant, moleſtant, gravant &c. *cap. ſanè 5. cap. nimis iniqua 16. cap. nimis prava 17. eod. Clem. un. d. t.* VI. quando beneficia conferunt indignis *cap. inter 11. d. t.*

Subditi excedunt I. ſi Juriſdictionem, præ- 96
eminentias, vel prærogativas Prælatorum Superiorum, citra privilegium aut præſcriptionem, uſurpent *cap. ſicut unire 8. cap. accedentibus 12. cap. ult. d. t.* II. ſi Collegia inſtituant, aut ſigillum aliquod commune, ſinè licentia Superiorum, ſibi fieri procurent *cap. di-*

lecta

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*lecta* 14. *d. t.* III. ſi reverentiam, obedientiam, & honorem debitum Præpoſitis ſuis exhibere recuſent *cap. gravem* 15. *eòd.* Repete dicta ſuperiùs in *num.* 71.

# SECTIO III.

## *De aliis Delictis Eccleſiaſticis.*

### SUMMARIA.

97. *Deſcribuntur torneamenta.* 98. *Eorum diverſitas.* 99. *& ſeqq. Prohibitio.* 102. *Deſcribitur duellum.* 103. *& ſeq. Dividitur.* 105. *Judiciale eſt illicitum.* 106. *& ſeqq. Etiam extrajudiciale.* 111. *Niſi ex cauſa publica ſuſcipiatur.* 112. *& ſeqq. Judicantur duellantium pœna.* 116. *& ſeqq. Deſcribuntur ſagittarii.* 118. *Deſcribuntur ſortilegia.* 119. *& ſeq. Eorum varietas, prohibitio, & conceſſio.* 123. *Deſcribitur colluſio.* 124. *& ſeq. Locum præcipuè in cauſis criminalibus habet.* 126. *Deſcribitur maledicentia.* 127. *& ſeqq. Illius diſtinctio & prohibitio.* 130. *& ſeqq. Deſcribitur ingreſſus in Monaſteria Monialium, & illius prohibitio ac pœna.* 135. *Deſcribitur novum opus, in alterius præjudicium ædificatum.* 136. *& ſeqq. Agitur de modis opus novum nuntiandi.* 139. *& ſeq. Oſtenditur nuntiationis effectus.* 141. *Extenditur.*

### §. I.

### *De Torneamentis.*

97 REſtant Delicta non pauca, ſpecialiter à Jure Eccleſiaſtico vetita & punita, quæ juxta ſeriem in *Libro V. Decretal.* enumeraturus, hic repono torneamenta, germanicè Thurnier/ quæ nihil aliud ſunt, quàm nundinæ ſeu feriæ ſolennes, in quibus milites, vel (quod anterioribus ſæculis apud Germanos erat ſolenne) Equeſtris Ordinis nobiles ex condicto convenire, & ad oſtentationem virium, necnon peritiæ tractandorum armorum, & generoſitatis ſuæ congredi ſolent. Textus in *cap. felicis* 1. *de Torneament.* Gonzalez ad *cap. ad audientiam* 2. *ibid. num.* 5.

98 Modus in hiſce torneamentis duplex ſervabatur. Primò enim ſubinde ludebant temerè, geſtantes haſtas, acutâ cuſpide obarmatas. Secundò nonnunquàm ludebant cautè & moderatè, tenentes haſtas, vel cuſpide non adornatas, vel aliàs hebetatas.

Prior ludendi modus nunquàm licitus erat, 99
ſed propter conjunctum vitæ periculum tam à SS. Canonibus in *cit. cap. felicis* 1. *& cap. ad audientiam* 2. ſub pœna privationis ſepulturæ Eccleſiaſticæ, ei, qui occubuit, denegandæ; quam à Jure Civili in *l. un. Cod. de Gladiat.* ſub ordinaria homicidii pœna prohibitus. Po- 100
ſterior modus non quidem Civili, ſed Canonico Jure ſub pœna excommunicationis & interdicti localis olim à Clemente V. in Concilio Viennenſi proſcriptus fuit, prout refertur in *Extravag. un. Joannis XXII. d. t. inter commun.* quia in hujusmodi conventibus & ha- 101
ſtiludiis expenſas tam immodicas faciebant perſonæ Illuſtres, ut ſubſidium terræ ſanctæ contribuere non poſſent: verùm ab eodem Joanne XXII. in *cit. Extrav.* ad inſtantiam variarum Nationum quoad Laicos iſthæc prohibitio unàcum pœna fuit ſublata. Gonzal. *cit. l. n.* 6.

### §. II.

### *De Duello.*

102 DUellum, quaſi duorum bellum, eſt ſingulare certamen duorum, inter ſe ex condicto ſuſceptum. Dixi: *ex condicto.* Si enim in rixa unus alterum provocet, & cum eo congrediatur, non eſt propriè duellum, nec ſubjacet pœnis, in duellantes conſtitutis. Magnif. P. König ad *tit. de Cleric. pugnantib. in duello num.* 10. P. Engel *ibid. num.* 7.

103 Dividitur Duellum I. *in ſimplex*, quod abſque ſolennitate; & *ſolenne*, quod, ſervatâ certâ formâ, ordine, locô & intervallô, in præſentia patrinorum, ſeu, ut vocant, ſecundan-
104 tium committitur. II. dividitur in *judiciale*, quod veritatis & innocentiæ probandæ gratiâ; & *extrajudiciale*, quod vel vindictæ, vel oſtentationis, vel etiam defenſionis gratiâ ſuſcipitur.

105 Duellum judiciale non eſſe licitum, patet ex *tract.* 1. *cap.* 4. *num.* 123. ubi purgatio vulgaris, qualis eſt duellum judiciale, reprobata fuit: nec enim præſumptio veritatis aut innocentiæ militat pro eo, qui alterum interficit in duello; ſed potiùs generoſitate vel dexteritate, quàm juſtitiâ cauſæ ſuperior exiſtimatur. Legatur Textus in *cap. Henricus* 2. *cit. tit.* & ibi Gonzalez *num.* 8. *& ſeqq.*

Duellum extrajudiciale, tum ſolenne, tum 106
ſimplex, perinde ab omni Jure damnatum eſſe, judicavit Alexander VII. ſequentem propoſitionem atrô calculô notans: *Vir equeſtris, ad duellum provocatus, poteſt illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat*: judicavit etiam Concilium Trid. *ſeſſ.* 25. *de Reform. cap.* 19. *deteſtabilis*, inquiens, *duellorum uſus fabricante diabolô introductus, ut cruentâ corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Chriſtiano orbe penitus exterminetur.* Ratio 107
eſt: tum quia non tantùm oblatio, ſed etiam acceptatio duelli non eſt medium idoneum ad tuendum honorem, ut vanè ſibi perſuadent filii hujus ſæculi; ſiquidem injuria, quam aliquis illatam ſibi conqueritur, non aboletur
108 ex eo, quòd injurians è medio tollatur: tum quia repugnat omni Juri, ut quiſpiam reus ſit & Judex in propria cauſa, & contra violatorem honoris aut famæ, non aditô Judice competenti, nec diſcuſſis cauſæ meritis privatâ
109 authoritate pœnam gladii decernat: tum quia tam propriam, quàm alienam vitam, ob conſervationem honoris, manifeſto mortis temporalis & æternæ diſcrimini ſubjicere, non licet; præſertim cùm vita, cujus homo non eſt dominus, ſemel perdita reſtitui nequeat; honor autem, cujus dominium homini conceſſi in *lib. III. tract. de Jure Proprietatis cap.* 2. *num.* 364. etſi videatur eſſe vulneratus, multifariis modis reparari queat.



110 Nec obſtat, quòd ſtatuta Ordinis Equeſtris S. Jacobi in Hiſpannia non admittant Candidatum, de quo conſtat, quòd duellum oblatum acceptare noluerit. Exinde namque perperam concluditur, per talia ſtatuta duellum approbari; ſed tantùm conjicitur, eum, qui ex mera ignavia vel timiditate recuſavit inire duellum, tanquàm ignavum & timidum ab Ordine repelli: ſin autem ex altiori motivo & timore Divini Numinis duellum abhorreat, repulſam non patitur, veluti refert P. Wieſtner ad *cit. tit. num.* 10.

111 Planè ex cauſa publica duellum licitè aſſumi, ac, ſi duo Supremi Principes v. g. inter ſe bella gerant, non calamô ſed gladiô dirimenda, conventionem iniri poſſe, ut vel duo belli Duces, vel certus militum numerus, ex utraque parte inter ſe confligant, isque ex Principibus ſit victor in cauſa, cujus Duces aut milites erunt victores in arena, dubitare non ſinunt exempla, tum in Sacra Scriptura 1. *Reg.* 17. in Davide & Goliatho, tum in aliis hiſtoriis reperienda: conſultius enim eſt, aliquorum duntaxat quàm omnium militum vitas in periculum occiſionis præcipitare. P. Engel ad *cit. tit. num.* 10.

Duellantes variè puniuntur. Nam, ut ni- 112
hil memorem de pœna depoſitionis, quæ cadit in ſolos Clericos juxta *cap. porro* 1. *de Cleric. pugnant. in duello*: ex Concilio Tridentino *d. ſeſſ.* 25. *de Reform. cap.* 19. I. ſubeunt excommunicationem latæ ſententiæ; II. patiuntur confiſcationem bonorum; III. perdunt exiſtimationem; IV. privantur ſepulturâ Eccleſiaſticâ, quando in ipſo duello decedunt; ſive dent ſigna pœnitentiæ ſive non. Barboſa in *Collectan. ad Trid. cit. l. num. ult.* P. Engel *d. l. num.* 9. Quantumvis enim, ut teſta- 113
tur P. Wieſtner ad *cit. tit. num.* 18. nonnulli decedentes cum pœnitentiæ ſignis Eccleſiaſticâ ſepulturâ honorandos eſſe voluerint; attamen nec textu juvantur, nec ratione: quandoquidem pœnitentia non impedit, quò minùs pœna, Legibus determinata, ſuum exſerat effectum: itàque in Rituali Romano, authoritate Pauli V. editô, in *tit. de Exequiis* expreſſum eſſe, demonſtrat Pignatell. *to.* 9. *conſult.* 88. *num.* 161.

Prædictæ pœnæ quoad excommunicatio- 114
nem in eod. Trident. porriguntur ad Imperatores, Reges, Duces, Principes, & quoscunque Dominos temporales, qui locum Chriſtianis ad monomachiam in terris ſuis conceſſerint, unàcum privatione Juriſdictionis & dominii illius loci, ſi id ab Eccleſia acceperint. Porrigitur etiam excommunicatio ad patri- 115
nos ſeu ſecundantes (qui inſuper infamiâ, ſicut ipſimet duellantes, plectuntur) item ad omnes, qui conſiliô vel auxiliô concurrunt ad duellum; quin & ad alios, qui datâ operâ & ex propoſitô (non caſu fortuitô, vel per modum tranſeuntis) ſinè animo duellum impediendi, conflictui præſentes ſunt. P. Engel *cit. l. num.* 8. P. Wieſtner *cit. l. num.* 17., P. Reiffenſtuel *ibid. num.* 46.

### §. III.

### *De Sagittariis.*

116 SAgittarii ſunt ex eo nominati, quòd ſagittas, venenô præſertim illitas, vibrare & emittere conſueverint. Quibus non abſimiles cenſentur baliſtarii, qui ex baliſtis & machinis æneis aut æreis lapides aut globos ejaculantur. Utrumque exercitium & artificium in *cap. un. de Sagittar.* ſub anathemate ve-
117 tatur. Sed, ut probè judicat Gonzalez ad *cit. cap. num. ult.* & in ipſo *cap.* inſinuatur, non abſolutè, ſed reſpectivè tantùm, puta in bello, quod gerunt infideles contra Chriſtianos: ſicut enim in *cap. ita quorundam* 6. *& cap. quod olim* 12. *de Judæis* Chriſtianis inhibetur, ne contra fideles ad infideles arma deferant: pariter in eodem *cap. un.* vetatur, ne fideles ad infideles, contra Chriſtianos bellô implicitos, ſagittas aut baliſtas deportari faciant.

### §. IV.

### *De Sortilegiis.*

118 SOrtilegia, à legendis ſortibus derivata, ſunt obſervatio caſûs fortuiti, juxta cujus eventum aliqua actio inſtituitur, vel occultum cognoſcitur, vel futurum prædicitur. P. Engel ad *tit. de Sortileg. num.* 1.

119 Sunt in triplici claſſe: diviſoria, conſultatoria, divinatoria. *Diviſoria* & à Jure in *l. ult. in princ. Cod. commun. de Legat.* & alibi approbata ſunt, per quæ jus ambiguum aut indiviſum pluribus competens, inter eos dividitur, uti contingit in cauſa judiciali, utrinque æqualiter probabili, legato optionis, communione hære-

120 hæreditatis &c. *Conſultoria* ſunt, in
quibus vel manifeſtatio veritatis, vel directio
conſilii à DEO petitur: id, quod equidem non
contemnendum, inſpectis exemplis variis,
quæ enumerat Gratianus in *cauſa XXVI. q. 2.*
ſed tamen rariùs & extra caſum neceſſitatis
ex judicio D. Hieronymi & Venerabilis Bedæ
in *cap. non ſtatim 2. & cap. non exemplò 4. eâd.
q. 2.* junctô *cap. ult. de Sortileg.* non eſt facien-
dum: cùm ad Divinam Providentiam pro ex-
traordinario remedio recurrere, quando ſup-
petit ordinarium, potiùs temeritas quàm fi-
121 ducia ſit. *Divinatoria* ſunt, quæ ad
cognoſcenda vel futura contingentia vel oc-
culta jam præterita per improportionata, nul-
lamque cum effectu connexionem habentia
ſigna, fiunt, uti ſi author furti per inſpectio-
nem aſtrolabii detegatur. Hæcque, cùm pa-
ctum expreſſum vel tacitum cum dæmone
plerumque contineant, omni Juri repugnant;
& de Jure Civili pro qualitate Delicti ſubinde
publicatione bonorum; aliquando ignis ſup-
pliciô puniuntur *l. nullus 3. l. nemo 5. Cod. de
Malefic. & Mathematic.* De Jure Ca- 122
nonico, ſi Clerici fiant ſortilegi in *cap. in tabu-
lis 1. de Sortileg.* pœnitentiâ 40. dierum; in *cap.
ex tuarum 2. eôd.* annali vel longiori ſuſpenſio-
ne; in *cap. non oportet 4. XXVI. q. 5.* depoſitio-
ne ab officio & beneficio plectuntur: ſin Lai-
ci ſint in *cap. admoneant 15. eâd. quæſt. 7.* privari
communione fidelium jubentur: licèt hodie,
ut notat poſt alios Wieſtner ad *citat. titul.
numer.* 12. coërcitioni ſæculari relinquan-
tur.

## §. V.

### *De Colluſione.*

123 COlluſio eſt Delictum, quô actor & reus
doloſâ conventione inter ſe paciſcuntur,
quòd à Judicio deſiſtere, aut probationes ve-
124 ras omittere velint. Sedem invenit
potiſſimùm in cauſis criminalibus; in aliis (ſi
excipias cauſas beneficiales, de quibus agitur
in *cap. audivimus 3. de Colluſ. deteg.* & ſtatuitur
pœna privationis perpetuæ reſpectu beneficii,
ſuper quo facta eſt colluſio; item cauſas libe-
rales, de quibus in *tit. ff. de Colluſ. deteg.* ubi,
qui colluſionem, dominum inter & ſervum ſu-
per ingenuitate intercedentem, detegit in-
tra quinquennium, dominium illius ſervi ac
quirit *l. ne quorundam 1. l. colluſionem 2. in pr. ff.
d. t.*) partes, inter ſe colludentes, ſicuti non
peccant, ſed cum omni Juris effectu tranſi-
gere valent, ita non puniuntur. In 125
criminalibus itaque cauſis colludentes arbi-
trariè pro modo criminis caſtigantur *l. ſcien-
dum 2. ff. de Prævaricatione*: ſententia quoque,
per colluſionem lata, tanti roboris haud eſt,
ut per novam accuſationem aut inquiſitionem
proceſſus repeti non poſſit *cap. ſcripta 1. cap. cri-
mina 2. cap. ult. de Colluſ. deteg.* Gonzal. *ib. n. 5.*

## §. VI.

### *De Maledicentia.*

126 MAledicentia, generatim accepta,
quodlibet verbum ignominioſum aut
contumelioſum includit; hic autem ad men-
tem *tit. 26. Lib. V. de Maledicis* accipitur pro
blaſphemia, quâ contra DEUM, Beatiſſimam
Virginem, aut alios Sanctos injurioſum quid
127 effunditur. Eaque vel *hæreticalis* eſt, quan-
do v. g. DEO negatur aliquod attributum, &
injuſtus aut immiſericors nominatur; vel *non hæ-
reticalis*, quando v. g. aliquis imprecatur DEO
dicendô, maledictus DEUS, moriatur, aut
pereat &c. Gonzalez ad *cap. ult. de Maledic.*
128 *num. 6.* De priori blaſphemia privati-
vè cognoſcit ſolus Judex Eccleſiaſticus, uti ſo-
lus judicat de hæreſi *cap. ut inquiſitionis 18. de
Hæretic. in 6.* De poſteriori judicium eſt mixti
fori per *d. cap. ult. de Maledic.* ubi Panormit.
*num. 4.* Gonzalez *num. 7. in fin.* Barboſa de
*Offic. & pot. Ep. alleg. 51. num. 93. & 95.* Utra- 129
que graviter punitur, & de Jure Canonico in
blaſphemos Clericos depoſitio ab officio, &
in Laicos excommunicatio decernitur *cap. ſi
quis 10. XXII. q. 1.* De Jure Civili in *Nov. 77.
cap. 1. §. 2.* ſtatuitur ultimum ſupplicium;
conformiter Juri Divino veteri, quô blaſ-
phemi ab univerſo populo lapidibûs obrue-
bantur juxta *Levit. cap. 24. ℣. 16.* Videatur
tamen Ord. Carol. *art. 106.* Receſſ. Imp. An-
no 1547. *tit.* von GOttsläſterungen §. nemblich
D. Braun de *Imp. mero cap. 1. §. 4. num. 25.*

## §. VII.

### *De ingreſſu in Monaſteria Monialium.*

130 NOn parvi Delicti reos ſe faciunt, qui in
Monaſteriis Monialium ſpatium & am-
bitum, intra quem clauſura comprehendi-
tur, ſinè rationabili & manifeſta cauſa, ab
Epiſcopo vel alio Superiore probatâ, ingredi
131 præſumunt: ut enim Moniales gemmam
continentiæ, per votum ſolenne Puriſſimo
Virginum Sponſo conſecratam, in ſua purita-
te & nitore conſervarent, acceſſus ad illa-
rum ſepta cujuſcunque ſexûs & conditionis
hominibus eſt interdictus *cap. un. in pr. de Sta-
tu Monachor. in 6.* Trid. Concil. *ſeſſ. 25. de Re-
gular. cap. 5.* & ibi Barboſa in *collectan. à n. 73.*
Dixi: *ſinè rationabili & manifeſta cauſa*; qua- 132
lis eſt vel conſtructio aut reparatio fabricæ,
horti, rerumque illuc pertinentium; vel in-
firmitas Monialium, per Medicos profanos &
ſpirituales curanda &c. Barboſa de *Offic. &*

*pot.*



*pot. Ep. alleg. 102. à n. 48.* & in *collectan. cit. l.
à num. 82.* Repetantur dicta in *Lib. III. tr. 1.
num. 246.*
133 Dixi prætereà: *ab Epiſcopo vel alio Superiore
probatâ.* Adeóque non ſufficit ſola cauſa ra-
tionabilis, niſi etiam, ubi periculum in mo-
ra non verſatur, Epiſcopi vel Superioris Re-
gularis, cui Monaſterium eſt immediatè ſub-
jectum, aſſenſus acceſſerit. Tamburin. de
*Jure Abbatiſſar. diſp. 23. q. 1. num. 6.*
Pœna illicitè ingredientium, à Concilio 134
Tridentino *cit. l.* conſtituta, eſt excommuni-
catio latæ ſententiæ. Pœnas alias, in Con-
ſtitutione Gregorii XIII. quæ incipit. *ubi gra-
tia &c.* refert P. Wieſtner ad *tit. de Exceſſibus
Prælator. num.* 101.

## §. VIII.

### *De Ædificatione novi Operis, in præjudicium alterius factâ.*

135 CUlpâ vacuus non eſt, qui novam fabricam
molitur, aut formam ædificii veteris im-
mutat, in præjudicium alterius: quod eve-
nit, ſi quis ædificet in fundo alieno; aut, ſi
ædificet in fundo proprio, violet ſervitutem
aut aliud jus in re, alteri conſtitutum; aut pu-
blico noceat; aut ex æmulatione vel invidia
aliquid faciat per textus in *l. hoc edictô 1. §. 19.
l. in provinciali 3. §. 3. l. de pupillo 5. §. 9. l. credito-
ri 9. ff. de N. O. N. l. opus novum 3. in pr. ff. de
Operib. publ. Nov. 63. cap. 1.*
136 Datur hinc illi, cujus ob jus in re intereſt,
opus non inchoari vel immutari, novi operis
nuntiatio, ſeu facultas prohibendi, ne in ædi-
ficando pergatur, donec de jure ædificandi
conſtiterit. *l. hôc edictô 1. in pr. ff. de N. O. N.*
137 Eaque prohibitio fieri poteſt tum verbis,
adeundô ædificantem, architectos, aut opi-
fices *l. de pupillo 5. §. 3. ff. d. t.* vel (quod ex-
peditius eſt) accedendô Magiſtratum loci *l. ſi
opus 16. ff. eôd.* tum factô, materiam & lapides
jam paratos diſpergendô, vel lapillum in opus
jaciendô *d. l. de pupillo 5. §. 10.* quin & ipſum
opus, ſi in noſtro poſitum fuerit, deſtruendô
per *l. ſi alius 7. §. 3. ff. Quod vi aut clam l. quem-
admodum 29. §. 1. ℣. aliud eſt ff. ad L. Aquil. l. ſed
ſi 27. in pr. ff. de S. P. U.* Miller ad Struv. *exer-
cit. ad pand. 39. th. 3. inf.* Lauterb. *ad tit. ff. de
N. O. N. §. 37.*
Et ne iſta nuntiatio poſſit in dubium vocari, 138
quando non ipſi Magiſtratui ſed aliis eſt facta,
perquàm utile judicatur, Notarium & teſtes
adhibere. Lauterb. *cit. l. §. 8. & 11.*
Factâ ſic denuntiatione, tenetur ædificans 139
ab opere proſequendo deſiſtere; &, ſi quid
poſteà exſtruxerit, propriis ſumptibus de-
ſtruere cogitur, non attentô, ſive jure ſive
injuriâ denuntiatio contigerit *l. prætor ait 20.
in pr. §. 1. 3. & 11. ff. d. t.* Niſi vel Ju- 140
dex causâ cognitâ perſpexerit, novum ædifi-
cium ex pura alterius malitia impediri *arg. l.
in fundo 38. ff. de R. V.* vel nuntians intra tres
menſes de jure ſuo non docuerit *l. un. Cod. de
N. O. N.* vel dilatio ædificanti periculum ſit
allatura *l. de pupillo 5. §. 12. ff. eôd.*
Atque hæc obtinent non ſolùm in ædificiis 141
profanis, ſed etiam in ædificiis ſacris: enim-
verò ſi Eccleſia, Capella, vel Monaſterium in
alterius præjudicium explicatô modô ædifice-
tur, poteſt cum eodem effectu novum opus
nuntiari per textus lucidiſſimos in *cap. intelleximus
1. cap. cùm ex injuncto 2. cap. ult. de N. O. N.*
in quorum primo reperitur illa Juriſperito-
rum maxima, quòd, *ſicut Leges non dedignan-
tur, SS. Canones immitari, ita & Sacrorum
ſtatuta Canonum Principum conſti-
tutionibûs adjuven-
tur.*

# TRACTATUS III.
## DE
# DELICTIS SÆCULARIBUS.

DElictis Eccleſiaſticis, in ſpecie diſcuſſis, ſuccedunt Delicta Sæcularia, pariter in ſpecie diſcutienda. Ubi, ſi brevior, quàm antehàc ſim futurus, ſtudioſus Lector in admirationem haud rapietur, dummodò parumper mente revolverit, in foro noſtro Canonico rariùs Delicta Sæcularia, quàm Eccleſiaſtica, diſceptari.

## CAPUT I.
### *De privatis, & quaſi-Delictis.*

SS. Canonibus ex Delictis Sæcularibus notiora ſunt ea, quæ privata vocamus; quibus ſi quaſi-Delicta in uno capite conectantur, in methodi Legem neutiquàm peccabitur.

## SECTIO I.
### *De Furto.*

SUMMARIA.

1. *Definitur furtum.* 2. *& ſeqq. Explanatur definitio.* 8. *& ſeqq. Varia illius diviſiones afferuntur.* 13. *& ſeqq. Adſtruitur & explicatur objectum.* 18. *Deſcribitur condictio furtiva.* 19. *& ſeqq. Dividitur in condictionem certi & incerti.* 22. *Datur contra furem.* 23. *Et ejus hæredes.* 24. *& ſeqq. Illius probatio declaratur.* 27. *& ſeq. Explicatur actio furti.* 29. *& ſeqq. Denotatur ſubjectum activum.* 32. *& ſeqq. Indicatur ſubjectum paſſivum.* 37. *Statnitur objectum.* 38. *Et probatio.* 39. *Adducitur actio conſimilis.* 40. *& ſeq. Pœna furti in foro Sæculari attingitur.* 42. *Illius pœna in foro Eccleſiaſtico refertur.*

### §. I.
### *Quid & quotuplex ſit furtum?*

1 IMperator Juſtinianus in prima Delictorum
privatorum claſſe furtum reſidere voluit;
illudque definivit in §. *furtum* 1. *Inſt. de Obligat. quæ ex Del.* quòd ſit contrectatio fraudu-
loſa, lucri faciendi gratiâ, vel ipſius rei, vel
usûs ejus, poſſeſſionisve.
2 Dicitur I. *contrectatio*; cujus nomine non
tantùm ablatio rei, ſed quævis injuſta uſurpa-
tio vel retentio deſignatur: cùm in *l. qui jumenta* 40. *ff. de Furt.* etiam ille dicatur fur-
tum facere, qui re, bonâ fide acceptâ, aliter,
quàm debet, utitur, ac equum commoda-
3 tum longiùs, quàm oportet, abducit. Solô
tamen animô, vel etiam verbô, aut ſcripturâ
furtum non patratur, ſi contrectatio defuerit
*l. furtum* 1. §. 1. *l. vulgaris* 21. §. 7. *l. ſi quis* 52.
§. 19. *ff. eod.*
Dicitur II. *frauduloſa.* Furtum ſiquidem 4
eſt ex numero Delictorum, quæ fraudem de-
ſiderant & dolum *l. inter omnes* 46. §. 7. *ff. d. t.*
præſumitur autem dolus, ubi de contrecta-
tione conſtat *arg. l. ſi non* 5. *Cod. de Injur.* niſi
contrectans homo integræ fidei, aut ſingula-
ris amicus extiterit per *l. cùm creditor* 55. *ff. d. t.*
*l. meritò* 51. *in pr. ff. Pro Socio.*
Dicitur III. *lucri faciendi gratiâ.* Alium 5

finem



finem ſi contrectator rei alienæ quærat, ac
rem ſurripiat, ut eam corrumpat, alteri no-
ceat, injuriam inferat, fallat & decipiat, in-
ſolentiam aut libidinem expleat, non furti,
ſed injuriæ vel L. Aquiliæ Delictô obſtringitur
*l. verum eſt* 39. *l. falſus* 43. §. 3. *l. in furti* 50.
§. *ult. l. ſi quis* 52. §. 20. *l. qui injuria* 53. *in pr.*
*ff. de Furt.*
6 Dicitur IV. *vel ipſius rei, vel usûs ejus, poſſeſſionisve.* Nec enim is ſolùm tenetur furti,
qui rem ipſam contrectavit, ſed etiam qui
uſum aut poſſeſſionem alterius intervertit, ut
conſtat ex *num.* 2. & §. *furtum* 6. *Inſt. de Oblig.*
*quæ ex Del. l. itaque fullo* 12. §. 2. *ff. d. t.*
7 Interim, ut definitio hæc manca non ſit,
erit ſupponendum, dominum, cujus res frau-
dulenter contrectatur, invitum eſſe: ſi enim
rem alienam quis auferat, putans, dominum
obluctari, cùm tamen conſentiat, licèt theo-
logicè loquendô peccet, juridicè tamen de
furto conveniri nequit §. *ſed &* 8. *Inſt. de Obligat. quæ ex Del.*
8 Dividitur furtum I. in manifeſtum, & nec
manifeſtum. *Manifeſtum* cenſetur, quando
fur deprehenditur in flagranti, vel eô ſaltem
tempore, quô locum, illâ die pro manſione
deſtinatum, cum re furtiva necdum attigit §.
*furtorum* 3. *Inſt. de Obligat. ex Del.* ſive depre-
hendatur ab illo, cujus eſt res furtô ſurrepta,
ſive ab alio *l. fur eſt* 3. *in pr.* & §. 1. *l. ſi quis* 7.
§. *ult. ff. de Furt.* Quòd ſi viſus tantùm fue- 9
rit, non autem acclamatus, fur manifeſtus
non cenſetur *d. l. ſi quis* 7. §. 1. & 2. non ob-
ſtante textu in *cit.* §. *furtorum* 3. ubi, dum re-
quiritur, ut fur viſus vel deprehenſus fuerit,
particula *vel* pro particula & intelligenda eſt
*arg. l. cùm quidam* 4. *Cod. de V. S.*
Dividitur II. in *parvum*, cujus æſtimatio eſt 10
infra 5. ſolidos; & *magnum*, cujus æſtimatio 5.
ſolidos ſeu aureos hungaricos æquat aut ex-
cedit. Ord. Crim. *art.* 157. & 160.
Dividitur III. in *ſimplex*, cui nulla circum- 11
ſtantia aggravans eſt annexa; & in *qualificatum* ſeu periculoſum, quod habet annexam
circumſtantiam aggravantē, v. g. vim, effra-
ctionem, locum ſacrum &c. Dividitur IV. 12
in *primum* & *iteratum*; de qua & aliis diviſioni-
bus videantur Clariſſ. D. Gletle *Juriſpr. terrib.*
*tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 1. §. 2. Clariſſ. D. Franz ad *tit.*
*Inſt. de Obligat. quæ ex Del. p.* 2. §. 4.

### §. II.
### *Quódnam ſit objectum furti?*

13 OBjectum furti eſt res aliena, vel ſimpli-
citer, vel ſecundùm quid, puta, quòd
uſus vel poſſeſſio ſpectet ad alium, ut patet
ex *num.* 6.
14 Nec intereſt, ſitne res illa corporalis vel
incorporalis: cùm enim, ut ſtatim adverti-
mus, furtum conſiſtere poſſit in uſu & poſſeſ-
ſione, tanquàm rebus incorporalibus; extra
dubium eſt, quòd furtum in rebus incorpora-
libus locum inveniat.
15 Quoad res corporales autem oportet ut
ſint mobiles: quia exploſa eſt antiquorum
ſententia, dicentium, rei immobilis furtum
poſſe fieri §. *quod autem* 7. *Inſt. de Uſucap.*
16 De libero homine, num objectum furti
conſtituat? Dubitatur. Gletle *cit. l.* §. 5.
*num.* 11. ſic diſtinguit, quòd, ſi liber homo
ſpectetur tantùm quoad ſe, cùm æſtimatio-
nem non recipiat, objectum furti non conſti-
tuat; ſin autem conſideretur, quatenùs pa-
triæ poteſtati adhuc ſubjectus eſt, ad obje-
ctum furti reducatur: quia jus patriæ pote-
ſtatis, quod æſtimationem non refugit, inter-
vertitur. At Gonzalez in *Comment. ad* 17
*cap. qui furatur* 1. *de Furt. num.* 7. admittit,
quòd liber homo, ſecundùm ſe conſidera-
tus, objectum furti conſtituat per textum in
*cit. cap.* & rationem, quòd furtum etiam in
rebus ſacris, quæ ſunt extra commercium,
admittatur.

### §. III.
### *De Condictione furtiva.*

18 EX furto præter obligationem, rem fur-
tivam reſtituendi, velut effectum pro-
ximum, reſultat, tanquàm effectus remotus,
actio tum civilis, tum criminalis. *Civilis* vel
eſt rei perſecutoria vel pœnalis. *Rei perſecutoria* eſt condictio furtiva, quæ definitur,
quòd ſit actio perſonalis, quâ rem, furtô ab-
latam, unàcum fructibus & intereſſe, repeti-
mus.
19 Dividitur in condictionem certi & incerti.
*Condictio certi* eſt, quâ res ipſa, per furtum ſub-
tracta, repetitur. *Condictio incerti* eſt, quâ
non res ipſa, ſed poſſeſſio, uſus, vel intereſſe
20 repetitur. Condictio certi (quæ ſimpli-
citer vocatur condictio *l. eum qui* 14. §. 16. *ff.*
*de Furt.*) datur ſoli domino & ejus hæredibus
*l. in furtiva* 1. *l. in re* 8. *in pr. ff. de Condict. furt.*
Condictio incerti datur tum creditori, cui 21
pignus eſt ſurreptum *l. & ideò* 12. §. *ult. ff. d. t.*
tum commodatario & conductori, quibus
res commodata vel locata fuit ſubtracta, &
eorum hæredibus *l. ult.* §. 3. *Cod. de Furt.*
Utraque datur paſſivè contra furem qualem-
cunque, manifeſtum & nec-manifeſtum *l. ſive manifeſtus* 10. *in pr. ff. de Condict. furt.* Id, 22
quod prorſus eſt ſingulare, quòd, cùm reli-
quæ condictiones dentur non-domino con-
tra dominum *l. ult. ff. Uſufructuar. quemadmod. cav.* fur in ſuum odium dominus eſſe finga-
tur, ut condictione furtivâ conveniri poſſit



§. ſic

23 *§. ſic itaque* 14. *Inſt. de Actionib.* Datur
etiam contra furis hæredes, & quidem (quod
pariter eſt aliquid ſingulare, & contra natu-
ram actionis rei perſecutoriæ, ex Delicto pro-
venientis) in ſolidum per textum apertum
in *l. in condictione* 9. *ff. de Condict. furt.*
24 In deducenda hac condictione in judicium,
præter furtum, probandum eſt dominium, ſi
condictio certi inſtituatur *arg. l. in furtiva* 1.
*ff. d. t.* non quidem exactè & plenè, ſed minùs
plenè, veluti docet Gletle *Juriſprud. terrib.*
*p.* 2. *cap.* 1. *§.* 7. *n.* 6. cùm abſurdum foret,
actorem à reo convento ſeu fure tantùm ex
eo capite repelli, quòd dominium accuratè
non probaverit. Si tamen conſtaret, vel 25
à fure probari poſſet, rem non ad actorem,
ſed tertium pertinere, furem audiendum exi-
ſtimat Stryck in *tract. de Action. forenſ. ſect.* 1.
*membr.* 10. *§.* 4. *arg. l. cum qui* 14. *§.* 16. *ff.*
*de Furt.* In condictione incerti pro- 26
bandum eſt, quòd actoris interſit, rem
ablatam non fuiſſe per *l. & ideò* 12. *§. ult. ff.*
*de Condict. furt.* D. Franz *ubi ſupra ſub*
*num.* 48.

## §. IV.

### *De Actione furti pœnali.*

27 ACtio furti pœnalis alia conſurgit ex fur-
to manifeſto, alia ex furto nec manife-
ſto. Prior eſt prætoria, & datur in quadru-
plum: poſterior eſt civilis, & datur in duplum
*§. pœna* 5. *§. ult. Inſtit. de Obligat. ex Del. §. ex*
28 *maleficiis* 18. *Inſt. de Actionib.* Utraque
tamen eſt merè pœnalis, perſonalis, perpetua,
& famoſa per citatos textus & *pr. Inſt. de Per-*
*pet. & temporal. act. §. ex quibuſdam* 2. *Inſtit. de*
*Pœn. temerè litigant.*
29 Competit hæc actio tam domino, quàm
alteri, cujus intereſt, rem ablatam non fuiſſe;
ſub hac tamen modificatione, quòd, ſi domi-
nus ipſemet rem actualiter & naturaliter non
poſſideat, ſed v. g. eam commodaverit, lo-
caverit, depoſuerit, non aliter poſſit agere,
quàm ſi commodatarius, conductor, aut de-
poſitarius extra culpam, aut non ſolvendo ſit
*§. item ſi* 11. *Inſt. de Actionib. l. itaque* 12. *in pr.*
30 *ff. de Furt.* quòdve alius non-dominus v. g.
commodatarius, conductor, depoſitarius
tunc demum actionem furti movere poſſit,
quando periculum rei ſuſtinet, ac culpam ad-
miſit *d. §. item ſi* 11. *l. cum qui* 14. *§.* 14. *&* 16.
31 *ff. d. t.* Dixi: *culpam admiſit*: qui enim in
dolo verſatur, vel quia rem ipſam dolosè de-
tinet, ſicuti fur; vel quia per dolum dat an-
ſam furto, nullatenùs actione furti juvatur *l.*
*cum is* 11. *d. l. itaque* 12. *§.* 1. *d. l. cum qui* 14.
*§.* 8. *ff. de Furt.* Lauterbach. *ibid. §.* 37. *& ſeq.*
32 Competit adversùs furem duntaxat, &, ſi
plures ſint, adversùs ſingulos in ſolidum *l. vul-*
*garis* 21. *§.* 9. *ff. d. t.* Adversùs hæredes fu-
ris non competit, niſi lis cum defuncto con-
teſtata jam fuerit: nam actiones merè pœna-
les contra hæredes delinquentis non porri-
guntur *§. non autem* 1. *Inſt. de Perpet. & tempo-*
33 *ralib. act.* Planè adversùs certas perſo-
nas, etiamſi furtum admiſerint, actio furti non
datur: nec enim, ſi parentes liberis, aut liberi
parentibus quidquam auferant, actio furti lo-
cum obtinet *l. ne cum* 16. *l. ſervi* 17. *in pr. l. ſi*
34 *quis* 52. *§.* 4. *ff. de Furt.* niſi peculium ſit ca-
ſtrenſe, in cujus ſubtractione poteſt quidem
actio furti moveri, non tamen directa vel fa-
moſa, ſed utilis in factum non-famoſa *d. l. ſi*
*quis* 52. *§.* 5. *&* 6. Lauterb. *ibid. §.* 43. Si- 35
militer ſi, durante Matrimoniô, unus conju-
gum alteri quid ſurripiat, non actio furti, ſed,
ſi abſque intentione divortii res ablata fuerit,
intentatur ſimplex condictio, ex Jure Gen-
tium deſcendens, ut loquitur JCtus Marcia-
nus in *l. rerum* 25. *ff. de Actione rer. amotar.* aut
actio in factum, ut eam vocat Imperator in
*l. divortii* 2. *Cod. eôd. tit.* vel, ſi intuitu futuri
divortii ſubtractio contigerit, actio rerum
amotarum inſtituitur *t. t. ff. & Cod. de Act. rer.*
*amot.* Stryck in *tract. de Action. forenſ. cit. ſect.* 1.
*membr.* 10. *§.* 7. 8. *&* 9.
Objectum hujus actionis eſt duplum vel 36
quadruplum; cum diſtinctione tamen, ut, ſi
res ipſa fuerit ſurrepta, pretium illius duple-
tur aut quadrupletur, ac pro equo v. g. cen-
tum florenis alioquin valente ducenti vel qua-
dringenti reſtituantur *l. furtivam* 74. *ff. de*
*Furt.* ſin autem uſus vel poſſeſſio contrecte-
tur, intereſſe ad duplum aut quadruplum æſti-
metur *d. l. furtivam* 74. *& l. inter omnes* 46. *§.* 1.
*ff. de Furt.* Et licèt Grönewegen de *LL.* 37
*abrogat.* ſentiat, pœnam dupli vel quadrupli
moribus hodiernis exoleviſſe: refellitur ta-
men à citato Stryck *§.* 6. & adducitur in con-
firmationem Nemeſis Carolina *artic.* 157. *&*
*ſeq.* ubi expreſſa fit mentio dupli vel quadru-
pli. Quòd autem rariùs agatur ad duplum
vel quadruplum, cauſa eſt: quia plerumque
fures ſunt pauperes, & actores plus non quæ-
runt, quàm indemnitatem ſuam.
Probatio in præſenti actione facilis eſt: 38
nam id ſolum eſt probandum, furtum ab ad-
verſario commiſſum, & noſtrâ eapropter in-
tereſſe. Gletle *ubi ſupra §.* 6. *n.* 14.
Cum hac actione ſubinde concurrit alia, 39
quando furtum eſt commiſſum occaſione in-
cendii, ruinæ domûs, naufragii, ratis aut na-
vis expugnatæ: datur enim tunc à Prætore
contra furem intra annum actio in quadru-
plum, & poſt annum in ſimplum *l. Prætor ait* 1.
*in pr. & t. t. ff. de Incendio, ruina, rate, nave*
*expugnata.*

§. V.



## §. V.

### *De Furti actione criminali.*

40 IN furto criminaliter agi poteſt vel ex Jure
Civili, vel ex Jure Carolino, vel ex Jure
Canonico. Jure Civili agitur ad pœnam ex-
41 traordinariam *l. ult. ff. de Furt.* Jure
Carolino diverſa invenitur pœna, &, ſi fur-
tum ſit magnum, ac cætera concurrant, ad
pœnam laquei devenitur. Confer. *art.* 160.
*& plur. ſeqq.* & ex noſtris Clariſſimis JCtis D.
Blumlacher in *Commentar. ibid.* D. Gletle *Ju-*
*riſprud. terrib. cit. l. §.* 8. D. Franz ad *tit. In-*
*ſtitut. de Obligat. ex Del. p.* 2. *à n.* 51. De 42
Jure Canonico fur (ubi crimen eſt notorium)
infamiâ notatur *cap. infames* 17. *VI. quæſt.* 1. &,
ſi Clericus ſit, propter furtum notabile vel
iteratum per ſententiam ab Ordine & officio
Clericali deponitur *cap. presbyter* 12. *Diſt.* 81.
excommunicandus etiam, ſi incorrigibilem
ſe oſtendat, & Curiæ Sæculari tradendus *cap.*
*cùm non ab homine* 10. *de Judic.* P. Wieſtner
ad *tit. de Furt. n.* 31. *& ſeq.*

# SECTIO II.

## *De Rapina, & aliis furtis in ſpecie.*

### SUMMARIA.

43. *Deſcribitur rapina.* 44. *& ſeq. Deſcribi-*
*tur actio vi bonorum raptorum.* 46. *Indicatur*
*illius ſubjectum.* 47. *Deſignatur objectum &*
*probatio.* 48. *Subjicitur perſecutio & coërci-*
*tio criminalis.* 49. *Deſcribitur ſacrilegium.*
50. *Vocatur ſubinde Eccleſiarum violatio.* 51.
*& ſeq. Illius pœna.* 53. *& ſeqq. Explicatur*
*furtum tigni & actio de tigno juncto.* 57. *&*
*ſeqq. Declaratur furtum arborum & actio ar-*
*borum furtim caſarum.*

## §. I.

### *De Rapina.*

43 RApinam Imperator in *tit. Inſt. de Vi bon. ra-*
*ptor.* conſtituit in ſecundo loco inter
Delicta privata; & rectè: quoniam eſt ſpe-
cies furti, & nihil aliud, quàm furtum violen-
tum, ſeu adhibitâ vi & violentiâ commiſſum;
indeque etiam actiones illæ, quæ oriuntur ex
furto, oriuntur ex rapina *pr. Inſt. d. t.*
44 Inſuper ex rapina deſcendit actio ſpecialis,
vi bonorum raptorum appellata, quæ deſcri-
bitur, quòd ſit actio prætoria, perſonalis, &
mixta, quâ rei violenter nobis ablatæ quadru-
45 plum (cui ſimplum ineſt) perſequimur. Dixi:
*cui ſimplum ineſt*: quia quadruplum non eſt
mera pœna, ſed tantùm eſt pœna quoad tri-
plum, & quoad ſimplum continet rei perſecu-
tionem *d. pr. Inſt.* Et hinc quoad ſimplum eſt
perpetua, & quoad triplum annalis *d. pr.*
46 Datur hæc actio omnibus illis, quibus actio
furti conceditur *§. ſanè* 2. *in fin. Inſt. d. t.* Da-
tur autem paſſivè contra ſolos raptores, non
item contra hæredes, licèt aliquod lucrum ad
illos ex rapina pervenerit: Prætor ſiquidem,
velut actionis iſtius author, condictionem
furtivam contra hæredes ſufficientem exi-
ſtimavit *l. prætor* 2. *§. penult. ff. de vi bon. ra-*
*ptor.*
Quoad objectum, quatenùs eſt pœnale, & 47
triplum continet, æſtimatur hæc actio, ſicut
actio furti *d. l. prætor* 2. *§.* 3. *&* 22. Quoad
probationem nil aliud deſiderat, quàm ut in-
tereſſe vel modicè doceatur, & oſtendatur,
rem in vel ex bonis actoris extitiſſe, & violen-
ter à reo ablatam fuiſſe *d. §. ſanè* 2. *Inſt. d. l. præ-*
*tor* 2. *§.* 24. *ff. de vi bon. raptor.* Quoad per- 48
ſecutionem & coërcitionem criminalem in
foro ſæculari videatur Gletle *Juriſprud. terrib.*
*cap.* 3. *§.* 5. Quoad pœnas Canonicas præ-
cipua eſt excommunicatio ferendæ ſententiæ
per *cap. de illis* 1. *& cap. excommunicationi* 3. *de*
*Raptorib.* imò & latæ ſententiæ ac S. Pontifici,
in *Bulla Cœnæ caſu* 4. reſervata, ſi quis rapiat
bona naufragorum Catholicorum. Fusè &
eruditè Gonzalez in *commentar. ad cit. cap. ex-*
*communicationi à num.* 2.

## §. II.

### *De Sacrilegio.*

49 FUrti quoque ſpecies eſt Sacrilegium, quô
res ſacra contrectatur. Contrectatur
autem tripliciter: I. ſi res ſatra è loco ſacro;
II. ſi res profana è loco ſacro; III. ſi res ſacra
50 è loco profano auferatur. Utrovis modô
contrectetur, verum ſacrilegium eſſe cenſe-
tur, non tantùm in Jure Canonico per *cap.*
*quiſquis* 21. *XVII. q.* 4. ſed etiam in Jure Ca-
rolino *art.* 171. *& ſeqq.* Primô tamen & ſe-
cundô modô facta contrectatio in *Lib. V. De-*
*cretal. tit.* 17. violatio Eccleſiarum nuncu-
patur.
Pœna ſacrilegorum de Jure Canonico eſt 51
excommunicatio latæ ſententiæ *d. cap. quiſ-*
*quis* 21. Summoque Pontifici, ſaltem ubi de-
nuntiatio præceſſit, reſervata *cap. conqueſtus*
22. *de Sentent. excommunicat.* Quòd ſi 52
noluerint ſatisfacere, non admittuntur ad
pœnitentiam, nec ad ſepulturam Eccleſiaſti-
cam; ſin autem ſatisfacere voluerint primùm
in

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in extremo articulo, & non potuerint, Sacramenta quidem iisdem conferri, Clerici tamen ſepulturæ non poſſunt intereſſe *cap. ſuper eo 2. de Rapt.* & ibi Gonzalez in *comment. n. 8. & ſeqq.*

## §. III.
### *De Furto Tigni.*

53 FUrtis ſpecialibus annumeratur furtum tigni, ſeu materiæ, ex qua componitur ædificium v. g. tegularum, lapidum, perticarum, columnarum &c. ſi enim hujusmodi tignum alteri ſubtractum, & alieno ædificio junctum fuerit, domino materiæ actio de tigno juncto conceditur adversùs jungentem, ut in pœnam duplum præſtet *l. lex duodecim 1.*
54 *in pr. ff. de Tigno juncto.* Et quamvis eadem actio competat adversùs eum, qui bonâ fide credidit, tignum, quod ædibus ſuis conjunxit, alienum aut furtivum non eſſe, prout contra Zoëſium ad *cit. tit. ff. num. 4.* propugnant Struv. *exercit. ad pand. 48. th. 28.* Eckold ad *eund. tit. §. 4.* Gletle *Jurisprud. terrib. d. p. 2. cap. 2. §. 1. num. 5.* Attamen, ut 55
docent Stryck in *cit. tract. de act. forenſ. ſect. 1. membr. 10. §. 12.* Lauterb. ad *cit. tit. ff. §. 2.* Miller ad Struv. *cit. l. lit. b.* etiam bonæ fidei poſſeſſor, non quidem doloſè, ſed culpoſè delinquit, quòd non meliùs in qualitatem & conditionem tigni per ſe vel alium inquiſiverit.

In eo nihilominùs majori favore potitur 56
bonæ quàm malæ fidei poſſeſſor, quòd ille non tantùm regreſſum habeat adversùs venditorem aut alium traditorem ligni; ſed etiam à furto cenſeatur immunis, nec poſſit condictione furtivâ vel alia actione rei perſecutoriâ conveniri. Stryck *cit. §. 12.*

## §. IV.
### *De Furto Arborum.*

57 FUrti ſpecialis reatum incurrit, qui arbores alienas, aut etiam vites, hederas, arundines, virgultas &c. clam ſuccidit: convenitur enim actione arborum furtim cæſarum, ut duplum præſtet ejus, quod alterius intereſt, arborem cæſam non eſſe *l. furtim 7. §. ult. l. faciendæ 8. in pr. & t. t. ff. Arborum furtim caſ.*
58 Interim ſi quis arbores alienas ſuccidat, non animò lucrifaciendi, aut ligna in uſum & utilitatem ſuam convertendi, furti reus non habetur *d. l. furtim 7. §. 1. d. l. faciendæ 8. §. 2. ff. d. t.* Gletle *cit. p. 2. cap. 2. §. 4. num. 2.*

Illud & notandum & mirandum videtur, 59
quòd JCtus Cajus in *l. ſciendum 2. ff. d. t.* aſſeveret, *eos, qui arbores, & maximè vites ceciderint, etiam tanquam latrones puniri.* Explicationem tamen & ſimul rationem pandit *cit.* Stryck *§. 15.* quòd nempe hæc æquiparatio de neceſſitate puniendi duntaxat, non item de pœnæ quantitate ſit intelligenda: is enim, qui vites cædit, illa, quæ ad vitæ ſuſtentationem homini ſunt neceſſaria, aufert; & hinc ut latro, qui hominis vitæ ſtruit inſidias, æſtimatur. Idem ferè ſcribit Brunn. ad *cit. l.*

# SECTIO III.
## *De Damno, ab homine dato.*

SUMMARIA.

*60. & ſeq. Deſcribitur damnum, ab homine datum. 62. & ſeq. Illius declaratio quoad objectum ex Jure Romano. 64. Praxis hodierna. 65. & ſeq. Sufficit culpa omiſſionis vel commiſſionis. 67. & ſeqq. Ubi culpa non præſtatur ex natura contractus, non poteſt agi ex L. Aquilia. 70. & ſeq. Res in Delicto Legis Aquiliæ debet fieri deterior. 72. & ſeq. Oritur obligatio reparandi damnum. 74. Et quidem in conſcientia ante omnem ſententiam, ſi dolus concurrat. 75. & ſeq. Vel culpa theologica. 77. & ſeqq. Non autem ſi culpa tantùm juridica ſubſit. 81. & ſeqq. Opponuntur & reſolvuntur contraria. 89. & ſeqq. Poſt ſententiam oritur obligatio in foro conſcientiæ, non autem pro foro conſcientiæ. 92. & ſeq. Deſcribitur actio L. Aquiliæ. 94. & ſeqq. Dividitur in directam, utilem, & ſubſidiariam. 98. & ſeq. Indigitatur ſubjectum. 101. & ſeq. Notatur objectum. 103. An dolor æſtimetur?*

## §. I.
### *Quid ſit damnum, ab homine datum?*

60 DAmnum, ab homine datum, vocatur aliàs damnum, injuriâ datum, aut Delictum Legis Aquiliæ: eò quòd Aquilius Tribunus per ſuum plebiſcitum illud vindicaverit; & tertiò locô inter Delicta privata à Juſtiniano refertur.
61 Definiri poteſt, quòd ſit Delictum, quô res aliena dolô vel culpâ diminuitur.

Dixi I. *res aliena.* Ubi tamen in ordine ad 62
Juris Romani intelligentiam ſciendum eſt, fuiſſe differentiam inter res. Nam in primo capite Legis Aquiliæ ſolùm dabatur poteſtas agendi de damno, quod illatum eſt ſervis alienis, & quadrupedibus, quæ pecudum numerô ſunt, occiſis, ad hoc, ut æſtimatio præſtetur ad tempus, quô ſervus aut quadrupes eô annô plurimi fuit *l. lege aquilia 2. in pr. ff. ad L.*
63 *Aquil.* In tertio capite (de ſecundo quippe non extat documentum authenticum) dabatur poteſtas agendi de cæteris rebus & damnis, ut, ſi quis ſervum aut animal, tam quadrupes quàm bipes, quod etiam pecudum numerô non habetur, tantùm vulneraverit, aut rem aliam quamcunque corruperit, vel deſtruxerit, præſtet æſtimationem ad tempus, quô ea res unquam in ſummo pretio fuit à 30. diebus proximis *l. ſi ſervus 27. §. 5. ff. d. t.*
64 Cùm autem, atteſtante ſic Brunn. ad *l. ſi ſervus 27. d. t. num. 7.* Lauterbach ad *eund. tit. §. 24.* Stryck in *uſu mod. pand. ad cit. tit. §. 2.* hodie quoad uſum fori communiter à DD. approbata ſit ſententia, damnum non ampliùs æſtimari ſecundùm bonitatem, quam res antecedenter habebat, ſed juxta ſtatum præſentem, in quo fuit tempore damni dati; adeòque eum, qui equum claudum occiderit, tantùm ad leve pretium, quô tunc temporis vendi potuiſſet, refundendum adſtringi, quamvis ante ſeptimanam unam aut alteram rectò pede inceſſerit, majorique pretiô conſtiterit: hinc ex judicio citati Stryckii nihil intereſt, qualis ſit res, per dolum aut culpam alterius diminuta.
65 Dixi II. *dolô vel culpâ.* Dolus enim determinatè non requiritur, ſed culpa ſufficit, etiam leviſſima *l. in lege 44. in pr. ff. d. t.* ideòque qui per negligentiam, incuriam, aut imperitiam qualemcunque læſit alterum, hujus Delicti reus eſt *l. ſed et ſi 5. §. 1. & ult. l. idem Juris 8. in pr. & §. 1. l. ſi putator 31. ff. d. t. cap. ult.*
66 *de Injur. & damno dato.* Similiter non requiritur, ut culpa ſit commiſſionis, ſed etiam ſufficit culpa omiſſionis, dum Medicus v. g. qui medicinam ab initio præſcripſit, ac curationem poſteà dereliquit; item famulus, qui obdormivit, & per hoc incendio cauſam poſuit, delinquere cenſentur *d. l. item Juris 8. in pr. l. ſi ſervus 27. §. 9. ff. ad L. Aquil. cap. ſi egreſſus 5. d. cap. ult. in fin. de Damno dato.*

Num autem culpa leviſſima ſufficiat ad De- 67
lictum, quando ex natura contractûs non datur obligatio ad culpam leviſſimam, velut accidit in emptione - venditione, locatione-conductione, depoſito &c. In diſceptationem venit. Arridet tamen ſententia negans P. Engel ad *tit. de Injur. & damno dato num. ult.* Struvii *exercit. 14. th. 10.* Ekoldi ad *tit. ff. ad Leg. Aquil. §. 1.* Lauterbach ad *eund. tit. §. 9.* Stryck. in *uſu mod. ib. §. 14.* Gletle *Jurisprud. terrib. cit. p. 2. cap. 4. §. 3. num. 23.* Clariſſ. D. Franz ad *cit. tit. Inſt. num. 28.* Ratio eſt: 68
tum quia ſimilis culpa non imputatur in pœnam, ſed condonatur, & pro caſu fortuitò reputatur: tum quia cæteroquin in vanum diſputaremus, qualis in ſingulis contractibus præſtetur culpa, ſi, deficiente actione ex contractu, ad actionem L. Aquiliæ convolare liceret.

Quòd verò ſubinde detur actio L. Aquiliæ, 69
quin detur actio ex contractu, prout refertur caſus dubitabilis in *l. ſed & ſi 5. §. ult. ff. d. t.* id non provenit ex gradu culpæ, ſed ex defectu objecti, vel ſubjecti, aut cauſa alia.

Dixi III. *diminuitur*, hoc eſt, deterior effi- 70
citur, aut omninò deſtruitur. Si damnum acciderit in re ſalva & integra, fortè quòd aliquis vinum noſtrum ebiberit, uvas maturas decerpſerit, veſtimentum alienum induerit, Delictum L. Aquiliæ non conſurgit *l. ſi ſervus 27. §. 25. l. qui occidit 30. §. 2. ff. d. t.* quia res non diminuta vel corrupta, ſed ad uſum naturalem adhibita cenſetur. Sin au- 71
tem quis vinum noſtrum effuderit, uvas immaturas decerpſerit, veſtimentum laceraverit, aut conſpurcaverit, oritur Delictum Aquilianum *d. l. ſi ſervus 27. §. 15. & 25.* quia res ad uſum alium, quàm ſibi connaturalem, deſtinata videtur.

## §. II.
### *Qualis obligatio naſcatur ex damno, ab homine datô?*

72 EX damno, ab homine dato, naſcitur obligatio, damnum illud reſarciendi, veluti conſtat ex *t. t. Inſt. ff. & Cod. ad L. Aquil.* Æquius enim videbatur, ut damnum compenſet, qui per culpam eſt nocens, quàm ut
73 innocens illud ſuſtineat. Sed ingens hic miſcetur concertatio, num iſta obligatio ſtringat in foro conſcientiæ, ita ut ille, qui damnum intulit, teneatur ante vel poſt ſententiam Judicis damnum reparare? Omiſſis aliorum opinionibus, ſenſum & ſententiam meam per ſequentes aſſertiones explico, &
74 Dico I. Quando damnum eſt datum ex dolo, damnificans ante omnem ſententiam id compenſare tenetur. Ita omnes. Ratio eſt: quia, qui damnificat alterum ex propoſito, tenetur ex ipſo Naturali Jure damnificatum ſervare indemnem, & jus, iniquè violatum, redintegrare.
75 Dico II. Quando damnum eſt datum ex culpa non tantùm juridica ſed etiam theologica, quæ ſcilicèt cum advertentia, ad peccatum ſufficiente, eſt conjuncta, damnificans ad damni reſarcitionem ante omnem ſententiam obligatur. Ita potiores DD. Ratio eſt: quia, ubi culpa theologica concurrit, intervenit peccatum mortale vel veniale. Sed peccatum mortale vel veniale ſe ipsô producit reatum conſcientiæ, ut damnum, culpoſè datum, per congruam ſatisfactionem expurgetur. Ergo &c.

Neque dicas: Lex pœnalis non obligat an- 76
te ſententiam in conſcientia. Sed L. Aquilia eſt pœnalis. Ergo &c.

Reſp. enim totum ſyllogiſmum tranſmitti poſſe, negandô ſuppoſitum, quòd, ſi damnum culpam theologicam habeat adjunctam, obligatio reſarciendi proveniat ex Lege Aquilia: nam, antequàm Aquilius Tribunus in lucem emerſit, Jus illud antiquiſſimum, & Naturæ ra-

ræ rationali congenitum, reparationem da-
mni, peccaminosè cauſati, demandavit.
77 Dico III. Quando damnum eſt datum ex
culpa merè juridica, obligatio ſatisfaciendi
non contrahitur in conſcientia ante Judicis
ſententiam. Ita Innocentius in *cap. ſicut 6.
de Homicid.* Sylveſter in *Summa V. culpa num. 5.
& 6.* Molina de *J. & J. tr. 2. diſp. 698. num. 6.*
Layman *Theol. Moral. lib. 3. tract. 3. p. 1. cap. 6.
num. 2.* Haunold de *J. & J. tr. 2. num. 178.*
Wieſtner ad *tit. de Injur. & damno dato n. 33.*
78 Ratio eſt: quia implicat contradictionem, ut
aliquis obligetur in conſcientia ad reſtitutio-
nem abſque eo, quòd conſcientiæ reatum
incurrerit. Ergo etiam implicat contradi-
ctionem, ut aliquis obligetur in conſcientia
ad reſtitutionem abſque eo, quòd culpam
theologicam admiſerit: nam ſinè culpa theo-
logica aliquis non fit reus coram DEO; ſicque
etiam non fit reus in conſcientia, nec obliga-
79 tionem in conſcientia contrahit. Con-
firmatur I. DEUS neminem punit ob culpam
juridicam, niſi concurrat theologica. Ergo
etiam nemini obligationem reſtitutionis aut
ſatisfactionis imponit ob culpam juridicam,
niſi theologica concurrat: hæc ſiquidem ob-
ligatio faceret aliquem reum pœnæ Divinæ,
caſu quo non fuiſſet impleta; & conſequenter,
cùm deficiat reatus pœnæ, deficit quoque ob-
80 ligatio reſtitutionis aut ſatisfactionis. Con-
firmatur II. obligatio in conſcientia debet eſſe
manifeſta vel omnibus vel pluribus ſaltem ho-
minibus: hæc autem obligatio, ut damnum
abſque peccato theologico cauſatum reſtau-
retur, nec omnibus nec pluribus hominibus
eſt manifeſta: cùm plerique ſe credant, à re-
ſtauratione vel reſtitutione immunes, quan-
do reatum conſcientiæ non advertunt.
81 Objicies: Lex Aquilia potuit velle, ut da-
mnum, culpâ merè juridicâ datum, repare-
tur ante ſententiam; & de facto ſic voluit:
utpote cùm ſit abſolutè præceptiva, nec coër-
citionem, ſed utilitatem publicam proximè
habeat pro fine. Ergo &c.
82 Reſp. utrumque negari poſſe, & quòd Lex
Aquilia potuerit, & quòd voluerit ante ſen-
tentiam in conſcientia obligare. De potentia
conſtat *à num. 76.* non dari obligationem con-
ſcientiæ ſinè reatu conſcientiæ & culpa theo-
83 logica. De voluntate poteſt inprimis
negari, quòd L. Aquilia ſit abſolutè præce-
ptiva: cùm enim in pœnam culpæ reſarcitio-
nem damni præcipiat, ſinè abſurdo pœnalis
84 appellatur *arg.* dictorum in *num. 55.* De-
inde, ſi pœnalis non ſit, ſaltem non eſt abſo-
lutè ſed conditionatè præceptiva, & in præ-
ſumptione culpæ theologicæ fundata per tex-
tum notabilem in *l. ſed & 5. §. 1. & 2. ff. ad L.
Aquil.* ubi non obſcurè in damnificante requi-
ritur capacitas injuriæ, & advertentia ad da-
mnum; quæ ſanè advertentia, culpam juridi-
cam vertit in theologicam: ut adeò, ſi hæc
conditio ſeu præſumptio, in qua L. Aquilia
fundatur, ceſſet, obligatio quoque damnum
reparandi ceſſet.
Inſtabis: Jus Canonicum, velut æquitatis 85
& obligationis Naturalis tenaciſſimum, abſo-
lutè & indiſtinctè jubet reſarcitionem damni, ſi
*culpâ, negligentia*, vel *imperitia* damnificantis
evenerit; nec admittit excuſationem igno-
rantiæ, *quando quis ſcire debuit, ex facto ſuo ja-
cturam poſſe contingere* juxta manifeſtam deciſio-
nem in *cap. ult. de Injur. & damno dato.* Ergo
præceptum ſatisfaciendi de Jure Canonico
non eſt pœnale, vel conditionatum, ſed ab-
ſolutum.
Reſp. Jus Canonicum non aliter ſentire, 86
quàm Jus Civile: quantumvis enim tam ſcien-
tem quàm ignorantem ad ſatisfactionem &
compenſationem damni obſtringat, non ta-
men aliam intelligit ignorantiam, quàm theo-
logicè culpabilem, ut colligitur ex verbis,
*ſi ſcire debuiſti*: qui enim ſcire potuit & debuit,
ex facto ſuo damnum ſecuturum, culpæ theo-
logicæ reus eſt, aut reus eſſe præſumitur.
Urgebis: culpa leviſſima juridica poteſt 87
eſſe ſinè theologica. Sed damnum, ex cul-
pa leviſſima juridica datum, vindicatur à Lege
Aquilia ex *num. 63.* Ergo vindicatur da-
mnum, quod datum eſt ſinè culpa theologica.
Reſp. diſtinguendô minor. Sed damnum, 88
ex culpa leviſſima juridica datum, vindicatur
à Lege Aquilia abſolutè, nego minor. præ-
ſumptivè concedo minor. Ergo vindicatur
damnum, quod datum eſt ſinè culpa theolo-
gica; diſtinguo conſeq. ſi vindicaretur ab-
ſolutè, concedo conſeq. ſi vindicetur condi-
tionatè, nego conſeq.
Dico IV. Obligatio reſarciendi damnum, 89
ſinè culpa theologica cauſatum, poſt Judicis
ſententiam ſtringit in foro conſcientiæ, ſed
non pro foro conſcientiæ. Sic quoad ſub-
ſtantiam Haunold de *J. & J. cit. tr. num. 178.*
Ratio eſt: quia, ſicuti Lex Aquilia, jubens re- 90
ſarcitionem damni, ex dictis in *num. 84.* eſt
fundata in præſumptione particulari culpæ
theologicæ; ita etiam ſententia, in eadem
præſumptione eſt fundata. Atqui Lex, in
præſumptione particulari fundata, obligat
quidem eatenùs in foro conſcientiæ, quate-
nùs illius obſervantia, quando de veritate
contraria non conſtat, abſque ſcandalo decli-
nari non poteſt; non autem obligat pro foro
conſcientiæ, dum, quod aliquis ex præſum-
ptione falſa alteri dedit, per tacitam com-
penſationem rurſus acquirere poteſt. Er-
go &c. Conferatur *in Lib. I. tract. de Jure Le-
gali cap. 1. à num. 290.*
Neque dicas: Legem Aquiliam, & ſen- 91
tentiam, illi conformiter latam, potiùs in
præſumptione generali quàm particulari fun-
datam eſſe. Nam contra eſt: quòd Lex Aqui-
lia & ſententia, illi conformiter lata, ut an-
teà monſtratum erat, fundetur in præſum-
ptione advertentiæ ad damnum; quæ præ-
ſumptio utique particularis, non generalis eſt.





## §. III.

### *Qualis actio naſcatur ex damno, ab homine dato?*

92 PRo conſequenda damni, ab homine dati,
reparatione naſcitur actio Legis Aqui-
liæ, quâ ob damnum, injuſtè cauſatum, con-
venitur damnificans, ut, quanti res eô annô
vel 30. diebus proximis plurimi fuit, præſtet.
93 Eſt hæc actio perſonalis, utpote deſcendens
ex Delicto. Eſt perpetua, quia Civilis. Eſt
rei perſecutoria reſpectu actoris, qui, ſi tem-
pore damni illati res plurimi fuerit, id ſolùm,
quod abeſt ex patrimonio, conſequitur; licèt
ex parte rei, ad quem ex ſterili Legis Aquiliæ
delicto nihil pervenit, pœnalis appellari que-
at. Gletle *Juriſprud. terrib. cit. p. 2. cap. 4. §. 5.
num. 2.*
94 Dividitur in directam, utilem, & in factum.
*Directa* eſt, quæ directè provenit ex verbis &
ſententia Legis Aquiliæ, quando ſcilicèt dam-
num eſt datum corpore in corpus, uti contin-
git, quando quis quadrupedem manu occidit.
95 *Utilis* eſt, quæ oritur ex mente & ratione Legis
Aquiliæ, quando nimirum liber homo dam-
num eſt paſſus, aut aliàs damnum corpori,
non autem corpore, datum eſt, ac v. g. ju-
mentum, per alterius exagitationem & ter-
ritionem in præceps eſt actum, aut equus, ſta-
96 bulo incluſus, ſubtractô pabulô, interiit. *Sub-
ſidiaria in factum* eſt, quæ neque ex ſententia,
neque ex mente L. Aquiliæ pullulat, ſed ex
interpretatione Prudentûm ob ſingularem
æquitatem à Prætore fuit recepta, quando vi-
delicèt damnum nec corpore, nec in corpus
eſt datum, veluti ſi quis alienum canem aut
pecus incluſum ſolverit, ut fugam capeſſeret.
97 Textus in *§. ult. Inſtit. ad L. Aquil.* In
foro tamen, in quo ex *num. 64.* non amplius
attenditur ad æſtimationem damni per retro-
tractionem ad tempus præteritum, nihil in-
tereſſe, quænam inſtituatur actio, conformi-
ter ſuæ doctrinæ notavit Stryck in *uſu mod.
Pand. ad cit. tit. § 6.* idipſum ferè ſentiente
Brunnem. ad *l. quâ actione 7. d. t. n. ult.*
98 Conceditur hæc actio non alteri, quàm cu-
jus intereſt propter jus in re v. g. dominium
aut uſumfructum, damnum non fuiſſe datum
*l. item Mela 11. §. 6. & ult. ff. ad L. Aquil.* Si
tantùm interſit propter jus ad rem, fortè
quòd res diminuta fuerit alicui locata vel
commodata, actio Legis Aquiliæ eidem non
competit *d. l. §. 9.*
Conceditur hæc eadem actio contra dam- 99
nificantem; &, ſi plures ad damnum indivi-
ſibile concurrerint, ſuôque concurſu Titium
v. g. oppreſſerint aut vulneraverint, omnes
quidem in ſolidum conveniri poſſunt de Jure
Romano ad exceſſum æſtimationis, ad tem-
pus præteritum relatæ, nec unius ſolutione
liberantur alii *d. l. item Mela 11. §. 2.* At de
Jure hodiernô, ubi ex *num. 64.* tantùm agi-
tur ad æſtimationem pro tempore damni illa-
ti, qui ſuum conſecutus eſt ab uno, non ha-
bet ulteriorem actionem adverſus alios *arg. l.
æquiſſimum 1. §. 4. ff. de eo per quem &c.* Stryck
in *uſu mod. ad cit. tit. §. 21.* Contra hæ- 100
redes damnificantis iſta actio non porrigitur
*§. his autem 9. Inſtit. l. inde Neratius 23. §. 8. ff.
ad L. Aquil.* quia reſpectu rei eſt pœnalis, ex-
que Delicto tali promanat, ex quo hæredes
nihil participant.
Petitur hâc actione reparatio damni, de 101
Jure comuni ſecundùm æſtimationem quanti
plurimi; de Jure modernô ſecundùm æſtima-
tionem in ſtatu præſenti, ut dictum in *num. 64.*
Habetur etiam in homine vel animali occiſo
aut vulnerato ratio ſumptuum & impenſa-
rum in curationem, aut operarum ceſſan-
tium *§. illud 10. Inſt. l. quâ actione 7. in pr. l. alt
Lex 21. §. ult. d. l. inde Neratius 23. in pr. ff. d. t.*
Dolor autem, ex vulnere vel percuſſione 102
contingens, de Jure Communi non æſtima-
tur *arg. l. ex hac 3. ff. Si quadrupes.* Lauterbach.
*cit. §.* errorisque Rabulas forenſes arguit Be-
ſoldus in *theſ. pract. ſub voce* Abtrag / quando
in libello actionis L. Aquil. pro acceptis dolo-
ribus aliquid petunt. Praxin tamen contra-
riam, ſi alicubi vigeat, non iniquam eſſe, de-
fendit Stryck *ubi ſupra §. 10.* eaque funda-
mentum habet in Carol. *art. 20.* ubi æſtima-
tur dolor torturæ.
Planè interdum datur actio in quadru- 103
plum, quando ſcilicèt damnum eſt datum oc-
caſione incendii, ruinæ, naufragii &c. & actio
intra annum mota conformiter deciſis in *l.
Prætor ait 1. in princ. ff. de Incendio, ruina &c.* &
dictis in *num. 39.*

# SECTIO IV.

## *De Injuria.*

### SUMMARIA.

104. *Definitur injuria.* 105. *& ſeq. Lædit honorem & exiſtimationem.* 107. *& ſeqq. Requiritur ad illam dolus.* 112. *& ſeqq. Hic non præſumitur, niſi factum aut verbum ex ſe contumelioſum ſit.* 115. *& ſeq. Injuria alia verbalis.* 117. *Alia realis.* 118. *Alia levis, alia gravis.* 119. *& ſeqq. Agitur de perſonis injuriantibus.* 122. *& ſeqq. Agitur de injuriatis.* 126. *Pœna injuriæ eſt extraordinaria.* 127. *& ſeqq. Pœna famoſi libelli declaratur.* 130. *& ſeqq. Actio pœnalis prætoria ex injuria deſcendens, examinatur.* 135. *& ſeq. Actio pœnalis ex Lege Cornelia exponitur.* 137. *& ſeqq. Actio rei perſecutoria ſeu recantatoria ex*

*moribus dilucidatur.* 141. *& ſeq. Injuria tollitur diſſimulatione.* 143. *& ſeq. Remiſſione.* 145. *& ſeq. Et retorſione.* 147. *In qua debet obſervari moderamen inculpatæ tutelæ.*

## §. I.

### *Quid & quotuplex ſit Injuria?*

104 INjuria quartò locò ponitur inter Delicta
privata *t. t. Inſt. & ff. l. injuriarum 7. l. ult.*
*Cod. de Injur.* & appoſitè ad noſtrum ſcopum
definitur, quòd ſit Delictum, quò alterius ho-
nor aut exiſtimatio dolosè læditur.
105 Dixi I. *quò alterius honor aut exiſtimatio.*
Quamquam enim honor conſiſtat in hono-
rante; attamen hôc ipsô, quòd quis alterum
honoris locô afficiat contumeliâ, negat, quod
erat debitum ex Jure Naturali, & delinquit.
106 Similiter, cùm exiſtimatio noſtra pendeat ex
aliorum bona de nobis opinione; utique per-
peram agit, qui bonam opinionem nobis apud
alios minuit, aut adimit.
107 Dixi II. *dolosè.* Si dolus abſit & animus in-
juriandi, ac per jocum aliquid contumelioſum
dicatur, aut fiat, injuria non cenſetur illata,
108 *l. illud 3. §. 3. ff. de Injur.* Item ſi Magi-
ſtratus aliquid præceperit aut ordinaverit ex
officio, quod pertinet ad juris & juſtitiæ admi-
niſtrationem, licèt diſpendium honoris & exi-
ſtimationis ſequatur, non dicitur injuriam fa-
cere *l. injuriarum 13. §. 1. & 6. l. quod reipubli-*
109 *cæ 33. ff. d. t.* Pariter ſi Magiſter aut præ-
ceptor docendi, monendi, vel corrigendi
causâ quidpiam in aliqualem deſpectum ſui di-
ſcipuli protulerit, aut egerit, propter defe-
ctum intentionis ſiniſtræ pro injuria non re-
110 putatur *l. ſed & 5. §. ult. ff. ad L. Aquil.* Ad-
hæc ſi quis contra teſtem in judicio, tanquàm
infamem aut ſuſpectum, exceperit, & exce-
ptionem probaverit, injuriarum non tenetur
*arg. l. cum qui 18. ff. & l. ſi non convitii 5. Cod. de*
*Injur.* quia, quod quisque facit ad defenſio-
nem juris ſui, nemini debet injurioſum repu-
tari per *l. nullus 55. ff. de R. J.* Stryck ad *cit.*
*tit. §. 6.*
111 In dubio tam parum dolus & animus inju-
riandi præſumitur, quàm parum aliàs præſu-
mitur Delictum *l. meritò 51. in pr. ff. pro Socio*
*l. dolum 6. Cod. de malo malo d. cap. ult. de Præſumpt.*
112 Niſi factum aut verbum ex ſe contumelioſum
ſit: tunc enim ex animo contumeliandi pro-
ceſſiſſe præſumitur *d. l. ſi non 5. Cod. de Injur.*
P. Engel ad *eund. tit. n. 2.* Harpprecht ad *pr.*
*Inſt. eòd. num. 7. & 10.* Nihil juvante 113
proteſtatione interpoſitâ, dicendô v. g. tu es
fur aut adulter, ſalvo honore &c. Stryck
*cit. l.* Lauterbach ad *cit. tit. §. 10.* quia pro- 114
teſtatio, verbo vel facto contraria, nihil ope-
ratur *cap. ſolicitudinem 54. in fin. de Appellat. l. ſi*
*quis 21. in pr. ff. de A. vel O. H.*
Dixi III. *læditur.* Læditur autem honor & 115
exiſtimatio dupliciter, dictô & factô; eaque
de causâ injuria dividitur in *verbalem & realem.*
Dictô (quorſum etiam refertur ſcriptura vel
epiſtola) læditur, ſi verbum ex ſe, vel ex mo-
ribus contumelioſum, alteri dicatur *§. inju-*
*ria 1. Inſt. l. item apud 15. §. 6. ff. l. pen. Cod. de*
*Injur.* Si defectus naturalis alicui, quòd 116
v. g. ſit claudus, luſcus, aut gibboſus, expro-
bretur *arg. cit. l. item apud 15. §. 5. & 27.* ſi
quis verbis obſcœnis apud virginem utatur
*d. l. §. 21.* ſi quis cantet aut prælegat quid-
quam, quod alterius pudorem ſugillat *d. l.*
*§. 27.* ſi famoſus libellus conſcribatur, &,
omiſsô Authoris nomine, de aliquo certum &
famoſum Delictum in vulgus ſpargatur *l. Lex*
*Cornelia 5. §. 9. ff. d. t. l. un. Cod. de Famoſ. lib.*
Factô læditur, ſi alius cædatur, verberetur, 117
pulſetur *d. §. injuria 1. Inſt. d. l. Lex Cornelia 5.*
*in princ.* ſi quis veſtem lugubrem in confuſio-
nem alterius induat *d. l. item apud 15. §. 27.* ſi
quis alteri medium digitum oſtendat, aut ali-
ter ludibrio exponat *d. l. & §.* ſi quis alterum
inebriet, ut exponatur ludibrio. Lauterb. ad
*cit. tit. ff. §. 17.*
Porrò cùm factum aut dictum leviter aut 118
graviter alienum honorem & famam minuere
valeat: hinc injuria alia dicitur *levis*, & alia
*gravis*, ſeu *atrox*. Deſumitur autem gravitas
vel levitas I. ex conditione perſonæ, injurian-
tis & injuriatæ; II. ex loco; III. ex tempore;
IV. ex modo; V. ex reipſa. Textus in *§. pœ-*
*na 7. §. atrox 9. Inſtit. l. prætor edixit 7. §. ult. l.*
*vulneris 8. l. ſed ſi 17. §. 3. ff. de Injur.*

## §. II.

### *De Perſonis, quæ injuriam inferunt, aut patiuntur.*

119 PErſonæ, quæ injuriam inferunt, doli ca-
paces eſſe debent *l. illud 3. §. 1. ff. d. t.*
Doli ſi quis capax ſit, injuriâ ſe obſtringit, ſive
ſuperior, ſive inferior ſit: cùm etiam Judex
aut Magiſtratus, qui, Juris ordine non ſerva-
tô, aliquid decernit, aut ſtatuit, injuriam com-
mittat *l. nec Magiſtratibus 32. ff. eòd.* & ibi
120 Brunnem. *num. 1. & ſeqq.* Quin & Ora-
tor Eccleſiaſticus, ſi talia è ſuggeſtu perorave-
rit, quæ in unius aut alterius hominis in parti-
culari infamiam redundant, injuriâ non vacat
121 *arg. cit. l.* Quamvis eidem prohibitum
non ſit, vitia & perverſos populi mores in ge-
nere vehementiùs perſtringere, juxta illud
Iſaiæ *cap. 58. clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta*
*vocem tuam; annuntia populo ſcelera, & domui*
*Jacob peccata eorum.*
Perſonæ, quæ patiuntur injuriam, ſunt ho- 122
mines cujuscunque generis & conditionis,
etiam rationis uſu deſtituti *d. l. illud 3. §. 1. ff.*
*de Injur.* etiam mortui *l. injuria 1. §. 4. ff. eòd.*
quia ſcilicèt jus ad famam & honorem non
perdunt. Nec intereſt, utrùm quis in- 123
juriam patiatur in perſona propria, vel perſo-
nis, ſibi conjunctis: ſic enim injuria, liberis il-
lata, redundat in parentes *d. l. injuria §. 3.*
*& 5.* Brunn. *ibid. n. 4.* Sic injuria, uxori fa-
cta, refunditur in maritum *d. l. §. 3. §. patitur 2.*
*Inſt. d. t.* Sic injuria, famulo impacta, refer-
tur in dominum, quando famulus in illius ne-
gotio aut ſervitio erat occupatus *§. ſed ſi 6. In-*
124 *ſtit. l. item apud 15. §. 48. d. t.* Sic injuria,
Religioſo irrogata, tranſit in Monaſterium,
cujus honor & fama ſingulariter ex bona exi-
ſtimatione membrorum dependet. Magnif.
P. König ad *tit. de Injur. n. 7.* P. Wieſtner
*ibid. n. 6.* Farinac. *prax. criminal. quæſt. 150.*
*num. 291.* Idemque de injuria, Novitio 125
impoſitâ, cum Paſqualigo ex *cap. religioſo 21.*
*de Sentent. excommunicat. in 6.* ubi injuria
realis, ſeu percuſſio, in Novitium attenta-
ta, in contemptum Monaſterii cedere ſup-
ponitur, rectè deducit P. Engel ad *cit. tit.*
*num. 9.*



## §. III.

### *Quis effectus ſit Injuriæ?*

126 EFfectus injuriæ proximus eſt obligatio,
reparandi honorem & famam iniquè læ-
ſam. Remotus ſunt actiones & remedia,
hunc in finem comparata. Actiones autem
ſunt vel civiles, vel criminales. Actio cri-
minalis eò collimat, ut injurians extra ordi-
127 nem puniatur *§. in ſumma 10. Inſt. d. t.* Quòd ſi
libellus famoſus fuerit editus, pœna capitalis
in *l. un. Cod. de Famoſ. lib.* dictatur; eademque
in Carolina *art. 110.* innovatur in caſu, quô
crimen capitale alicui impingitur. Lauterb.
128 ad *tit. de Injur. §. 69.* Extenditur etiam
ad illos, qui libellum famoſum, ab alio com-
poſitum, ſcripſerunt, divulgârunt, aut inven-
tum apud ſe retinuêrunt; non autem ad alios,
qui libellum, ab alio acceptum, deſcripſe-
runt, non animô divulgandi ſed penes ſe pri-
vatim retinendi: tales ſiquidem impunes de-
clarat Menoch de *Arbitrat. Jud. quæſt. caſu*
129 *263. num. 48.* Typographi quoque, qui
talem libellum imprimunt, amittunt impreſſa
exemplaria, in ſuis officinis reperta; privan-
tur poteſtate imprimendi libros, & arbitrariè
puniuntur, uti ex variis Imperii Receſſibus
demonſtrat Carpzov. *Prax. crim. part. 2. q. 98.*
*num. 11.*
130 Actio civilis vel eſt pœnalis, vel rei perſe-
cutoria. Pœnalis vel deſcendit ex Jure Ci-
vili in ſpecie ſic dicto; vel ex Jure Prætorio.
Ex Jure Prætorio oritur actio *æſtimatoria*, quâ
injuriam paſſus adversùs injuriantem agit, ut
131 æſtimationem perſolvat. Eſtque hæc
actio perſonalis, utpote dimanans ex Delicto.
*d. §. in Summa 10.* Eſt famoſa, faciens eum, qui
condemnatur ex injuria, infamem *l. prætor*
*ait 7. in pr. ff. d. t. l. prætor 1. ff. de his, qui not.*
*infam.* Eſt annalis, tanquàm prætoria & pœ-
132 nalis *l. ſi non convitii 5. Cod. eòd.* Datur
injuriato, qui paſſus eſt injuriam tum mediatè
tum immediatè ex *num. 123. & ſeqq.* Hære-
dibus verò, cùm meram ſapiat vindictam,
quam moriens remiſiſſe præſumitur, non da-
tur *l. injuriarum 13. in pr. l. item apud 15. §. 14.*
133 *ff. d. t.* Datur contra injuriantem, non
item contra illius hæredes *citat. textib.* cùm
pœnalis ſit.
134 Datur ad æſtimationem injuriæ, actori ad-
judicandam: in actoris enim ſtat arbitrio,
ſecundùm affectionem injuriam æſtimare, ac
dicere, quòd v. g. libentiùs amiſiſſet 100. au-
reos, quàm hoc dedecus aut probrum ſuſti-
nuiſſet; ita tamen ut, ſi nimius fuerit in æſti-
mando, Judex æſtimationem moderari valeat.
*§. pœna 7. Inſt. d. t.* Gail. *2. obſ. 102. n. 9.*
Ex Jure Civili in ſpecie ſic dicto proficiſci- 135
tur actio Civilis *ex Lege Cornelia*, quâ reales
quædam injuriæ, veluti ſi aliquis pulſetur,
verberetur, aut domus ejus, in qua habitat, vi
introeatur, vindicantur *§. ſed & 8. l. Lex Cor-*
*nelia 5. in pr. & §§. ſeqq. ff. d. t.* Agitur 136
per hanc actionem ad æſtimationem injuriæ,
à Judice faciendam & adjudicandam; vel ad
pœnam pecuniariam, fiſco inferendam; vel
ad pœnam corporis afflictivam. Lauterb. ad
*cit. tit. §. 46.* Eſtque perpetua, quia civilis,
ut oſtenſum in *Lib. I. tract. de Præſcript. cap. 5.*
*num. 526.* Lauterbach *ibid. §. 46.*
Actio rei perſecutoria ſeu *recantatoria*, ſeu 137
*ad palinodiam* eò tendit, ut injuriatus dicta vel
ſcripta vel facta contumelioſa revocet, eaque
injuſtè à ſe attentata fateatur, & læſam exiſti-
mationem quodammodò reſtituat. Lauterb.
*cit. l. §. 47.* Deſcendit ex Jure Civili non-
ſcripto ſeu conſuetudinario; eſt perſonalis &
perpetua *arg. pr. Inſt. de Perpet. & temporal. act.*
Stryck *de act. forenſ. ſect. 1. membr. 10. §. 50.*
Datur, tanquàm rei perſecutoria, injuriato & 138
ejus hæredibus, contra injuriantem, non au-
tem (cùm naſcatur ex Delicto ſterili) contra
ejus hæredes; ad reſtitutionem famæ, non
quidem cum infamia juris, ex parte reſtituen-
tis, incurrendâ (deficit enim textus & ratio,
dum condictiones infamiam ſecum non tra-
hunt *l. ceſſat 36. ff. de O. & A.*) Sed cum 139
infamia facti: utpote cùm apud honeſtos &
graves viros non bene audiat, qui ſeipſum
mendacii arguere debuit. Harpprecht ad *§. in*
*ſumma 10. Inſtitut. de Injur. num. 109. & ſeqq.*
Lauterb. ad *cit. tit. ff. §. 53.* Clariſſ. D. Franz
ad *eund. tit. Inſt. num. 43. & 48.* Planè 140
ſi per contumeliam, convitium, aut oppro-
brium alterius exiſtimatio in morali æſtima-
tione diminuta non fuerit, non agitur ad re-
ſtitutionem, ſed Chriſtiana deprecatio vel re-
conciliatio tollit omnem injuriam. Layman
*Theol. Moral. lib. 3. tr. 3. p. 2. cap. 7. n. 6.*

## §. IV.

### *Quibûs modis tollatur Injuria?*

141 INjuria ſeu potiùs actio non ſolùm tollitur morte injuriantis, & lapſu temporis, ad actionem movendá præſtituti, ſed etiam diſſimulatione, ſi nempe perſona, injuriam paſſa, non ſtatim, ac poteſt, eam revocet in animum, ſed tantùm rideat, aut cum injuriante priſtinam familiaritatem inſtauret, aut ſpeciale charitatis ſignum eidem exhibeat *d. §. ult. In-*
142 *ſtit. l. non ſolum* 11. §. 1. *ff. d. t.* Ex neceſſitate, civilitate, officio, vel charitate communi, ſi quæ fiant, ac injuriatus v. g. injuriantem ſalutet, aut cum eo ad communem menſam invitatus compareat, injuriæ diſſimulatio non eruitur. Perez in *Cod. ad cit. tit. n.* 23.

143 Præterea tollitur remiſſione, tum tacitâ, quæ nihil aliud eſt quàm diſſimulatio; tum expreſsâ, ſicuti ſi injurians cum injuriato deſuper tranſigat, vel manifeſtam condonatio-
144 nem recipiat *d. l. non ſolum* 17. §. 1. Ubi tamen advertendum, quòd filiusfamilias injuriarum actionem invitô patre nequeat remittere; licèt ex adverſo pater injuriam, filio irrogatam, ipsô etiam contradicente (niſi eminentioris ſit conditionis & ſtatûs quàm pater) remittere poſſit *l. ſed ſi* 17. §. 12. *& ſeq. d. t.*

Demum tollitur retorſione, non quidem ſi 145
realis ſit (etenim qui accipit unam alapam, non poteſt reddere aliam, niſi plures adhuc timendas habeat: utpote cùm aliàs ſolam vindictam quærere cenſeatur) ſed verbalis: nam dicenti Sempronio, Titium eſſe furem, Titius reſpondere, & dicere poteſt: tu mentiris; non tantùm ex hodierna conſuetudine, veluti putat Lauterb. *cit. l.* §. 58. *& ſeqq.* ſed 146
etiam ex diſpoſitione Juris Communis, quatenùs non minùs defenſionem honoris quàm vitæ permittit *arg. l. ut vim* 3. *ff. de J. & J. & l. juſta cauſa* 9. *in pr. ff. de Manumiſſ. vind.* cumque in finem medium retorſionis, quô objectum convitium, ne in diminutionem honoris redundet, quaſi retunditur, & convitians falſitatis arguitur, non prohibet. Opor- 147
tet autem, ut, quemadmodùm in defenſione vitæ obſervari ſolet, limites inculpatæ tutelæ non excedantur, & objicienti crimen levius non reponatur gravius. Conferantur P. Engel ad *tit. de Injur. num.* 25. P. König *ibid. num.* 18. P. Wieſtner *ibid. num.* 16. Harpprecht ad §. *ult. Inſtitut. d. t. & num.* 90.

# SECTIO V.

## *De aliis Delictis privatis.*

### SUMMARIA.

*148. Delictis privatis accenſetur alienatio, judicii mutandi cauſâ facta. 149. Datur hinc Jure Civili actio in factum. 150. Jure Canonico poteſt etiam novus poſſeſſor ex reſcripto conveniri. 151. Si dolus concurrat. 152. Datur etiam actio realis utilis. 153. & ſeqq. Item hinc reſertur falſus modus. 156. & ſeq. Item corruptio ſervi. 158. Aut filiifamilias, uxoris, vel ſubditi &c. 159. & ſeqq. Aut fuga perſonæ ſubjectæ. 162. & ſeqq. Item luſus alearum. 166. & ſeqq. Item calumnia. 169. & ſeqq. Item injuſta exactio vel defraudatio vectigalis.*

## §. I.

### *De Alienatione, Judicii mutandi cauſâ factâ.*

148 SUperſunt adhuc alia Delicta, quæ, cùm privatum duntaxat patrimonium attingant, inter privata non injuſtè referuntur. Tale eſt I. alienatio, ex cauſa judicii mutandi facta, ſi nempe, qui metu inſtantis litis exagitatur, rem dolô malô transferat in alium, ob cujus potentiam aut difficiliorem conventionem
149 actoris cauſa deterior reddatur. Datur idcirco de Jure Civili ei, cujus cauſa deterior eſt facta, & ejus hæredibus contra taliter alienantem (non autem hæredes illius) actio in factum prætoria, ad id, quod ratione ſumptuum, moleſtiarum, aut aliàs intereſt, alienationem non eſſe factam *l. omnibus* 1. *l. item ſi* 4. §. *ult. l.* 5. 6. *&* 7. *ff. de Alienat. jud. mut.*
150 *cauſa &c.* De Jure verò Canonico *in cap. quorundam* 1. *d. t.* ſtatuitur, ut, ſi reſcriptum Apoſtolicum ſuper re litigioſa contra poſſeſſorem fuerit impetratum, illius virtute novus quoque poſſeſſor, in quem res doloſè fuit alienata, coram Judice Delegato conveniri poſſit, etiamſi mentio de eo facta non ſit; & in *cap. ult. eôd.* decernitur, ut, ſi Clericus rem, judicii mutandi ergo, in ſe transferri curet, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas ab hujusmodi tranſlatione abſterreatur.

Dolus malus ſi deſit in alienante, ſicuti cen- 151
ſetur abeſſe, quando in ultima voluntate, vel ex neceſſitate, vel ex tædio litis alienat, hâc actione & remediô Juris moleſtari nequit *l. item ſi* 4. §. 1. *&* 3. *l. ex hac* 8. §. 3. *ff. d. t.*

Quòdſi opineris, actionem hanc inutilem 152
eſſe: quia ſcilicet actio realis utilis tribuitur tum contra alienantem, qui dolô poſſidere deſiit *l. quia* 3. §. *ult. ff. eôd.* tum contra novum poſſeſſorem *l. un. Cod. d. t.* Reſpondet Stryck in *uſu mod. ib.* §. 2. actionem prædictam in eo favorabiliorem eſſe, quàm realem, quòd illa non tam exactam juris in re probationem, velut iſta, requirat.

§. II.



## §. II.

### *De Falſo Modo.*

153 TAle eſt II. renuntiatio falſi modi ſeu menſuræ, quando agrimenſor, architectus, calculator, aut alius, ad res menſurandas, numerandas, aut ponderandas conſtitutus, ex dolo, vel culpa lata per ſe vel alium renuntiavit falſum modum, menſuram, pondus, aut numerum, cujus occaſione ager vel alia res menſurata viliori pretiô vendita, vel ca-
154 riori fuit empta. Delinquit enim hujusmodi menſor, & in pœnam convenitur actione prætoriâ in factum ab eo, cujus intereſt, falſum modum non renuntiatum, aut ſe deceptum non fuiſſe, ut intereſſe præſtet *l. adverſus* 1. *in pr.* §. 1. *&* 2. *l. ſi duobus* 3. §. 1. *l. ſive de itineris* 6. *ff. ſi menſor. falſ. mod.*

Datur hæc actio quidem hæredibus dece- 155
pti, ſed non contra hæredes decipientis *d. l. ſi duobus* 3. §. 1. daturque ſolùm in ſubſidium, ſi deceptus aliô modô vel mediô ſibi conſulere nequeat *d. l.* §. 2. *&* 3. *l. ſi menſor.* 5. §. 1. *ff. eôd.* Struv. *exercit. ad Pand.* 15. *th.* 63. Eſtque perpetua *l. hac actio* 4. *ff. eôd.* Brunn. *ibid. num.* 1.

## §. III.

### *De Corruptione Servi.*

156 TAle eſt III. corruptio ſervi, quâ mores alicujus ſervi quôlibet modô deteriores redduntur, puta, quòd ſervus inſtigetur ad græcandum, dilapidandum, furandum, verberandum, fornicandum &c.

157 Naſcitur hinc actio de ſervo corrupto, quâ dominus ſervi corruptorem convenit, ut duplum damni cauſati perſolvat, adeóque, quod intereſt, ſervi mores non fuiſſe deteriores redditos, duplicatò compenſet. Textus in §. *in duplum* 23. *Inſt. de Action. l. ait prætor* 1. *in princ.* §. 3. 4. *&* 5. *l. vel luxurioſum* 2. *ff. de Servo corrupto.* Eaque actio eſt perpetua, competens hæredibus, non autem in hæredes *l. hac actio* 13. *in pr. ff. eôd.*

158 Simile Delictum patrat, qui mores filiifamilias, Religioſi, famuli, ſubditi, vel uxoris corrumpit: daturque Patri, Prælato, Domino Jurisdictionali, vel marito contra corruptorem utilis actio de ſervo corrupto, non quidem ad duplum, ſed ad ſimplex intereſſe, æquô Judicis arbitriô determinandum per textum in *l. ut tantum* 14. §. 1. *ff. d. t.* Harpprecht ad *cit.* §. *in duplum* 23. *num.* 3. Struv. *exercit. ad pand.* 15. *th.* 50. Miller *ibid. lit. b.* Stryck in *uſu mod. ad cit. tit. ff.* §. 3. *& ſeqq.* Clariſſ. D. Franz ad *tit. de Action. p.* 8. *ſect.* 1. *n.* 5.

Delictô quoque ſe obſtringit, qui ſervum 159
fugitivum (idem ferè eſt de Religioſo, vel homine proprio fugitivo) celat, aut inquirentibus, quò minùs fugitivum invenire queant, reſiſtit, vel auxilium negat *l. is qui* 1. *in pr.* §. 1. *&* 2. *ff. de Fugitivo.* Cùmque requiſi- 160
tio fugitivorum non ſit actus publicus, ex poteſtate Jurisdictionis proveniens, ſed actus privatus, ex poteſtate dominativa reſultans; etiam in alieno prædio & loco conceditur in *l. Divus* 3. *ff. d. t.* Ex quo Perez ad *Cod. de Ser-* 161
*vis fugitivis num. ult.* rectè deducit, Religioſum, quôcunque tempore fugiat, à Prælato repeti, & in Monaſterium revocari poſſe; licereque hunc in finem ei alia Monaſteria, ac quæcunque loca ingredi, ut fugitivum inveniat & revocet.

## §. IV.

### *De Luſu Alearum.*

162 TAle eſt IV. luſus alearum, qui nempe non arte ſed fortunâ regitur, in *t. t. ff. & Cod. de Aleator.* ob innumera, quæ parturit, mala in patrimonio, corpore, & anima, ſub variis pœnis ſeverè prohibitus. Inprimis enim victori negatur actio petendi, quod lu-
163 cratus eſt *l. victum* 1. *l. ult. Cod. d. t.* II. poteſt victus, & ejus hæredes, quod luſu perdidit, & ſolvit, à victore & ejus hæredibus ad 50. annos condicere *d. l. ult. & l. ult.* §. *ult. ff. eôd.* III. Licet etiam condicere alii, præcipuè patri, vel Magiſtratui civitatis, vel fiſco *d. l. victum* 1. IV. hoſpiti, luſores toleranti, nulla tribuitur actio, ſi injuriam aut damnum fuerit paſſus *l. prætor ait* 1. *in pr. ff. d. t.* V. qui cogit alium ad ludendum, in latomias aut vincula publica condemnatur *d. l. prætor ait* 1. §. *ult.* VI. qui rem in alea vendit, ut ludat, re evictâ, poteſt emptorem exceptione noncompetentis actionis removere *l. ult.* §. 1. *ff. Quar. rer. actio non det.*

Et quamvis depravatum ſæculum hanc ſa- 164
luberrimam Juris prohibitionem penſi habeat, nec pecunias ſolùm & bona temporalia, ſed etiam animam & mentem ludendô prodigat; ſunt tamen in multis provinciis & locis ea, quæ Jure communi contra luſores ſancita fuere, vel ex toto, vel ex parte in uſu, uti videre eſt, apud Stryck in *uſu mod. ad tit. ff. de Aleator.* §. 4. *&* 5. Præſertim verò mori- 165
bûs noſtris receptum eſt, ut immodici luſores arbitrariè puniantur, & actio ad repetendam pecuniam, ex luſu debitam, denegetur; condictione indebiti, ſeu repetitione pecuniæ, jam ſolutæ, non ſemper negatâ. Struv. *exercit.* 15. *th.* 57.

§. V.

## §. V.

### *De Calumnia.*

166 TAle eſt V. Calumnia, ſi nempe quis accipiat pecuniam, vel ut alteri litem calumnioſè moveret, vel ut litem, calumnioſè movendam, omitteret: eſt enim hæc acceptio turpis, boniſque moribus & juſtitiæ repugnat: & ideò compeſcitur actione de calumniatoribus, quâ contra calumniatorem experiri licet, ut intra annum quadruplum, poſt annum acceptæ pecuniæ ſimplum perſolvat. Textus in *l. in eum 1. in pr. l. ſi quis 7. in pr. ff. de Calumniator.*

Competit hæc actio calumniam paſſo, ſive 167
ipſemet dederit pecuniam, ſive alius *d. l. ſi quis 7. in pr. l. & generaliter 3. §. 4. ff. eod.* Hæredibus autem non competit *l. hæc actio 4. ff. eod.* eſt enim ſimilis actioni injuriarum, ac morte remiſſa cenſetur. Contra hæredes da- 168
tur eatenùs, ut, ſi quid ex pecuniis ad ipſos pervenerit, illud reſtituant *l. in hæredem 5. in pr. ff. d. t.* Videatur Clariſſimus D. Franz ad *titul. Inſtitut. de Actionib. part. 8. ſect. 5. per tot.*

## §. VI.

### *De Publicanis, Vectigalibus, & Commiſſis.*

169 TAle eſt VI. Vectigalium aut illicita exactio, aut injuſta negatio. Ubi præſciendum eſt I. vectigalia, de quorum inſtitutione nonnihil actum eſt in *Lib. I. tract. de Præſcript. cap. 4. à num. 531.* ſic dicta fuiſſe à vectura, ac in ſenſu quidem latiore per illa quamcunque penſionem, etiam pedagia, à viatoribus ſolvi conſueta, denotari; in ſenſu tamen preſſiore intelligi ſolam penſionem, pro transvectione mercium in itinere præſtari ſolitam
170 per *l. inter publica 17. §. 1. ff. de V. S.* II. quantitatem vectigalis de Jure Romano eſſe octavarium ſeu partem octavam pretii mercium *l. ex præſtatione 7. l. à Legatis 8. Cod. de Vectigalib.* Jure autem hodierno eam præſtari quantitatem, quæ in privilegio vectigalis expreſſa, aut conſuetudine longævâ fuit præſtita. Myler ab Ehrnbach de *Principib. & Statut. Imper. p. 2. cap. 64. §. 12.* Lauterbach ad *tit. ff. de Publican. & Vectigal. §. 20.* Stryck in
171 *uſu mod. ibid. §. 7.* III. à ſolutione vectigalium exemptas eſſe res aliquas, quæ ſcilicèt ad uſum proprium, hoc eſt, ſuæ perſonæ, ſuæque familiæ transferuntur *l. ſi Publicanus 4. §. 1. ff. l. univerſi 5. Cod. d. t.* res, exercitui deſtinatas *d. l. ſi Publicanus 4. §. 1.* res, vi ventorum aut tempeſtatis adverſæ vel alia neceſſitate in portum delatas *l. cæſar 15. l. ult. §. 8. ff. eod.* res Eccleſiarum aut Eccleſiaſticorum, quæ causâ negotiationis aut quæſtûs non importantur *cap. quamquam 4. de Cenſib. in 6.* res Studioſorum, & aliarum perſonarum privilegiatarum, de quibus Lauterbach *cit. l. §. 16. & ſeq.* Stryck *§. 8. & ſeqq.* IV. de Jure Romano con- 172
ſtitutos fuiſſe Publicanos, qui vectigalium reditus conducebant *l. prætor ait 1. §. 1. ff. d. t.* Contra hos, ſi quempiam ex transeuntibus læſerint per furtum, rapinam, aut injuriam, datur actio intra annum ad duplum, & poſt annum in ſimplum *d. l. prætor ait 1. in pr.* Sin per illicitam exactionem vectigalis aliquem defraudaverint, datur itidem actio intra annum in duplum & poſt annum in ſimplum, ubi vis non acceſſit *d. l. in pr.* aut ubi per vim aliquid extortum eſt, datur actio intra annum in quadruplum *l. locatio 9. §. 5. ff. d. t.*

Econtrà ſi quis ex vectoribus aut viatoribus 173
vectigal defraudaverit, ac dolô malô vel per aliam viam inceſſerit, aut merces, quas ſecum transferebat, profeſſus non fuerit, illæ cadunt in commiſſum, & fiſco Domini, ad quem vectigal ſpectat, acquiruntur *l. commiſſa 14. ff. d. t. l. præſidibus 2. Cod. de Curſu publico &c. l. qui fiſcales 7. Cod. de Navicular.* Si ta- 174
men non ipſemet dominus mercium defraudaverit vectigal, ſed, ipsô non jubente, nauta, famulus, aut auriga, verior & humanior ſententia docet, res ſolius nautæ, famuli, vel aurigæ, non autem res alterius & innocentis in commiſſum cadere: nec enim jura volunt, ut dolus alteri quàm delinquenti noceat *d. l. commiſſa 14. l. fraudati 8. §. 1. l. cotem 11. §. 2. l. ult. §. 2. & 11. ff. eod.* Lauterbach ad *cit. tit. ff. §. 31.* Myler ab Ehrenbach *cit. p. 2. cap. 64. §. 10.* Sweder *Introduct. in Jus publ. part. ſpec. ſect. 1. cap. 20. §. 7.*

# SECTIO VI.

## *De quaſi-Delictis.*

### SUMMARIA.

*175. & ſeq. Quaſi-Delictum eſt primò imperitia Judicis, malè judicantis. 177. Deſcendit hinc actio in factum. 178. Secundò dejectio vel effuſio ex cœnaculo. 179. & ſeqq. Oritur hinc actio dejecti vel effuſi. 184. Tertiò poſitio vel ſuſpenſio periculoſa. 185. Naſcitur hinc actio poſiti vel ſuſpenſi. 186. Quartò damnum in navi, caupona &c. datum. 187. & ſeq. Pullulat hinc actio in factum. 189. Et actio furti. 190. Quintò eſt damnum, ab animali datum. 191. & ſeqq. Obſtacula quædam removentur. 198. & ſeqq. Datur hinc actio quadru-*



*-pedaria. 201. & ſeqq. Obligatio reparandi damnum non ſtringit conſcientiam. 209. & ſeq. Sextò eſt damnum, à ſervis datum. 211. & ſeq. Oritur hinc actio noxalis. 213. & ſeqq. Explicantur actiones confines. 219. & ſeq. Dominus ex delicto ſervorum peculiotenùs conveniri nequit. 221. Oſtenditur utilitas hujus tractationis.*

## §. I.

### *De Imperitia Judicis, malè judicantis.*

175 AD manum veniunt quaſi-Delicta, & I. quidem Imperitia Judicis, malè judicantis: ſi enim Judex per errorem aut imprudentiam malè judicet, ac Sempronio v.g. minorenni beneficium reſtitutionis in integrum non competere, pronuntiet, bonâ fide exiſtimans, minorennibus tale beneficium à Jure non concedi, non committit quidem verum Delictum: eò quòd neque doloſè verſari ſupponatur, neque culpam admittere credatur à Jure, cùm artis Juri dicæ profeſſionem, inſtar Advocati vel Conſulentis, non faciat; committit tamen quaſi-Delictum *pr. Inſt. de Obligat. quæ ex quaſi-*
176 *Delicto.* quia præſumitur, aut magis fingitur in eo culpabilis, quòd vel ipſe rem ſufficienter non diſcuſſerit, vel, cùm potuiſſet, prudentiores & peritiores non conſuluerit.

Datur hinc ei, qui per imperitiam Judicis 177
eſt læſus, ſive appellaverit contra ſententiam, ſive non, actio in factum, quâ Judex malè judicans convenitur, ut tantum præſtet, quantum Religioni Judicis ſuperioris æquum fuerit viſum *d. pr. Inſtit. l. ult. Cod. de pœn. Jud. qui malè judic.* Hæcque actio vocatur etiam actio de ſyndicatu, vel actio malè judicati, & eſt civilis, perſonalis, & perpetua. Reſumantur dicta in *Lib. II. tractat. de Judiciis cap. 2. à num. 103.*

## §. II.

### *De Dejectione, vel Effuſione ex cœnaculo.*

II. OCcurrit dejectio vel effuſio ex cœnaculo:
178 ſi quis enim inhabitet cœnaculum, cubiculum, conclave, vel aliam partem ædium, atque ex ea quidpiam ſive de nocte, ſive de die dejiciatur, aut effundatur in locum, per quem homines commeare ſolent, ac transeuntium aliquis læſus, conſpurcatus, percuſſus, vulneratus, aut occiſus ſit, inhabitator cœnaculi vel illius partis, etiamſi nihil ſciverit de effuſione vel dejectione, ab alio facta, eatenùs præſumitur aut potiùs fingitur delinquere, quatenus non magis vigilavit, aut cavit, ne quid cum alterius detrimento dejiciatur, vel effundatur. *§. item is 1. cum §. ſeq. Inſt. de Obligat. quæ ex quaſi Delict.*

179 Prodita igitur eſt actio dejecti, vel effuſi, quâ læſus in re, æſtimationem recipiente, & ejus hæredes agunt contra cœnaculi, ex quo aliquid per quemcunque, ſive familiarem, ſive extraneum & hoſpitem, effuſum aut dejectum eſt, habitatorem (non item contra hæredes aut peregrinos) ut duplum damni illati præſtet *citat. §§. l. prætor ait in pr. & §§. ſeqq. l. ſi verò*
180 *5. §. 5. ff. de his, qui effud. vel dejecer.* Eſt proinde partim pœnalis, partim rei perſecutoria; & licèt ſimul prætoria ſit, attamen ob publicam utilitatem, ut homines liberiùs hinc inde tranſire valeant, neque confuſionem aut damnum extimeſcere debeant, perpetuò durat *d. l. prætor ait 1. §. 1. d. l. ſi verò 5. §. 5.* Clariſſ. D. Franz *ad cit. tit. Inſt. 5. p. 2. num. 4.*

Planè ſi liber homo damnum in corpore ſen- 181
ſerit ex dejectione vel effuſione, atque vulneratus aut omninò mortuus fuerit, actio dejecti vel effuſi eſt popularis, & competit cuilibet de populo; ita tamen ut vulneratus aut mortui affines ac cognati cæteris præferantur *d. l. ſi verò 5. §. 5.* & ibi Brunn. *num. 8.* da- 182
túrque ad 50. aureos, in caſu mortis actori ſolvendos *d. l. prætor ait 1. §. 5.* Stryck *in uſu mod. ad eund. tit. §. 3.* vel in caſu vulneris ad impenſas curationis & operas ceſſantes compenſandas *d. §. item is 1. Inſt. de Obligat. quæ ex quaſi Delict. l. ult. ff. de his qui effud.* ut adeò in priori caſu actio ſit pœnalis & annalis; in poſteriori rei perſecutoria & perpetua *d. l. ſi verò 5. §. 5.* Additur verò in *cit. l. ult.* cicatricum aut deformitatis rationem non eſſe habendam: *quia liberum corpus non recipit æſtimationem.* Attamen in Gallia ſic obſervari, teſtatur Brun- 183
nem. ad *l. liber homo 13. ff. ad L. Aquil. n. 6.* & moribus omninò conveniens exiſtimat *citat.* Stryck *§. 5.* ut in æſtimatione damni cicatricū & deformitatis habeatur conſideratio tam in virginibus, quàm viduis & viris honeſtis: graviſſimum enim cuivis eſt, alienæ malitiæ reliquias in facie circumferre, & accepti damni memoriam quotidie apud alios renovare.

## §. III.

### *De Poſitione vel Suſpenſione ejus, quod, ſi ceciderit, poteſt alicui nocere.*

184 III. SE offert poſitio vel ſuſpenſio alicujus rei in loco, ubi vulgò fit iter, ut periculum ſit, ne, ſi fortè ceciderit, prætereuntibus aut ponè conſiſtentibus noceat: nam ille, qui author eſt ſimilis poſitionis aut ſuſpenſionis, cùm debitam cautelam adhibere non cenſeatur, quaſi-delinquit *§. item is 1. Inſtitut. de Obligat. quæ ex quaſi-Delict.* & in pœnam 185
convenitur actione in factum, ſeu actione poſiti vel ſuſpenſi, ut 10. ſolidos ſeu aureos perſol-

perſolvat *l. ſi verò 5. §. 6. ff. de his qui effud. vel dejecer.* Et hæc actio eſt popularis, prætoria, & annalis per *cit. l. & §.* Clariſſ. D. Franz *cit. l. p. 3. n. 2. & 3.* Harpprecht *ad cit. §. n. 5. & ſeqq.*

## §. IV.

### *De damno in navi, caupona, ſtabulóve dato.*

186 IV. SE inſinuat damnum in navi, caupona, vel ſtabulo à famulis aut inquilinis illius, qui navem, cauponam, aut ſtabulum exercet, vectoribus & viatoribus per furtum aut aliud maleficium illatum: quamquam enim exercitor damni conſcius aut particeps non ſit; in eo tamen delinquere creditur, quòd famulorum aut inquilinorum fidem accuratiùs non exploraverit *§. ult. Inſt. de Obligat. quæ ex quaſi-Delicto.*

187 Convenitur itaque exercitor (non autem illius hæredes *d. §. ult.*) à vectoribus, viatoribus, hoſpitibus, & eorum hæredibus, actione in factum, ut duplum præſtet illius, quod actori ex damno in navi, cauponâ, ſtabulóve (non extra) à ſuis miniſtris, famulis, operariis &c. cauſatô abeſt *l. ult. in pr. §. 1. & 2. ff. Nautæ, Caupon. ſtabular.* Quæ actio, licèt 188
prætoria ſit & pœnalis, attamen eſt perpetua *l. ult. §. ult. ff. d. t.* Lauterbach ad *eund. titul. §. 31.* Clariſſ. D. Franz *cit. l. p. 4. num. 5.*

Concurrit cum hac actione, in caſu furti 189
commiſſi, actio furti adversùs nautas, caupones, ſtabularios, in duplum damni dati concepta, ſive ab hisce perſonis, ſive earum operariis & famulis, furtum ſit perpetratum *l. un. in princ. §. 1. & ult. ff. Furti adversùs nautas, caupones &c.*

## §. V.

### *De Damno, ab animali irrationali dato.*

190 V. OBvium ſe ſiſtit damnum, ab animali irrationali nobis datum, quod in Jure Civili *t. t. Inſt. & ff. Si quadrupes pauperiem feciſſe &c.* pauperies appellatur: quia ſinè injuria dantis evenit *l. ſi quadrupes 1. §. 3. ff. d. t.*

191 Scio equidem, à plerisque hoc damnum à Delicto vel quaſi excuſari: utpote cùm neque animal Delicti ſit capax, neque dominus animalis quidpiam de damno reſcire ſupponatur.
192 Verùm, ſicuti factum alienum, uti contingit in quaſi-Delicto ſuſpenſionis aut poſitionis, alicui poteſt imputari in culpam, quòd antecedenter omnem cautelam adhibuiſſe non videatur: ita & damnum, ab animali datum, imputari poteſt domino in culpam, quòd illud meliùs non cuſtodierit, aut
193 cautelam ſufficientem non adhibuerit. Indéque in *§. un. Inſt. Si quadrupes in fin.* actio quadrupedaria non ſinè cauſa pœnalis nominatur: dum Imperator ait, præter actiones ædilitias in caſu, quò quis aprum, verrem, urſum, aut leonem ibi habet, quà vulgo ſit iter, actionem de pauperie dari, ſubjunctâ ratione, quòd *nunquàm actiones, præſertim pœnales, & de eadem re concurrentes, alia aliam conſumat:* quæ ratio & particula implicativa *præſertim* ineptè poneretur ab Imperatore, niſi
194 etiam actio quadrupedaria pœnalis foret. Et quamvis hæc eadem verba reperiantur in *l. nunquam 130. ff. de R. J.* quòd nempe *actiones, præſertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam nunquam conſumat;* nec tamen ibi dicatur, actionem quadrupedariam eſſe pœnalem. Nihilominùs, quia aliud eſt, aliquid dicere in regula, ſeu in theſi & abſtracto; aliud, regulam ad hypotheſin & concretum applicare: hinc etiam aliud eſt, in regula, & in theſi, & abſtracto dicere, quòd actiones pœnales mutuô concurſu non perimantur; aliud, hanc regulam ad actionem quadrupedariam in hypotheſi & in concreto applicare: nam hôc ipsô, quòd actiones ædilitiæ non perimant actionem quadrupedariam, quia ex memorata regula actiones, præſertim pœnales, ſe invicem non collidunt: conſequens eſt, actionem quadrupedariam eſſe pœnalem. Sicut 195
ex eo, quòd JCtus in *l. quia pertinet 7. ff. de Alienat. Jud. mut.* dicat, actionem in factum ob doloſam alienationem ex delicto provenire, bene concluditur, quòd in hæredem non tranſeat, niſi in quantum ad eum pervenit; licèt in regula Juris ſeu *l. toties 44. ff. de R. J.* non dicatur, quòd actio memorata non tranſeat in hæredem, niſi in quantum pervenit, ſed tantùm in genere pronuntietur: toties in *hæredem* actionem *dari de eo, quod ad eum pervenit, quoties ex dolo defuncti convenitur.*

Nec officit, quòd actio quadrupedaria de- 196
tur etiam contra poſſeſſorem animalis, qui talis eſt non tempore damni ſed actionis inſtitutæ *d. l. ſi quadrupes 1. §. 12. ff. Si quadrupes pauperiem &c.* &, ſi animal ante litem conteſtatam deceſſerit, evaneſcat actio *d. l. §. 13.*

Nam id ſolùm ita diſpoſitum eſt, quia eſt 197
actio in rem ſcripta; & tam parum impedit, quò minùs originaliter ſit ex quaſi-Delicto, quàm parum in actione quod metûs causâ illius extenſio contra quemcunque poſſeſſorem impedit, quò minùs originaliter ex vero Delicto progenerari dicatur.

Si itaque damnum ab animali datum fuerit, 198
non qualitercunque, ſed juxta *cit. l. ſi quadrupes 1. §. 4. 5. 6. & 7.* contra naturam generis, ac equus v. g. palpantem aut blandientem calce percuſſerit, contra quemcunque animalis poſſeſſorem damnum paſſo & ejus hæredibus datur actio quadrupedaria, ut vel æſtimationem damni, relatam in tempus, quô datum eſt, ſolvat *d. l. ſi quadrupes 1. in pr.* aut impenſas & operas, ſi liber homo læſus, vel vulneratus ſit, refundat *l. ex hac Lege 3. ff. d. t.* aut animal damnificans noxæ dedat, id eſt, in damni



damni compenſationem actori relinquat *pr. Inſtit. d. l. ſi quadrupes 1. in princ. ff. Si quadrupes.*
199 Atque hoc ſitum eſt in arbitrio rei conventi, velitne damnum aliter reſarcire, vel animal noxium noxæ dare *d. l. in princ.* Niſi per mendacium negaverit, animal damnificans eſſe ſuum: tunc enim amittit alternationem, damnumque reſarcire obſtringitur *d. l. §. 15.*

200 Dividitur in directam & utilem. *Directa* datur ob damnum, ab animali quadrupede & manſueto datum *d. l. §. 3.* *Utilis* datur ob damnum, ab animali bipede vel beſtia cicurata, & cuſtodiâ hominis coërcitâ, datum *l. hæc actio 4. ff. d. t.* Stryck *in tract. de Action. ſect. 1. membr. 10. §. 60.* Utraque tamen in effectu eſt æqualis, civilis, ex parte actoris rei perſecutoria, in rem ſcripta, & perpetua.

201 An obligatio reſarciendi damnum ob pauperiem ſtringat in conſcientia? Dubitari poſſet. Sed quia hæc obligatio vix à quoquam mortalium agnoſcitur; culpam quoque theologicam non præſupponit; & ideò de Jure Naturæ conſcientiam onerare non poteſt, ut optimè docent Haunold *de J. & J. tr. 2. n. 176.* & D. Gletle *aſſert. Jurid. 25.* neque poſitivo
202 Jure conſcientiam ligare poterit. Idque Confirmatur I. quia, ubi non contrahitur reatus conſcientiæ, non conſurgit obligatio in conſcientia. Sed, ubi damnum ab animali datum eſt, ignorante vel etiam impediente (quantum fieri poterat) dominô, non contrahitur reatus conſcientiæ: quia dominus nec culpam mortalem nec venialem admit-
203 tit. Ergo &c. Confirmatur II. quia, ſi nulla conſurgat obligatio reparandi damnum ex L. Aquilia, quando equidem intervenit culpa juridica, non tamen invenitur theologica, uti concluſum & probatum eſt à *num. 77.* longè minùs orietur obligatio ex Lege quadrupedaria, ubi ne juridica quidem intercedit culpa.

Neque dicas I. Legem quadrupedariam, 204
cùm nullam prærequirat culpam, neque Theologicam neque juridicam, non eſſe pœnalem, ſed meriſſimè præceptivam, ac in æquitate naturali fundatam, ut nempe ex duobus, qui certant de damno, ille ad reparationem obligetur, qui commodum ex beſtia captat. Nam contra eſt: tum quia in 205
ſententia, *à num. 192.* adſtructa, Lex quadrupedaria fundatur in quaſi-Delicto, culpamque fictam aut præſumptam prærequirit; ſicque veriſſimè pœnalis eſt: tum quia æqui- 206
tas naturalis, ex qua dominus animalis ad damni compenſationem obſtringitur, neque tam clara eſt, ut à mortalibus agnoſcatur ex *num. 201.* neque tam univerſalis eſt, ut quadret omnibus animalibus, quorum non pauca nullatenùs domino utilia vel proficua ſunt; ut exinde Lex quadrupedaria meriſſimè præceptiva nequeat appellari.

Neque dicas II. à SS. Canonibus, quibus 207
conſcientiæ forum præcipuam faceſſit curam, in *cap. ult. de Injur. & damno dato* ſimpliciter præcipi: *quod, ſi animalia tua nocuiſſe proponas, nihilominùs ad ſatisfactionem teneris, niſi ea dando paſſis damnum velis liberare teipſum; quod tamen ad liberationem non proficit, ſi fera animalia, vel quæ conſueverunt nocere, fuiſſent, &, quam debueras, non curaſti diligentiam adhibere.* Reſp. 208
enim, à SS. Canonibus nil novi conſtitutum, ſed Leges Civiles eatenùs eſſe approbatas, quatenus non injuſtè ſtatuerunt, ut damnum per noxæ deditionem quis reparare valeat, ubi culpæ ſe reum non fecit. Sicuti verò Leges pœnales Civiles, tametſi à SS. Canonibus recipiantur, non ſtringunt in conſcientia, ſaltem ante ſententiam; ita nec Lex quadrupedaria.

## §. VI.

### *De Damno, à ſervis dato.*

209 VI. EO jure, quô damnum, ab animali datum, refertur inter quaſi-Delicta, damnum, à ſervis datum, referri poteſt. Quantumvis enim ſervi non minùs quàm homines liberi delinquere, & in corpore vel animo puniri valeant; attamen, ſi per Delictum ſuum alicui damnum intulerint, ad illud reſarciendum adversùs ſervos actio civilis inſtitui
210 non poteſt: tum quia de Jure Civili ſervos non aliter ac mortuos reſpicimus *l. quod attinet 32. ff. de R. J.* tum quia in ſervos obligatio civilis non cadit *l. in perſonam 22. in pr. ff. eòd.* tum quia ſervus non habet legitimam perſonam ſtandi in judicio *arg. l. licet 1. Cod. de Precib. Imperat. offerend.* tum denique quia ſervus non habet bona, ex quibus damnum, à ſe cau-
211 ſatum, reſarcire valeat. Igitur ex damno ſervorum convenitur dominus per actionem noxalem, non qui talis eſt tempore damni illati, ſed tempore actionis motæ, ut ſervum noxæ dedat, aut æſtimationem damni reſarciat. Textus in *princ. & t. t. Inſtit. l. noxales 1. & t. t. ff. de Noxal. action.* Quem in finem in *l. ſi quis 1. in pr. & §. 1. ff. ſi ex noxali cauſa &c.* ſpecialis ſatisdatio fuit introducta, ut nempe dominus, ſervum defenſurus, caveat, quòd illum in eadem cauſa, quâ erat tempore damni, ſiſtere velit. Atque hæc actio 212
non eſt nova ſubſtantialiter actio, ſed novam duntaxat qualitatem, actioni veteri ſuperadditam, recepit: eâque propter, ſi naſcatur ex injuria, dicitur actio injuriarum noxalis *l. ſed ſi unius 17. §. 4. ff. de Injur.* ſi naſcatur ex rei corruptione, vocatur actio Legis Aquiliæ noxalis *l. ſi in re communi 19. in pr. ff. de Noxal. action.* &, quod conſequens eſt, tamdiu durat actio noxalis, quàmdiu durat actio principalis v. g. injuriæ vel Legis Aquiliæ, cui actio noxalis ſupervenit *arg. §. ſunt autem 4. Inſtit. d. t.* Stryck in *uſu mod. ad tit. ff. eòd. §. 1.*

Planè, ſi dominus plures habuerit ſervos, 213
& ad minimum tres, qui familiam conſtituunt, ac

ac omnes furtum fecerint, aut damnum de-
derint, is ſummò jure vel omnium reſpectu
pœnam ſolvere, vel omnes noxæ dedere te-
netur per *l. ſi familia 9. ff. de Juriſdict. & l. ſi*
214 *plures 34. ff. de Injur.* Ne tamen integrum
ferè patrimonium domini evertatur, ex æqui-
tate Prætoria non poteſt in plus conveniri,
quàm ut familiam ſeu noxios ſervos noxæ
concedat, aut æſtimationem & pœnam in ea
quantitate ſolvat, in qua ſolvere debuiſſet, ſi
unus deliquiſſet *l. utiliſſimum 1. in pr. l. id eſt 2.
l. etiam hæredibus 4. ff. Si familia furtum fecis-
ſe &c.*
215 Quòd ſi ſervus teſtamentò libertatem ac-
quiſiverit, ac poſt mortem domini, hæredi-
tate nondum adita, quidpiam ex ea ſurripue-
rit, aut dolò malo vel culpa lata corruperit,
adverſùs eum actio utilis in factum ad du-
plum rei ſurreptæ; vel actio rerum corru-
ptarum datur. Textus in *l. ſi dolo 1. in pr. §. 1.
2. & 14. ff. Si is, qui teſtamento liber eſſe juſſus*
216 *erit &c.* Aliò modò ſi ſervus à domino
vivente fuerit manumiſſus, nulla ampliùs
actio, etiam ex debito præterito, contra do-
minum moveri poteſt, ſed, cùm ſervus obli-
gationis civilis capax evaſerit, immediatè
contra ipſum actio intentatur *§. omnis 5. Inſt.*
217 *de Noxal. Action.* Idem ferè eſt, ſi ſervus,
lite necdum conteſtatâ, fuerit mortuus: tunc
enim, cùm à nemine poſſideatur, nemo con-
veniri poteſt per textum in *l. ſi plurium 5. §. 1.
in fin. l. noxalis 7. in princ. ff. de Noxal. act.*
218 Quòd ſi ſervus fuerit mortuus, & dubitetur, an
ſervus extiterit aut liber, poſt quinquenniũ de
ſtatu defuncti non ampliùs quærere licet, ſed
omninò fieri debet præſumptio pro libertate.
*l. de ſtatu 1. in pr. & t. t. ff. Ne de ſtatu defun-
ctorum, poſt quinquennium quæratur;* ubi plura
Digeſtiſtæ.

Quæres occaſionaliter, an dominus ex De- 219
licto ſervi aliquando peculiotenùs conveniri
poſſit?

Reſp. negativè. Ratio eſt: quia, tametſi
ſervus peculium habere poſſit, adeò ut ſervus
unà cum peculio, vel peculium abſque ſervo
legari valeat & ſoleat *l. ſervo legato 1. & ſeqq. ff.
de Peculio leg.* nec non dominus ex contractu
ſervi peculiotenùs conveniri poſſit, ut dictum
in *Lib. III. tract. de Pact. & Contract. cap. 1. à
num.* 318. nihilominùs cùm peculium ſervo 220
non detur ad delinquendum, dominus pecu-
liotenùs conveniri nequit *arg. l. prætor 1. §. 7.
ff. de his, qui dejecerint &c.* Miller ad Struv.
*exercit. ad pand. 20. th. 70. lit. a.*

Si putes: ea, quæ in hoc §. de ſervorum 221
Delictis adſtructa fuêre, nullius eſſe utili-
tatis.

Paulò aliter ſentiunt A A. mox citandi: ſiqui-
dem in uſú poteſt deduci, quando quis turcas,
in bello captos, ſub ſuo habet dominio: cùm
enim Chriſtiani, à turcis capti, pro ſervis ha-
beantur; habentur etiam turcæ, à Chriſtia-
nis capti, pro ſervis, ſervorumque jure
cenſentur. Lauterbach. ad *tit. ff. ſi quis teſta-
mento liber &c. §. ult. in fin.* Stryck in *uſu
mod. ad tit. de Noxal. action. § 2.* Clariſſimus
D. Franz ad *tit. Inſtitut. de Action. p. 16. ſect. 1.
num.* 19.

# CAPUT II.

## *De Delictis publicis.*

Delictis privatis, non tam materiæ præſtantiâ, quàm tractationis commoditate, ſuccedunt publica; quorum nonnulla à Jure quoque Canonico; plurima verò à Jure Civili vindicantur.

## SECTIO I.

### *De Læſa Majeſtate.*

SUMMARIA.

*1. Definitur crimen læſæ Majeſtatis. 2. Deſcribitur Majeſtas. 3. Intelligitur humana. 4. & ſeq. Committitur hoc crimen à ſubdito. 6. & ſeq. Deſcribitur crimen perduellionis. 8. Exponitur crimen Majeſtatis in ſpecie. 9. Committitur memoratum crimen immediatè, contra Sum̃um Principem. 10. Et Regem Romanorum. 11. Mediatè com̃ittitur adverſùs Electores. 12. Vicarios Imperii. 13. Conſiliarios & Duces Cæſareos. 14. & ſeqq. Status Imperii. 17. & ſeq. Auguſtam. 19. & ſeq. Aſſignatur pœna criminis Majeſtatis in ſpecie. 21. Item pœna perduellionis.*

### §. I.

#### *Quid & quotuplex ſit Delictum læſæ Majeſtatis?*

1 In Delictis publicis quoad atrocitatem primatum tenet crimen læſæ Majeſtatis, quod definitur, quòd ſit Delictum publicum, quô Majeſtas humana læditur à ſubdito.

Dixi



2 Dixi I. *Majeſtas;* quod vocabulum, ex ſe
homonymum, in præſenti nihil aliud ſignifi-
cat, quàm abſolutam & Supremam in Repub-
lica Poteſtatem; ſive illa penes unum & Prin-
cipem; ſive apud plures & Optimates; ſive
apud univerſos & populum exiſtat *arg. §. pub-
lica 3. Inſtit. de Jud. publ. l. proximum 1. §. 1. l.
lex duodecim 3. ff. ad L. Jul. Majeſt.* Miller ad
Struv. *exercit. ad pand. 49. th. 17. lit. b.*
3 Dixi II. *humana;* ad denotandum diſcri-
men à crimine blaſphemiæ vel hæreſeos, quô
læditur Majeſtas Divina & increata *cap. ver-
gentis 10. de Hæretic. auth. Gazaros in fine princ.
Cod. eòd. tit.*
4 Dixi III. *læditur à ſubdito.* Qualis debeat
eſſe læſio; mox pateſcet. Qualiſcunque ta-
men ſit, fieri debet à perſona, Majeſtati ſeu
Poteſtati imperantis ſubjectâ per textum in
*Clem. paſtoralis 2. de Sent. & re judic.* ubi deci-
ditur, quòd Robertus Siciliæ Rex crimen Ma-
jeſtatis in Henricum Imperatorem non com-
miſerit: quia ſubditus ipſius non erat. Et
hæc eſt conſtans JCtorum traditio, uti perhi-
bet Gletle in *tract. de Criminib. public. cap. 2.
§. 2. num. 1.* & docent Anton. Math. *de Crimi-
nib. ad lib. 48. ff. tit. 2. cap. 1. num. 7.* Struv.
5 *cit. exercit. 49. th. 18.* Miller *ibid. lit. a.* Un-
de cum Farinac. *pract. crim. quæſt. 8. num. 28.*
Gletle *num. 3.* aſſerere non dubito, quòd Cle-
rici quà tales nequeant crimen Majeſtatis ad-
verſùs Principem aut Poteſtatem Sæcularem
committere: quandoquidem ex noſtris & ſa-
nioribus principiis Poteſtati Sæculari non ſub-
jacent.

Dividitur Delictum læſæ Majeſtatis in per- 6
duellionem & crimen Majeſtatis in ſpecie ſic
dictum. *Perduellio* dicitur, quando hoſtilitas
contra Majeſtatem committitur à ſubdito *§.
publica 3. Inſt. de Publ. Judic.* Caſus & 7
exempla ſunt multa; quando ſcilicèt ſeditio-
nem quis excitavit aut conſpiravit in necem
Principis aut perniciem Reipublicæ *l. proxi-
mum 1. §. 1. ff. d. t.* quando quis hoſtem con-
tra Principem aut Rempublicam extimulavit,
arma, commeatum, vel ſuppetias eidem tu-
lit, nuntium aut literas miſit, ſecreta prodidit
*d. l. 1. §. 1. & l. cujuſque 4. ff. d. t.* Plures ca-
ſus enumerat Gletle *cit. l. §. 4. à n. 2.* Cri- 8
men *Majeſtatis in ſpecie* nominatur, quando
dignitas Principis aut alterius Summæ Pote-
ſtatis, citra hoſtilitatem læditur, ſicuti quando
convitium aut contumelioſum verbum effu-
titur *l. un. Cod. Si quis Imperat. maledix.* quando
ſtatua Principis, ejuſdem authoritate erecta,
dehonoratur *l. qui ſtatuas 6. ff. ad Leg. Jul.
Majeſt.* quando Jura Summæ Poteſtatis à
ſubdito, ſinè legitima acquiſitione, exer-
centur *l. Lex duodecim 3. in fin. ff. d. t.* Gle-
tle *cit. l. num. 21.* Brunnem. *ad d. l. qui ſta-
tuas 6.*

### §. II.

#### *Adverſùs quos crimen Majeſtatis committatur?*

9 Crimen Majeſtatis ex *num. 2.* committi-
tur adverſùs eos, quibus Majeſtas ſuffra-
gatur. Quod tamen ſic declarandum, ut
quandoque committatur immediatè in per-
ſonam, Majeſtate fulgentem, qualis in ſpiri-
tualibus in toto Orbe Chriſtiano eſt S. Ponti-
fex per *cap. ſolitæ 6. de M. & O. Extravag. unam
ſanctam eòd. inter commun.* in temporalibus in
noſtro Imperio eſt Imperator. Vid. in *Lib. I.
tract. de Juriſdict. cap. 2. à num. 36. & cap. 3. à*
10 *num. 61.* Quin & Rex Romanorum, cui
Majeſtas tribuitur non tantùm in titulo per
*Receſſ. Imp.* de Anno 1544. §. und damit nun
diſe 46. de Anno 1548. in ſubſcript. de An-
no 1555. in rubrica: Abſchid der Römiſ. Kö-
nigl. Majeſtät de Anno 1557. in ſimili rubri-
ca; ſed etiam in officio, quando Imperator
eſt abſens aut impeditus. Sweder *in Introd. ad
Jus publ. part. ſpecial. ſect. 1. cap. 3. §. 8.* Lau-
terb. ad *tit. ff. ad L. Jul. Majeſt. §. 8.* Gletle
*ubi ſupra cap. 2. §. 3. n. 7.* diſſentiente Carp-
zov. *pract. crim. p. 1. q. 41. n. 52.* & Miller ad
Struv. *cit. exercit. 49. th. 18. pag. m. 977. col. 1.*
11 Interdum crimen Majeſtatis contra perſo-
nam, Majeſtate decoratam, mediatè commit-
titur; & quidem I. ſi adverſùs Electores
Romani Imperii, tam Eccleſiaſticos, quàm
Sæculares, tanquàm præcipuas Imperii co-
lumnas, in eorum necem malignum quid in-
tentetur, ut habet textus in *Aurea Bulla cap. 24.*
Miller *cit. l. pag. 976.* II. ſi adverſùs Im- 12
perii Vicarios (cùm juxta *cit. Auream Bullam
cap. 5.* Imperio vacante, quàm plurima Ma-
jeſtatis Cæſareæ Jura exerceant) tunc hoſtile,
malignum, vel probroſum quid attentetur.
Lauterbach *cit. tit. th. 9.* quamvis reclamet
Carpzov. *cit. quæſt. 41. num. 27.* III. ſi 13
adverſùs Conſiliarios & Duces militares Im-
peratoris machinatio quædam in eorum inte-
ritum ſuſcipiatur *l. quiſquis 5. in pr. Cod. t.* quia
illi *pars corporis* Imperatorii; & iſti ejuſdem
corporis tutatores & cuſtodes exiſtunt. Carp-
zov. *d. l. n. 55. & ſeqq.* Miller ad Struv. *cit. l.
pag. 975. col. 2.* IV. ſi adverſùs Princi- 14
pes & Status Imperii, non tantùm in corpore
congregatos, ſed etiam ſeorſim conſideratos,
hoc ipſum piaculum aut ſceleſtum conſilium
aſſumatur per text. in *cit. l. quiſquis 5. in princ.*
utpote cùm non tantùm Imperatoris ſint con-
ſiliarii, ſed etiam membra eminentiora S. R.
Imperii, ſeſſione & votò in Comitiis inſtructa.
Carpzov. *d. l. num. 6. & ſeqq.* Cùmque 15
Proceres & Ordines Imperii in ſuis territoriis
analogam habeant Majeſtatem, crimen Ma-
jeſtatis ab ipſorum ſubditis toties analogicè
committitur, quoties à ſubditis Imperii con-
tra Imperatorem; mitiùs tamen hôc ipſô
puniendum. Struv. *cit. exercit. th. 8.* Anton.
Math. *de Criminib. ad cit. lib. 48. ff. tit. 2. cap. 1.
num. 4.* V. ſi adverſùs S. R. E. Cardina- 16
les,

les, qui ſunt Conſiliarii S. Pontificis, non qua-
leſcunque ſed intimi & præcipui, hoſtilis per-
ſecutio moveatur *arg. cap. felicis 5. de Pœn. in 6.*
Miller ad Struv. *cit. th. propè fin.*
17 Utrùm in Auguſtam, ſeu Imperatricem
crimen Majeſtatis admittatur? Diſquiritur.
Ego tamen intrepidè cum *cit.* Millero *pag. 974.*
*& ſeq.* Eckold *ad tit. ff. ad L. Jul. Majeſt.* §. 8.
18 Gletle *cit. l. num. 7.* affirmo. Quam-
quàm enim Auguſta non polleat abſolutâ
Majeſtate, cùm Legibus ſoluta non ſit *l. Prin-
ceps 31. ff. de LL.* attamen, cùm eadem ipſi
privilegia tribuantur, quæ competunt Au-
guſto *d. l. Princeps 31.* tantò minus eſt dubi-
tandum de Majeſtate participatâ & commu-
nicatâ in ordine ad Delictum Majeſtatis;
quantò notius eſt, quòd non tantùm ſit pars
corporis Imperatoris, ſed una cum ipſo ca-
ro, ac Majeſtatis inſignibûs & titulô hono-
retur.

## §. III.

### *Quomodò puniatur Delictum Majeſtatis?*

19 POena in Delicto Majeſtatis alia eſt, quan-
do Delictum Majeſtatis in ſpecie; alia,
quando crimen perduellionis fuit commiſ-
ſum. Delictum Majeſtatis in ſpecie juxta di-
verſitatem circumſtantiarum diverſimodè,
& quandoque capitaliter punitur *§. publica 3.
Inſtitut. de Publ. judic. l. eorum 24. ff. de Pœn.*
20 Quòd ſi maledicta tantùm in perſonam, Maje-
ſtate conſpicuam, conjecta fuerint, non qui-
dem impunia cenſentur, ut aliqui volunt ob
*l. un. Cod. Si quis Imperat. maledix.* ubi Perez
*num. 2.* & Brunnem. *num. 4.* ſed totus pro-
ceſſus offenſæ perſonæ referendus, & ab ea
exſpectanda eſt ſententia *d. l. un. in fin.* Carp-
zov. *pract. crim. cit. quæſt. 41. num. 118.*
Anton. Math. *de Criminib. cit. lib. 48. cap. 2.
num. ult.*
Delictum perduellionis ſeveriùs adhuc pu- 21
nitur: perduellis enim ultimô afficitur ſup-
pliciô *d. §. publica 3. l. quisquis 5. in pr. Cod. ad
Leg. Jul. Majeſt.* confiſcantur illius bona *d. l.
quisquis 5. & l. ult. Cod. d. t.* liberi quoque in
deteſtationem paterni criminis notantur in-
famiâ; privantur honoribus & dignitatibûs,
repelluntur à ſucceſſione, tam ex teſtamento
quàm ab inteſtato *d. l. 5. §. 1. & 3.* Conſe-
rantur *cit.* Ant. Math. *cap. 3. per tot.* Carp-
zov. *cit. l. à num. 89.* Miller ad Struv. *th. 20.*
Lauterb. *ad cit. tit. ff. §. 23. & ſeqq.* Gletle *Ju-
riſprud. terrib. cit. l. §. 5. & 6.*

# SECTIO II.

## *De Delictis carnis.*

### SUMMARIA.

*22. & ſeq. Explicatur fornicatio. 24. Dividi-
tur. 25. & ſeq. Eſt omni Jure prohibita. 27.
Illius pœna determinatur. 28. & ſeqq. Deſcri-
bitur, & dividitur ſtuprum. 31. & ſeqq. Il-
lius pœna ſubjicitur. 36. & ſeqq. Definitio
& requiſita adulterii. 41. Illius diviſio. 42.
& ſeq. Differentia quoad pœnam. 44. &
ſeq. Qualitas pœnæ. 46. & ſeq. Deſcribi-
tur inceſtus. 48. & ſeq. Declaratur pœ-
na. 50. & ſeqq. Explanatur ſacrilegium cum
ſua pœna. 53. & ſeq. Dilucidatur raptus cum
ſua pœna.*

## §. I.

### *De Fornicatione.*

22 DElicto Majeſtatis in Jure Civili imme-
diatè ſubjicitur adulterium, Lege Juliâ
vindicatum. Ego autem, ut tota explice-
tur materia, cætera quoque Delicta carnis
ſubjicio, & incipio à fornicatione, quæ,
ſi latiùs accipiatur, quemcunque concubitum
illicitum denotat *arg. cap. ut filii 1. de Filiis pres-
23 byteror.* Sin autem accipiatur preſſiùs,
denotat concubitum illicitum perſonæ ſolu-
tæ cum ſoluta jam deflorata, & ad Matrimo-
nium non impeditâ. P. Engel *ad tit. de adul-
ter. num. 17.*
24 Dividitur in fornicationem in ſpecie & con-
cubinatum. *Fornicatio in ſpecie* eſt, quando
citra conſuetudinem cum una aut altera ſe-
mel aut ſæpiùs peccatur. *Concubinatus* de
Jure Civili eſt cohabitatio unius viri cum mu-
liere ſoluta, uxoris locô citra maritalem affe-
ctum domi recentâ *l. qua in 1. §. 1. ff. de Con-
cubin. l. nuper 11. Cod. de Natural. lib.* de Jure
Canonico eſt conſuetudo carnalis cum eadem
perſona ſoluta ſive domi ſive extra peccandi.
Utraque fornicatio à Jure Naturali, ut con- 25
ſtat ex *Lib. I. tr. de Jure Leg. cap. 2. n. 105.* Divino,
ut patet ex Apoſtolo ad *Rom. 1. ℣. 18. 1. Teſ-
ſalonicenſ. 4. ℣. 3.* & ad *Epheſ. cap. 5. ℣. 31.*
Canonico *cap. audite 6. & ſeqq. Diſt. 32.* & Ci-
vili moderno eſt vetita; non obſtante textu
in *cap. is qui non 4. & ſeq. d. Diſt. 34.* ubi, dum
Chriſtianis permittitur, aut uxorem, aut il-
lius locô concubinam habere; per concubi-
nam intelligitur uxor, quæ per verba de præ-
ſenti ſinè dotalibus inſtrumentis & ſolennita-
tibus legalibus eſt deſponſata; prout explica-
tum eſt in *Lib. IV. de Sponſalib. & Matrim. tr. 1.
cap. 2. n. 61. & ſeqq.* P. Engel *ad d. tit. de Adul-
ter. n. 24.*
Fornicatio punitur arbitrariè tam in foro 26
Eccle-



Eccleſiaſtico, quàm Sæculari. Graviùs au-
tem punitur concubinatus, præſertim in foro
Eccleſiaſtico: nam ex diſpoſitione Concilii
Trident. *ſeſſ. 24. de Reform. Matrim. cap. 8.*
concubinarii, qui ter admoniti concubinas
non ejiciunt, excommunicari, nec ante ju-
bentur abſolvi, quàm reipsâ paruerint Eccle-
ſiæ: concubinæ quoque, cujuscunque fue- 27
rint conditionis, pro modo culpæ caſtigari,
& interdum extra pagum, urbem, vel diæ-
ceſin ipſam, invocatô, ſi opus fuerit, bra-
chiô ſæculari, relegari debent. P. Engel
ad *cit. tit. de Adulter. num. 23.* P. König *ibid.
num. 32.*

## §. II.

### *De Stupro.*

28 STuprum eſt illicita corruptio pueri, virgi-
nis, aut viduæ honeſtæ *§. item Lex 4. Inſt.
de Publ. judic. l. ſollicitatores 1. §. 2. ff. de Extra-
ordinar. criminib.* Eſtque ſubinde *voluntarium*,
quod cum perſona volente; quandoque *vio-
lentum*, quod cum perſona renitente com-
29 mittitur. Stuprum prioris generis ad-
verſatur ſoli continentiæ, quatenùs, dum vir-
go v. g. in ſui corruptionem conſentit, nemi-
ni fit injuria, ne quidem patri, in cujus pote-
ſtate corpus filiæ non eſt poſitum. Leſſ. de *J.
& J. lib. 2. cap. 10. num. 2. & 6.* Zoël. ad *tit.
de Adulter. num. 14.* P. Wieſtner *ibid. num. 17.*
30 Stuprum poſterioris generis tam continentiæ
quam juſtitiæ repugnat: quia renitenti & diſ-
ſentienti virgini in uſum corporis gravis uti-
que per abuſum infertur injuria. Authores
citati.
31 Pœna ſtupri voluntarii de Jure Canonico
non eſt alia, quàm fornicationis in ſpecie. In
ſtupro violento ſtuprator puellam ſeductam
vel dotare vel ducere obligatur *cap. ſi ſeduxe-
rit 1. cap. pervenit 2. de Adulter. & ſtupro.*
32 Dico ſub alternatione, vel *dotare, vel ducere.*
Quamvis enim in *cit. cap. ſi ſeduxerit 1.* copu-
lativè præcipiatur, ut ſtuprator dotet & du-
cat; idque conforme ſit Juri Divino veteri
*Exodi 22.* Attamen ex *cit. cap. pervenit 2.* &
longæva conſuetudine, quæ optima Legum
interpres eſt, in plerisque dicaſteriis alter-
nativa tantùm recepta fuit; proindeque ſtu-
prator vel ſufficientem ſtupratæ dotem con-
ſtituere; vel matrimonialiter cum ipſa ſe
conjungere compellitur. Fagnanus, Gon-
zalez, & cæteri expoſitores ad *cit. cap. pervenit
2.* Legantur, quæ ſcripta ſunt in *d. Lib. de
Sponſalib. tr. 1. cap. 3. à num. 70.*
Quòd ſi proles ex ſtupro qualicunque nata 33
fuerit, ſtuprator ad ſubminiſtranda eidem ali-
menta obligatur *cap. cùm haberet 5. in fin. de eo
qui duxit in Matrim.* ubi, licèt de utroque pa-
rente dicatur, quòd liberis ſuis neceſſaria
ſubminiſtrare debeat: attamen, uti cum Bar- 34
bosa *ibid. num. 7.* exponit P. Wieſtner ad *tit.
de Adult. num. 33.* hoc ordine ſucceſſivô non
conjunctivô eſt intelligendum, ut nempe, ſi
patri ſpurio facultates & media alendi defi-
ciant, mater alere teneatur.
De Jure Civili ſtuprum variè punitur; pro- 35
ut videre eſt apud Clariſſ. D. Collegam Franz
*in quæſt. ſelect. 27. per totam.* & D. Blumblacher
in *commentar. ad art. 119. ord. crim.*

## §. III.

### *De Adulterio.*

36 ADulterium eſt quaſi tranſitus ad alterius
thorum, & definitur ad normam textûs
in *cap. Lex illa 2. §. cùm ergo XXXVI. q. 1.* quòd
37 ſit violatio thori conjugalis. Duo
itaque requiruntur ad adulterium. Primò
thorus conjugalis, per Matrimonium de præ-
ſenti adornatus: in ſponſam enim alienam de
futuro adulterium non committitur *l. inter li-
beros 6. §. 1. ff. ad L. Jul. de Adulter.* ibi: *propriè
38 adulterium in nupta committitur.* Et licèt
in *l. ſi uxor 13. §. 3.* ubi Brunn. *num. 7. ff. eôd.*
dicatur: *etiam in ſponſa hoc idem vindicandum:
quia neque Matrimonium qualecunque, nec ſpem
39 matrimonii violare permittitur:* attamen non
dicitur, aut deciditur, per talem violatio-
nem adulterium perpetrari: aliud enim eſt,
violationem alienæ ſponſæ, tanquàm graviter
peccaminoſam, eſſe puniendam; aliud, adul-
terium exinde deducere. Covarruv. *de Spon-
40 ſalibus p. 1. cap. 1. num. 11. & ſeqq.* Se-
cundò requiritur illius thori violatio, non
per ſolam criminis attentationem, ſed actua-
lem conſummationem & carnis commixtio-
nem per textum in *l. fugitivus 225. ff. de V. S.*
Dividitur adulterium in ſimplex & duplex. 41
Illud evenit, quando perſona ſoluta cum li-
gata commiſcetur. Hoc accidit, quando
duæ perſonæ conjugatæ ſe invicem carnaliter
cognoſcunt. Et de Jure quidem Ca- 42
nonico nihil intereſt, num adulterium primô
vel ſecundô modô committatur *cap. pute 16.
XXXII. q. 5. cap. ult. eâd. q. 6. cap. tranſmiſſæ 4.
de eo qui cognovit conſanguin. uxor.* P. Engel ad
*tit. de Adult. num. 2.* At de Jure Civili 43
non incurrit pœnam adulterii conjugatus,
qui peccat cum fœmina ſoluta, ſed tantùm
conjugatus aut ſolutus, qui peccat cum con-
jugata ſeu nupta propter ſanguinis confuſio-
nem & incertitudinem prolis per *cit. l. inter li-
beros §. 5. l. ſtuprum 34. §. 1. ff. ad L. Jul. de
adulter.* Zoël. *ibid. num. 2.* Lauterb. *ibid. §. 5.*
Struv. *cit. exercit. 49. th. 26.* Miller *ibid. pag.
1005. col. 2.*
Pœna adulterii de Jure Canonico in *cap. in- 44
tellеximus 6. de Adulter.* eſt excommunicatio
& detruſio fœminæ adulteræ in arctum Mona-
ſterium ad pœnitentiam agendam *cap. gaude-
mus 19. de Converſ. conjugat.* Quæ ipſa 45
pœna

pœna reſpectu fœminarum etiam de Jure Ci-
vili eſt comprobata in *Nov.* 134. *cap.* 10. re-
ſpectu virorum autem pœna gladii à Conſtan-
tino Imperatore in *l. quamvis* 30. *Cod. ad L. Jul.*
*de Adult.* ſtatuta, & à Carolo V. in ſua Neme-
ſi *art.* 120. confirmata eſt. Blumblacher *ibid.*
*num.* 2. & 3. advertens in *num.* 4. locorum
ſtatuta in hoc eſſe multifaria.

## §. IV.

### *De Inceſtu.*

46 INceſtus eſt concubitus inter perſonas, ſibi
invicem conſanguinitate, vel affinitate
conjunctas in eo gradu, in quo Matrimo-
nium inter ipſas dirimitur. Inter perſonas
alias, quæ gradu remotiori inter ſe diſtant,
puta quintò vel ſextò in linea collaterali, de
Juri noviori in *cap. non debet* 8. *§. prohibitio de*
*Conſanguin. & affin.* aut etiam in tertio gradu
quoad affinitatem ex copula illicita poſt Con-
cil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de Reform. Matrim. cap.* 4. in-
47 ceſtus locum non invenit. Farinac. *prax.*
*crim. q.* 149. *num.* 57. & 58. Engel ad *tit. de*
*Adulter. num.* 30. Wieſtner *ibid. num.* 61.

De Jure Canonico inceſtus punitur excom- 48
municatione *cap. de his* 9. *XXXV. q.* 2. &, ſi
fiat cum conſanguineo uxoris vel mariti, pri-
vat jure debiti conjugalis, ut explicatum in
*lib. IV. de Sponſalib. & Matrim. tr.* 3. *cap.* 3. *à*
*num.* 180. De Jure Carolino refert ſe 49
quidem Imperator in *art.* 117. ad Jus com-
mune Imperiale; ſed, uti teſtantur ſeduli Le-
gum Civilium rimatores & collectores, certa
pœna in eodem Jure ſancita non reperitur.
Criminaliſtæ igitur ſunt conferendi, & inter
hos *cit.* Blumblacher in *in ſuo commentar. d. art.*
*per tot.*

## §. V.

### *De Sacrilegio.*

50 SAcrilegium eſt commixtio carnalis cum
perſona, per votum ſolenne caſtitatis
DEO conſecratâ. Ubi, ſi forum conſcien-
tiæ reſpiciamus, ſacrilegium eſt, ſive cum
fœmina, ſive cum viro, votum caſtitatis,
etiam ſimplex habente, carnaliter peccetur.
51 At in foro externo concubitus maſculi, etiam
Clerici vel Religioſi, inſtar ſimplicis fornica-
tionis punitur; concubitus verò maſculorum
quorumlibet cum Moniali ſpecialiter coërce-
tur, ac, ſi Clerici ſint, deponuntur & in Mo-
naſterium detruduntur; ſi Laici ſint, excom-
municantur, ac, præter amiſſionem bono-
rum, Monaſterio, in quo Monialis erat pro-
feſſa, applicandorum, capite plectuntur *cap.*
*ſi qua* 28. *cap. ſi quis* 30. *XXVII. q.* 1. *Nov.* 123.
*cap.* 43. Ipſa quoque Monialis in car- 52
cerem aut arctius Monaſterium ad agendam
pœnitentiam includitur *d. cap. ſi qua* 28. *cap.*
*impudicas* 11. *ead. quæſt.* 1. Farinac. *prax. crim.*
*quæſt.* 146. *num.* 12. 30. & 31. P. Engel *cit.*
*l. n.* 40. *& ſeq.* P. Wieſtner *cit. l. n.* 70. & 71.

## §. VI.

### *De Raptu.*

53 RAptus eſt violenta abductio fœminæ ho-
neſtæ ab uno loco ad alium, moraliter
diſtinctum, libidinis explendæ causâ. Dixi:
*fœmina honeſta;* quod intelligo de Jure Civili,
quò pœnâ capitis in raptorem honeſtæ fœmi-
næ (non meretricis) ſtatuta legitur in *l. un.*
*Cod. de Raptu Virg.* De Jure autem
54 Canonico pœnæ per Concil. Trid. in *ſeſſ.* 24.
*de Reform. Matrimon. cap.* 6. ſtatutæ vim obti-
nent, etiamſi perſona alia fuerit rapta. Vide
*d. lib. de Sponſalib. & Matrim. tract.* 3. *cap.* 4.
*num.* 80. & 99.

De Sodomia, beſtialitate, mollitie &c. re- 55
mitto me ad P. Engel *cit. l. num.* 26. Wieſtner
*cit. l. num.* 74. Farinaceum *prax. crim. q.* 148.
& alios Criminaliſtas.

# SECTIO III.

## *De Homicidio, Crimine falſi, & aliis Delictis publicis.*

### SUMMARIA.

56. *Attingitur homicidium in genere.* 57. *& ſeqq.* *Explicatur parricidium.* 62. *& ſeq.* *Homicidium proditorium.* 64. *& ſeq.* *Aſſaſſinium.* 66. *& ſeq.* *Veneficium.* 68. *Latrocinium.* 69. *& ſeqq.* *Expoſitio infantum.* 72. *& ſeq.* *Incendium.* 74. *& ſeqq.* *Exponitur crimen falſi.* 84. *& ſeqq.* *Explicatur vis publica.* 87. *& ſeq.* *Vis privata.* 89. *& ſeqq.* *Crimen repetundarum.* 91. *& ſeq.* *Fraudata annona.* 93. *Peculatus.* 94. *& ſeq.* *Crimen reſidui.* 96. *& ſeqq.* *Ambitus.* 99. *& ſeq.* *Plagium.* 101. *Quaſi-plagium.*

§. I.



## §. I.

### *De Homicidio.*

56 PUblicis Delictis adſcribitur homicidium,
Lege Corneliâ de Sicariis coërceri ſoli-
tum. Hujus injuſtitiam & juſtitiam; com-
miſſionem liberam, neceſſariam, & caſualem,
unà cum ſubſequenti ex eo irregularitate per
multas paginas diſcuſſi in *lib. I. tr. de Poteſtat.*
*Ord. cap.* 6. *ſect.* 4. *per tot.* Nihil igitur ſupereſt,
quàm ut nonnullas ejus ſpecies breviter per-
curramus.

57 Occurrit autem I. *parricidium*, Lege Pom-
peiâ ſpecialiter notatum. Idque vel proprium
eſt, vel improprium. Proprium eſt homici-
dium, inter aſcendentes & deſcendentes com-
miſſum *arg. rubrica in tit. X. lib. V. de his, qui fi-*
*lios occiderunt; & l. un. Cod. de his, qui parentes*
58 *vel liberos occiderunt:* Nullâ habitâ di-
ſtinctione, ſintne parentes aut liberi natura-
les tantùm, an ſimul legitimi: quoniam Lex
Pompeja naturam potiùs & ſanguinem, quàm
reſpectum Civilem attendit Anton. Math. *de*
59 *Crimin. ad lib.* 48. *ff. tit.* 6. *cap.* 1. *num.* 2. Im-
proprium eſt homicidium, inter cæteras per-
ſonas affines aut conſanguineas perpetratum:
nam & ille, qui uxorem, fratrem, aut ſoro-
rem &c. occidit, parricida vocatur *l. Lege*
*Pompeja* 1. *ff. de Lege Pomp. de Parricid.* ubi Brun-
60 nemann *num.* 1. Pœna parricidii im-
proprii eſt gladius *l. pœna* 9. *§.* 1. *ff. d. t.* pro-
prii autem parricidii hæc eſt pœna, ut parri-
cida virgis ſanguineis, hoc eſt, ad ſanguinem
usque verberatus, & culeo ſeu ſacco coria-
ceo cum cane, gallo gallinaceo, vipera & ſi-
mia inſutus, in mare aut flumen projiciatur
*d. l. pœna* 9. *in pr. ff. d. t. ut omnium elementorum*
*uſu carere vivus incipiat, & ei cœlum ſuperſtiti,*
*terra mortuo auferatur*, ſicuti loquitur Impe-
rator in *l. un. Cod. de his qui parent. vel liber.*
61 Teſtantur quidem Anton. Math. *cit. l. cap.* 2.
*num. ult.* Engel, König, Wieſtner, & alii
Interpretes ad *tit. de his qui filios occider.* com-
muni totius Europæ conſuetudine pœnam
hanc, deſperationis cauſativam, eſſe ſubla-
tam; ſed contradicunt Franc. Joſeph. de An-
gelis in *tractat. criminali de Delict. p.* 1. *cap.* 65.
*num.* 10. Carpzov. *pract. crim. p.* 1. *q.* 8. *n.* 15.
Berlich *pract. concluſ. p.* 4. *concluſ.* 6. *n.* 6. Heig.
*quæſt. Jur. p.* 2. *q.* 33. *n.* 55.

62 II. eſt homicidium *proditorium*, quô ſub
ſchemate & ſpecie amicitiæ quis aliquem, ſi-
cuti Judas proditor Chriſtum Dominum, in-
terficit; ac propterea in ſingularem pœnam
ab immunitate locali excluditur, ut dictum
in *lib. III. tr. de Perſon. Reb. & Jur. Eccleſ. p.* 3. *cap.*
63 *ult. num.* 80. Nolim tamen, ut cum ho-
micidio proditorio confundatur homicidium
ex inſidiis, quô quis alterum, nil mali ſuſpi-
cantem, in certo loco exſpectat & perimit;
præterquàm ſi perſona perimens alteri per-
emptæ ad ſpecialem amicitiam aut fidelita-
tem ſit devincta, v. g. maritus uxori, famulus
domino, ſubditus Superiori; prout exau-
diendi ſunt textus in *l. cujusque* 4. *in princ. ff. ad*
*Leg. Jul. Majeſt. l. capitalium* 28. *§.* 11. *ff. de*
*Pœn.* Vid. Franc. Joſ. de Angel. *cit. l. cap.* 66.
*num.* 1. *& ſeqq.* & *cap.* 67. *n.* 4. & dicta in *d. l.*
*num.* 80. *& ſeqq.*

III. eſt *aſſaſſinium*, quô unus alterum, datâ 64
vel acceptâ pecuniâ, aliâve re pretiô æſtima-
bili interimit: ubi de Jure Canonico negatur
aſylum Eccleſiaſticum; & dictantur pœnæ
aliæ, in circumſtantiis, relatis in *cap. pro huma-*
*ni* 1. *de Homicid. in* 6. Citatus Author *cap.* 19.
*num.* 1. In Legibus tamen Civilibus, 65
uti ſolerter inveſtigavit Carpzov. *cit. l. q.* 18.
*num.* 10. nil ſpeciale de aſſaſſinio reperitur;
etſi haud dubiè puniendum ſit ultimò ſuppli-
ciò. Citat. de Angelis *d. cap. per tot.*

VI. eſt *veneficium*, cujus nomine non intel- 66
ligitur cum vulgo ſortilegium aut incantatio
vel alia magiæ pars, ſed homicidium, quô ali-
quis venenô, dolosè porrectô, necatur *l. ejus-*
*dem* 3. *in pr. §.* 1. 2. & 3. *ff. ad L. Cornel. de Sicar.*
Carpzov. *cit. l. quæſt.* 20. *n.* 1. Dictatur 67
autem veneficis maſculis in Carolina *art.* 130.
rota; fœminis verò ſuffocatio in aquis præ-
ſtituitur. Blumbl. ad *cit. artic. num.* 1. *& ſeqq.*

V. eſt *latrocinium*, quô homines prædæ, ſpo- 68
lii, vel lucri causâ trucidantur; de Jure Com-
muni furcâ per *l. capitalium* 28. *§.* 15. *ff. de*
*Pœn.* de Jure Carolino rotæ ſuppliciô per *ar-*
*tic.* 137. caſtigandum. Lauterb. ad *tit. ff. ad L.*
*Cornel. de Sicar. §.* 27.

VI. eſt *expoſitio infantium* in loco publico vel 69
privato; vocaturque crimen in *Nov.* 153. *in*
*pr. à ſenſu humano alienum, quod ne ab ullis quidem*
*barbaris admitti, credibile eſt:* cùm enim ejus-
modi expoſitio ſit proxima diſpoſitio ad mor-
tem, æquiparatur homicidio, &, ubi mors in- 70
fantis ex frigore, fame, vel incurſu beſtiæ ſe-
quitur, pœna corporis afflictiva vel capitalis
præſcribitur *cap. ult. Diſt.* 87. Ord. Carol. *ar-*
*tic.* 132. & ibi Blumblacher *num.* 1. Sin au-
tem expoſita ſoboles reperiatur adhuc vi-
vens, arbitraria pœna decernitur *d. art.* 132.
Utrôque etiam caſu exponentes jura paren- 71
tum quoad ſucceſſionem & poteſtatem pa-
triam amittunt *cap. un. de Infant. & languid.*
*expoſ. l. unusquisque* 2. *cum l. ſeq. Cod. eod.* Idem-
que in *cit. cap. un.* de expoſitione languidorum
ſeu infirmorum, quibus alimenta impiè ne-
gantur, diſponitur.

VII. eſt *incendium* ſeu injectio vel ſuppoſitio 72
ignis in ædes alienas; quod, licèt ſpecies ho-
micidii non ſit, attamen ob damnum & peri-
culum, ordinariè conjunctum, à Lege Cor-
nelia, perinde ac homicidium, etiam ultimò
ſuppliciò coërcetur *l. ſi quis* 10. *ff. ad L. Cornel.*
*de Sicar.* imò in Ordinat. Carol. *art.* 125. in-
cendiarius eôdem ignis tormentô vivus com-
buri jubetur. Punitur inſuper à SS. Ca- 73
nonibus excommunicatione per textus *in cap.*
*peſſimam* 32. *XXIII. q.* 8. *cap. tua* 19. *de Sent. ex-*
*commun.*

pœna reſpectu fœminarum etiam de Jure Civili eſt comprobata in *Nov. 134. cap. 10.* reſpectu virorum autem pœna gladii à Conſtantino Imperatore in *l. quamvis 30. Cod. ad L. Jul. de Adult.* ſtatuta, & à Carolo V. in ſua Nemeſi *art. 120.* confirmata eſt. Blumblacber *ibid. num. 2. & 3.* advertens in *num. 4.* locorum ſtatuta in hoc eſſe multifaria.

## §. IV.

### *De Inceſtu.*

46 INceſtus eſt concubitus inter perſonas, ſibi invicem conſanguinitate, vel affinitate conjunctas in eo gradu, in quo Matrimonium inter ipſas dirimitur. Inter perſonas alias, quæ gradu remotiori inter ſe diſtant, puta quintô vel ſextô in linea collaterali, de Juri noviori in *cap. non debet 8. §. prohibitio de Conſanguin. & affin.* aut etiam in tertio gradu quoad affinitatem ex copula illicita poſt Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de Reform. Matrim. cap. 4.* in-
47 ceſtus locum non invenit. Farinac. *prax. crim. q. 149. num. 57. & 58.* Engel ad *tit. de Adulter. num. 30.* Wieſtner *ibid. num. 61.*

De Jure Canonico inceſtus punitur excom- 48
municatione *cap. de his 9. XXXV. q. 2.* &, ſi fiat cum conſanguineo uxoris vel mariti, privat jure debiti conjugalis, ut explicatum in *lib. IV. de Sponſalib. & Matrim. tr. 3. cap. 3. à num. 180.* De Jure Carolino refert ſe 49
quidem Imperator in *art. 117.* ad Jus commune Imperiale; ſed, uti teſtantur ſeduli Legum Civilium rimatores & collectores, certa pœna in eodem Jure ſancita non reperitur. Criminaliſtæ igitur ſunt conferendi, & inter hos *cit.* Blumblacher in *in ſuo commentar. d. art. per tot.*

## §. V.

### *De Sacrilegio.*

50 SAcrilegium eſt commixtio carnalis cum perſona, per votum ſolenne caſtitatis DEO conſecratâ. Ubi, ſi forum conſcientiæ reſpiciamus, ſacrilegium eſt, ſive cum fœmina, ſive cum viro, votum caſtitatis, etiam ſimplex habente, carnaliter peccetur.
51 At in foro externo concubitus maſculi, etiam Clerici vel Religioſi, inſtar ſimplicis fornicationis punitur; concubitus verò maſculorum quorumlibet cum Moniali ſpecialiter coërcetur, ac, ſi Clerici ſint, deponuntur & in Monaſterium detruduntur; ſi Laici ſint, excommunicantur, ac, præter amiſſionem bonorum, Monaſterio, in quo Monialis erat profeſſa, applicandorum, capite plectuntur *cap. ſi qua 28. cap. ſi quis 30. XXVII. q. 1. Nov. 123. cap. 43.* Ipſa quoque Monialis in car- 52
cerem aut arctius Monaſterium ad agendam pœnitentiam includitur *d. cap. ſi qua 28. cap. impudicas 11. eád. quæſt. 1.* Farinac. *prax. crim. quæſt. 146. num. 12. 30. & 31.* P. Engel *cit. l. n. 40. & ſeq.* P. Wieſtner *cit. l. n. 70. & 71.*

## §. VI.

### *De Raptu.*

53 RAptus eſt violenta abductio fœminæ honeſtæ ab uno loco ad alium, moraliter diſtinctum, libidinis explendæ causâ. Dixi: *fœmina honeſta;* quod intelligo de Jure Civili, quô pœnâ capitis in raptorem honeſtæ fœminæ (non meretricis) ſtatuta legitur in *l. un.*
54 *Cod. de Raptu Virg.* De Jure autem Canonico pœnæ per Concil. Trid. in *ſeſſ. 24. de Reform. Matrimon. cap. 6.* ſtatutæ vim obtinent, etiamſi perſona alia fuerit rapta. Vide *d. lib. de Sponſalib. & Matrim. tract. 3. cap. 4. num. 80. & 99.*

De Sodomia, beſtialitate, mollitie &c. re- 55
mitto me ad P. Engel *cit. l. num. 26.* Wieſtner *cit. l. num. 74.* Farinaceum *prax. crim. q. 148.* & alios Criminaliſtas.

# SECTIO III.

## *De Homicidio, Crimine falſi, & aliis Delictis publicis.*

### SUMMARIA.

56. *Attingitur homicidium in genere.* 57. *& ſeqq. Explicatur parricidium.* 62. *& ſeq. Homicidium proditorium.* 64. *& ſeq. Aſſaſſinium.* 66. *& ſeq. Veneficium.* 68. *Latrocinium.* 69. *& ſeqq. Expoſitio infantum.* 72. *& ſeq. Incendium.* 74. *& ſeqq. Exponitur crimen falſi.* 84. *& ſeqq. Explicatur vis publica.* 87. *& ſeq. Vis privata.* 89. *& ſeqq. Crimen repetundarum.* 91. *& ſeq. Fraudata annona.* 93. *Peculatus.* 94. *& ſeq. Crimen reſidui.* 96. *& ſeqq. Ambitus.* 99. *& ſeq. Plagium.* 101. *Quaſi-plagium.*

§. I.



## §. I.

### *De Homicidio.*

56 PUblicis Delictis adſcribitur homicidium, Lege Corneliâ de Sicariis coërceri ſolitum. Hujus injuſtitiam & juſtitiam; commiſſionem liberam, neceſſariam, & caſualem, unà cum ſubſequenti ex eo irregularitate per multas paginas diſcuſſi in *lib. I. tr. de Poteſtat. Ord. cap. 6. ſect. 4. per tot.* Nihil igitur ſupereſt, quàm ut nonnullas ejus ſpecies breviter percurramus.

57 Occurrit autem I. *parricidium*, Lege Pompeiâ ſpecialiter notatum. Idque vel proprium eſt, vel improprium. Proprium eſt homicidium, inter aſcendentes & deſcendentes commiſſum *arg. rubrica in tit. X. lib. V. de his, qui filios occiderunt; & l. un. Cod. de his, qui parentes*
58 *vel liberos occiderunt:* Nullâ habitâ diſtinctione, ſintne parentes aut liberi naturales tantùm, an ſimul legitimi: quoniam Lex Pompeja naturam potiùs & ſanguinem, quàm reſpectum Civilem attendit Anton. Math. *de*
59 *Crimin. ad lib. 48. ff. tit. 6. cap. 1. num. 2.* Improprium eſt homicidium, inter cæteras perſonas affines aut conſanguineas perpetratum: nam & ille, qui uxorem, fratrem, aut ſororem &c. occidit, parricida vocatur *l. Lege Pompeja 1. ff. de Lege Pomp. de Parricid.* ubi Brun-
60 nemann *num. 1.* Pœna parricidii improprii eſt gladius *l. pœna 9. §. 1. ff. d. t.* proprii autem parricidii hæc eſt pœna, ut parricida virgis ſanguineis, hoc eſt, ad ſanguinem usque verberatus, & culeo ſeu ſacco coriaceo cum cane, gallo gallinaceo, vipera & ſimia inſutus, in mare aut flumen projiciatur *d. l. pœna 9. in pr. ff. d. t. ut omnium elementorum uſu carere vivus incipiat, & ei cælum ſuperſtiti, terra mortuo auferatur*, ſicuti loquitur Imperator in *l. un. Cod. de his qui parent. vel liber.*
61 Teſtantur quidem Anton. Math. *cit. l. cap. 2. num. ult.* Engel, König, Wieſtner, & alii Interpretes ad *tit. de his qui filios occider.* communi totius Europæ conſuetudine pœnam hanc, deſperationis cauſativam, eſſe ſublatam; ſed contradicunt Franc. Joſeph. de Angelis in *tractat. criminali de Delict. p. 1. cap. 65. num. 10.* Carpzov. *pract. crim. p. 1. q. 8. n. 15.* Berlich *pract. concluſ. p. 4. concluſ. 6. n. 6.* Heig. *quæſt. Jur. p. 2. q. 33. n. 55.*

62 II. eſt homicidium *proditorium*, quô ſub ſchemate & ſpecie amicitiæ quis aliquem, ſicuti Judas proditor Chriſtum Dominum, interficit; ac propterea in ſingularem pœnam ab immunitate locali excluditur, ut dictum in *lib. III. tr. de Perſon. Reb. & Jur. Eccleſ. p. 3. cap.*
63 *ult. num. 80.* Nolim tamen, ut cum homicidio proditorio confundatur homicidium ex inſidiis, quô quis alterum, nil mali ſuſpicantem, in certo loco exſpectat & perimit; præterquàm ſi perſona perimens alteri peremptæ ad ſpecialem amicitiam aut fidelitatem ſit devincta, v. g. maritus uxori, famulus domino, ſubditus Superiori; prout exaudiendi ſunt textus in *l. cujusque 4. in princ. ff. ad Leg. Jul. Majeſt. l. capitalium 28. §. 11. ff. de Pœn.* Vid. Franc. Joſ. de Angel. *cit. l. cap. 66. num. 1. & ſeqq. & cap. 67. n. 4.* & dicta in *d. l. num. 80. & ſeqq.*

III. eſt *aſſaſſinium*, quô unus alterum, datâ 64
vel acceptâ pecuniâ, aliâve re pretiô æſtimabili interimit: ubi de Jure Canonico negatur aſylum Eccleſiaſticum; & dictantur pœnæ aliæ, in circumſtantiis, relatis in *cap. pro humani 1. de Homicid. in 6.* Citatus Author *cap. 19. num. 1.* In Legibus tamen Civilibus, 65
uti ſolerter inveſtigavit Carpzov. *cit. l. q. 18. num. 10.* nil ſpeciale de aſſaſſinio reperitur; etſi haud dubiè puniendum ſit ultimô ſuppliciô. Citat. de Angelis *d. cap. per tot.*

VI. eſt *veneficium*, cujus nomine non intel- 66
ligitur cum vulgo ſortilegium aut incantatio vel alia magiæ pars, ſed homicidium, quô aliquis venenô, dolosè porrectô, necatur *l. ejusdem 3. in pr. §. 1. 2. & 3. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* Carpzov. *cit. l. quæſt. 20. n. 1.* Dictatur 67
autem veneficis maſculis in Carolina *art. 130.* rota; fœminis verò ſuffocatio in aquis præſtituitur. Blumbl. ad *cit. artic. num. 1. & ſeqq.*

V. eſt *latrocinium*, quô homines prædæ, ſpo- 68
lii, vel lucri causâ trucidantur; de Jure Communi furcâ per *l. capitalium 28. §. 15. ff. de Pœn.* de Jure Carolino rotæ ſuppliciô per *artic. 137.* caſtigandum. Lauterb. ad *tit. ff. ad L. Cornel. de Sicar. §. 27.*

VI. eſt *expoſitio infantum* in loco publico vel 69
privato; vocaturque crimen in *Nov. 153. in pr. à ſenſu humano alienum, quod ne ab ullis quidem barbaris admitti, credibile eſt:* cùm enim ejusmodi expoſitio ſit proxima diſpoſitio ad mortem, æquiparatur homicidio, &, ubi mors in- 70
fantis ex frigore, fame, vel incurſu beſtiæ ſequitur, pœna corporis afflictiva vel capitalis præſcribitur *cap. ult. Diſt. 87.* Ord. Carol. *artic. 132.* & ibi Blumblacher *num. 1.* Sin autem expoſita ſoboles reperiatur adhuc vivens, arbitraria pœna decernitur *d. art. 132.* Utrôque etiam caſu exponentes jura paren- 71
tum quoad ſucceſſionem & poteſtatem patriam amittunt *cap. un. de Infant. & languid. expoſ. l. unusquisque 2. cum l. ſeq. Cod. eód.* Idemque in *cit. cap. un.* de expoſitione languidorum ſeu infirmorum, quibus alimenta impiè negantur, diſponitur.

VII. eſt *incendium* ſeu injectio vel ſuppoſitio 72
ignis in ædes alienas; quod, licèt ſpecies homicidii non ſit, attamen ob damnum & periculum, ordinariè conjunctum, à Lege Cornelia, perinde ac homicidium, etiam ultimô ſuppliciô coërcetur *l. ſi quis 9. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* imò in Ordinat. Carol. *art. 125.* incendiarius eôdem ignis tormentô vivus comburi jubetur. Punitur inſuper à SS. Ca- 73
nonibus excommunicatione per textus *in cap. peſſimam 32. XXIII. q. 8. cap. tua 19. de Sent. excommun.*

*communicat.* P. Wieſtner *ad tit. de Raptorib. num.* 39. Conferatur Franc. Joſ. de Angelis *cit. l. cap.* 76. *num.* 5. P. Reiffenſtuel ad *cit. tit. num.* 32. *& ſeqq.*

## §. II.

### *De Crimine falſi.*

74 CRimen falſi per Legem Corneliam effe-
ctum eſt publicum. Definitur, quòd ſit
Delictum, quô in præjudicium alterius veri-
tas doloſè immutatur.
75 Dixi I. *in præjudicium alterius.* Nam, ubi
nullum eſt nocumentum, falſitas à Lege Cor-
nelia non caſtigatur. Magnif. P. König ad *tit.
de Crimine falſi num.* 10. niſi per ſe comparata
ſit ad nocendum alteri per text. in *l. Si qui* 6.
*in princ. ff. l. ſi falſus* 8. *Cod. ad L. Cornel. de
Falſ.*
76 Dixi II. *veritas doloſè immutatur.* Immuta-
tur autem I. *dictô*, ſi v.g. falſum à teſtibus in
judicio deponatur *l. pœna* 1. *in princ. ff. d. t. cap.
falſidicus* 1. *d. t.* ſi à Judice, muneribus corru-
ptô, injuſta ſententia proferatur *d. l. pœna* 1.
§. 3. ſi ab advocatô ſui clientis cauſa prodatur
adverſario, veræ probationes aut exceptio-
nes diſſimulentur, & falſæ admittantur *l. præ-*
77 *varicator* 1. *in pr. & §.* 1. *ff. de Prævaricat.* Im-
mutatur II. *ſcriptô*, ſi vel Notarius, vel quivis
alius inſtrumentum falſum conſcribat; juſtum
& verum inſtrumentum laceret, turbet, ra-
dat, aut alienam manum vel ſigillum imitetur
*cap. licèt* 5. *de Crimine falſi §. Lex Cornelia* 7. *Inſt.
de Publ. Judic. d. l. pœna* 1. §. 4. *ff. ad L. Cornel. de*
78 *falſ. Ord. Carol. art.* 112. Immutatur III.
*factô* per diminutionem ponderum & menſu-
ræ, per adulterationem monetæ, per limi-
tum transpoſitionem in agris, per ſuppoſitio-
nem aleni partûs *l. qui falſam* 19. *in pr. & §.* 1.
*l. penult.* §. 1. *ff. eôd. l. ſi quis* 2. *Cod. de Falſa mo-*
79 *neta.* Ord. Carol. *art.* 111. 113. *& ſeq.* Im-
mutatur IV. *uſu*, quando aliquis falſitate, ab
alliis confictâ, utitur, ac v.g. falſum teſtem aut
teſtamentum vel inſtrumentum in-vel extra
judicium ſcienter producit; Doctorem aut
Nobilem ſe vanè jactitat; falſam monetam,
ab alio cuſam, aut aurum alchimicum, cujus
confectionem Joannes XXII. in *Extravag.
ſpondent de Crimine falſi inter commun.* ſeverè
prohibuit, fraudulenter expendit *l. falſi* 15. *in
pr. l. eos qui* 27. *in pr. §.* 1. *&* 2. *ff. d. t. l. un. Cod.
de Mutat. nom. d. art.* 113. Ord. Carol.
De Jure Civili, ut patet ex Legibus hucus- 80
que citatis, & præſertim ex citatis articulis
*Ordinat. Crimin.* & notatis ibidem à D. Blumb-
lacher, pœna falſi videtur eſſe arbitraria, ac
pro diverſitate circumſtantiarum exaſperanda
vel lenienda. Carpzov. *pract. crim. q.* 93. *à
num.* 16. Franciſcus Joſephus de Angelis *de
Del. cit. p.* 1. *cap.* 50. *n.* 10. De Jure Ca- 81
nonico falſum dicentes infamiam incurrunt
*cap. conſtituimus* 9. *III. quæſt.* 5. &, ſi Clerici fal-
ſum dixerint, deponuntur, ac in Monaſte-
rium detruduntur *cap. ſi Epiſcopus* 7. *Diſt.* 50.
Falſificantes autem literas Apoſtolicas mul- 82
ctantur excommunicatione *cap. ad falſario-
rum* 7. *de Crim. falſi*, Summo Pontifici in Bul-
la Cœnæ *caſu* 4. reſervatâ; &, ſi Clerici ſint,
omni officiô & beneficiô Eccleſiaſticô in per-
petuum privantur *d. cap.* 7. Sanè, ſi li- 83
teræ Apoſtolicæ corrigantur, ac, unâ vel al-
terâ ſyllabâ mutatâ, verus ſenſus exprimatur,
& v.g. pro Diæceſi Salisburgenſi ponatur Fri-
ſingenſis, culpam & pœnam ceſſare, cum Sai-
ro, Palao, & Bonacina apud P. Wieſtner ad
*tit. de Crim. falſi, n.* 16. veroſimilius judico.

## §. III.

### *De aliis Delictis publicis.*

84 IN numerum criminum publicorum ulte-
riùs refertur I. *Vis publica*, quâ tranquilli-
tas & publica ſecuritas per violentiam turba-
tur; id, quod ex judicio Imperatoris in §. *item
Lex* 8. *Inſtit. de Public. Judic.* contingit, quan-
do adhibentur arma Anton. Math *de Crim.*
85 *ad lib.* 48. *ff. tit.* 4. *cap.* 1. *num.* 2. At-
tamen, ut opinantur cum aliis Lauterb. ad
*tit. ff. de Vi publ.* §. 2. *& ſeqq.* etiam ſinè armo-
rum uſu vis publica inferri poteſt, puta ſi vel
perſona publica poteſtate ſibi conceſsâ abuta-
tur; vel tumultus excitetur contra perſonam
publicam; vel locus publicus, v.g. arx, ca-
ſtellum, reſidentia Principis aut Domini, cu-
ria civitatis &c. obſidetur per textus in *l. qui
cœtu* 5. *cum ſeqq. ff. d. t.* Perez in *Cod. ad L. Jul.*
86 *de Vi num.* 1. Vindicatur à Lege Julia,
& pro ratione circumſtantiarum diverſimo-
dè punitur, uti tradunt Carpzov. *pract. crim.
q.* 40. *num.* 7. *& ſeqq.* Lauterb. ad *d. t.* §. 6.
Perez *cit. l. num.* 6. *&* 14.
II. *Vis privata*, quâ tranquillitas & ſecuri- 87
tas privata læditur ſinè armis *d. §. item Lex* 8.
*Inſtit. de Publ. Judic.* Cujus rei proferuntur
exempla in *l. de vi* 1. *§.* 10. *&* 2. *l. hac lege* 2 *cum
ll. ſeqq. ff. ad L. Jul. de vi priv.* Anton. Math.
*cit. l. cap.* 3. *num.* 1. *& ſeq.* Pœna ſtatuitur 88
ab eadem lege Julia; quæ tamen hodie eſt ar-
bitraria. Carpzov. *d. l.* Lauterb. ad *cit. tit.* §. 2.
Perez *cit. n.* 14. Struv. *exercit.* 49. *th.* 49. Miller
*ibid. lit. b.*
III. Crimen *Repetundarum*, quô Magiſtra- 89
tus aut alius, in officio vel munere publico
conſtitutus, pecuniam aut aliud donum acci-
pit, quò magis aut minùs aliquid faciat, ad
quod faciendum vi muneris & officii obſtrin-
gitur *l. Lex Julia* 1. *in pr. l. Lege Julia* 3. *ff. ad
L. Jul. repetund.* Jubetur à Lege Julia 90
extra ordinem caſtigari, & interdum quidem
deportatio, exilium, ſeu relegatio; ſubinde
etiam, ſiquis munera in alterius necem acce-
perit, capitale ſupplicium dictatur *l. Lex Ju-
lia* 7.



*lia* 7. §. 3. *ff. d. t.* ubi Brünn. Farinac. *prax.
crim. q.* 111. *n.* 16. *& ſeqq.* Struv. *cit. l. th.* 74.
Miller *ibid. lit. e.*
91 IV. *Fraudata annona*, quâ delinquit ille, qui
facit, ut annona fiat carior, aut alterius rei,
ad victum humanum pertinentis, abundan-
tia vel commercium impediatur *l. Lege Julia*
2. *in pr. & §.* 1. *ff. de L. Jul. de Annona l. annona*
92 6. *ff. de Extraord. criminib.* Præſcribi-
tur huic crimini à Lege Julia pœna 20. aureo-
rum *d. l.* 2. §. 2. & inſuper in *cit. l. annonâ* 6.
pro modo admiſſi relegatio vel opus publi-
cum ſtatuitur. Anton. Math. *cit. l. tit.* 9. *cap.* 2.
*num* 1.
93 V. *Peculatus*, quô pecunia publica vel alia
res immobilis, ad aliquam civitatem ſpectans
ab eo, cujus fidei & periculo commiſſa non
erat, ſurripitur *l. ſacrilegii* 9. §. 2. *ff. ad Legem*
94 *Jul. Peculat.* Pœna illius, à Lege Julia
ordinata, in privatis perſonis eſt deportatio;
in Magiſtratibus & eorum Miniſtris, qui ma-
jorem habent opportunitatem pecunias pu-
blicas ſuffurandi, eſt ultimum ſupplicium *l.
un. Cod. d. t. §. item Lex* 9. *Inſt. de Public. Judic.*
Anton. Math. *d. l. tit.* 10. *cap.* 2. *num.* 1. *&* 2.
Franc. Joſeph. de Angelis *de Delict. citat. p.* 1.
*cap.* 96. *num.* 7. Lauterb. ad *cit. tit. ff.* §. 4
95 VI. Crimen *Reſidui*, quô pecunia publica
ab eo, cujus fidei & periculo erat concredita,
retinetur, & in uſum publicum ſeu in ratio-
nes non refertur *l. Lege Julia* 2. *ff. ad L. Jul.
peculat.* Perez ad *Cod. eôd. tit. num. ult.* Struv.
*cit. exercit.* 49. *th.* 79. Pœna illius eſt
96 pecuniaria: damnatus enim non tantùm reſi-
duum reſtituere, ſed etiam tertiam illius par-
tem præſtare, ac, qui 300. v.g. florenos re-
tinuit, præter hos adhuc 100 fiſco inferre
tenetur *l. Lege Julia* 4. *§.* 5. *ff. ad L. Jul. pecu-
lat.* Struv. *d. l. th.* 80. Lauterb. *ad eund. tit.* §. 11.
VII. *Ambitus*, quô dignitates & honores 97
illicitô modô & mediô v.g. largitione vel pro-
miſſione munerum comparantur *l. un. Cod. ad
L. Jul. de Ambitu. l. ult. Cod. ad L. Jul. repetund.*
Olim à Lege Julia in Republica Romana ſeve- 98
rè fuit caſtigatus; poſteà, dum ſtatus popu-
laris tranſiit in Monarchicum, Lex illa non
ampliùs obſervabatur in Urbe *l. un. in princ. ff.
d. t.* Anton. Math. *d. l. tit.* 11. *cap.* 1. *num.* 1. *&
ſeqq.* ſed tantùm in municipiis, ubi reus de
ambitu pœna 100. aureorum cum infamia
mulctatus erat *d. l. un. §.* 1. famæ tamen re-
ſtitutus, ubi alium de eodem crimine poterat
convincere *d. l. §.* 2. Hodie punitur 99
arbitrariè, prout teſtatur Brunn. ad *cit. l. un.
Cod. num.* 5. & Lauterbach ad *cit. tit. ff. §.* 3.
imò in quibusdam locis, non abſque detri-
mento Reipublicæ, impunis eſt. Confer.
Prænob. ac Clariſſ. D. de Wolleren in *quæſt.
Oenipont.* 11. *num.* 49. *& ſeqq.*
VIII. *Plagium*, quô liber homo vel ſervus 100
alienus ſupprimitur, ac v. g. emitur, ven-
ditur, abducitur, rapitur, ad fugam perſua-
detur, celatur, permutatur, donatur, in do-
tem datur &c. *l. ſi liberum* 1. *l. ſciendum* 2. *in pr.
& paſſim ff. ad L. Fab. de Plagiar.* Hujus pœna 101
ex Lege Fabia ab initio fuit pecuniaria; poſteà
evaſit extraordinaria. *l. ult. ff. d. t.* ac demum
in capitalem ex conſtitutionibus Principum
eſt commutata *l. ult. Cod. eôd.* Anton. Math.
*tit.* 12. *cap.* 2. *num.* 1. Perez ad *cit. tit. Codic.
num.* 6. *&* 7.
Datur etiam *quaſi-plagium*, quod literarium 102
dicitur, quando quis alterius ſcripta ſurri-
pit, aut doloſè tranſcribit, ac, tanquam
ſua, nomine veri authoris ſuppreſsô, ven-
dit. Franc. Joſephus de Angelis *de Delicto
p.* 1. *cap.* 102. *num.* 9. Lauterbach *ad cit. tit.
§. ult.*

# CAPUT III.

## *De Delictis Extraordinariis.*

AGmen Delictorum in præſenti tractatione claudunt extraordinaria, ſtrictim & unicâ duntaxat ſectione diſcutienda.

## SECTIO UNICA.

### *Recenſentur Delicta extraordinaria.*

SUMMARIA.

1. *& ſeqq. Deſcribitur calumnia.* 10. *Concuſſio.* 11. *& ſeq. Diffidatio.* 13. *Scopeliſmus.* 14. *& ſeq. Expilatio hæreditatis.* 16. *Aligeatus.* 17. *Furtum balneare.* 18. *& ſeq. Receptatio.* 20. *Violatio ſepulchri.* 21. *& ſeq. Prævaricatio.* 23. *Effractio carceris.* 24. *& ſeq. Motio termini.* 26. *Inſtitutio Collegiorum illicitorum.* 27. *Perjurium.* 28. *Stellionatus.* 29. *Concluſio totius libri quinti & operis.*

## §. I.

### *De Calumnia.*

1 Calumnia aliàs ſumitur latè, quatenùs omne, quod in alterius detrimentum redundat, calumnia dicitur; eôque ſenſu conſiderata fuit in *cap. 1. num. 166.* Hic ſumitur ſtrictè, quatenùs in judicio quis alteri præjudicium infert, & deſcribitur, quòd ſit Delictum, quô quis falſum crimen alicui in judicio ſcienter & doloſè impingit.

2 Dividitur in veram & præſumptam. *Vera* eſt, quando ex confeſſione calumniatoris, depoſitione teſtium, aut aliunde conſtat, quòd ex ſola malitia quis alterum falsô detu-
3 lerit. *Præſumpta* eſt, quando ex defectu probati criminis præſumitur, accuſatorem ad accuſandum non juſtô zelô ſed odiô fuiſſe commotum *cap. calumniator 2. cap. non*
4 *probaverit 3. II. q. 3.* Verùm hic probè notandum, quòd Judex accuſatorem non ſtatim de calumnia condemnare debeat, quando deficit in probatione, ſed priùs inquirere, an non juſta aliqua ex cauſa motus fuerit ad accuſandum, fortè quòd indicia quædam, infamia, vel alia præceſſerint adminicula, teſtes allegati deceſſerint, abierint, aut teſti-
5 monium revocaverint &c. Sicut enim in civilibus probabilis agendi cauſa liberat à præſumptione calumniæ; ſic etiam in criminalibus probabilis accuſandi cauſa ab eadem præſumptione liberat *cap. ult. de Calumniator, l. accuſat. 1. §. 3. ff. ad SCtum Turpillian.* Farinac. *prax. crim. q. 16. n. 33. & ſeq.*

Pœna calumniæ de Jure Canonicô eſt ta- 6
lio, debetque calumniator eandem ſuſtinere pœnam, quam reus ſuſtinere debuiſſet, ſi crimen verè probatum fuiſſet per textus in *n. 2. citat.* At de Jure Civili pœna talionis 7
ſolummodò recepta fuit in criminibus publicis *l. ult. Cod. de Accuſat.* in aliis verò extraordinaria pœna dictatur *l. & in privatis 3. ff. ad SCtum Turpillian.* Farinac. *cit. l. n. 1.* Et 8
licèt, ut dictum in *tr. 1. cap. 4. n. 10.* pœna talionis per conſuetudinem abrogata dicatur; attamen à Pio V. in ſua conſtitutione de Anno 1566. quæ incipit: *cùm primùm &c.* ſaltem pro foro Eccleſiaſtico reſtaurata refertur à Paſſerino in *Trib. regular. quæſt. 7. num. 55.* P. Wieſtner ad *tit. de Calumniat. n. 9.*

Prætereà calumniator efficitur infamis *cap.* 9
*ſi quis 1. II. q. 3. l. prætoris 1. l. athletas 4. §. 4. ff. de his qui not. infam.* &, ſi Clericus adversùs Clericum accuſationem calumnioſè moverit, beneficiô & officiô Eccleſiaſticô privatur, ac in exiliũ mittitur *cap. quia juxta 3. V. q. 6. cap. cùm fortius 1. de Calumn.* & ibi Gonzal. *n. 8. & ſeqq.*

## §. II.

### *De Concuſſione, Diffidatione, & Scopeliſmo.*

10 Concuſſio eſt Delictum, quô terror alicui incutitur, pecuniæ vel alterius rei extorquendæ gratiâ, ſive deinde perſona terrens ſit publica, ſive privata *l. ſi ſimulato 1. l. concuſſionis 2. ff. de Concuſſion.*

11 Affinis Concuſſioni eſt *Diffidatio*, ſeu minitatio hoſtilis, quâ aliquis per literas, ſigna, aut facta alia, extremam vitæ, ſanguinis, aut bonorum perſecutionem denuntiat, unde pax publica violatur, & communitati damnum aut periculum imminet. Carpzov. *pract.*
12 *crim. q. 37. n. 16.* Quòdſi vel minitatio ſit tantùm verbalis, aut damnum vel periculum inde communitati non immineat, non incidit in crimen diffidationis, & ideò pœnâ aliâ, nempe carceris, minitator eousque detinetur, usque dum idoneam cautionem de non offendendo præſtiterit. Carpzov. *cit. l. num. 21. & ſeqq. & n. 79. & ſeqq.* Lauterb. ad *cit. tit. ff. de Concuſſ. §. 4.*

Affinis eſt etiam *Scopeliſmus*, ſeu lapidum 13
poſitio, quâ inimicus in prædio inimici ponit lapides, indicio futuros, eum, qui prædium iſtum coluerit, malô lethô periturum, inſidiis illius, qui lapides poſuiſſet *l. ſunt quædam 9. ff. de Extraord. crimin.* Anton. Math. *ad lib. 47. ff. tit. 5. cap. 2. n. 1.* Brunnemann ad *cit. l. n. 1. & ſeqq.*

## §. III.

### *De Expilatione hæreditatis, Abigeatu, Furto balneario, & Receptatione.*

14 Expilatio hæreditatis eſt Delictum, quô res hæreditariæ, priusquàm hæres adierit hæreditatem, aut poſſeſſionem acquiſiverit, dolô malô lucri gratiâ contrectantur *l. ſi expi-*
15 *lata 2. §. 1. ff. Expilata hæredit.* Eſt hoc Delictum à furto diſtinctum in eo, quòd furtum admittatur in rebus, ab alio jam poſſeſſis *d. l. 2. in pr. l. ult. ff. d. t. l. ſi dolo 1. §. 15. ff. ſi is qui teſt. lib.* Struv. *exercit. 48. th. 168.* Miller *ibid.*
16 *Abigeatus* eſt Delictum, quô ex alienis pecoribus, ſi majora ſint v. g. equus, aut bos, unum; aut ex minoribus v. g. ovibus totus grex, nempe ex ovibus 10. ex porcis 5. vel 4. aut ſæpiùs unum caput ex ſtabulis vel paſcuis invito domino lucrifaciendi gratiâ abducitur *l. de abigeis 1. §. 1. & 2. l. oves 3. in pr. & §. 1. ff. de Abigeis.* Lauterbach. ad *eund. tit. §. 1. & ſeqq.* Struv. *cit. l. th. 95.*

*Furtum balneare* eſt Delictum, quô veſti- 17
menta vel aliæ res auferuntur ex balneis publicis, ubi balneantes veſtimentorum & rerum aliarum curam tam exactam habere non poſſunt, ſed illas alienæ cuſtodiæ debent relinquere *l. fures nocturni 1. ff. de Furib. balnear.* Anton. Math. *cit. l. tit. 11. cap. 1. n. 1.*

18 *Receptatio* eſt Delictum, quô delinquentibus refugium in ſuo vel alieno præſtatur, quò minùs inveniri, deprehendi, capi, vel incarcerari poſſint *l. peſſimum 1. ff. de Receptator.* Lauterbach *ibid. §. 1.* Quòdſi delin- 19
quentes ſint parentes, liberi, fratres, conjuges, affines, aut conſanguinei, receptatores nec abſolvendos, nec ſeverè admodùm puniendos, indicat Paulus in *l. eos apud 2. ff. eod. non enim eſt par eorum Delictum, & eorum, qui nihil ad ſe pertinentes latrones recipiunt.*



## §. IV.

### *De reliquis Delictis extraordinariis.*

20 Superſunt adhuc alia Delicta extraordinaria, & I. *Violatio ſepulchri*, quando corpora ſepulta, vel oſſa, vel reliquiæ è ſepulchro extrahuntur, vel ſpoliantur; ſepulchrum inhabitatur, deformatur, aut quôvis modô redditur deterius *l. prætor ait 3. in pr. §. 6. & 7. ff. de Sepulchro viol.* Lauterb. *ib. §. 1.*

21 II. *Prævaricatio*, quæ in genere & largè diſcurrendô nihil aliud eſt, quàm proditio cauſæ & adjutorium partis adverſæ; proindeque tam ab advocato quàm à procuratore committitur, quando cum adverſa parte colludit, aut tacenda manifeſtandô, aut manifeſtanda tacendô *l. prævaricator 1. §. 1. l. prævaricationis 3. §. 1. ff. de Prævaricat. Ord. Crim. artic. 115.* Struv. *exercit. 48. th. 100.* Anton.
22 Math. *cit. l. tit. 9. cap. 1. n. 3.* In ſpecie autem & ſtrictè loquendo prævaricatio eſt colluſio accuſatoris cum reo, ut hic abſolvatur *d. l. prævaricator 1. §. 1.* de qua ſupra in *part. 2. cap. 3. n. 123. & 2 ſeqq.*

23 III. *Effractio carceris*, pro cuſtodia aſſignati, quando vel ipſe incarceratus, vel commentarienſis, vel alius carcerem effringit, aut compedes & vincula diſſolvit, ut incarceratus poſſit evadere *l. de his 1. in pr. ff. de Effractorib.* Brunn. *ibid. n. 1. & ſeqq.* Lauterb. ad *ff. eod. §. 2.*

24 IV. *Motio termini*, quando termini ſeu lapides aut ſigna alia, ad diſcernendos fines & limites poſita, doloſè transponuntur, effodiuntur, turbantur, aut extra gradum moventur *l. terminorum 1. cum 2. ſeqq. ff. de Termino moto.* Vel quando finium obſcurandorum gratiâ fa- 25
cies locorum convertitur, ac ex arbore v. g. arbuſtum, & ex ſylva novale efficitur *l. ult. §. 2. ff. d. t.* Struv. *ubi ſuprà th. 110.*

V. *Inſtitutio collegiorum illicitorum*, quando 26
plures homines, absque permiſſu Principis, in ſocietatem coëunt ex malo fine & intentione *l. mandatis 1. in pr. §. 1. & 2. l. quisquis 2. ff. de Colleg. & corporib.*

VI. *Perjurium*, quando falſum juramentum 27
præſtatur, & DEUS in teſtem falſitatis ſcienter invocatur *l. ſi duo 13. §. ult. ff. de Jurejur. l. ſi quis 41. Cod. de Tranſact. l. quoties 17. in pr. Cod. de Dignitat.* Anton. Math. *de Crimin. cit. l. tit. ult. cap. 1. per tot.*

VII. *Stellionatus*, quando fraus aut dolus, 28
qui in aliam Delicti ſpeciem non incidit, in alterius damnum & perniciem excogitatur, veluti dum res, uni jam obligata vel oppignorata, diſſimulatâ obligatione, alteri venditur, oppignoratur, vel aliô modô diſtrahitur *l. ſtellionatus 3. §. 1. ff. de Stellion.* Lauterb. *ibid. §. 2. 4. & 5.*

Et hæc præcipua ſunt Delicta, quæ extra 29
ordinem puniuntur. Ampliorem illorum deſcriptionem, quam impedimenta non pauca interdixêre, Authores hucusque citati, & alii Criminaliſtæ, ad quos præcipuè ſpectat, ſuppeditabunt. Ultimam itaque lineam in Libro V. Decretalium, totôque Opere Canonico, in III. Tomos diſtributô, impræſentiarum duco; &, ne in omnes delinquam Leges, lineas omnes illuc dirigo,

# Ut in omnibus glorificetur DEUS.

# INDEX
# RERUM ET VERBORUM.

*Numerus primus indicat paginam; ſecundus indigitat notam marginalem.*


## A.

*Abbas.*

ABbates & Prælati Regulares poteſtate cenſurandi pollent 179. 98.

*Abbatiſſa.*

Abbatiſſa poteſtate cenſurandi deſtituitur. ibid. 102.

*Abſens. Abſentia.*

Abſentia eſt cauſa ſufficiens, à Sponſalibus recedendi. 34. 89. Quandónam verò ſufficiat? 91. & ſeqq. Utrùm abſentes poſſint accuſari? 196. 36. & ſeq.

*Actio.*

Ex delicto perſæpe oritur actio perſonalis. 173. 3. Quæ ſubinde eſt rei perſecutoria. 4. Subinde perſonalis. 5. Quandoque mixta. 6. Datur perſonæ læſæ & 7. hæredibus. 7. Niſi vindictam ſapiat. 8. Contra delinquentem; non autem contra hæredes. 9. Niſi aliquid ad ipſos ex delicto pervenerit. 10. Quid de Jure Canonico? 11.

Ex furto qualis naſcatur actio? 253. 18. item 254. 27. item 39. Qualis ex rapina? 255. 44. Ex furto tigni? 256. 53. Ex damno, ab homine dato? 259. 92. Ex injuria? 261. 130. & ſeqq. Ex alienatione, judicii mutandi cauſâ facta? 262. 149. & 152. Ex renuntiatione falſi modi? 263. 153. Ex corruptione ſervi? 157. Ex iis, quæ perduntur in luſu alearum? 163. Ex calumnia? 264. 166. Ex illicita exactione vectigalium? 172. & ſeq. Ex imperitia Judicis, malè judicantis? 265. 177. Ex dejectione vel effuſione? 179. Ex poſitione vel ſuſpenſione periculoſa? 185. Ex damno, in navi dato? 266. 187. & 189. Ex damno, ab animali dato? 198. Ex damno, à ſervis dato? 267. 211.

*Acceptatio.*

Acceptatio promiſſionis Sponſalitiæ pertinet ad eſſentiam Sponſalium. 19. 120. & ſeqq.

*Accuſatio. Accuſator.*

Accuſatio deſcribitur. 194. 2. Inſtituitur ex cauſa vindictæ publicæ. 6. An requirat inſcriptionem? 195. 8. & ſeq. Utrùm ſit idem accuſare vel excipere de crimine? 11. Quinam accuſare prohibeantur? ib. 13. & ſeqq. An Clerici Laicos accuſare poſſint? 23. An Laici Clericos? 24. An accuſati admittantur? 25. & ſeq. An quis accuſare poſſit aut debeat nocentem? 196. 27. & ſeqq. An plures ad accuſandum concurrere valeant? 31. & ſeq.

Accuſari poſſunt delinquentes. ib. 33. Quidam excepti referuntur. 34. & ſeq. An poſſint abſentes accuſari? 36. & ſeq. An, qui ſemel eſt abſolutus de crimine, rurſus accuſari poſſit? 38. & ſeqq. Num omni tempore liceat accuſare? 197. 42.

Quomodò libellus in accuſatione ſit concipiendus? ib. 43. & ſeqq.

Accuſatori non licet abſque venia ab accuſatione deſiſtere. ib. 48

Accuſatus - an pendente accuſatione poſſit eligi? ib. 49. & ſeqq.

Quid juris habeat Judex, accuſatione jam propoſitâ? ib. 52. Quomodò reum incarcerare poſſit? 53. & ſeq.

Reus accuſatus ſalvum conductum petere valet. 198. 56. & ſeqq.

*Adoptio.*

An & quatenùs adoptio dirimat matrimonium? Vid. *Cognatio Legalis.*

*Adulterium.*

Adulterium, ſi tam maritus, quàm uxor committant, neuter poteſt petere divortium. 36. 118.

Adulterium uxoris turpius eſt adulterio mariti. 36. 121.

Adulterium cauſat divortium quoad thorum & menſam. 84. 77. Etiam à marito commiſſum ib. 79. Debet tamen actu 80. & ſeqq. & formaliter eſſe conſummatum. 83. Ac ſinè prævia cauſa ex parte alterius. 84. Uxor, ſciens adulterium mariti, regulariter non tenetur illum monere. 85. & ſeq. Pars innocens non tenetur nocentem dimittere. 85. 87. & ſeqq. Quando adulterium eſt manifeſtum, conjux innocens authoritate propria recedere valet. ib. 91. & ſeqq. Si ſit dubium, requiritur authoritas Judicis. 95. & ſeqq. Si adulterium ſit certum, probationes autem deficiant, licet in conſcientia authoritate propriâ recedere. 99. & ſeqq. Conjux innocens poteſt conjugem adulterum, jam dimiſſum, denuò recipere, ſi velit. 103. & ſeq. Non tamen tenetur. 104. Niſi in caſibus exceptis à num. 107.

Adulterum ſpirituale eſt hæreſis. 86. 111. Vide *Hæreſis.*

Conjugicidium fœminæ, etiam in adulterio deprehenſæ, conſtituit impedimentum impediens Matrimonii. 100. 129.

Adulterium ſinè conjugicidio deſcribitur. 137 1. Dirimit Matrimonium inter ſolas perſonas complices, ib. 2. Adulterio perfectô. 3. Et formali commiſſo. 138. 4. Cum ſeria ac vera promiſſione Matrimonii. ibid. 5. & ſeqq.

Adulterium cum conjugicidio deſcribitur. ib. 20. Requiſita enumerantur. 139. 21. & ſeqq.

Utrùm adulterium in Sponſam de futuro committi poſſit? 271. 17. & ſeq.

Aliud eſt duplex; aliud ſimplex. ib. 41. & ſeqq. Adulterii pœna. 44. & ſeq.

*Ætas.*

Ætas ſeptennii pro Sponſalibus præfixa eſt. 102. 1. & ſeq. Quod ſeptennium phyſicè computatur. ib. 3. & ſeqq. Ut ultimus tamen dies inchoatus pro completo habeatur. ib. 6. & ſeqq. Hanc ætatem ſeptennii ſi ſuppleat malitia, an ſponſalia valida ſint? 102. 10. Argumenta ſententiæ affirmativæ. ib. 11. & ſeqq. Sententiæ negativæ. 103. 15. & ſeqq.

Ætas pro Matrimonio determinata eſt pubertas. 104. 33. Non tam ex annis, quàm generandi potentia æſtimanda. ib. 34. & ſeqq. Quæ potentia, etiamſi poſt ætatem pubertatis non adſit, Matrimonium tamen contrahi poteſt. ib. 37. & ſeq. Ex præſumptione Juris Matrimonium impuberum vim Sponſalium habet. ib. 39. & ſeq. Ante legitimam ætatem contrahentes Matrimonium peccant, non autem contrahentes Sponſalia. 105. 43. & ſeqq. Ante uſum rationis ex diſpenſatione Pontificia Sponſalia non valent. ib. 52. Poſteà etiam Matrimonium rectè contrahitur. ib. 53. & ſeqq. In ætate diſpenſat Epiſcopus ex graviſſima cauſa. ib. 57. A Sponſalibus, in impubertate contractis, poſt pubertatem reſilire licet. 106. 58. Non obſtante etiam juramento. ib. 59. Quouſque ſe extendat, hæc facultas; oſtenditur. ib. 60. & ſeq.

*Affinitas.*

Affinitatis etymologia 125. 106. Deſcriptio ib. 108. & ſeqq. Diviſio. 126. 116. & ſeqq. Mariti conſanguinei fiunt affines uxoris, In illo gradu, quo ſunt conſanguinei mariti. 128. & ſeqq. Nec contrahunt affinitatem conſanguinei mariti ex una parte, & conſanguinei uxoris ex altera. 131. & ſeqq.

In nullo gradu affinitatis, ex copula illicita Matrimonium dirimitur Jure Naturali. 127. 138. & ſeq. Etiam in nullo gradu lineæ obliquæ. ib. 140. & ſeqq. An idem obtineat in primo gradu lineæ rectæ? 149. & ſeqq.

Affinitas Jure Eccleſiaſtico dirimit Matrimonium usque ad quartum gradum. 128. 167. & ſeq. Ex copula illicita, usque ad ſecundum gradum. ib. 169. In linea recta ex copula licita in infinitum. 129. 170. & ſeqq.

Affinitas ex copula illicita, Sponſalibus de futuro ſuperveniens, ſubſequens Matrimonium dirimit. ib. 173. & ſeq. Matrimonio jam contracto ſuperveniens antecedens non dirimit. 175. & ſeqq. Et hæc affinitas cum privatione debiti naſcitur, eſto quis tam affinitatem, quàm privationem ignoret. 186. & ſeqq. In omni gradu affinitatis poteſt diſpenſari. 130. 190. & ſeqq.

Affinitas retrò operatur. 131. 208. Ligat infideles ſaltem poſt converſionem. ib. 211.

*Alearum Luſus.*

Alearum luſus graviter eſt prohibitus. 263. 162. & ſeqq.

*Alienatio.*

Alienatio rei, ex cauſa mutandi Judicium facta, graviter eſt interdicta. 262. 148. & ſeqq. Si fiat ex dolo. 151.

*Alimentatio.*

Alimentatio liberorum, quomodò oneret patrem? 65. 109. & ſeqq. Tenentur quoque ad alimentationem liberorum aſcendentes paterni. 66. 112. Item mater. ib. 113. & ſeq. Nec non aſcendentes per lineam maternam. 115. Ac denique fratres & ſorores in ſubſidium parentum tenentur ſe invicem alere. 116. Quæ obligatio etiam ad fratres & ſorores naturales extenditur. 118.

Alimentationis obligatio ceſſat primò in liberis, qui ſunt divites, aut ſeipſos alere poſſunt. 122. Secundò in iis, qui commiſerunt ingratitudinem. 123.

*Amentes.*

Amentes an poſſint contrahere Sponſalia? 5. 3. & ſeq.

*Anabaptiſmus.*

Anabaptiſmus quid ſit; & quô modô puniatur? 245. 78.

*Apoſtaſia.*

Apoſtaſia alia eſt à fide. 245. 69. Illius pœnæ. 70. Alia eſt ab obedientia. 71. Alia ab Ordine. 72. & ſeq. Alia à Religione. 74. An requiratur in iſta dimiſſio habitûs? ibid. & 75.

Qualiter Religioſi apoſtatæ ſint requirendi? 76.

*Arrha.*

Arrhæ pertinent ad acceſſoria Sponſalium 26. 30. Quas ſponſa ſponſo conſtituere non prohibetur. ib. 31. & ſeqq. Quælibet res poteſt pro arrha conſtitui ib. 33. Matrimoniô, arrha jam tradita, ſecutô, debet ab accipiente danti reſtitui ib. 34. De conſuetudine Germaniæ contrarium obtinet. ib. 55.

ib. 55. Matrimoniô non ſecutô reſpondendum ſub diſtinctione ib. 56. & ſeqq. Pactum de arrhis in duplo, tripo, vel quadruplo conſtituendis, valet etiam de Jure Canonico ib. 41. Si pater arrham conſtituat, nec poſſit filiam ad Matrimonium diſponere, eam non perdit. ib. 43. & ſeq. Propter oſculum ſponſa nihil de arrha amittit ib. 45. & ſeq. Reſtitutio arrharum quoad ſimplum obligat in conſcientia ante omnem ſententiam. 27. 56. Quoad exceſſum verò non anteà obligat, quàm ſi præceſſerit exactio partis. ib. 57.

## B.

*Baptiſmus.*

Vid. *Cognatio Spiritualis.*

*Beneficium.*

Vid. *Simonia.*

*Blaſphemia.*

Blaſphemia quid ſit? 250. 126. Quotuplex? 127. Quis de illa judicet? 128. Quænam illius pœna? 129.

## C.

*Cæcus.*

CÆcus qualiter Sponſalia contrahere poſſit? 5. 14. & ſeqq.

*Cœlibatus.*

Cœlibatus eſt ſummè laudabilis. 46. 76.

*Calumnia.*

Calumnia ſubinde committitur, ſi quis accipiat pecuniam ad litem, alteri calumnioſè movendam aut omittendam. 264. 166. Aliquando committitur, ſi quis alteri falſum crimen in judicio impingat.

*Cambium.*

Cambialis quid ſit? 235. 82. Quotuplex? 83. & ſeq. Qualis ſit contractus? 85. & ſeq. An uſurarius? *Vid. uſura.*

*Cathechiſmus.*

Cathechiſmus eſt impedimentum impediens matrimonii? 98. 104. & ſeq. An non ſit abrogatum? 106.

*Cenſualis Contractus.*

Cenſualis contractus quid ſit? 233. 58. Quotuplex? 59. & ſeqq. An uſurarius? Vid. *Uſura.*

*Cenſura.*

Cenſura unde ſic dicta? 178. 82. Illius definitio. 83. Eſt pœna ſpiritualis. 84. Fertur in fideles. 87. Requirit contumaciam. 89. Privat bonis ſpiritualibûs. 90. & ſeqq.

Cenſuram fert poteſtas Eccleſiaſtica. ibid. 85. An laicus ex delegatione poſſit ferre cenſuram? 86. S. Pontifex omnes Chriſtianos; 94. Epiſcopus ſuos diœceſanos cenſurâ ferit. 95.

Abbates Regulares poſſunt ferre cenſuram in ſuos Regulares ſubditos. 179. 96. & ſeq. Non autem Vicarius Generalis. 98. Neque Archi-Diaconus. 101. Neque Abbatiſſæ. 102.

Utrùm poteſtas cenſurandi poſſit acquiri præſcriptione vel conſuetudine? ibid. 103. & ſeq.

Qui non eſt ſubditus, cenſuræ non ſubjacet. ibid. 105. & ſeq. Quid ſingulare ſit de Epiſcopis expulſis? 107. Quid de mortuis? 108. & ſeqq. Quid de integra communitate? 180. 113. & ſeqq.

Num unus Epiſcopus alium poſſit cenſuræ ſubdere? 117. & ſeqq. Utrùm aliquis pluribûs cenſuris innodari poſſit? 121. & ſeq.

Cenſura prærequirit peccatum. ibid. 123. An veniale ſufficiat? 124. & ſeqq. Num grave, ſi fiat ex metu gravi? 181. 182. & ſeqq. An, ſi conſiſtat in actu interno? 134. & ſeqq. Utrùm in debitis, pecuniariis & civilibus rectè feratur cenſura? 183. 158.

Cenſura debet exterius manifeſtari. ibid. 159. Debet illam præcedere monitio, ſi per ſententiam feratur. 160. Aut per ſententiam declaratur. 162. Eaque monitio debet regulariter eſſe trina. 163. An ſcripturam exigat? 164.

Indigitatur effectus cenſuræ. ib. 165. & ſeqq.

Qui abſolvat à cenſura? 184. 169. & ſeqq.

*Clandeſtinitas.*

Deſcribitur clandeſtinitas. 151. 78. Dividitur. ibid. 79. Dirimit matrimonium. 80. Non autem in locis, ubi non viget Tridentinum. 82. Nec apud infideles. 83. & ſeqq. Bene verò apud hæreticos, in locis, ubi Tridentinum eſt promulgatum. 86. & ſeq. Requiritur præſentia Parochi proprii 152. 88. & ſeq. Cujus nomine venit etiam Epiſcopus aut Vicarius generalis. ib. 90. Sufficit verò proprius ex parte unius. ibid. 91. Parochus domicilii originis non eſt competens. 92. & ſeqq. Sed domicilii habitationis, etiam quaſi talis. 96. & ſeqq.

Parochus, aſſiſtens matrimonio validè, non debet eſſe Sacerdos. 153. 111. & ſeqq. An validè aſſiſtat excommunicatus? 154. 120. & ſeqq. Aſſiſtentia matrimonii non continetur ſub adminiſtratione Sacramentorum interdicta. ibid. 126. & ſeqq. Etiam extra parochiam ſuam validè aſſiſtit. ibid. 129. & ſeqq. Valet matrimonium coram parocho invito & reluctante. 155. 131. & ſeq. Secus, ſi perſonas non noſcat, aut idioma non intelligat. ibid. 135. & ſeq. Etſi per interpretem loquantur. 137. In commiſſario Parochi requiritur licentia committentis generalis aut ſpecialis. 138. & ſeq. Expreſſa, matrimonium antecedens. 140. Cognita & intimata. 142. & ſeq.

Requiruntur etiam teſtes, ne matrimonium ſimpliciter clandeſtinum dicatur. 156. 145. & ſeqq. Non omni exceptione majores. ibid. 146. Debent tamen eſſe rogati vel admoniti. 151. & ſeqq. Simultaneè cum parocho præſentes. 154. & ſeq. Quamvis metu vel dolo adacti. 157. 156. Tales tamen, metum aut dolum admittentes, puniuntur & peccant. ibid. 157. Hæcque præſentia Parochi & teſtium in omni caſu neceſſaria eſt. ibid. 158. An etiam, ſi Matrimonium nullum reconvalidatur? 159. & ſeqq. Matrimonium ſinè Parocho & teſtibus an valeat in vim ſponſalium? 165. & ſeqq. De pœna Parochi & aliorum &c. 158. 170. & ſeq.

Clandeſtinitas ſecundùm quid talis deſcribitur. ib. 173. Eſt tantùm impedimentum impediens. 174. & ſeqq. Qualiter denuntiationes faciendæ ſint? 177. In qua Parochia. 178. & ſeqq. Has Ordinarius remittere poteſt. 159. 181. Item Prælatus, habens Jurisdictionem quaſi-Epiſcopalem, & Vicarius generalis. 182. & ſeq. Parochus ordinariè non poteſt. 184. Aliquando tamen. 185. & ſeqq. Cauſæ, ad diſpenſandum ſufficientes, in denuntiationibus. 189. & ſeqq. Prævia tamen earum cognitio requiritur. 160. 196. & ſeq. Debet interdum concedi diſpenſatio. ib. 198. & ſeq.

Denuntiationum effectus. ibid. 200. & ſeqq. Omiſſæ denuntiationis pœnæ quo ad contrahentes. 204. Quoad Parochum. 205. Monitum ex Tridentino pro Parocho. 206.

*Cauſa.*

Cauſæ adjectio, quidnam in Sponſalibus operetur? 21. 140.

Cauſæ adjectio, licèt ſit falſa, non infirmat Matrimonium. 57. 149.

*Certitudo.*

Certitudo moralis requiritur, ut liceat tranſire ad ſecunda vota. 75. 134. & ſeqq.

*Chirographum.*

Chirographum nuptiale pertinet ad acceſſoria ſponſalium. 25. 26. Ante ejus perfectionē ſponſalia cenſentur eſſe perfecta. 26. 27. Niſi contrahentes conſenſum ſuum ſcripturæ alligaverint. ib. 28.

*Clericus.*

Quomodò Clericis ſit prohibita venatio? 246. 79. & ſeqq. Quomodò percuſſio? 85. & ſeq.

De Clerico excommunicato miniſtrante. 247. 87.

De Clerico non ordinato miniſtrante. 88.

De Clerico, per ſaltum promotô. 89. & ſeqq.

De Clerico, qui furtivè Ordinem ſuſcepit. 93. & ſeqq.

*Cognatio.*

Matrimonium, cum impedimento cognationis contractum, impedit legitimationem. 61. 35. Vide *Conſanguinitas. Affinitas.*

*Cognatio Legalis.*

Cognatio Legalis deſcribitur. 135. 278. & ſeqq. Dirimit Matrimonium Jure humano. 136. 287. Inter perſonas triplicis claſſis. ib. 288. Etiam à Jure Canonico receptæ. 291. & ſeq. Libri diverſorum parentum ab uno adoptati, Matrimonium inter ſe contrahere valent 293. & ſeq. Uti & per unionem prolium conjuncti. 295.

Cognationis legalis impedimentum perpetuū eſt in prima & tertia claſſe. 137. 257. & ſeq. In ſecunda diutiùs non durat quàm adoptio. ib. 298.

Diſpenſatio, quæ rariùs petitur, in primo & tertio ordine difficillimè conceditur. ib. 299.

*Cognatio Spiritualis.*

Cognatio ſpiritualis deſcribitur. 132. 227. & ſeqq. Oritur ex valida Baptiſmi & Confirmationis adminiſtratione. 133. 231. Etiā non ſolenni. ibid. 234. & ſeqq. Ex ſuſceptione ſeu munere patrini. 238. & ſeqq. Etiam in Baptiſmo non-ſolenni. 239. Et à perſonis prohibitis. 240. De Jure veteri impedimentum hoc erat ampliſſimè protenſum, in tres quaſi ordines diſtinctum 242. & ſeqq. Aliter obtinet poſt Tridentinum. 134. 248. Ex quo unus & una admittuntur ad Baptiſmum. 250. An etiam ad Confirmationem? 251. & ſeq. Si plures ſint ex deſignatione, omnes cognationem contrahunt. 253.

Nulla oritur cognatio, ſi infidelis agat patrinum. ib. 254. & ſeqq. In ſuſceptione per procuratorem, ſolus Principalis contrahit cognationem. 257. & ſeqq. Si procurator nomine communitatis mittatur, nec communitas. 135. 268. Nec ſinguli de communitate contrahunt cognationem. ib. 269. & ſeq.

Tollitur per diſpenſationem Apoſtolicam. ib. 271. & ſeqq. Matrimonio ſuperveniens illud non dirimit. 274. Privat tamen jure exigendi debitum, ſaltem ſi neceſſitas excuſet. 275. & ſeqq.

*Cohabitatio.*

Cohabitationis obligatio conſurgit ex Matrimonio, ab impotentibus inito, ſi ſciverint impotentiam. 111. 132. Quamquam, ſi rurſus ab invicem diſcedere velint, diſpenſatione opus non habeant. ſecus tamen ſi neſcierint. ibid. 133. & ſeq.

Ad receſſum à cohabitatione opus è authoritate Eccleſiaſtica. 114. 177.

*Colluſio.*

Colluſio deſcribitur. 250. 123. Illius pœna. 124. & ſeq.

*Concuſſio.*

Quid ſit crimen concuſſionis? 276. 10.

*Condictio furtiva.*

Condictio furtiva quid ſit? 253. 18. Quotuplex? 20. Cui detur? 20. & ſeq. Contra quem? 22. & ſeq. Quid in ea probandum? 254. 24. & ſeq.

*Conditio.*

Conditio pertinet ad formam accidentalem ſpon-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſponſalium. 20. 123. Quando duo ſponſalia conditionatè fiunt, prima ſunt potiora, eſto conditio, poſterioribus adjecta, priùs impleatur. 21. 124. & ſeqq. Exiſtente conditione, perficiuntur ſponſalia ſinè novo conſenſu. ibid. 127. & ſeqq. Conditiones impoſſibiles in ſponſalibus non vitiantur, ſed vitiant. ibid. 130. & ſeqq. Sub conditione reſolutiva rectè contrahuntur ſponſalia. ib. 133.

Conditio poteſt Matrimonio adjici. 52. 68. & ſeqq. Purificatâ conditione, non opus eſt novô conſenſu. ib. 72. & ſeqq. An, ſi conditio, adjecta ſecundo Matrimonio priùs exiſtat, valeat hoc ſecundum præ primo? 53. 76. & ſeqq. Conjuges præſumuntur à conditione recedere, quando pendente conditione exercent copulam. ibid. 84. & ſeq. Aliud obtinet, ſi conditio erit de præſenti vel præterio. 86. & ſeqq. An requiratur præſentia Parochi & teſtium pro eo tempore, quô ponitur conditio? 90. & ſeqq.

Conditio reſolutiva in Matrimonio locum non habet. 54. 97. & ſeq.

Conditio impoſſibilis ex natura vel facto habetur pro non-adjecta. ib. 99. & ſeqq. Excipiuntur quidam caſus. 103. & ſeqq. Qualem effectum habeat conditio impoſſibilis de Jure? 55. 109. & ſeqq. Quales conditiones ſint turpes vel honeſtæ? ib. 113. & ſeqq. Conditio ſervandi caſtitatem, an ſit contra ſubſtantiam Matrimonii? 118. & ſeqq.

*Conjugicidium.*

Conjugicidium eſt impedimentum impediens Matrimonii. 100. 127. & ſeq. Conjugicidium ſinè adulterio deſcribitur. 138. 12. Dirimit ſolùm inter complices. ibid. 13. & ſeqq. Qui ſibi promittunt Matrimonium. 16. Alium conjugem occidunt. 17. Seu phyſicè ſeu moraliter. 18. Ratihabitio non obeſt. 19. Vid. *Adulterium.*

*Conſanguinitas.*

Conſanguinitas quid? 118. 1. & ſeqq. Quotuplex? ib. 9. & ſeqq. Gradus Conſanguinitatis aliter in Jure Can. aliter in Jure Civili computantur. 119. 20. & ſeqq. Hic tamen computatio Canonica præferenda eſt Civili. ibid. 32. Conſanguinitatis arbor. 120. In primo gradu lineæ rectæ Matrimonium Jure Naturali dirimitur. ibid. 34. & ſeqq. An etiam in ſecundo & ulterioribus gradibus ejusdem lineæ rectæ? ibid. 42. & ſeqq. An idem in gradu primo lineæ collateralis obtineat? 121. 49. & ſeqq. An omnia Matrimonia in Lege veteri in Levitico prohibita, fuerint Jure Naturali prohibita? 122. 71. & ſeqq.

In linea recta Matrimonium Jure Eccleſiaſtico dirimitur in infinitum. 123. 83. & ſeqq. In linea transverſali usque ad quartum gradum. ib. 86. & ſeqq. Si unus primo, alter quinto gradu diſtet à communi ſtipite, an validè & licitè contrahatur Matrimonium? 91. & ſeqq. Illàque irritatio eſt pœnalis ſub excommunicatione latæ ſententiæ. 124. 97.

In primo gradu lineæ rectæ non poteſt diſpenſari ib. 98. Bene tamen in cæteris gradibus. 99. & ſeqq.

Conſanguinei mariti fiunt affines uxoris. 126. 126. & ſeq. In illo gradu, in quo ſunt conſanguinei mariti. ibid. 128. & ſeqq. Conſanguinei mariti ex una, & conſanguinei uxoris ex altera parte nullam contrahunt affinitatem. 131. & ſeqq.

*Conſenſus.*

Conſenſu mutuo diſſolvuntur ſponſalia ipſo Jure. 28. 1. Quamvis jurata fuerint ibid. 2. & ſeqq. Aut votum. 5. Vel copula acceſſerint. 6. & ſeq. Item, ſi ſolum authoritate privatâ diſſenſerint 8. Attendendum tamen ad conſuetudines locorum. 9. & ſeqq.

Conſenſus conjugum non debet phyſicè, ſed ſolùm moraliter eſſe ſimultaneus. 51. 55. & ſeqq. An & quomodò conſenſus, ab uno conjugû omiſſus, ſuppleri poſſit? ib. 59. & ſeqq. An, qui ab initio fictè conſenſit, teneatur poſteà verè conſentire? 63. & ſeqq.

Conſenſus liberorum, an requiratur ad inducendam legitimationem? 64. 89. & ſeqq.

*Conſuetudo.*

Per conſuetudinem impedimentum Matrimonii rectè introducitur. 82. 12. & ſeqq.

Conſuetudo convalidandi Matrimonia Hæreticorum contra leges Eccleſiaſticas nullam vim habet ex defectu conſenſûs Summi Pontificis. 84. 27. & ſeqq.

Impedimenta impedientia Matrimonii ex delicto conſuetudine dicuntur abrogata. 101. 139.

Conſuetudo quid poſſit in ſimonia? Vid. *Simonia.* Quid in Uſuris? Vid *Uſura.*

*Contractus Matrimonialis* Vid. *Matrimonium in ratione contractûs acceptum.*

*Copula.*

Copula, poſterioribus ſponſalibus accedens, an reddat illa priora prioribus? 14. 39.

Copula, cum meretrice habita, non inducit obligationem ducendi aut dotandi. 17. 77. & ſeq.

Ob copulam, cum ſponſa exercitam, amittitur jus reſiliendi 39. 160.

An per copulam violentam conſumetur Matrimonium? 44. 54. & ſeqq.

Quando conjuges pendente conditione exerceant copulam, præſumuntur à conditione recedere. 53. 84. & ſeq.

*Corruptio Servi.*

Quale delictum ſit Corruptio ſervi? 263. 156. Qualis naſcatur actio? 157. Procedit etiam, quando mores filiifamilias, Religioſi, uxoris &c. ſunt deteriores redditi. 158. Vid. *Defloratio.*





*Crimen.*

Vid. *Adulterium. Conjugicidium.*

Criminis impedimentum ex Jure Eccleſiaſtico deſcendens. 139. 26. & ſeq. Binos infideles non ſtringit. ib. 28. Bene tamen fidelem & infidelem. 29. Poteſt in omni circumſtantia relaxari diſpenſatione Pontificia. 30. Contrahitur hoc impedimentum etiam ab ignorantibus. 31.

# D.

*Damnum.*

Damnum, ab homine datum, eſt ſpecies delicti privati. 256. 60. Committitur in diminutione vel corruptione rei alienæ. 257. 70. Olim erat diſcrimen in rebus damnificatis. 256. 62. & ſeqq. At hodie nullum eſt. 257. 64.

Ad hoc delictum ſufficit culpa, etiam leviſſima. ib. 65. Sive ſit omiſſionis ſive commiſſionis. 66. Dummodò non incidat in contractum, ubi non præſtatur culpa leviſſima. 67. & ſeqq.

Naſcitur hinc obligatio reparandi damnum. ib. 72. Stringens in conſcientia, ſi dolus concurrat. 74. Uti & ſi culpa ſit theologica. 75. & ſeqq. At, ſi culpa ſit merè juridica, nulla eſt obligatio conſcientiæ ante ſententiam. 258. 77. & ſeqq. Imò nec poſt ſententiam. 89. & ſeq.

Exponitur actio Legis Aquiliæ, deſcendens ex tali damnificatione. 259. 92. & ſeq. Illius diviſio in directam & utilem in foro non attenditur. 94. & ſeqq. Cui detur? 98. Contra quem? 99. & ſeq. Ad quid? 101. & ſeqq. Concurrit cum ea in caſu incendii, ruinæ, naufragii &c. actio alia. 103.

Damnum, ab animali irrationali datum, eſt ſpecies quaſi-delicti. 266. 190. & ſeqq. Naſcitur inde actio quadrupedaria, ſi damnum contra naturam generis ſit datum. 267. Convenitur dominus animalis, qui talis eſt tempore litis motæ. 166. 196. Ad æſtimationem damni. 198. Quam noxæ deditione poteſt evitare. 267. 199. Eſt duplex, utilis, & directa. 200.

Obligatio, damnum, ab animali datum, reſarciendi, non ſtringit in conſcientia. 201 & ſeqq.

Damnum, à ſervis datum, refertur etiam inter quaſi-delicta. ib. 209. & ſeq. Convenitur enim ex eo dominus, qui talis eſt tempore litis inſtitutæ, actione noxali. 212. Quid, ſi dominus plures habeat ſervos, ſimul delinquentes? 213. & ſeq.

Quid, ſi ſervus poſt mortem domini deliquerit? 268. 215. Aut manumiſſus fuerit? 216. Aut mortuus? 217.

An dominus ex delicto ſervi peculiotenùs conveniri valeat? 219. & ſeq.

Damnum, in navi, caupona, vel ſtabulo datum, pertinet ad quaſi-delicta. 266. 186. Operatur actionem in factum. 187. Aut actionem furti adversùs nautas, caupones &c. 189.

*Defloratio.*

Defloratio puellæ voto ſervandi caſtitatem non obeſt. 13. 22. & ſeqq. Qui cum ficta promiſſione Matrimonii defloravit fœminam, tenetur illam ducere. ib. 58. & ſeqq. Niſi vel illa facilè potuerit advertere deceptionem; vel ipſamet reciprocè deceperit. 17. 69.

*Dejectio.*

Dejectio vel effuſio ex cænaculo fundat quaſi delictum. 265. 178. Operatur actionem dejecti vel effuſi. 179. Ad quid detur? ib. & 181. cum ſeqq.

*Delictum. Delinquens.*

Etymologia Delicti. 162. 1. Symonymia. 2. & ſeqq. Homonymia. 8. & ſeq. Definitiones aliorum examinantur. 163. 10. & ſeqq. Alia definitio 17. & ſeqq.

Delictum non præcisè requirit dolum. ibid. 22. Culpa lata num æquipararetur dolo? 23. & ſeqq. An conatus ad Delictum eâdem pœnâ, quâ Delictum, ſit afficiendus? 164. 29. & ſeqq.

Delictum aliud eſt quaſi tale; aliud verum. 165. 40. & ſeq. Hoc dividitur in privatum. 42. Et non-privatum; quod vel eſt ordinarium. 43. Vel extra-ordinarium. 44. & ſeq.

Utrùm in Delicto extraordinario poſſit ad pœnam mortis deveniri? 46. & ſeqq.

Rurſus Delictum aliud eſt leve; aliud grave, vel ex natura. ib. 51. Vel ex circumſtantiis. 52. An gravitas ex qualitate pœnæ ſit menſuranda? 53. & ſeqq.

Item aliud delictum eſt nominatum; aliud innominatum. 166. 60. Aliud Eccleſiaſticum. 61. Sæculare. 62. Vel mixtum. 63. Aliud occultum; aliud notorium. 65. & ſeqq. Aliud exceptum; aliud non-exceptum. 68.

Quinam in genere cenſeantur delinquere? 167. 1. & ſeqq. Qualiter delinquant infantes? 7. & ſeqq. Infantiæ proximi? 10. Proximi pubertati? 11. Puberes? 168. 13. & ſeqq. Furioſi? 17. & ſeqq. Prodigi? 22. & ſeq. Dormientes? 24. & ſeq. Ebrii? 26. & ſeqq. Irati? 29. & ſeq.

Ad delictum aliqui phyſicè concurrunt ante actum. 169. 33. Et hi, ſi proximè ac ſcienter concurrant, ejusdem cum principali delinquente criminis & ſupplicii rei ſunt. 36. & ſeqq. Aliud eſt de remotè concurrentibus. 39. Alii concurrunt in ipſo actu. 40. Et iſti cenſentur ſocii ſceleris. 41. & ſeqq. Alii concurrunt poſt delictum. 170. 44. Qui, ſi tractatus non anteceſſerit, ordinariâ pœnâ non plectuntur. 45. & ſeq.

Moraliter ad delictum concurrunt mandantes, qui reputantur inſtar cauſæ phyſicæ. ib. 47. & ſeq. Item mandatarii, de quibus



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

eſt dubium, quâ pœnâ ſint afficiendi? 49. & ſeqq. Item conſulentes. 171. 57. & ſeqq. Si delictum actu ponatur. 62. Et vi ſolius conſilii. 63. Quid autem, ſi conſulens ſuum conſilium ante delictum revocaverit? 64. & ſeqq. Item ratihabentes. 69. & ſeqq. Qui tamen in nullo caſu pœnâ ordinariâ ſunt caſtigandi. 72. & ſeqq. Item non- impedientes. 172. 75. Si ſint obligati ad impediendum ex juſtitia. 76. Secus ſi ex alia virtute. 77. & ſeq.

Effectus delicti eſt tum actio, civilis & criminalis; 173. 2. Tum pœna. 14. & 15. Vid. *Actio. Accuſatio. Pœna.*

Quomodò debeat conſtare de corpore delicti? 199. 77. & ſeqq.

Qualiter in delicto notorio procedatur? 205. 148. & ſeqq.

## *Demonſtratio.*

Demonſtratio, Sponſalibus appoſita, reddit illa valida, licèt in veritate rei non ſubſiſtat. 21. 139.

Demonſtratio, Matrimonio adjecta, operatur in eo idipſum, quod in Sponſalibus. 57. 148.

## *Denuntiatio.*

Denuntiatio deſcribitur. 203. 129. Explicatur Evangelica. 130. & ſeqq. Quædam delicta ab eadem ſunt excepta. 134. & ſeq. Explicatur Canonica. 204. 139. Explicatur Civilis. 143. & ſeqq.

Qualiter denuntiatio ad Matrimonium exigatur? Vid. *Clandeſtinitas.*

## *Dies.*

Dies quomodò Sponſalibus adjiciatur? 21. 134. An lapſus diei diſſolvat Sponſalia ipſo Jure? 33. 75. Adjicitur autem dies vel per modum termini, à quo, vel ad quem. ib. 76. & ſeqq.

## *Diſparitas Cultûs.*

Diſparitas Cultûs deſcribitur. 148. 51. & ſeq. Non inter fidelem & hæreticum, ſed fidelem & infidelem intercedit. ibid. 53. & ſeqq. Si cum conditione, ut proles ex conjuge in hæreſi parentis educetur, non valet. 149. 56. & ſeqq. Dirimit Matrimonium. ib. 62. Non Jure Naturali. 63. & ſeq. Neque Divino. 65. Sed tantum Jure Eccleſiaſtico non-ſcripto. 150. 69. & ſeqq. Cathecumeni cum fideli Sponſalia de futuro valida & licita ſunt. ib. 76. Agitur de diſpenſatione. 77.

## *Diſpenſatio.*

Diſpenſationis in radice diſcrimen à reſcripto. 65. 98. & ſeqq.

In impedimentis Matrimonii naturalibus, & Divinis non diſpenſat S. Pontifex. 85. 34. Bene tamen in Eccleſiaſticis. 35.

Epiſcopus non diſpenſat, diſpenſatione Pontificia ob- vel ſubreptitiè obtentâ. 85. 36. & ſeqq. In occulto, ſi difficilis recurſus ad S. Pontificem, diſpenſat. ib. 41. & ſeqq.

Ad diſpenſationem juſta requiritur cauſa. ib. 45. Qualis eſt prærogativa perſonæ. ib. 46. Conſervatio familiæ. 86. 47. Præſtantia meritorum. ib. 48. Sublatio litis. ib. 48. Evitatio ſcandali. ib. 50. Anguſtia loci. ib. 51. Defectus dotis. ib. 52. Matrimonium, ignoranter contractum. ib. 53. Conſervatio honoris. ib. 54. Difficultas ſervandi votum. ibid. 55. Cauſa illa debet ſubſiſtere. ib. 56. Tempore ſupplicationis. ib. 57. & ſeq. Et conceſſionis. ib. 59. Non tamen poſteà. ib 60. & ſeqq. Qua ratione petatur diſpenſatio? 87. 63. & ſeqq. Supplicatio quò dirigatur? ib. 72. Ejusdem formale ib. 75. & ſeq.

Diſpenſatio in Sponſalibus, à quo concedatur? 99. 115. A quo in voto? ib. 116. Supplicationis formulare. ib. 117. Ex diſpenſatione Pontificia ante uſum rationis Sponſàlia non poſſunt contrahi. 105. 52. Poſteà etiam Matrimonium rectè contrahitur. ib. 53. & ſeqq. Diſpenſat in ætate Epiſcopus ex graviſſima cauſa. ib. 57. Inter contrahentes Matrimonium cum impedimento impotentiæ, ſi hoc ſciverint, cohabitandi obligatio conſurgit; quamquam, ſi velint ab invicem diſcedere, diſpenſatione opus non habeant. 111. 132.

Diſpenſationem Pontificiam non admittit polyviria. 116. 201. & ſeqq. Item polygamia 117. 221.

In conſanguinitatis primo gradu lineæ rectæ non poteſt diſpenſari à S. Pontifice. 124. 98. Benè verò in cæteris omnibus gradibus & lineis. ib. 99. & ſeqq. Quæ diſpenſatio eò graviores requirit cauſas, quò propinquior eſt gradus, qui etiam exprimendus eſt in ſupplicatione. 104. & ſeq. In affinitatis omni gradu poteſt diſpenſari à S. Pontifice. 130. 190. & ſeqq.

S. Pontificis diſpenſatione ſolvitur impedimentum publicæ honeſtatis. 131. 212. Item impedimentum cognationis ſpiritualis. 135. 271. & ſeqq. Cognationis legalis difficillimè in primo & tertio ordine conceditur. 137. 299. Criminis in omni circumſtantia. 139. 30. Ordinis Clericalis. 146. 28. & ſeq. Profeſſionis Religioſæ. 148. 49. & ſeq. Cultûs diſparitatis. 150. 77.

Diſpenſatio in denuntiationibus fieri poteſt ab Ordinario. 159. 181. A Prælato, Juriſdictionem quaſi- Epiſcopalem habente, & Vicario generali. 182. A Parocho non ordinario. 184. Tamen aliquando. 185. & ſeqq. Et debet interdum. 160. 198.

## *Divortium.*

Sententia divortii reſcinditur, ſi poſtmodùm appareat, conjuges fuiſſe potentes. 112. 158. Excipiuntur caſus, ſi ſublata ſit impotentia per miraculum. ib. 160. Per maleficium 113. 162. Si ſolutum eſt Matrimonium ob impotentiam reſpectivam. ib. 163. Vel ex maleficio. ib. 164.

Divortium non poſſunt petere conjuges, ſi uterque adulterium commiſerit. 36. 118.

Divor-



Divortium quoad vinculum in Matrimonio rato locum non habet. 78. 1. & ſeqq. Niſi emittatur profeſſio in Religione approbata. 79. 4. & ſeqq. Num etiam per diſpenſationem S. Pontificis? ib. 7. & ſeqq. A fortiori non admittitur divortium quoad vinculum in Matrimonio conſumato inter fideles. 81. 37. & ſeqq. Inter Abrahamum & Agar non fuit divortium quoad vinculum. ib. 44. Propter adulterium non admittitur divortium quoad vinculum. 82. 54. & ſeqq. Matrimonium conſumatum ne quidem inter fideles divortium quoad vinculum admittit. ib. 62. Excipitur caſus converſionis ad fidem. 63. A quo tempore tale divortium inducatur? 83. 64. & ſeqq. Item, an per Matrimonium ſubſequens ſemper diſſolvatur præcedens? ib. 67. & ſeqq. Matrimonium infidelium per Religioſam profeſſionem, non autem per ſuſceptionem SS. Ordinum diſſolvitur. 70. & ſeqq. Hæreticorum Matrimonia divortium quoad vinculum non admittunt. 74.

Divortium quoad thorum & menſam faciliùs indulgetur. 84. 76. Admittitur I. ob adulterium. ib. 77. Non tantùm uxoris, ſed etiam mariti. 78. & ſeq Oportet autem, ut adulterium ſit conſummatum. 80. & ſeq. Et formale. 83. Sinè prævia cauſa ex parte alterius. 84. An uxor teneatur maritum adulterum monere? 85. & ſeq. An pars innocens teneatur ream adulteram dimittere? 85. 87. & ſeqq. Quandonam authoritate privata poſſit pars innocens à nocente recedere? ib. 91. & ſeqq. An pars innocens poſſit, aut debeat nocentem, ſe corrigere volentem, recipere? 103. & ſeqq. II. Ob hæreſin. 86. 111. Si divortium ob hæreſin fiat authoritate Eccleſiaſticâ, inducitur cauſa perpetua. ib. 112. & ſeqq. An detur mutua compenſatio, ſi uterque conjux fiat hæreticus? 117. & ſeqq. III. ob periculum animæ. 87. 126. & ſeqq. IV. ob periculum corporis. ib. 132. & ſeqq. V. ob cohabitationem valde moleſtam. 138. VI. ob ſævitiam mariti. 139. & ſeqq. An denique admittatur divortium ob truculentiam uxoris? 88. 148. & ſeq.

## *Dolus.*

Dolus ſubſtantialis ipſo jure Sponſalia diſſolvit. 35. 97. Ob dolum accidentalem licet à Sponſalibus recedere, ſi dolus det cauſam Contractui. ib. & ſeqq. Non verò, ſi merè ſit incidens. 99.

## *Donatio propter nuptias.*

## *Donatio inter conjuges.*

Donatio propter nuptias deſcribitur. 72. 77. Conſtituit illam maritus. ib. 78. & ſeq. Aut alius ipſius nomine. 80. Varii effectus hujus donationis. 81. & ſeqq.

Donatio inter Conjuges regulariter eſt prohibita. 73. 87. & ſeq. Etiamſi non fiat immediatè per ipſum conjugem, ſed mediante perſona, per poteſtatem patriam conjuncta. ib. 89. & ſeqq. Imò etſi fiat mediante perſona extranea. 92. Quod ipſum etiam tenendum in Matrimonio putativo. 94. In Matrimonio rato tantum. 96. Non autem in Sponſalibus de futuro. 97. Niſi effectus in tempus Matrimonii ſuſpendatur. 98. Non veniunt quoque ſub hac prohibitione contractus alii oneroſi. 99. Niſi fraus interveniat 100. Aut jus aliquod in gratiam alterius non uſurpetur. 101.

Donatio inter conjuges valet I. ſi donetur res aliena. 102. II. ſi repudietur jus, primùm acquirendum. 103. III. ſi fiat donatio ad dignitatem, honorem, aut ornatum conjugum. 104. & ſeq. IV. ſi donatio ſit remuneratoria. 106. Et reciproca. 74. 107. V. ſi fiat ex pietate & commiſeratione. ib. 109. VI. ſi fiat moderatè in certis ſolennitatibus. 110. VII. ſi conferatur in tempus mortis. 111.

Donationis hujus effectus in caſibus permiſſis eſt ejusdem rationis cum aliis donationibus. 112. In caſibus verò non permiſſis poteſt revocari. 113. Niſi donator ante revocationem deceſſerit. 114. Hócque obtinet tam in donatione completa, quàm incompleta. 115. & ſeqq. Si donatio excedat 500. ſolidos, debet inſinuari. 121. Si juramentò firmetur, fit irrevocabilis. 123. & ſeq.

## *Dormientes.*

Dormientes & ebrii quomodò poſſint Sponſalia contrahere? 57. & ſeqq.

Dormiente aut ebrio principali tempore ſponſalium procurator validè contrahit. 11. 93. & ſeqq.

## *Dos. Pacta dotalia.*

Dotis etymologia & homonymia. 67. 1. & ſeqq. Ejus definitio. ib. 4. Definitionis explicatio. 5. & ſeqq. Dividitur in promiſſam & conſtitutam. 7. & ſeqq. In profectitiam & adventitiam. 68. 13. Quales perſonæ dotem conſtituere poſſint. ib. 15. Ex neceſſitate dotem conſtituere tenetur pater. 16. & ſeqq. An verò pater tenetur dotare filiam, quæ aliunde ſuis mediis benè eſt inſtructa? 22. & ſeqq. Non tenetur dotare filiam naturalem, ſpuriam, vel ex damnato coitu ſuſceptam. 26. In defectu patris tenetur nepti dotem conſtituere avus paternus. 69. 28. Aliquando mater. 29. Item frater. 30. Nec non deflorator. 31. Ipſa verò mulier ad conſtituendam dotem cogi non poteſt. 32.

Dotis objectum ſunt res in patrimonio exiſtentes. 33. Non tantùm propriæ, ſed & alienæ. 34. Utrùm etiam uſusfructus in dotem deduci poſſit? 35. Num feudum? 36. An dos indefinitè promitti? 37. & ſeq. Si uxor uſumfructum bonorum ma-



rito

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rito permittat, an præſumatur ea in dotem dediſſe? 39.
Ad dotem revocantur pacta dotalia. 70. 47. Quæ ſunt vel ſimplicia, vel mixta. ib. 48. Eorum differentia. 49. & ſeqq. Declaratur, quomodò hæc pacta diſcerni poſſint. 55. & ſeqq.
Dotis effectus alius eſt promiſſæ. 59. & ſeqq. Alius conſtitutæ. 62. Pro reſtituenda dote conceditur actio ex ſtipulatu. 71. 66. Marito competit repetitio expenſarum. 67. Declaratur, qualiter per adulterium dos amittatur. 69. & ſeqq.

*Dotalitium.*

Dotalitium explicatur. 75. 126.

*Dubium.*

Dubium practicum antecedens de valore matrimonii tollit legitimitatem. 62. 49. & ſeq.

*Duellum.*

Duellum quid ſit? 248. 102. Quotuplex? 103. & ſeq.
Duellum judiciale eſt licitum. 105. Eſt autem illicitum extra-judiciale. 106. & ſeqq. Niſi inſtituatur ex cauſa publica. 249. 111.

## E.

*Ebrius.*

EBrius ebrietate perfectâ nequit Sponſalia contrahere. 5. 7.

*Eccleſia.*

Eccleſiæ vetitum. Videatur *Interdictum.*

*Educatio.*

Educatio liberorum principaliter ſpectat ad patrem. 65. 105. Minùs principaliter ad matrem. ib. 106. & ſeq. Poſt mortem patris principaliter ad matrem. 108.

*Epiſcopus.*

Epiſcopi nequeunt ſtatuere impedimenta dirimentia Matrimonii. 82. 9. & ſeq. Benè verò impedientia. ib. 11. & ſeq.
Epiſcopus non diſpenſat, quando diſpenſatio Apoſtolica, ob vel ſubreptitiè obtenta eſt. 85. 36. & ſeqq. Declarat impedimentum dubium. ib. 39. & ſeq. In occulto, ſi ſit difficilis recurſus ad S. Pontificem, diſpenſat. ib. 41. & ſeqq.
Epiſcopus poteſt Matrimonium interdicere. 97. 78.
Epiſcopus in voto quando poſſit diſpenſare? 99. 116. In ætate diſpenſat ex graviſſima cauſa. 105. 57

*Error.*

Error ſubſtantialis circa contractum Matrimonialem deſcribitur. 113. 165. Cauſat impedimentum dirimens. ib. 166. & ſeqq. Vis hæc dirimendi deſcendit ex Jure Naturali. ib. 170. & ſeq.
Error conditionis ſervilis facit impedimentum dirimens ex parte perſonæ liberæ. ib. 172. & ſeqq. Sed tantùm Jure humano. 114. 176. Non eſt conceſſus receſſus à cohabitatione ſinè judicio Eccleſiæ. ib. 177. Error circa alias qualitates relinquit valorem Matrimonii. ib. 178. & ſeqq. Si non redundet in ſubſtantiam perſonæ. ib. 181. & ſeq. Nimirum, ſi contrahens deducat qualitatem aliquam in conditionem. ibid. 183. Quando de qualitate perſonæ fuit tractatum. ib. 184. Si qualitas eſt finis Matrimonii. ib. 186. Affertur exemplum. ib. 187.
Error juris non impedit, quò minus Matrimonium dicatur putativum & ad prolis legitimitatem ſufficiens. 61. 43.

*Eunuchi.*

Eunuchi non poſſunt contrahere Matrimonium. 110. 117. & ſeqq.

*Excommunicatio.*

Excommunicatio deſcribitur. 185. 185.
Quænam dicatur major? 186. Hæc privat communitùs Eccleſiæ ſuffragiis. 187. & ſeqq. Uſu paſſivô & activô Sacramentorum. 190. & ſeq. Aſſiſtentiâ in Divinis officiis. 192. & ſeqq. Sepulturâ Eccleſiaſticâ. 186. 197. & ſeqq. Jurisdictione Eccleſiaſticâ. 200. Capacitate ad beneficia, officia, & munera Eccleſiaſtica. 201. & ſeqq. Exercitiô officii. 204. Commodis & fructibus temporalibûs. 205. & ſeq. Commerciô civili. 207. Contractus tamen non facit irritos. 208. & ſeqq.
Quænam dicatur excommunicatio minor? ib. 211. Non tollit collationem Sacramentorum. 187. 212. & ſeq. Excommunicatione, ſimpliciter prolatâ, major intelligitur. 214. & ſeqq.
Excommunicatio minor ex una tantùm cauſa incurritur, ſi quis nempe cum excommunicato communicet. ib. 217. Abſque cauſa. 218. & ſeqq. Suppoſitô, quòd excommunicatus ſit vitandus, ſeu publicè denuntiatus. 222. & ſeqq.
An fideles ab excomunicato non-denuntiato Sacramenta petere valeant? 188. 231. & ſeq. Quid Sacerdoti tunc faciendum ſit? 233.
An excommunicatio faciat impedimentum impediens Matrimonii? 98. 96. & ſeq.
Excommunicatio non facit impedimentum impediens matrimonii. 98 96. & ſeq.
Excommunicatio latæ ſententiæ ſtatuitur in contrahentes intra gradus Jure Eccleſiaſtico prohibitos. 124. 97.
Excommunicati vitandi prohibentur ab exercendo munere Patrini. 133. 240.

*Executio.*

Executio Sponſalium fieri debet adveniente tempore, ſi illud fuerit adjectum. 24. 11. Si verò nullum tempus ſit præfixum, per ſe loquendô contractus ſponſalitius ſtatim debet executioni mandari; per accidens verò admittitur excuſatio, ſi neutra pars executionem petierit. ib. 16. & ſeqq. Suadetur tamen, ut executio non diu procraſtinetur. 25. 18.



25. 18. Sponſus, aut Sponſa nolentes contractui ſponſalitio ſatisfacere, poſſunt ad illius executionē compelli. 25. 19. & ſeqq.

## F.

*Fœmina.*

FÆmina poteſt agere procuratorem in Sponſalibus contrahendis. 10. 82.
Fœminam, fictâ promiſſione Matrimonii defloratam, tenetur promiſſor ducere. 16. 61. & ſeqq. Niſi vel ipſa deceptionem facilè potuerit advertere, vel reciprocè promiſſorem decipiat 17. 69. Qui verò fœminam corrumpit ſinè promiſſione Matrimonii, non tenetur illam ducere vel dotare, ſi liberè conſenſerit, adeóque nec vis, nec fraus, nec importunæ preces intercesſerint. ib. 71. & ſeqq. Penes fœminam eſt electio in obligatione ducendi vel dotandi. ib. 79. & ſeq.
Fœmina, nubens marito conditionis inferioris, priorem ſtatum amittit. 60. 25. Quod ipſum tamen ſolùm intelligendum de prærogativis participatis. ib. 27. Non verò cognatis. 28.

*Falſum.*

Renuntiatio falſi modi eſt ſpecies delicti. 263. 153. Suppeditat actionem in factum. 154. Suppoſitô, quòd actio alia non ſit prodita. 155.
Crimen falſi quid ſit? 274. 74. Quotupliciter accidat. 76. & ſeqq. Quænam illius pœna? 80. & ſeqq. An, ſi per correctionem literarum verus ſenſus exprimatur, falſi crimen admittatur? 83.

*Familia.*

Familiæ conſervatio cenſetur cauſa juſta diſpenſationis ſuper impedimento Matrimonii. 86. 47.

*Feudum.*

Feudum poteſt dotale fieri, ſi pertineat ad fœminam, quæ dotem conſtituit. 69. 36.

*Fidejuſſor.*

Fidejuſſoris interventus pertinet ad formam accidentalem ſponſalium. 23. 163.

*Fidelis.*

Fideles non ligantur impedimentis infidelium. 83. 20. & ſeq.
Fidelis & infidelis ligantur impedimento criminis; ille directè, hic indirectè. 139 29.
Impedimentum cultûs diſparitatis non inter hæreticum & infidelem, ſed fidelem inter & infidelem oritur. 148. 53. & ſeqq.
Fidelis cum infideli ex diſpenſatione contrahens Matrimonium non conficit Sacramentum. 43. 40.
Fidelium Matrimonia ſunt inſolubilia. 51. 78. & ſeqq. item 81. 37. & ſeqq.
Fidelis an poſſit ad aliud Matrimonium tranſire, ſi infidelis velit eidem abſque contumelia Creatoris cohabitare? 83. 74.

*Fides.*

Fides conjugalis quænam exigat? 58. 3.

*Fornicatio.*

Fornicatio quid ſit? 270. 22. & ſeqq. Eſt omni Jure prohibita. 25. Quomodò puniatur? 26. & ſeq.
Fornicatio tribuit facultatem reſiliendi à ſponſalibus. 35. 100. & ſeq. Si ſponſa vi fuerit compreſſa, poteſt nihilominus ſponſus à ſponſalibus recedere ibid. 102. & ſeqq. Fornicatio ſponſi dat ſponſæ facultatem reſiliendi à ſponſalibus, ſive ea poſt ſponſalia eveniat. 108. & ſeq. Sive præceſſerit. 110. & ſeqq. An detur facultas reſiliendi, ſi utraque pars fornicata fuerit? 36. 114. & ſeqq. Fornicatio non infert tacitam renuntiationem juris ſponſalitii. ib. 129.

*Forum.*

Forum habet uxor commune cum marito. 59. 21.

*Furioſus.*

Furioſus poteſt tempore lucidi intervali ſponſalia contrahere. 5. 5. & ſeqq.

*Furtum.*

Furtum quid ſit? 252. 1. Requirit contrectationem. 2. Fraudulentam. 4. Lucri faciendi gratiâ. 5. Invitô dominô factam. 253. 7. Quotuplex ſit? 8. & ſeq.
Objectum furti conſtituit etiam res aliena. ib. 13. Incorporalis. 14. & 6. Et liber homo. 16. & ſeq.
Oritur exinde condictio furtiva. ibid. 18. & ſeqq. Vid. *Condictio furtiva.* Actio furti. 254. 37. & ſeqq. Quæ in manifeſto perſequitur quadruplum; in non-manifeſto duplum. ib. & 36. Item actio ſeu accuſatio criminalis. 255. 40. & ſeqq.
Quando furtum eſt datum occaſione incendii, ruinæ, naufragii &c. datur ſpecialis actio. 254. 39.
De furto tigni. 256. 53. & ſeqq.
De furto arborum. ib. 57. & ſeqq.
De furto pecorum. 276. 16.
De furto bulneari. ib. 17.

## G.

*Gratia.*

GRatia Sacramentalis confertur per Matrimonium. 58. 1.

## H.

*Hæretici, Hæreſis.*

HÆreticorum Matrimonia ſunt inſolubilia, ſi vel ex-vel implicitè intendant facere, quod facit vera Eccleſia. 83. 74. Si hæc intentio deficiat, Matrimonium eſt nullum. ibid. 75.
Hæretici ligantur impedimentis, ſolùm à jure Eccleſiaſtico ſtatutis. 83. 22. & ſeqq. Conſuetudine in contrarium nullam vim habente. 84. 27. & ſeqq. Eorum Matrimonia, cum

cum impedimento Eccleſiaſtico celebrata, quomodò toleranda? ib. 30. Illorum liberi qualiter legitimi? ib. 31.

Fidelis ſi cum hæretico contrahat cum conditione, ut proles educetur in hæreſi parentis, Matrimonium non valet. 149. 56. & ſeqq. Hæreticorum matrimonia diſſuadentur. ib. 61.

Hæreſis cauſat divortium quoad thorum & menſam. 86. 111. Hæreſis quandóque dat cauſam perpetuam divortio. ibid. 112. & ſeqq. Si utérque conjux fiat hæreticus, locum habet mutua delictorum compenſatio, sicque divortium impeditur. 117. & ſeq. Quòdſi verò unus conjugum incidat in hæreſin, & alter committat adulterium, mutua compenſatio locum non habet. 119. & ſeqq.

Hæreſis quid ſit? 242. 23. Requirit errorem voluntarium. 15. Cum pertinacia. 27.

An dubius in fide ſit hæreticus? 28. & ſeq.

Contra hæreticos ſunt multæ pœnæ conſtitutæ. 30. Aliæ ſunt ſpirituales. 31. & ſeqq. Aliæ ſunt temporales. 38. & ſeqq. Illæ etiamnum vigent in noſtro Imperio. 45. & ſeqq. Iſtæ in tanto rigore non ſunt receptæ. 48. & ſeqq.

Liceátne cum hæreticis diſputare de fide? 244. 58.

Quis ab hæreſi poſſit abſolvere? ib. 59.

*Hermaphroditus.*

Hermaphroditus poteſt Matrimonium contrahere juxta ſexum prævalentem. 109. 105. & ſeqq. Si uterque æqualis eſt poteſt teſt unum eligere. ibid. 108. & ſeqq. Poteſt etiam contrahere juxta debiliorem, ſi non cauſet impotentiam coeundi. ibid. 112. & ſeq. Tenetur tamen in utroque caſu jurare de ſexu non mutando. 110. 114.

*Homicidium.*

Homicidium quid ſit? 273. 56. & ſeqq. Illius ſpecies eſt parricidium. 62. & ſeq. Homicidium proditorium. 64. & ſeq. Aſſaſſinium. 66. & ſeq. Veneficium. 66. Latrocinium. 68. Expoſitio infantûm. 69. & ſeq.

Homicidium uxoris ſeu mariti conſtituit impedimentum impediens matrimonii. 100. 127. Item Presbyteri. 101. 131. Et liberorum. ibid. 132.

*Honeſtas Publica.*

Honeſtas publica deſcribitur. 130. 193. & ſeq. Reſultat ex ſponſalibus de futuro certis & validis. ibid. 195. Vel de præſenti etiam invalidis. 197. & ſeq. Dirimit inter perſonas affines. 199. & ſeq. Ex Jure Eccleſiaſtico. ib. & 201. Per Concilium Tridentinū inter perſonas primo gradu conjunctas. 131. 202. & ſeqq. Quod in ſponſalibus de præſenti non obtinet. ibi. 205. & ſeq. Impedimentum hoc publicæ honeſtatis non operatur retrò. 207. Nec ligat infideles, etiam poſt converſionem. 209. & ſeqq. Solvitur diſpenſatione Summi Pontificis. 212. An etiam mutuo conſenſu? 213. & ſeqq.

## I.

*Impedimentum.*

De Impedimentis Matrimonii exſtat integer Tract. III. qui incipit à pag. 81.

Impedimenti deſcriptio. 82. 1. & ſeqq. Diviſio. ib. 3. & ſeq.

Impedimenta à Jure Naturali, Divino, & Eccleſiaſtico conſtitui poſſunt ib. 5. & ſeq. Etiā à Principibus infidelibus, non tamen fidelibus ib. 7. & ſeq. Epiſcopi Impedimenta dirimentia ſtatuere nequeunt. ib. 9. & ſeq. Bene verò impedientia. ib. 11. Rectè per conſuetudinem introducuntur ibid. 12. & ſeqq.

Impedimentis, à Jure Naturali præſcriptis, ligantur omnes creaturæ rationales; à Jure Eccleſiaſtico ſancitis ſoli fideles, non infideles. 83. 17. Niſi exiſtant in territorio S. Pontificis. ibid. 18. & ſeq.* Neque ſubditi fideles ligantur impedimentis infidelium. ib. 20. & ſeq. Impedimentis, Jure ſolùm Eccleſiaſtico ſtatutis, ligantur Hæretici. ib. 22. & ſeqq. Conſuetudine in contrarium nullam vim habente. 84. 27. & ſeqq. Qualiter impedimentis Matrimonii aliæ perſonæ quàm conjuges teneantur? ib. 32. & ſeqq.

De Diſpenſatione circa impedimenta Matrimonii. Vide *Diſpenſatio.*

Impedimenta impedientia enumerantur, quæ abſque delicto. ib. 88. 77. Vide *Interdictum. Tempus feriatum. Cathechiſmus. Sponſalia. Votum.*

Impedimenta impedientia ex delicto. 100. & ſeqq. Vid. *Inceſtus. Homicidium. Raptus. Suſceptio propriæ ſobolis. Matrimonium cum Moniali. Pœnitentia publica.*

Hæc tamen per conſuetudinem dicuntur abrogata. 101. 119.

Impedimenta dirimentia. Vide *Ætas. Impotentia. Maleficium. Error. Ligamen. Cognatio. Conſanguinitas. Affinitas. Honeſtas publica. Crimen. Adulterium. Conjugicidium. Clandeſtinitas. Cultûs Diſparitas. Vis. Metus.*

Impedimenta, Matrimonio ſupervenientia, illud non diſſolvunt. 129. 176.

Impedimenti perpetui defectus requiritur in perſonis, ſponſalia contrahere volentibus. 6. 24. & ſeqq.

Impedimentum dirimens, ſponſalibus ſuperveniens, dirimit illa ipſo jure. 32. 69. Qui culpabiliter cauſavit impedimentum, tenetur diſpenſationem procurare. ib. 70. & ſeqq. Impedimentum impediens tantùm non obeſt ſponſalibus antecedentibus. 73. & ſeq.

*Impotentia.*

Impotentiæ impedimentum adſtruitur. 106. 62. Alia impotentia coeundi. ib. 63. Alia generandi. ib. 64. Hæc tamen non obſtat Matrimonio. 107. 65. & ſeqq. Enumerantur cauſæ Impotentiæ. ib. 71. Impotentia, ex maleficio proveniens, ſpecialiter attingitur. ib. 72. & ſeqq. Modus tollendi Maleficium oſtenditur. ib. 75. & ſeqq.

Impotentiæ diviſio in perpetuam & temporalem. 107. 80. & ſeqq. In abſolutam & reſpectivam. 108. 83. & ſeq. Quæ & perpetua appellari poteſt. ib. 85. & ſeqq. In naturalem & accidentalem. ib. 90. & ſeq. In antecedentem, & ſupervenientem. ib. 92. & ſeqq. Perpetua dirimit matrimoniū, non autem temporalis. ib. 96. & ſeqq. Item abſoluta abſolutè, & reſpectiva reſpectivè. 109. 99. & ſeq. Item antecedens, non verò conſequens. ib. 101. & ſeqq. Videatur *Hermaphroditus. Spadones. Evnuchi.*

De Impotentia dubitans licitè Matrimonium nequit contrahere. 110. 119. & ſeq.

Impotentia ex Jure naturali dirimit Matrimonium. 110. 121. & ſeqq. Ex Matrimonio ab impotentibus inito, obligatio cohabitationis oritur, ſi ſic contrahentes habuerint notitiam impotentiæ. 111. 132. Quamvis ſi diſcedere velint diſpenſatione opus non habeant. ibid. 16. Secùs, ſi neſciverint impotentiam. ibid. 133. & ſeq. Ab impotentibus contractum matrimonium pro legitimo non reputatur. ib. 139. & ſeqq. Ob Impotentiam ſi ſeparatio petatur, adeundus eſt Judex Eccleſiaſticus. ibid. 144. Determinatur tempus petendæ ſeparationis. ib. 145. & ſeqq. Modus judicandi de impotentia. 112. 149. & ſeqq. Si dubium, triennium indulgetur. ib. 152. & ſeqq.

Ob Impotentiam Matrimonium Eccleſiaſticâ authoritate diſſolutum, regulariter inſtaurandum eſt, ſi poſtmodum appareat, conjuges fuiſſe potentes. ib. 158. Excipiuntur caſus. Si ſublata ſit impotentia per miraculum. ib. 160. & ſeq. Per maleficium. 113. 162. Si ſolutum eſt Matrimonium ob impotentiam reſpectivam. ib. 163. Et ob impotentiam ex maleficio. ib. 164.

*Impuberes.*

Impuberum Matrimonium ex præſumptione juris vim Sponſalium habet. 104. 39. & ſeqq. A Sponſalibus impuberum poſt pubertatem reſilire licet. 106. 58. Non obſtante etiam juramento. ib. 59. Quousque ſe extendat hæc facultas, oſtenditur. ib. 60. & ſeq.

*Incendium.*

Incendium quid ſit, & quomodò puniatur? 273. 74. & ſeq.

*Inceſtus.*

Inceſtus quid ſit? 272. 46. Quomodo puniatur? 48.

Inceſtus, impedimentum impediens Matrimonii deſcribitur. 100. 118. Extenditur etiam ad Sponſum. ib. 119. & ſeq. Peccans cum propria conſanguinea non incurrit hoc impedimentum. ib. 121.

Inceſtuoſus conjux privatur Jure petendi debitum, quamvis reddere teneatur. 129. 180. & ſeq. Quo non privatur, ſi cum conſanguinea uxoris vel ſponſæ in tertio vel quarto gradu. ib. 182. & ſeq. Vel cum propriis conſanguineis committatur inceſtus. 184.

*Indulgentiæ.*

Indulgentiæ quid ſint? 191. 174. Eas concedit Summus Pontifex. 277. Nec non Epiſcopus ſuo modo. 278. & ſeq. Non autem capitulum ſede vacante, vel Coadjutor. 280. Ultra tempus conceſſæ non valent. 281.

Aliæ ſunt plenariæ, aliæ partiales. ib. 282. Perſonales aut reales. 283. Pro vivis aut defunctis conceſſæ. 284. Perpetuæ aut temporales. 285.

Requiritur ad illas cauſa rationabilis. 287.

*Infidelis.*

Infideles non ligantur impedimentis Eccleſiaſticis. 83. 17. Niſi in territorio Summi Pontificis exiſtant. ib. 18. & ſeq. Non ligantur impedimento publicæ honeſtatis etiam poſt converſionem. 131. 209. & ſeqq.

Infidelis, ſi Patrinum agat, nulla oritur cognatio. 134. 254. & ſeqq.

Infideles duo non ligantur impedimento criminis. 139. 28. Secùs eſt de fideli, & infideli. 29. Infideles clandeſtinitas ex lege Eccleſiaſtica proveniens non ligat. 151. 83. & ſeqq.

Infidelem inter & fidelem conſurgit impedimentum cultûs diſparitatis. Vide *Cultûs Diſparitas.*

Infidelium Matrimonium efficitur Sacramentum, quando uterque infidelis convertitur ad fidem. 43. 43.

Infidelium Matrimonium conſummatum eſt indiſſolubile. 82. 62. Caſus exceptus eſt converſio. ib. 63. & ſeqq.

*Inimicitia.*

Inimicitia gravis inter Sponſos eſt ſufficiens cauſa recedendi à Sponſalibus. 38. 154. Uti & graves inimicitiæ inter eorum parentes, aut propinquos. ib. 155. & ſeqq.

*Injuria.*

Injuria quid ſit? 260. 104. Requirit dolum. 107. Qui non præſumitur. 111. Niſi factum aut verbum ex ſe contumelioſum ſit. 112. Nihil juvante proteſtatione. 113.

Fit verbô. 115. & ſeq. Vel factô. 117. Eſt gravis, aut levis. 118.

Perſonæ, quæ inferunt injuriam, debent eſſe doli capaces. 119. & ſeqq. In perſonis verò, quibus infertur, nec doli capacitas, nec vita requiritur. 122. Poteſt etiam quis in perſona alia injuriam ſentire. 123. & ſeqq.

Ex Injuria naſcitur actio prætoria ſeu æſtimatoria. 261. 130. & ſeqq. Actio ex Lege Cornelia. 135. & ſeq. Actio rei perſecutoria ſeu recantatoria. 137. & ſeqq. Naſcitur etiam actio criminalis. 126. & ſeqq.

In caſu, quô alterius æſtimatio non eſt diminuta, non datur actio recantatoria. 140.

Injuria tollitur diſſimulatione. 262. 141. & ſeq. Remiſſione. 143. & ſeq. Retorſione, ſi verbalis ſit. 145. Et moderamen inculpatæ tutelæ ſervetur. 147.

*Inquiſitio.*

Inquiſitio hodie tranſiit in remedium ordinarium. 198. 61. Judex in ea procedit ex officio. 62. Vicem accuſatoris fama vel indicia ſupplent. 63. & ſeqq.
Alia eſt generalis; alia ſpecialis. 199. 66. Alia manſueta; alia ſevera. 67.
Quiſnam inquiſitioné inſtituat? ib. 68. & ſeq. In quem? 70. Quis à ſevera ſit immunis? 71. & ſeqq. Vid. *Tortura.*
Oſtenditur modus procedendi in inquiſitione generali ſimplici. ib. 74. & ſeq. Et generali ſecundùm quid. 76. Item in ſpeciali. 77. & ſeqq. An ſemper infamia præcedere debeat inquiſitionem ſpecialem? 200. 81. & ſeqq. An etiam contra perſonas Regulares? 87. & ſeqq.
Poſsitne Judex de aliis criminibus, ac de quibus delinquens eſt gravatus aut infamatus, inquirere & interrogare? ib. 91. & ſeqq.
Quid deſideret inquiſitio ſevera? 28. 94. & ſeqq. Vid. *Tortura.*
Officium Judicis in inquiſitione exponitur. ib. 98. Adſtruitur obligatio rei de manifeſtanda veritate. 99. & ſeqq.
An reus, crimen in inquiſitione confeſſus, ordinariâ pœnâ ſit afficiendus? 202. 113. & ſeqq.

*Inſtitutio Collegiorum.*

Quando collegia inſtituuntur abſque licentia Principis, admittitur delictum. 277. 26.

*Integritas ſenſuum.*

Integritas ſenſuum qualiter ad contrahenda Sponſalia requiratur? 5. 13. & ſeqq.

*Interdictum.*

Interdictum quid ſit? 189. 247. Illius effectus. 248. & ſeqq. Diſcrimen ab excommunicatione, & ſuſpenſione. 254. Diverſitas. 255. & ſeqq.
An interdicta Diœceſi, cenſeatur interdicta Eccleſia Cathedralis? 190. 257. & ſeq.
Interdictum an conſtituat impedimentum impediens Matrimonii? 98. 94. & ſeq.
Interdictum ſeu Eccleſiæ vetitum quid? 97. 78. Interdicere etiam Epiſcopus poteſt. ibid. item Parochus. ib. 79.
Interdictum Papale an conſtituat impedimentum impediens Matrimonii? ibid. 80. & ſeqq.
Interdictum lite pendente ſuper Sponſalibus non facit Matrimonium ſubſequens nullum. 97. 88. & ſeqq.
Interdictum, quod eſt ſpecies cenſuræ Eccleſiaſticæ, non conſtituit impedimentum impediens. 98. 94. & ſeq.

*Judaiſmus. Judæus.*

Judaiſmus quid ſit? 241. 12. & ſeq. Poteſt in Republica tolerari. 14. & ſeq. Cavenda tamen ſunt multa in converſatione cum Judæis. 17. & ſeqq.

*Judex.*

Quis Judex ſit in cauſis criminalibus? 194. 4. Quis inquiſitionem inſtituere poſſit? 194. 68. & ſeq. Quodnam ſit officium Judicis in inquiſitione? 201. 98. Ad quid obligetur Judex, malè judicans? 265. 175. & ſeqq.
Judex non debet ab initio partes, Sponſalia executioni mandare nolentes cogere, ſed monere. 25. 24.

*Juramentum.*

Non obſtante Juramento, à Sponſalibus in impubertate contractis reſilire licet. 106. 59. Hermaphroditus contrahens juxta ſexum vel æqualem, vel debiliorem, tenetur Juramento renuntiare ſexûs alterius uſui. 110. 114. Juramentum Matrimonio ex metu inito adjectum nihil operatur. 142. 74. & ſeqq.

*Jus.*

Jure naturali, Divino & Eccleſiaſtico conſtitui poſſunt impedimenta Matrimonii. 82. 5. & ſeq.
Jure Eccleſiaſtico ſtatutis impedimentis ligantur infideles in territorio S. Pontificis exiſtentes. 83. 18. & ſeq. Item Hæretici. ib. 22. & ſeqq.
Jure naturali impotentia dirimit Matrimonium. 110. 121. & ſeqq. Item error ſubſtantialis. 113. 170.
Jure naturali reprobatur Polyviria. 115. 198. Nec admittit diſpenſationem Pontificiam. 116. 201. & ſeqq. Idem de Polygamia. ib. 205. & ſeqq.
Jure naturali inter quos gradus dirimatur Matrimonium? 120. 34. & ſeqq. item 121 49. & ſeqq. An pariter, omnia Matrimonia in Lege veteri Levit. prohibita, fuerint prohibita jure naturali? 122. 71. & ſeqq.
Jure Eccleſiaſtico in linea recta Matrimonium dirimitur in infinitum. 123. 83. & ſeqq. In linea tranſverſali uſque ad quartum gradum. ib. 86. & ſeqq. Illáque limitatio eſt pœnalis ſub excommunicatione latæ ſententiæ. 124. 97.
Jure naturali affinitas ex illicita copula in nullo gradu dirimit Matrimonium. 127. 138. & ſeq. Etiam in nullo gradu lineæ obliquæ. ib. 140. & ſeqq. An idem in primo gradu lineæ rectæ? 149. & ſeqq.
Jure Eccleſiaſtico affinitas dirimit Matrimonium ad quartum. 128. 167. & ſeq. Ex copula illicita uſque ad ſecundum gradum incluſivè. ib. 169. In linea recta ex copula licita in infinitum. 129. 170. & ſeqq.
Ex Jure Eccleſiaſtico deſcendit impedimentum criminis. 139. 28. & ſeq.
Metus an ex Jure naturali dirimat Matrimonium? 141. 54. & ſeqq.
Impedimentum cultûs diſparitatis non ex Jure naturali. 149. 63. Nec Divino. ib. 65. Sed tantùm Jure Eccleſiaſtico non ſcripto dirimit. 150. 69. & ſeqq.
Jus petendi copulam eſt arbitrarium ac liberum. 58. 4.

## L.

*Largitas.*

Largitas ſponſalitia pertinet ad acceſſoria ſponſalium. 27. 47. Secuto Matrimonio res donata irrevocabiliter acquiritur donatario. ib. 48. Matrimonio non ſecuto dubium reſolvitur ſub diſtinctione ib. 49. & ſeqq. Si Sponſus ante nuptias Sponſæ dedit oſculum, Sponſa lucratur dimidiam partem Sponſalitiæ largitatis. ib. 51. & ſeqq. Quod non viciſſim obtinet in Sponſo. ib. 53. Quod ipſum extenditur ad copulam. ib. 54. Non item ad amplexus. ib. 55. Reſtitutio Sponſalitiæ largitatis quoad ſimplum obligat in conſcientia ante omnem ſententiam. ib. 56. Quoad exceſſum verò non aliter ſtringit, quàm ſi præceſſerit exactio partis. ib. 57.

*Legitimatio.*

Legitimatio reddit liberos illegitimè natos, legitimos. 62. 57. Per Matrimonium legitimantur liberi tam naturales quàm fornicarii. ib. 58. Qui verò nati ſunt ex parentibus ad Matrimonium pro tunc contrahendum inhabilibus, legitimari non poſſunt. 59. An ad legitimationem liberorum ſufficiat Matrimonium ratum? 60. & ſeqq. An ſimiliter Matrimonium ſecundùm cum concubina vel meretrice contractum? 63. 64. & ſeqq. An liberi legitimentur per Matrimonium putativum? 70. & ſeqq. An ad legitimationem ſufficiat parentum habilitas tempore nativitatis? 74. & ſeqq. An nepos per Matrimonium avi poſſit legitimari? 64. 83. An ad legitimationem requiratur conſenſus liberorum? ib. 89. & ſeqq.
Legitimatio poteſt etiam fieri per reſcriptum Principis. 64. 93. Ex cauſa neceſſitatis vel utilitatis Eccleſiæ poteſt S. Pontifex aliquem etiam ad temporalia legitimare. 94. An hoc ipſum obtineat, quando S. Pontifex diſpenſat in radice Matrimonii? 65. 95. & ſeqq. Quid dicendum de legitimatione per oblationem curiæ? ib. 102. & ſeqq.

*Legitimitas.*

Legitimitas liberorum notabilis effectus Matrimonii. 60. 29. Legitimi cenſentur liberi nati ex uxore, eſto de illa conſtet, quòd ſæpiùs adulterium commiſerit. 61. 30. & ſeq. Quale tempus nativitatis ad legitimitatem ſufficiat? ib. 32. & ſeq. An ad tribuendam legitimitatem ſufficiat Matrimonium putativum? 35. & ſeqq. An proles ex Matrimonio putativo, ſed clandeſtino procreata in foro conſcientiæ reputetur pro legitima? 41. & ſeq. Num error juris impediat, quò minùs Matrimonium dicatur putativum, & ad prolis legitimitatem ſufficiens? 43. & ſeqq. Quale dubium de valore Matrimonii legitimitatem tollat? 62. 49. & ſeqq.

*Lex Aquilia.*

Vide *Damnum.*

*Lex Cornelia de falſis.*

Vide *Falſum.*

*Lex Fabia de Plagiariis.*

Crimen plagii caſtigatur à Lege Fabia. ib. 100. & ſeq. An etiam quaſi-plagium? 102.

*Lex Julia de Adulteriis.*

Vide *Adulterium.*

*Lex Julia de ambitu.*

Crimen ambitûs an incidat in pœnam Legis Juliæ? ib. 97. & ſeqq.

*Lex Julia de annona.*

Crimen fraudatæ annonæ à Lege Julia coërcetur. ib. 91. & ſeq.

*Lex Julia Peculatûs.*

Crimen peculatûs Lege Juliâ vindicatur. ib. 93. & ſeq. Item crimen reſidui. ib. 95. & ſeq.

*Lex Julia Repetundarum.*

Crimen repetundarum prohibetur Lege Julia. 274. 89. Et caſtigatur. 90.

*Lex Julia de vi.*

Vide *Vis.*

*Lex Pompeja de parricidis.*

Parricidium pœnæ Legis Pompejæ ſubjacet. 273. 57. & ſeqq.

*Libellus.*

Libellus criminalis quomodò ſit conficiendus? 197. 43. & ſeqq.

*Libellus famoſus.*

Quid ſit libellus famoſus? 260. 116. Quomodò puniatur? 261. 126. & ſeqq.

*Liberi.*

Liberi ex Hæreticorum Matrimoniis cum impedimento Eccleſiaſtico celebratis qualiter legitimi? 84. 31.
Liberorum occiſio conſtituit impedimentum impediens Matrimonii. 101. 132.
Liberi diverſorum parentum, ab uno adoptati Matrimonium contrahere inter ſe valent 136. 293. & ſeq. uti & per unionem prolium conjuncti. ib. 295.
Liberorum præſentia & taciturnitas an ſola ſufficiat pro conſenſu eliciendo? 7. 47. & ſeqq.
Liberorum legitimitas. Vide *Legitimitas.*
Liberorum legitimatio. Vide *Legitimatio.*
Liberorum alimentatio. Vide *Alimentatio.*

*Libertas.*

Libertas Juridica non autem Phyſica in ſponſalibus attenditur. 22. 156. & ſeqq.
Libertas non violatur, quando in contumaces pœna Eccleſiaſtica fulminatur. 25. 25.

### *Ligamen.*

Ligaminis impedimentum deſcribitur. 115. 188. Eſt vinculum reſultans ex Matrimonio. ib. 190. Per verum conſenſum contracto ib. 191. Tam rato quàm conſummato. ib. 192. Solvitur ſoluto Matrimonio. ib. 196. Ex Jure naturæ reprobat Polyviriam. ib. 198. & ſeqq. Nec admittit diſpenſationem Pontificiam. 116. 201. & ſeqq. Idem de Polygamia. ib. 205. & ſeqq.

### *Lis.*

Litis ſublatio juſta cauſa cenſetur diſpenſationis ſuper impedimentum Matrimonii. 86. 49.
Interdictum, lite pendente ſuper Sponſalibus non facit Matrimonium ſubſequens nullum. 97. 88. & ſeqq.

## M.

### *Majeſtas.*

Majeſtas quid ſit? 269. 2. Quid delictum læſæ Majeſtatis? 268. 1. Committitur à ſolo ſubdito. 269. 4. A Clerico quà tali contra Principem ſæcularem committi nequit. 5.
Delictum Majeſtatis vel eſt in ſpecie tale. ibid. 8. Vel perduellio. 6. & 7.
Committitur adversùs Pontificem & Imperatorem. ib. 9. Regem Romanorum. 10. Electores. 11. Imperii Vicarios. 12. Conſiliarios, & Duces militares Imperatoris. 13. Principes & Status Imperii. 14. & ſeq. Cardinales S. R. E. 16. Auguſtam. 270. 17. & ſeq.
Quomodo puniatur delictum Majeſtatis? ib. 19. & ſeqq.

### *Maleficium.*

Ex maleficio proveniens impotentia ſpecialiter attingitur. 107. 72. & ſeqq. Modus tollendi illud. ib. 75. Etiam cum novo maleficio licitus. ib. 76. & ſeqq. Et maleficus ad removendum in utroque foro compelli poteſt. ib. 79.
Per maleficium ſublata impotentia non reſcindit divortium. 113. 162. Item, ſi divortium ſit decretum ob impotentiam ex maleficio. ib. 164.

### *Malitia.*

Malitia, ſi ſuppleat ætatem, an Sponſalia valida ſint ante ſeptennium? 102. 10. Argumenta ſententiæ affirmativæ. ib. 11. & ſeqq. Sententiæ negativæ. 103. 15. & ſeqq.

### *Mandatum.*

Mandatum ſpeciale ad contrahenda Sponſalia requiritur. 10. 78. Nec ſufficit generale cum libera. ib. 79. & ſeqq.
Mandatum ſpeciale debet ab ipſomet procuratore executioni mandari. ib. 81.
Mandatum quovis modo explicari valet. ib. 84. Quando Mandatum revocatur, procurator invalidè procedit, eſto revocationem ignoret. ib. 85. & ſeqq.

### *Maritus.*

Marito competit poteſtas maritalis. 59. 12. & ſeqq. An maritus Illuſtris habeat Jurisdictionem in uxorem? ib. 15. & ſeq. Competit quoq; marito poteſtas patria. 7.
Mariti crudelitas eſt ſufficiens cauſa divortii. 87. 138. & ſeqq. Quod tamen ad levia verbera non extendendum. 88. 141. & ſeqq. Quanta autem hæc crudelitas eſſe debeat, relinquitur arbitrio Judicis. ib. 144.

### *Matrimonium.*

Matrimonium licitum & validum conſtituit materiam Sponſalium. 12. 1. & ſeqq. Qui cum ficta Matrimonii promiſſione deflloravit fœminam, tenetur illam ducere. ibid. 58. & ſeqq. Qui verò abſque Matrimonii promiſſione puellam corrupit, non tenetur eam ducere aut dotare, ſi ipſa liberè conſenſerit. 17. 70. Qui pluribus promiſit Matrimonium probabiliùs non tenetur unam ex illis eligere. 18. 94. Votum de ineundo Matrimonio cum certa perſona regulariter non obligat. 15. 110. & ſeqq.
Matrimonium contrahere tenentur Sponſus & Sponſa ex virtute juſtitiæ. 21. 1. & ſeq. Hæc obligatio eſt gravis. ib. 3. & ſeqq. Stringens in utroque foro. 6. Quando contractui ſponſalitio certum tempus fuit adjectum, illo adveniente debet celebrari Matrimonium. 11. Quando verò indefinitè conventum fuit, per ſe loquendo ſtatim inducitur obligatio Sponſalia redigendi in actum: per accidens verò excuſantur promittentes ab illorum executione, ſi neutra pars executionem petierit. ibid. & ſeqq. Sponſus & Sponſa poſſunt ad contrahendum Matrimonium compelli. 25. 19. & ſeqq.
Matrimonium diſſolvit Sponſalia ipſo jure. 29 19. & ſeqq. Per Matrimonium priora Sponſalia non penitùs extinguuntur, ſed tantùm ſuſpenduntur. ib. 21. & ſeqq.
Matrimonii Etymologia. 40. 1. Synonymia. 41. 2. & ſeqq. Definitur ſub ratione contractûs. ib. 6. Explicatur definitio. 7. & ſeq. Definitur adhuc clariùs. 9. Et explicatur. 10. & ſeqq. Differentia Matrimonii à Sponſalibus. 11. & ſeqq. An ratio contractûs poſſit ſeparari à ratione Sacramenti inter fideles. 16. & ſeqq. Matrimonium inter fideles contractum eſt verè & propriè dictum Sacramentum. 42. 19. Matrimonium, quod ab Eccleſia non agnoſcitur, non eſt Matrimonium. ib. 21. Cenſetur Matrimonium in ratione Sacramenti contractum, eſto contrahentes explicitam illius intentionem non habuerint. 25.
Matrimonium in ratione Sacramenti conſideratum definitur. ib. 26. Explicatur definitio. 27. & ſeqq. Matrimonium non eſt Sacramentum permanens, ſed tranſiens. 32.



32. Definitur Matrimonium pro contractu & Sacramento ſimul acceptum. 43. 33.
Matrimonium aliud legitimum. 43. 34. Aliud Chriſtianum. ib. 35. & ſeqq. An Matrimonium fidelis cum infideli contractum, ſit Sacramentum, ſaltem ex parte fidelis? 40. & ſeqq. An Matrimonium efficiatur Sacramentum, quando uterque infidelis convertitur ad fidem? 43. & ſeqq.
Matrimonium aliud ratum. 44. 48. Aliud conſummatum. ib. 49. Quidnam ad conſummationem Matrimonii requiratur? 50. & ſeqq. An Matrimonium conſummetur per copulam intra primum bimeſtre vi extortam? 54 & ſeqq. An conſumetur Matrimonium, ſi copula præceſſerit? 45. 62. & ſeqq.
Matrimonium aliud verum. ib. 65. Aliud putativum. 66. Aliud præſumptum. 67. & ſeqq. Aliud Canonicum. 70. Aliud politicum. 71. Item Matrimonium ad morganaticam. 72. & ſeq.
Matrimonium in ratione contractûs refertur ad jus naturale. 46. 74. Non tamen eſt ſub præcepto. ib. 75. Unde laudabiliter agit, qui relictô Matrimoniô cœlibatum amplectitur. 76. An Religioſi vel Clerici deberent vacare Matrimonio, ſi omnes Laici morerentur? 77. & ſeqq.
Matrimonium in ratione Sacramenti conſideratum eſt Juris Divini. 80. Quo tempore ad Sacramenti dignitatem fuerit elevatum? 81. & ſeq. Quidnam Matrimonium habeat ex Jure humano Canonico? 83. Quidnam ex Jure Civili? 84. & ſeqq.
Matrimonii miniſtri ſunt perſonæ contrahentes. 47. 1. & ſeqq. Poſſunt autem Matrimonium contrahere omnes, qui habiles ſunt ad contrahenda Sponſalia. ibid. 7. & ſeqq. An parentes nomine liberorum poſſint Matrimonium contrahere? 48. 12. An & quomodo poſſit contrahere Matrimonium Procurator? 18. & ſeqq. An Matrimonium per Procuratorem celebratum, ſit Sacramentum? 49. 26. & ſeqq.
Matrimonii materia remota ſunt ipſimet corpora conjugum, proxima verò illorum traditio. ib. 33. & ſeqq.
Matrimonii forma eſſentialis conſiſtit in legitimo conſenſu. 50. 39. Vide *Conſenſus.* Forma accidentalis in adjectione conditionis. 52. 68. Vide *Conditio.* In adjectione diei. 57. 141. In adjectione modi. ib. 143. & ſeqq. In adjectione demonſtrationis. 148. In adjectione cauſæ. 149.
Matrimonii effectus quoad conjuges in communi eſt I. gratia Sacramentalis. 58. 1. II. Vinculum conjugale. ib. 2. III. Fides conjugalis. 3. IV. Debitum conjugale. 4. & ſeqq.
Matrimonii effectus ſingularis ex parte mariti eſt I. Poteſtas maritalis. 59. 12. Ratione cujus uxor tenetur ſequi maritum. ib. 13. & ſeq. An maritus illuſtris poſſit exercere Juriſdictionem in uxorem? 15. & ſeq. II. Poteſtas patria. 17.
Matrimonii effectus ſingulares ex parte uxoris ſunt, quòd participet mariti dignitatem. 18. Nobilitatem. 19. & ſeq. Forum. 21. Et cæteras prærogativas. 22. Quas etiam poſt obitum mariti retinet. 23. Niſi alteri nubat. 60. 24. Quod ſi verò nubat marito conditionis inferioris, amittit priorem ſtatum. ib. 25. Cum diſtinctione tamen inter prærogativas connatas & participatas. 26. & ſeqq.
Matrimonii effectus quoad liberos ſunt I legitimitas, de quo vide *Legitimitas.* II legitimatio. Vide *Legitimatio.* III. educatio. Vide *Educatio.* IV. alimentatio. Vide *Alimentatio.*
Matrimonii acceſſoria ſunt dos, donatio propter nuptias, donatio inter conjuges, morgengaba, munera nuptialia, dotalitium, proxeneticum, ſecundæ nuptiæ. Vide *Dos, Donatio &c.*
Matrimonio contraria eſt ejus diſſolutio, de qua vide *Divortium.*
Matrimonii impedimenta. Vide *Impedimentum.*
Matrimonia Hæreticorum cum impedimento Eccleſiaſtico celebrata qualiter tolerata ſint? 84. 30. Liberi ex tali Matrimonio qualiter legitimi? ib. 31.
Matrimonium ignoranter contractum juſta cauſa cenſetur diſpenſationis ſuper impedimentum Matrimonii. 86. 53.
An Matrimonii impedimentum dirimens conſtituat interdictum Papale? 97. 80. & ſeqq.
Interdictum lite pendente ſuper Sponſalibus non facit Matrimonium ſubſequens nullum. 97 86. & ſeqq.
Matrimonium ut contractus nullo tempore fuiſſe prohibitum, ſed ſolùm nuptias. 98. 100. & ſeqq.
Matrimonio extraordinario modo, cum pacto continentiæ non obſtat votum 99. 112.
Matrimonium cum Moniali facit impedimentum impediens Matrimonii etiam cum alia fœmina. 101. 127.
Pro Matrimonio determinata ætas eſt pubertas. 104. 33. Non tam ex annis quàm generandi potentia æſtimanda. ib. 34. & ſeqq. Quæ ſi poſt ætatem pubertatis non adſit, Matrimonium tamen contrahi poteſt. ibid. 37. & ſeqq. Matrimonium impuberum ex præſumptione juris vim Sponſalium habet. ib. 39. & ſeqq. Matrimonium contrahentes ante legitimum tempus peccant. 105. 43. & ſeq. Poſt uſum rationis ante ſtatutum tempus ex diſpenſatione Pontificia rectè contrahitur Matrimonium. ib. 53. & ſeqq.
Matrimonio impotentia generandi non obſtat. 107. 65. & ſeqq.
Matrimonium an contrahere poſſit Hermaphroditus? Vide *Hermaphroditus.*
Matrimonium licitè contrahere nequit dubitans de impotentia. 110. 119. & ſeq.
Ex Matrimonio ab impotentibus inito obliga-

### *Ligamen.*

Ligaminis impedimentum deſcribitur. 115. 188. Eſt vinculum reſultans ex Matrimonio. ib. 190. Per verum conſenſum contracto ib. 191. Tam rato quàm conſummato. ib. 192. Solvitur ſoluto Matrimonio. ib. 196. Ex Jure naturæ reprobat Polyviriam. ib. 198. & ſeqq. Nec admittit diſpenſationem Pontificiam. 116. 201. & ſeqq. Idem de Polygamia. ib. 205. & ſeqq.

### *Lis.*

Litis ſublatio juſta cauſa cenſetur diſpenſationis ſuper impedimentum Matrimonii. 86. 49.

Interdictum, lite pendente ſuper Sponſalibus non facit Matrimonium ſubſequens nullum. 97. 88. & ſeqq.

## M.

### *Majeſtas.*

MAjeſtas quid ſit? 269. 2. Quid delictum læſæ Majeſtatis? 268. 1. Committitur à ſolo ſubdito. 269. 4. A Clerico quà tali contra Principem ſæcularem committi nequit. 5.

Delictum Majeſtatis vel eſt in ſpecie tale. ibid. 8. Vel perduellio. 6. & 7.

Committitur adversùs Pontificem & Imperatorem. ib. 9. Regem Romanorum. 10. Electores. 11. Imperii Vicarios. 12. Conſiliarios, & Duces militares Imperatoris. 13. Principes & Status Imperii. 14. & ſeq. Cardinales S. R. E. 16. Auguſtam. 270. 17. & ſeq.

Quomodo puniatur delictum Majeſtatis? ib. 19. & ſeqq.

### *Maleficium.*

Ex maleficio proveniens impotentia ſpecialiter attingitur. 107. 72. & ſeqq. Modus tollendi illud. ib. 75. Etiam cum novo maleficio licitus. ib. 76. & ſeqq. Et maleficus ad removendum in utroque foro compelli poteſt. ib. 79.

Per maleficium ſublata impotentia non reſcindit divortium. 113. 162. Item, ſi divortium ſit decretum ob impotentiam ex maleficio. ib. 164.

### *Malitia.*

Malitia, ſi ſuppleat ætatem, an Sponſalia valida ſint ante ſeptennium? 102. 10. Argumenta ſententiæ affirmativæ. ib. 11. & ſeqq. Sententiæ negativæ. 103. 15. & ſeqq.

### *Mandatum.*

Mandatum ſpeciale ad contrahenda Sponſalia requiritur. 10. 78. Nec ſufficit generale cum libera. ib. 79. & ſeqq.

Mandatum ſpeciale debet ab ipſomet procuratore executioni mandari. ib. 81.

Mandatum quovis modo explicari valet. ib. 84. Quando Mandatum revocatur, procurator invalidè procedit, eſto revocationem ignoret. ib. 85. & ſeqq.

### *Maritus.*

Marito competit poteſtas maritalis. 59. 12. & ſeqq. An maritus Illuſtris habeat Juriſdictionem in uxorem? ib. 15. & ſeq. Competit quoq; marito poteſtas patria. 7.

Mariti crudelitas eſt ſufficiens cauſa divortii. 87. 138. & ſeqq. Quod tamen ad levia verbera non extendendum. 88. 141. & ſeqq. Quanta autem hæc crudelitas eſſe debeat, relinquitur arbitrio Judicis. ib. 144.

### *Matrimonium.*

Matrimonium licitum & validum conſtituit materiam Sponſalium. 12. 1. & ſeqq. Qui cum ficta Matrimonii promiſſione defloravit fœminam, tenetur illam ducere. ibid. 58. & ſeqq. Qui verò abſque Matrimonii promiſſione puellam corrupit, non tenetur eam ducere aut dotare, ſi ipſa liberè conſenſerit. 17. 70. Qui pluribus promiſit Matrimonium probabiliùs non tenetur unam ex illis eligere. 18. 94. Votum de incundo Matrimonio cum certa perſona regulariter non obligat. 15. 110. & ſeqq.

Matrimonium contrahere tenentur Sponſus & Sponſa ex virtute juſtitiæ. 21. 1. & ſeq. Hæc obligatio eſt gravis. ib. 3. & ſeqq. Stringens in utroque foro. 6. Quando contractui ſponſalitio certum tempus fuit adjectum, illo adveniente debet celebrari Matrimonium. 11. Quando verò indefinitè conventum fuit, per ſe loquendo ſtatim inducitur obligatio Sponſalia redigendi in actum: per accidens verò excuſantur promittentes ab illorum executione, ſi neutra pars executionem petierit. ibid. & ſeqq. Sponſus & Sponſa poſſunt ad contrahendum Matrimonium compelli. 25. 19. & ſeqq.

Matrimonium diſſolvit Sponſalia ipſo jure. 29. 19. & ſeqq. Per Matrimonium priora Sponſalia non penitùs extinguuntur, ſed tantùm ſuſpenduntur. ib. 21. & ſeqq.

Matrimonii Etymologia. 40. 1. Synonymia. 41. 2. & ſeqq. Definitur ſub ratione contractûs. ib. 6. Explicatur definitio. 7. & ſeq. Definitur adhuc clariùs. 9. Et explicatur. 10. & ſeqq. Differentia Matrimonii à Sponſalibus. 11. & ſeqq. An ratio contractûs poſſit ſeparari à ratione Sacramenti inter fideles. 16. & ſeqq. Matrimonium inter fideles contractum eſt verè & propriè dictum Sacramentum. 42. 19. Matrimonium, quod ab Eccleſia non agnoſcitur, non eſt Matrimonium. ib. 21. Cenſetur Matrimonium in ratione Sacramenti contractum, eſto contrahentes explicitam illius intentionem non habuerint. 25.

Matrimonium in ratione Sacramenti conſideratum definitur. ib. 26. Explicatur definitio. 27. & ſeqq. Matrimonium non eſt Sacramentum permanens, ſed tranſiens. 32. Definitur Matrimonium pro contractu & Sacramento ſimul acceptum. 43. 33.

Matrimonium aliud legitimum. 43. 34. Aliud Chriſtianum. ib. 35. & ſeqq. An Matrimonium fidelis cum infideli contractum, ſit Sacramentum, ſaltem ex parte fidelis? 40. & ſeqq. An Matrimonium efficiatur Sacramentum, quando uterque infidelis convertitur ad fidem? 43. & ſeqq.

Matrimonium aliud ratum. 44. 48. Aliud conſummatum. ib. 49. Quidnam ad conſummationem Matrimonii requiratur? 50. & ſeqq. An Matrimonium conſummetur per copulam intra primum bimeſtre vi extortam? 54. & ſeqq. An conſumetur Matrimonium, ſi copula præceſſerit? 45. 62. & ſeqq.

Matrimonium aliud verum. ib. 65. Aliud putativum. 66. Aliud præſumptum. 67. & ſeqq. Aliud Canonicum. 70. Aliud politicum. 71. Item Matrimonium ad morganaticam. 72. & ſeq.

Matrimonium in ratione contractûs refertur ad jus naturale. 46. 74. Non tamen eſt ſub præcepto. ib. 75. Unde laudabiliter agit, qui relictô Matrimoniô cœlibatum amplectitur. 76. An Religioſi vel Clerici deberent vacare Matrimonio, ſi omnes Laici morerentur? 77. & ſeqq.

Matrimonium in ratione Sacramenti conſideratum eſt Juris Divini. 80. Quo tempore ad Sacramenti dignitatem fuerit elevatum? 81. & ſeq. Quidnam Matrimonium habeat ex Jure humano Canonico? 83. Quidnam ex Jure Civili? 84. & ſeqq.

Matrimonii miniſtri ſunt perſonæ contrahentes. 47. 1. & ſeqq. Poſſunt autem Matrimonium contrahere omnes, qui habiles ſunt ad contrahenda Sponſalia. ibid. 7. & ſeqq. An parentes nomine liberorum poſſint Matrimonium contrahere? 48. 12. An & quomodo poſſit contrahere Matrimonium Procurator? 18. & ſeqq. An Matrimonium per Procuratorem celebratum, ſit Sacramentum? 49. 26. & ſeqq.

Matrimonii materia remota ſunt ipſimet corpora conjugum, proxima verò illorum traditio. ib. 33. & ſeqq.

Matrimonii forma eſſentialis conſiſtit in legitimo conſenſu. 50. 39. Vide *Conſenſus.* Forma accidentalis in adjectione conditionis. 52. 68. Vide *Conditio.* In adjectione diei. 57. 141. In adjectione modi. ib. 143. & ſeqq. In adjectione demonſtrationis. 148. In adjectione cauſæ. 149.

Matrimonii effectus quoad conjuges in communi eſt I. gratia Sacramentalis. 58. 1. II. Vinculum conjugale. ib. 2. III. Fides conjugalis. 3. IV. Debitum conjugale. 4. & ſeqq.

Matrimonii effectus ſingularis ex parte mariti eſt I. Poteſtas maritalis. 59. 12. Ratione cujus uxor tenetur ſequi maritum. ib. 13. & ſeq. An maritus illuſtris poſſit exercere Juriſdictionem in uxorem? 15. & ſeq. II. Poteſtas patria. 17.

Matrimonii effectus ſingulares ex parte uxoris ſunt, quòd participet mariti dignitatem. 18. Nobilitatem. 19. & ſeq. Forum. 21. Et cæteras prærogativas. 22. Quas etiam poſt obitum mariti retinet. 23. Niſi alteri nubat. 60. 24. Quodſi verò nubat marito conditionis inferioris, amittit priorem ſtatum. ib. 25. Cum diſtinctione tamen inter prærogativas connatas & participatas. 26. & ſeqq.

Matrimonii effectus quoad liberos ſunt I legitimitas, de quo vide *Legitimitas.* II legitimatio. Vide *Legitimatio.* III. educatio. Vide *Educatio.* IV. alimentatio. Vide *Alimentatio.*

Matrimonii acceſſoria ſunt dos, donatio propter nuptias, donatio inter conjuges, morgengaba, munera nuptialia, dotalitium, proxeneticum, ſecundæ nuptiæ. Vide *Dos, Donatio &c.*

Matrimonio contraria eſt ejus diſſolutio, de qua vide *Divortium.*

Matrimonii impedimenta. Vide *Impedimentum.*

Matrimonia Hæreticorum cum impedimento Eccleſiaſtico celebrata qualiter tolerata ſint? 84. 30. Liberi ex tali Matrimonio qualiter legitimi? ib. 31.

Matrimonium ignoranter contractum juſta cauſa cenſetur diſpenſationis ſuper impedimentum Matrimonii. 86. 53.

An Matrimonii impedimentum dirimens conſtituat interdictum Papale? 97. 80. & ſeqq.

Interdictum lite pendente ſuper Sponſalibus non facit Matrimonium ſubſequens nullum. 97. 86. & ſeqq.

Matrimonium ut contractus nullo tempore fuiſſe prohibitum, ſed ſolùm nuptias. 98. 100. & ſeqq.

Matrimonio extraordinario modo, cum pacto continentiæ non obſtat votum 99. 112.

Matrimonium cum Moniali facit impedimentum impediens Matrimonii etiam cum alia fœmina. 101. 127.

Pro Matrimonio determinata ætas eſt pubertas. 104. 33. Non tam ex annis quàm generandi potentia æſtimanda. ib. 34. & ſeqq. Quæ ſi poſt ætatem pubertatis non adſit, Matrimonium tamen contrahi poteſt. ibid. 37. & ſeqq. Matrimonium impuberum ex præſumptione juris vim Sponſalium habet. ib. 39. & ſeqq. Matrimonium contrahentes ante legitimum tempus peccant. 105. 43. & ſeq. Poſt uſum rationis ante ſtatutum tempus ex diſpenſatione Pontificia rectè contrahitur Matrimonium. ib. 53. & ſeqq.

Matrimonio impotentia generandi non obſtat. 107. 65. & ſeqq.

Matrimonium an contrahere poſſit Hermaphroditus? Vide *Hermaphroditus.*

Matrimonium licitè contrahere nequit dubitans de impotentia. 110. 119. & ſeq.

Ex Matrimonio ab impotentibus inito obliga-

ctio cohabitationis oritur, ſi contrahentes ſciverint impotentiam. 111. 132. Quamvis ſi ab invicem diſcedere velint, diſpenſatione non indigeant ibid. Secùs, ſi neſciverint impotentiam. ib. 133. & ſeq.
Matrimonium ab impotentibus contractum pro legitimo non reputatur ib. 139. & ſeqq.
Matrimonium ob impotentiam diſſolutum reſtaurandum eſt regulariter, ſi poſtmodum apparet conjuges fuiſſe potentes. 112. 158. & ſeq.
Caſus excepti, ſi per miraculum ſublata ſit impotentia. ib. 160. Per maleficium. 113. 162. Ob impotentiam reſpectivam ſi ſolutum eſt Matrimonium. ib. 163. Quando divortium ob impotentiam ex maleficio decretum eſt. ib. 164.
Matrimonium Jure Naturali dirimit error ſubſtantialis. 113. 170. & ſeq. Videatur *Error*.
An & quando dirimatur Jure naturali & Eccleſiaſtico ex impedimento cognationis? Vide *Conſanguinitas. Affinitas. Cognatio*,
Matrimonium clandeſtinum. Vide *Clandeſtinitas*.
Matrimonium cum Hæretico vel infideli. Vide *Diſparitas Cultûs*.
Matrimonium ex metu contractum. Vide *Metus*.

*Merita.*

Meritorum præſtantia juſta cauſa cenſetur diſpenſationis ſuper impedimento impediente Matrimonii. 86. 48.

*Metus.*

Deſcribitur vis & metus. 140 31. & ſeqq. Ut dirimat Matrimonium metus ſit gravis. ib. 38. Injuſtè incuſſus 39. Cum injuria contrahentis. 42. Talis facit Matrimonium ipſo jure nullum. 43. Etiam Sponſalia 44. & ſeqq. An ex Jure Naturali? 141. 54. & ſeqq. Nullitas ex metu per conſenſum ſanatur. 142. 67. Per copulam ceſſante metu exercitam. ib. 68. & ſeqq. Uti & per ſpontaneam cohabitationem. ib. 71. & ſeq. Quod tamen poſt Tridentinum vix obtinet. 73. Juramentum adjectum nihil operatur. 74. & ſeqq.
Ex Metu ad ſuſcipiendos ſacros Ordines adactus non redditur inhabilis ad Matrimonium. 145. 10. & ſeqq.

*Miles.*

Militum Parochus aſſignatur Capellanus campeſtris. 153. 107. & in hujus defectu, Parochus vel loci, ubi in præſidiis aut hibernis morantur. ib. 108. vel tranſitûs. 109.

*Miraculum.*

Per miraculum ſublata impotentia non reſtaurat Matrimonium. 112. 160.

*Modus.*

Modus quemadmodùm Sponſalibus adjici poſſit? 21. 136. & ſeqq. Aut Matrimonio? 57. 143. & ſeqq.

*Monaſterium.*

Ingreſſus in Monaſteria Monialium eſt graviter interdictus 250. 130. Niſi cauſa rationabilis ſit & manifeſta. 132. Ab Epiſcopo approbata 251. 133.

*Morgengaba.*

Morgengaba datur uxori, ſecundo nuptiarum die in pretium virginitatis. 75. 124.

*Mutatio.*

Mutatio notabilis dat facultatem reſiliendi à Sponſalibus. 37. 137. & ſeqq. Sive illa accidat in bonis corporis ib. 140. Sive animi. 141. Sive famæ & honoris. 142. Sive fortunæ. 143. In caſu, quo una pars evadit ditior aut honoratior, permittitur receſſus ditiori. 145. & ſeqq.

*Munera Nuptialia.*

Munera nuptialia offeruntur novis conjugibus in ſignum benevolentiæ. 75. 125.

*Mutus.*

Mutus, ſurdus & cæcus ſimul invalidè Sponſalia contrahit. 5. 14.
Mutus & cæcus poteſt contrahere. ibid. 17. Item mutus & ſurdus. ib. 20. & ſeqq.

## N.

*Nuptiæ.*

Solæ nuptiæ, non item contractus Matrimonialis, tempore feriato cenſentur prohibitæ. 98. 101. & ſeqq.
Vide *Sponſalia. Matrimonium.*

*Nuptiæ Secundæ.*

Nuptiæ ſecundæ, imò tertiæ & plures adhuc Jure Divino & Canonico ſunt licitæ. 75. 130. & ſeqq. Oportet tamen, ut conſtet de morte alterius conjugis. ib. 134. Et quidem requiritur certitudo moralis. 76. 135. & ſeqq. Oſtenditur, unde hæc certitudo haberi valeat. ib. 138. Secundæ nuptiæ non benedicuntur. 139.
Nuptiæ ſecundæ intra annum luctûs damnantur à Jure Civili. 140. & ſeqq. Pœnæ in viduam præmaturè rurſus nubentem. 144. & ſeqq. Quæ tamen de Jure Canonico ſunt abrogatæ. 150. & ſeqq. Pœnæ, in favorem liberorum contra binubos, præmaturè ad ſecundas nuptias transeuntes à Jure Civili latæ. 77. 153. & ſeqq. An hæ pœnæ de Jure Canonico ſint ſublatæ? ibid. 162. & ſeqq.

## O.

*Opus.*

Opus novum quòd dicatur? 251. 135. Datur ei, in cujus præjudicium tendit, novi operis nuntiatio. 136. Poteſt fieri tum verbô tum factô. 137. Tenetúrque tunc ædificans deſiſtere. 139. Exceptio. 140. Quod ipſum obtinet in ædificiis ſacris. 141.

Ordo



*Ordo Clericalis.*

Ordo Clericalis pro majori & ſacro accipitur. 145. 1. & ſeq. Quatenùs dirimit Matrimonium. ib. 3. Si in legitima ætate ſuſcipiatur. 4. Qualis cenſeatur legitima? 5. & ſeqq. Si ceſſet gravis metus. 10. & ſeqq. Et validè conſeratur. 17. & ſeqq. Ex Jure Eccleſiaſtico. 146. 22. & ſeq. Matrimonium ſubſequens 24. Non autem antecedens dirimit. 25. Uxor tamen ordinati conjugis cum ejusdem licentia inhabilis redditur ad Matrimonium 26. Diſpenſatur à S. Pontifice. 28. & ſeq.
Ordinum majorum ſuſceptio dirimit Sponſalia ipſo jure. 32 63. An Sponſus, diſſentiente Sponſâ poſſit licitè ſuſcipere Ordines? ibid. 64. & ſeqq. Votum ſuſcipiendi Ordines, poſt Sponſalia conceptum, non obligat. 68.

*Oſculum.*

Oſculum dum ſponſa à ſponſo recipit, non poteſt retinere arrham, tametſi nuptiæ ſecutæ non fuerint. 26. 45. & ſeq. Quando Sponſus ante nuptias Sponſæ dedit Oſculum, lucratur Sponſa dimidium ſponſalitiæ largitatis. ib. 53.

*Paganiſmus, Paganus.*

Quid ſit Paganiſmus? 240. 2. Non punitur ab Eccleſia. 4. Non tamen eſt tolerandus. 5. Nec cum paganis contrahenda ſunt fœdera contra fideles. 6. & ſeqq.

*Paraphernalia.*

Paraphernalia bona quid ſint? 69. 40.

*Parentes, Pater.*

Parentes pro liberis Sponſalia contrahunt absque mandato. 7. 38. & ſeqq. Si tamen liberi diſſentiant, nulla oritur obligatio. ib. 41. & ſeqq.
Parentum conſenſus de Jure Canonico non requiritur ad Sponſalia quoad ſubſtantiam. 8. 55. & ſeqq. Benè verò de Jure Civili. ib. 59.
Parentum conſilium tenentur liberi regulariter petere, dum volunt contrahere Sponſalia, non autem ſequi. 9. 67. & ſeqq.
Pater, arrham conſtituens, eam non amittit, ſi filiam ad Matrimonium diſponere non poſſit. 26. 43.
Parentes, an nomine liberorum poſſint contrahere Matrimonium? 48. 12. & ſeqq.

*Parochus.*

Parochus matrimonium interdicere poteſt. 97. 79.
Parochi præſentia in aſſiſtentia matrimonii. Vide *Clandeſtinitas. Patrinus.*
Ex ſuſceptione ſeu munere Patrini oritur cognatio ſpiritualis. 133. 238. Etiam in Baptiſmo non ſolenni. ib. 239. Etſi perſona ſit prohibita. 240. Ex Jure Communi unus aut una. 134. 249. Ex Jure Tridentini unus & una admittuntur ad Patrini munus in Baptiſmo. ib. 250. An etiam in Confirmatione? 251. & ſeq. Si plures levent ex deſignatione, omnes contrahunt cognationem. 253. Si Patrinum agat infidelis, nulla oritur cognatio. 254. & ſeqq. Si munus Patrini per procuratorem exercetur, ſolus principalis contrahit cognationem. 257. & ſeqq. Si nomine communitatis, neque communitas. 135. 268. Neque ſinguli de communitate contrahunt cognationem. ib. 269. & ſeq.

*Perjurium.*

Perjurium quandonam committatur? 277. 27.

*Perſonæ.*

Perſonæ prærogativa cenſetur cauſa juſta ad diſpenſationem ſuper impedimenta matrimonii. 85. 46.
In ſubſtantiam perſonæ ſi redundet error qualitatis, exurgit impedimentum dirimens. 114. 181. & ſeq. item ſi de qualitate perſonæ ſit actum. ib. 184.
Perſonæ, ab exercendo munere Patrini prohibitæ. 133. 240.

*Pignus.*

Pignoris conſtitutio pertinet ad formam accidentalem ſponſalium. 23. 164. & ſeqq.

*Pœna.*

Pœna quid ſit? 173. 15. Quid requirat, ut juſta ſit? ibid. 16. cum ſeqq. Qualem obſervet proportionem, arithmeticam, an geometricam 18. & ſeqq.
Dividitur in ordinariam & extraordinariam. 174. 21. & ſeqq. In vindicativam & medicinalem. 24. In capitalem & non-capitalem. 25.
Pœnæ ſubjacent homines. ib. 26. Et regulariter tantùm homines viventes. 28. Exceptiones. 29. & ſeqq. Quid, ſi univerſitas delinquat? 35. & ſeqq.
Quænam ſint cauſæ, pœnam mitigantes? 175. 42. & ſeqq. Quænam ſint cauſæ, pœnam aggravantes? 176. 57. & ſeqq. Quomodò per jus aggratiandi pœna mitigetur? Vid. *Aggratiandi jus.*
De pœnis medicinalibus. Vid. *Cenſura.*
Quænam pœnæ ſint capitales? 192. 288. & ſeqq.
Quænam ſint corporis afflictivæ? ib. 295. & ſeqq.
Quænam ſint animi? 193. 302. & ſeqq.
An pœnæ pecuniariæ locum habeant in foro Eccleſiaſtico? ib. 307. & ſeqq. Vid. *Confiſcatio.*
Pœnæ qualiter Sponſalibus adjiciantur? 22. 141. In caſum juſtæ reſilientiæ pœna non poteſt adjici. ib. 142. In caſum verò, quô juſta reſiliendi cauſa non ſuppetit, poteſt nihilominùs pœna adjici. ib. 143. & ſeqq.
Pœnæ in conjuges binubos à Jure Civili ſtatutæ. 76. 140. & ſeqq. Sunt de Jure Canonico abrogatæ. ib. 150.
Pœnæ, quas Jus Civile in favorem liberorum contra binubos decrevit. 77. 153. & ſeqq.

Non

Non ſunt abrogatæ per Jus Canonicum. ib. 163. & ſeqq.

*Pœnitentia.*

Pœnitentiæ ſunt duplices; aliæ ſolennes. 190. 270. Aliæ non-ſolennes. 271. Illæ non amplius ſunt uſitatæ. 191. 272. Iſtæ ſunt in uſu. 273.
Pœnitentia publica conſtituit impedimentú impediens matrimonii. 101. 138.

*Polygamia.*

Polygamia naturali jure eſt prohibita. 116. 205. & ſeqq. Nec diſpenſatione fit licita. 117. 221.

*Polyviria.*

Polyviria jure naturali reprobatur. 115. 198. Nec admittit diſpenſationem Pontificiam. 116. 201. & ſeqq.

*Pontifex.*

In territorio Summi Pontificis exiſtentes infideles ligantur impedimentis Eccleſiaſticis. 83. 18. & ſeq.
De diſpenſationibus, quas indulgere ſolet Summus Pontifex, vide *Diſpenſatio.*
Supplicationis ad Summum Pontificem dirigendæ formulare pro diſpenſatione ſuper impedimenta matrimonii. 87. 75.

*Presbytericidium.*

Presbytericidium conſtituit impedimentum impediens Matrimonii. 101. 131.

*Prævaricatio.*

Prævaricatio quale ſit crimen? 277. 21.

*Princeps.*

Princeps infidelis ſtatuere valet impedimentum matrimonii. 82. 7. Non tamen fidelis. ib. 8.
Cum Principibus, Magnatibus &c. faciliùs diſpenſatur ſuper impedimento Matrimonii. 85. 46.

*Procurator.*

Procuratores contrahunt Sponſalia cum mandató ſpeciali, nec ſufficit generale cum libera. 10. 78. & ſeqq. Tenentur illud ipſimet executioni mandare. ib. 81.
Procuratorem in Sponſalibus poteſt agere fœmina. ib. 84.
Procurator invalidè procedit, quando mandatum revocatur, eſto revocationem ignoret. ib. 85. & ſeqq.
Procurator validè contrahit, quando principalis tempore Sponſalium eſt ebrius aut dormiens. 11. 93. & ſeqq.
Procuratores poſſunt contrahere Matrimonium, ſi ſpeciale mandatum habeant. 48. 18. Idque etiam nunc poſt Concilium Tridentinum. ibid. 19. & ſeqq. An Matrimonium, per procuratorem contractum, ſit Sacramentum? 49. 26. & ſeqq.
Si munus Patrini per procuratorem exercetur, ſolus principalis cognationem contrahit. 134. 257. & ſeqq. Si procurator nomine communitatis mittatur, nec communitas. 135. 268. Nec ſinguli de communitate contrahunt cognationem. ibid. 269. & ſeq.

*Profeſſio Religioſa.*

Profeſſio Religioſa deſcribitur. 147. 30. & ſeqq. Dirimit Matrimonium, etiam ratum antecedens. ibid. 34. Vis dirimendi an ex Jure Naturali? 36. & ſeqq. Attingitur diſpenſatio. 148. 49.
Marito Profitente ſolenniter cum conſenſu uxoris, hæc non redditur inhabilis ad Matrimonium poſt obitum mariti. ib. 50.
Profeſſio Religioſa diſſolvit Sponſalia ipſo jure. 30. 34. Eſto jurata ſint. ib. 35. & ſeqq. Non verò per ſolùm ingreſſum in religionem profeſſione non ſecuta. 38. & ſeqq.

*Promiſſio.*

Promiſſio rei invalidæ eſt invalida. 12. 3.
Promiſſio futuri Matrimonii conſtituit eſſentiam Sponſalium. ib. 55. & ſeqq. Qui ficta promiſſione Matrimonii deflorat fœminam, tenetur eam ducere. ib. 61. & ſeqq.
Præterquam, ſi vel ipſa facilè potuerit deceptionem advertere, vel viciſſim ipſa promiſſorem decipiat. 17. 69. Promiſſio debet per verba vel ſigna exteriùs manifeſtari. ib. 81. & ſeqq. Oportet quoque, ut determinetur ad certam perſonam. 18. 90. Promittens indeterminatè pluribus puellis, repromittentibus Matrimonium, probabiliùs nullam tenetur ducere, nec electa tenetur ei nubere. ib. 93. & ſeqq. Promiſſio debet eſſe acceptata. 19. 102. & ſeqq. Ac denique requirit repromiſſionem. 20. 115.

*Propinqui.*

Propinquorum conſilium aut conſenſus ad contrahenda Sponſalia non requiritur. 9. 74. & ſeqq.

*Pubertas.*

Pubertas determinatur ætas pro matrimonio. 104. 33. Non tam ex annis, quam generandi potentia æſtimanda. ibid. 34. & ſeqq. Quæ ſi poſt annos pubertatis non adſit, Matrimonium tamen contrahi poteſt. ibid. 37. & ſeqq.
Impuberum Matrimonium ex præſumptione juris vim Sponſalium habet. ib. 39. & ſeqq. Poſt pubertatem à Sponſalibus in impubertate contractis reſilire licet. 106. 58. Non obſtante juramento. ibid. 59. Quouſque hæc facultas extendatur, oſtenditur. ibid. 60. & ſeq.

*Publica honeſtas.*

Publica honeſtas. Vide *Honeſtas publica.*

*Puella.*

Puella, vide *Fœmina.*

*Purgatio Canonica.*

Purgatio Canonica quomodò fiat? 202. 117. & ſeqq. Adhibetur tam in criminalibus, quàm aliis cauſis. 121.





Utrùm, ſi ſemel fuerit peracta, repeti poſſit? 203. 127. & ſeq.

*Purgatio Vulgaris.*

Purgatio vulgaris eſt abolita. 202. 123. & ſeqq.

## R.

*Rapina.*

Rapina quid ſit? 255. 43. Producit actionem vi bonorum raptorum. 44. & ſeq. Cui detur & contra quem? 46. Ad quid? 47. Illius pœna. 48.

*Raptus.*

Raptus quid ſit? 272. 53. Illius pœna. 54.
Raptus Sponſæ alienæ conſtituit impedimentum impediens matrimonii. 101. 133. & ſeqq.
Raptus deſcribitur. 143. 77. & ſeqq. Eſt abductio fœminæ. ib. 80 & ſeqq. Sive viri. 85. & ſeqq. Ex fine contrahendi matrimonii. 92. & ſeq. Raptorem & raptam inhabilitat ad illud. 144. 94. Donec perſona rapta in locum tutum reſtituatur. ib. 97.
Pœnæ in raptorem & adjuvantes ſtatutæ. 98. Quæ præter nullitatem matrimonii & excomunicationem ante ſententiam non incurruntur. 100. Diſpenſatio vix ſperari poteſt. 102. & ſeq.

*Receptatio.*

Receptatio delinquentium quale ſit delictum? 276. 18. & ſeq.

*Receptitia.*

Receptitia bona explicantur. 70. 46.

*Religioſus.*

Religioſi prohibentur à munere Patrini exercendo. 133. 240.
Religioſa Profeſſio. Vide *Profeſſio Religioſa.*

*Repetundarum crimen.*

Vide *Lex Julia.*

*Repromiſſio.*

Repromiſſio, ſeu mutua promiſſio Sponſalium pertinet ad eſſentiam illorum. 20. 115. & ſeqq.

*Reſidui crimen.*

Vide *Lex Julia.*

## S.

*Sacramentum.*

Sacramenta tribus perficiuntur. 41. 17. An ratio Sacramenti poſſit ſeparari à ratione contractûs inter fideles? ibid. 16. & ſeqq.

*Sacrilegium.*

Sacrilegium tanquam ſpecies facti quid ſit? 255. 49. Quotuplici modo committatur? ib. & 50. Illius pœna. 51. & ſeq.
Sacrilegium, ceu ſpecies delicti carnalis quid ſit? 272. 50. Illius pœna. 51. & ſeq.



*Sagittarius.*

Sagittarii quinam? 249. 116. Eorum exercitium infidelibus communicari non debet. 117.

*Scandalum.*

Scandali evitatio juſta cauſa cenſetur diſpenſationis ſuper impedimentum matrimonii. 86. 50.
Ob ſcandalum matrimonia cum hæreticis ſunt diſſuadenda. 149. 61.

*Schiſma, Schismaticus.*

Quid ſit Schiſma? 244. 60. quotuplex? 61. & ſeq.
Quænam ſint pœnæ in Schiſmaticos conſtitutæ? 64. & ſeqq.

*Scopeliſmus.*

Scopeliſmus quale ſit crimen? 276. 13.

*Separatio.*

Separatio ſi petatur ob impotentiam, adeundus eſt judex Eccleſiaſticus. 111. 144. Determinatur tempus petendæ ſeparationis. ib. 145. & ſeqq.
Modus judicandi de impotentia. 112. 149. & ſeqq. Si dubium, triennium indulgetur. ib. 152. & ſeqq.

*Simonia.*

Simoniæ nomen & natales. 206. 1. & ſeqq. Definitio communis. 207. 6. & ſeqq. Definitio alia. 12. Alia eſt mentalis. 13. Alia externa & conventionalis, eáque multiplex. 14. Alia ſimplex; alia qualificata. 208. 15. & ſeq.
Quando res intrinſecè ſpiritualis datur pro temporali, Simonia contra Jus Divinum & Naturale committitur. ibid. 17. & ſeqq. Idem eſt, ſi res extrinſecè ſpiritualis detur pro temporali. 26. & ſeqq. Aliud eſt, quando ſpiritualia pro ſpiritualibus, aut temporalia pro temporalibus dantur. 22. & ſeqq.
Qualiter in Sacramentis admittatur Simonia? 209. 30. & ſeqq. An liceat in matrimonio conſtituere dotem? 210. 33. & ſeqq. An in cæteris Sacramentis aliquid liceat accipere pro materia remota? 36. & ſeq. An pro labore? 38. & ſeqq. An pro obligatione? 44. & ſeqq. An pro ſtipendio miniſtri? 47. & ſeqq.
Res ſacræ, quæ conſtant ex materia temporali & forma ſpirituali, quô ſenſu compenſationem temporalem recipere valeant? 211. 55. & ſeqq.
Jurisdictio Eccleſiaſtica nihil temporale recipit, ſive ſit interni fori. 212. 62. Sive ſit externi fori. 63. & ſeqq. Aut ſpectetur quoad exercitium. 67. & ſeqq. An pro licentia docendi quidpiam accipere liceat? 71. & ſeqq. An pro exercitio Jurisdictionis in cauſis temporalibus? 213. 77. An pro omiſſione actûs Jurisdictionalis? 78. & ſeqq.
In beneficiis Eccleſiaſticis etiam pro jure percipiendi reditus temporales acceptio rei



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

temporalis eſt Simoniaca. ibid. 82. & ſeqq. Etiamſi ſint beneficia impropria. 88. Aut penſiones Eccleſiaſticæ ſpirituales. 214. 90. Aut per viam electionis, nominationis, aut collationis acquirantur. 93.

Quid Juris ſit de redemptione penſionis? 91. & ſeq. Quid de conſuetudine, quâ Canonici noviter recepti ſumptus non modicos facere tenentur? 95. & ſeqq.

Explicantur varii tituli, ex quibus in ingreſſu in Religionem aliquid accipere prohibitum aut conceſſum eſt. 214. 98. & ſeqq.

An aliquid accipere liceat in jure patronatûs? 216. 123. & ſeqq. In jure decimandi? 127. In jure ſepeliendi? 128. & ſeq.

Simonia requirit aliquam pactionem. ib. 130. & ſeqq. Et quidem pro pretio, ſeu munere, quod triplex eſſe dicitur. 134. & ſeqq. Quandónam interveniat munus à manu? 135. & ſeq. Munus ab obſequio? 218. 137. & ſeqq. Munus à lingua? 142. & ſeq.

An liceat pro beneficio interponere preces? 144. & ſeqq. An quærere patronos? 151. & ſeqq. An quidpiam in favorem amicorum facere? 219. 157. & ſeqq.

Quâ ratione motivum rei temporalis æquivaleat pretio? 220. 165. & ſeqq. Quomodò gratuita compenſatio ſimoniam conſtituat? 173. & ſeqq. Quô pactô res temporalis poſſit eſſe finis actionis ſpiritualis? 121. 186. & ſeqq. Liceátne quid legare vel promittere ſub modo vel conditione rei aut operis ſpiritualis? 222. 191. & ſeqq. Sitne ſimoniacum, dare vel promittere temporale pro ſpirituali ad redimendam vexam? 223. 203. & ſeqq.

Exponitur Simoniæ pœna in ingreſſu in Religionem. 224. 215. & ſeqq. In ſuſceptione SS. Ordinum. 225. 222. & ſeqq. In collatione vel alia proviſione beneficiorum 228. & ſeqq.

Valeátne profeſſio, ſimoniacè facta? ib. 220. & ſeq. Valeátne collatio Ordinum? 225. Valeátne collatio beneficii, quando non ipſe beneficiatus, ſed alius aliquid pro eo dedit? 233. & ſeqq. An & quos fructus beneficiatus ſimoniacus reſtituere teneatur? 226. 239. & ſeqq.

Pœna ſpecialis in ſimonia confidentiali. ibid. 242 & ſeq.

Pœnæ Simoniacæ non incurruntur in ſimonia mentali. 246. Neque in conventionali incompleta. 247. Sed tantùm in completa & utrinque perfecta. 249.

Utrùm & cui pretium ſimoniacum ſit reſtituendum? 227. 253. & ſeqq.

An ſimonia mentalis obliget ad reſtitutioné? ib. 261.

Pœnæ Simoniacæ per conſuetudinem aboleri poſſunt. 228. 262. Ipſa ſimonia, quæ contra Jus duntaxat Eccleſiaſticum pugnat, etiam conſuetudini eſt obnoxia. 263. Aliud eſt de ſimonia Jure Divino prohibita. 264. & 267. & ſeqq. Quamquàm in ea, in qua res extrinſecè ſpiritualis intervenit, S. Pontifex diſpenſare valeat. 265. & ſeq.

*Sortilegium.*

Sortilegium quid? 249. 118. Quotuplex? 119. & ſeqq.

Diviſoria ſunt licita. ibid. Conſultoria regulariter prohibita. 250. 120. Et multò magis divinatoria. 121.

Pœna ſortilegii. 122.

*Spadones.*

Spadones non ſunt inhabiles ad matrimonium. 110. 115. & ſeq. Bene tamen Evnuchi, ſeu caſtrati. 117. & ſeq.

*Sponſa.*

Sponſæ alienæ raptus impedimentum impediens matrimonii conſtituit. 101. 133. & ſeqq.

Mutuo ſponſi & ſponſæ conſenſu non ſolvitur impedimentum publicæ honeſtatis. 131. 217. & ſeqq.

*Sponſalia.*

De Sponſalibus agitur per integrum tractatum I. qui incipit. pag. 2.

Sponſalium Etymologia. ib. n. 1. & ſeqq. Synonymia. 3. 4. & ſeqq. Homonymia. ibid. 6. & ſeqq.

Definitio Sponſalium. ib. 12.

Sponſalia, an neceſſariò Matrimonio præmittenda? ib. 22. & ſeqq.

Sponſalia contrahere nequeunt amentes. 5. 3. Furioſi. ib. 5. Dormientes & ebrii 7. & ſeqq. Item Mutus, ſurdus & cæcus ſimul. 14. & ſeq. Uti & cæcus & ſurdus ſimul. ib. Bene verò cæcus & mutus. 17. Cæcus tantùm. 18. & ſeq. Item ſurdus & mutus. 20. & ſeq.

Sponſalia contrahere non poſſunt perſonæ laborantes impedimento perpetuo. 6. 24. & ſeqq. Defenditur ſententia, quæ docet, Sponſalia à perſonis impeditis poſſe contrahi ſub conditione, ſi Papa diſpenſaverit, ſuppoſitô, quòd impedimentum ſit diſpenſabile. 6. 27. & ſeqq.

Sponſalia à perſonis impeditis abſolutè contracta, non valent. 7. 37.

Sponſalia contrahunt parentes pro liberis abſque mandato. 7. 38. & ſeqq. Si tamen liberi diſſentiant, nulla oritur obligatio. ib. 41. & ſeqq. Ex præſentia & taciturnitate liberorum præſumitur quidem conſenſus à Jure, is tamen ad Sponſalia non ſufficit, ſi liberi reverà in animo diſſentiant. 8. 50. Si liberi ſunt abſentes, ſola taciturnitas non ſufficit. ib. 52. & ſeqq. De Jure Canonico ad Sponſalia non requiritur parentum conſenſus quoad ſubſtantiam. ibid. 55. & ſeqq. Bene verò de Jure Civili. 59. Cui tamen inſiſtendum non eſt. 60. Liberi regulariter tenentur petere conſilium à parentibus, non autem ſequi. 9. 67. & ſeq. Et hæc petitio non eſt fruſtranea. ib. 72. Non autem extendenda ad propinquos, tutores vel curatores. ib. 74. & ſeqq.



Sponſalia poſſunt contrahere procuratores cum mandato. 10. 78. Quod debet eſſe ſpeciale, nec ſufficit generale cum libera. ib. 79. & ſeqq. Ipſe procurator debet mandatum hoc exequi. ib. 81. Fœmina poteſt agere procuratorem. ib. 85. Mandatum quovis modo explicari valet. ib. 84. Quid dicendum, quando mandatum revocatur? ib. 85. & ſeqq. Quando principalis tempore Sponſalium eſt ebrius aut dormiens, procurator validè contrahit. 11. 93. Item quando eſt amens. ib. 98. & ſeqq.

Sponſalium materia eſt Matrimonium futurum. 12. 1. Licitum & validum. ib. 3. non cenſentur Sponſalia, ſi quis dicat: *Non ducam aliam, quàm te, niſi te, præter te.* ib. 4. & ſeqq. Quod ipſum tamen limitatur & ampliatur. 13. 19. & ſeq.

Sponſalia poſt votum contracta non valent. ib. 21. Eſto defloratio acceſſerit. ib. 22. & ſeqq. Non valent Sponſalia ſecunda poſt prima. 14. 38. Quando verò ſecundis acceſſit copula, tenent hæc ſecunda, ſi Sponſa prior velit cedere jure ſuo, aut aliàs obligatio priorum Sponſalium ex cauſa juſta tollatur, non item ſi prima Sponſa inſiſtat juri ſuo, nec obligatio priorum Sponſalium ex cauſa juſta tollatur. ib. 41. & ſeqq.

Sponſalium forma alia eſſentialis, alia accidentalis. ib. 55. Ad eſſentialem requiritur promiſſio ſeria & deliberata. ib. 56. & ſeqq Qui fictâ Matrimonii promiſſione corporis uſum eblanditur à fœmina, tenetur illam ducere ib. 61. & ſeqq. Excipitur caſus, ſi vel fœmina facilè potuerit deceptionem advertere; vel ipſa promiſſorem reciprocè decipiat. 17. 69. Qui puellam abſque Matrimonii promiſſione corrupit, non tenetur eam ducere, aut dotare, ſi ipſa liberè conſenſerit. 70. & ſeq. Quòdſi verò corruptioni acceſſit vis, metus, fraus, aut etiam importunæ preces, damnúmque inde ſecutum aliter compenſari non poteſt, tenetur illam ducere, aut dotare. 72. & ſeqq. Aliud obtinet, ſi corruptio maneat occulta. 76. Aut, ſi copula habita fuerit cum meretrice. 77. In obligatione ducendi vel dotandi electio eſt penes corruptam. 79. & ſeq. Promiſſio debet per verba vel ſigna exteriùs manifeſtare. 81. & ſeq. Poſſunt Sponſalia etiam per literas contrahi, modò in illis conſenſus de futuro Matrimonio exprimatur. 18. 87. & ſeqq. Promiſſio debet ad certam perſonam determinari. ib. 90. Unde, qui pluribus puellis repromittentibus indeterminatè Sponſalia promittit, probabiliùs non tenetur unam ex illis eligere, nec electa obſtringitur ad nubendum promittenti. 94. & ſeqq. Si talis promiſſio habeat annexam conditionem, illa ex fœminis eſt potior, quæ prior conditionem implevit. 19. 98. Potior quoque eſt, cum qua habitum fuit comercium carnale. ib. 99. & ſeqq. Promiſſio debet acceptari. 102. & ſeq. Qui per votum promittit DEO, quòd velit certam perſonam ducere, regulariter non obligatur. 110. Ponitur exceptio. 113. Ad formam eſſentialem requiritur demum repromiſſio. 20. 115. & ſeqq.

Sponſalia poſſunt contrahi ſub conditione. ib. 223. Quando duo Sponſalia ſub conditione de futuro poſſibili contrahuntur, prima ſunt potiora, licet conditio, poſterioribus adjecta, priùs impleatur. 21. 124. & ſeqq. Per exiſtentiam conditionis perficiuntur Sponſalia abſque novo conſenſu. ib. 127. & ſeqq. Conditiones impoſſibiles in Sponſalibus non vitiantur, ſed vitiant. 130. Sub conditione reſolutiva rectè contrahuntur Sponſalia. 133. Sponſalibus poteſt adjici dies. 134. Modus. 136. Demonſtratio. 139. Et cauſa. 140. Pœna ſub diſtinctione. 22. 141. & ſeqq. Poteſt quoque in Sponſalibus intervenire fidejuſſor. 23. 163. Item pignus. ib. 164.

Sponſalium effectus eſt obligatio ſervandi fidem datam. 24. 1. Et quidem ex virtute juſtitiæ. ib. 2. Eſtque hæc obligatio gravis. 3. & ſeqq. Mixta. 6. & ſeq. Non permittit receſſum à Sponſalibus 8. & ſeq. Nec etiam commixtionem carnalem cum alia. 10. Quando Sponſalibus certum tempus eſt adjectum, illo adveniente ſunt implenda. 11. Quando verò Sponſalia omninò indefinitè ſinè adjectione temporis ſunt celebrata, ſtatim inducitur obligatio ad illa in actum ſecundum redigenda per ſe loquendo: per accidens verò excuſantur promittentes ab illorum executione, ſi neutra pars executionem petierit. ib. & ſeqq. Suadendum tamen, ut executio non diu procraſtinetur. 25. 18. Si Sponſus aut Sponſa nolint contractui ſponſalitio ſatisfacere, poſſunt ad id compelli. ib. 19. & ſeqq.

Sponſalibus affine & acceſſorium eſt primò Chirographum nuptiale. ib. 26. Quod tamen ad perfectionem Sponſalium non requiritur. 26. 27. Niſi contrahentes ſcripturæ conſenſum alligaverint. ib. 28. Secundò huc pertinent Arrhæ. 30. Quas tam Sponſus quàm Sponſa conſtituere poteſt. ib. 31. & ſeqq. Vide *Arrha.* Tertiò huc ſpectat Sponſalitia largitas. 27. 47. Secuto Matrimonio res donata irrevocabiliter acquiritur donatario. ib. 48. Matrimonio non ſecuto negotium hoc ſub diſtinctione reſolvitur. 49. & ſeqq. Si Sponſus ante nuptias Sponſæ dedit oſculum, tunc Sponſa, Matrimonio etiam non ſecuto, lucratur dimidiam partem Sponſalitiæ largitatis. 51. & ſeq. Quod non viciſſim obtinet in Sponſo. 53. Extenditur id ipſum, ſi intervenerit copula. 54. Non item ad amplexus. ib. 55.

Sponſalium contraria. 28. à num. 1. Diſſolvuntur Sponſalia ipſo jure I. mutuo conſenſu.

ſenſu. ibid. Eſto jurata fuerint. 2. & ſeqq. Aut votum annexum habuerint. 5. Aut copula acceſſerit. 6. & ſeq. Ac non niſi authoritate privata in diſſolutionem conſenſerint. 8. & ſeqq. Idque etiam obtinet, ſi Sponſalia diſſolvantur ex cauſis aliis. 29. 11. & ſeqq. Excipitur Matrimonium. ib. 14. & ſeqq. II. Diſſolvuntur Sponſalia ipſo Jure per Matrimonium. 19. Per Sponſalia de præſenti priora non penitùs extinguuntur, ſed ſuſpenduntur duntaxat. 22. & ſeqq. III. per Profeſſionem Religioſam. 30. 34. Eſto juramento firmata ſint. ib. 35. & ſeqq. Per ſolum ingreſſum in Religionem, profeſſione non ſecuta, non ſolvuntur Sponſalia. 38. & ſeqq. Nec per votum ſimplex caſtitatis. 31. 48. & ſeqq. Illa tamen pars, quæ non vovit, habet legitimam cauſam à Sponſalibus recedendi. ib. 60. An poſſit Religionem ingredi, qui Sponſam poſt Sponſalia corrupit? 61. & ſeq. IV. diſſolvuntur Sponſalia per ſuſceptionem Ordinum Majorum. 32. 63. An Sponſus, diſſentiente Sponſa poſſit licitè ſuſcipere Ordines? ib. 64. & ſeqq. V. per ſuperveniens impedimentum dirimens. 69. Si Sponſus per delictum incurrerit impedimentum, tenetur procurare diſpenſationem. 70. & ſeq. Per impedimentum impediens ſolùm Sponſalia non ſolvuntur. 73. & ſeq. VI. Solvuntur Sponſalia lapſu adjecti temporis. 33. 75. Ubi tamen diſpiciendum, an dies adjiciatur per modum termini à quo, vel ad quem? ib. 76. & ſeqq. Item, an pars utraque ſit culpabilis? 81. & ſeqq.

A Sponſalibus cæteroquin validis licet recedere I. ob abſentiam. 34. 89. Vide *Abſentia*. II. ob dolum. 35. 96. Si accidentalis ſit, dans cauſam contractui. ib. 97. & ſeq. Non item, ſi ſit incidens. 99. III. ob fornicationem. 100. & ſeq. Si Sponſa vi compreſſa fuerit, Sponſus à Sponſalibus reſilire poteſt. 102. & ſeqq. Fornicatio Sponſi dat Sponſæ facultatem, à Sponſalibus recedendi, ſi ea poſt Sponſalia eveniat. 108. Uti &, ſi præceſſerit. 110. & ſeqq. An liceat ſoli Sponſo, vel etiam Sponſæ, vel omninò nulli à Sponſalibus recedere, ſi pars utraque fornicetur? 36. 115. & ſeqq. IV. ob notabilem mutationem. 37. 137. & ſeq. Sive ea accidat in bonis corporis. ib. 140. Sive animi. 141. Sive famæ & honoris. 142. Sive fortunæ. 143. & ſeq. Quid dicendum, ſi una pars evadat ditior aut honoratior? 38. 145. & ſeqq. An liceat à Sponſalibus recedere, ob inimicitiam inter Sponſos, eorum parentes, aut propinquos? ib. 153. & ſeq. Per copulam carnalem amittitur jus reſiliendi. 39. 160.

Sponſalium differentia à Matrimonio. 41. 11. & ſeqq.

Sponſalia conſtituunt impedimentum impediens. 99. 109. Diſpenſatio in Sponſalibus à quo concedatur? ib. 115.

Sponſalibus ætas ſeptennii præfixa eſt. 102. 1. & ſeq. Quod ſeptennium phyſicè computatur. ib. 3. & ſeqq. Ut ultimus tamen dies inchoatus pro completo habeatur. ib. 6. & ſeqq. An hoc ſeptennium etiam requiratur, ſi malicia ſuppleat ætatem? ib. 10. & ſeqq. Sponſalia ante ſeptennium contracta omni deſtituuntur effectu non ſuperveniente conſenſu poſt ſeptennium. 104. 31. & ſeq. Vim Sponſalium ex præſumptione juris habet Matrimonium impuberum. ib. 39. & ſeqq. Ante legitimum tempus contrahentes Sponſalia de futuro non peccant. 105. 43. & ſeqq. Ante uſum rationis ex Pontificia diſpenſatione Sponſalia contrahi non poſſunt. ib. 52. Poſteà etiam Matrimonium rectè contrahitur. ib. 53. & ſeqq. A Sponſalibus in impubertate contractis poſt pubertatem reſilire licet. 106. 58. Non obſtante juramento. 59. Quousque duret hæc facultas, oſtenditur. ib. 60. & ſeq. Sponſalibus ſuperveniens affinitas ſubſequens Matrimonium dirimit. 129. 137. & ſeq. Ex Sponſalibus de futuro certis & validis impedimentum publicæ honeſtatis reſultat. 130. 195. Per Tridentinum inter perſonas primo gradu conjunctas. 131. 202. Vide *Honeſtas publica*.

Sponſalia vivente legitimo conjuge non valent. 139. 32.

Sponſalia annullat metus. 140. 44. & ſeqq.

Catechumeni cum fideli valida & licita ſunt Sponſalia. 150. 76.

### *Stellionatus.*

Crimen ſtellionatûs quid ſit? 277. 28.

### *Stipulatio.*

Stipulatio pœnalis Sponſalibus adjecta qualiter à Summo Pontifice improbetur? 22. 152. & ſeqq.

### *Stuprum.*

Stuprum quid & quotuplex ſit? 271. 28. & ſeq. Si violentum ſit, Stuprator ſtupratam aut ducere, aut dotare, obligatur. 31. & ſeq. Quin & prolem ex ſtupro natam tenetur alere. 33. & ſeq.

### *Supplicatio.*

In ſupplicatione ob diſpenſationem ſuper impedimenta Matrimonii, quæ exprimenda ſint? 87. 63. & ſeqq. Quò dirigenda ſit? ib. 72. & ſeqq. Ejusdem formulare, ſi ad Papam. ib. 75. Si ad Cardinalem majorem Pœnitentiarium. 88. 76. Ejusdem ſuper diſpenſatione in voto formulare. 99. 117. Exprimendus eſt gradus propinquior ejúsque ſupplicationis formulare. 124. 104. & ſeq.

### *Surdus.*

Surdus mutus & cæcus ſimul invalidè Sponſalia contrahit. 5. 14. & ſeqq. Item ſurdus & cæcus ſimul. ib. 16. Non verò ſurdus & mutus. 20. & ſeqq.

*Suſce-*



### *Suſceptio Ordinum.*

Vide *Ordo*.

### *Suſceptio prolis propriæ.*

Suſceptio propriæ Sobolis conſtituit impedimentum impediens Matrimonii. 101. 136. Ex ſuſceptione oritur cognatio ſpiritualis. 133. 238. Vide *Cognatio Spiritualis*. Patrinus.

### *Suſpenſio.*

Suſpenſio quid ſit? 188. 234. Quotuplex? 237. & ſeq. An ſuſpenſio ab officio ſuſpenſionem à beneficio includat? 239. & ſeqq.

Diſcrimen inter ſuſpenſionem & depoſitionem 189. 241. Effectus ſuſpenſionis. 245.

### *Suſpenſio vel Poſitio perículoſa.*

Periculoſa rei alicujus ſuſpenſio vel poſitio dat fundamentum quaſi delicto. 265. 184. Et actioni in factum. 185.

## T.

### *Taciturnitas.*

Taciturnitas & præſentia liberorum, an pro eliciendo conſenſu ſufficiat? 7. 47. & ſeqq. Reſpondetur ſub diſtinctione. 8. 50. & ſeqq. Taciturnitas ſola, ſi liberi abſentes ſint, non ſufficit. ib. 52. & ſeqq.

### *Tempus feriatum.*

Tempus feriatum conſtituit impedimentum impediens Matrimonii. 98. 98. Hodie reſtrictum. ib. 99. Solæ nuptiæ, non item contractus matrimonialis tempore feriato cenſentur prohibitæ. ib. 100. & ſeqq. Notatur conſuetudo Germaniæ. ib. 103.

### *Termini motio.*

Motio termini quale ſit crimen? 277. 24. & ſeq.

### *Teſtes.*

Teſtes ad aſſiſtentiam Matrimonii requiſiti. Vide *Clandeſtinitas*.

### *Torneamentum.*

Torneamenta quid? 248. 97. Eorum diverſitas. 98. An licita ſint? 99. & ſeqq.

### *Tortura.*

Tortura vocatur aliàs quæſtio vel inquiſitio ſevera. 199. 67.

Quinam à tortura ſint exempti? ib. 71. & ſeqq.

Quænam requirantur ad torturam juſtè ſuſcipiendam. 201. 94. & ſeqq.

### *Tutor.*

Tutorum conſilium aut conſenſus ad contrahenda ſponſalia non requiritur. 9. 75. & ſeq.

## V.

### *Vagabundus.*

Vagabundus coram quocunque Parocho poteſt contrahere. 153. 102. & ſeqq. Licèt Parochus inquiſitionem præmittere, ac Ordinarii licentiam petere teneatur. ib. 105. & ſeq.

### *Vectigal.*

Vectigal quid ſit? 256. 169. Quæ illius quantitas? 170. A quibus rebus debeatur? 171. Exigitur de Jure Romano à publicanis. 172.

Quid Juris, ſi Publicanus in exactione delinquat? ibid.

Si viator non ſolverit vectigal, illius merces in commiſſum cadunt. 173. An culpa famuli imputetur domino? 174.

### *Vis.*

Vis publica quid ſit? 274. 84. & ſeqq. Quomodò puniatur? 86.

Vis privata quid ſit? ib. 87. Illius pœna. 88.

Vis & metus deſcribitur. 140. 33. & ſeqq. Vide *Metus*.

### *Votum.*

Voti ſervandi difficultas juſta cauſa cenſetur diſpenſationis ſuper impedimentum Matrimonii. 85. 55.

Votum caſtitatis, aut ingreſsûs in Religionem conſtituit impedimentum impediens Matrimonii. 99. 110. & ſeq. Non tamen obſtat Matrimonio cum pacto ſervandi continentiam. ib. 112.

Voti caſtitatis & voti non nubendi diſcrimen. ib. 113. & ſeqq.

Voti diſpenſatio à quo concedatur? 99. 116. Formulare ſupplicationis. ib. 117. Votum ſolenne non dirimat Matrimonium ex Jure Naturali & Divino? 147. 40. Voti ſolennitas ex Eccleſiæ conſtitutione provenit. ib. 41. & ſeqq.

Votum ingrediendi Religionem, aut ſervandi caſtitatem impedit Sponſalia. 13. 21. Voti obligatio defenditur ex una ſed ſolida ratione. ib. 23. Votum de contrahendo Matrimonio cum certa perſona regulariter non obligat. 19. & ſeqq.

Votum ſimplex caſtitatis Sponſalia ſubſequens illa non diſſolvit. 31. 52. & ſeqq.

Votum ſuſcipiendi Ordines, poſt Sponſalia conceptum, non obligat. 32. 68.

### *Uſura.*

Uſura unde derivetur? 229. 1. Illius ſynonyma. 2. Diverſa acceptio & definitio. 3. Requirit in ratione delicti pactionem. 4. Debet vi mutui præſtari. 11. & ſeq. Quæcunque ſit res, ultra ſortem ſolvenda. 9.

Uſura alia eſt mentalis. 230. 13. Alia externa. 14. Alia formalis; alia virtualis. 15. & ſeq. Alia lucratoria, compenſatoria, vel punitoria. 17.

Jure Civili uſuræ moderatæ ſunt licitæ. ib. 19. Non tamen debentur ex pacto nudo, præterquàm in caſu moræ. 20. Jure Canonico ſunt reprobatæ. 21. Quin & jure Divino. 22. & ſeqq. Ac Naturali. 25. & ſeqq. Unde nec conſuetudine poſſunt fieri li-

et licitæ. 231. 37. & ſeqq. Nec authoritate ſummi Principis. 232. 41. & ſeqq. Licèt in foro externo moderata quantitas rectè ſtatuatur. 47. & ſeqq.

Uſuræ uſurarum etiam Civili Jure vetantur. 233. 55. & ſeq.

Cenſus realis non conſtituit materiam uſuræ. 234. 63. & ſeq. Etiamſi ſit redimibilis ex parte emptoris, ſtandò in Jure naturæ. 65. & ſeqq. Licèt aliud dicendum ſit, inſpectâ Bullâ Pii V. & Receſſu Imperii. 68. & ſeq. Cenſus quoque perſonalis excuſatur ab uſura. 70. & ſeqq. Obſtat tamen citata Bulla Pii V. 235. 79. Hodiernâ conſuetudine abrogata. 80. & ſeq.

Cambium non eſt per ſe loquendò uſurarium. 236. 89. & ſeq. Sive ſit manuale. 91. Sive ſit locale. 92. & ſeq.

Quâ ratione propter lucrum ceſſans aut damnum emergens aliquid ultra ſortem percipere liceat? ib. 95. & ſeqq. An idipſum liceat ob periculum amittendæ ſortis? 237. 102. & ſeqq. An ob moram debitoris? 109. & ſeqq.

In montibus pietatis non reperitur uſura. 238. 115. & ſeqq. Nec in olla fortunæ. 119.

Dominium rei uſurariæ non tranſit in creditorem. ib. 122. & ſeqq. Tranſit verò dominium rei, ex lucro uſurario comparatæ. 239. 126. & ſeqq.

Lucrum uſurarium reſtituere debet creditor & ejus hæres. 129. & ſeqq. Hæredibus debitoris aut pauperibus. 134. Etiam in uſura mentali. 135.

Quænam pœnæ ſint in uſurarios ſtatutæ? ib. 136. & ſeqq.

## *Uſusfructus.*

Uſusfructus poteſt in dotem deduci. 69. 35.

## *Uxor.*

Uxor participat dignitatem mariti. 59. 18. Item nobilitatem. ib. 19. & ſeq. Forum. 21. Et prærogativas alias. 22. Quas etiam poſt mortem mariti retinet. 23. Niſi denuò nubat. 24.

Uxor, etiamſi marito permittat uſumfructum bonorum, illa tamen non præſumuntur eſſe dotalia. 69. 39.

Uxor maritum adulterum regulariter monere non tenetur. 84. 83.

Uxoris truculentia poteſt eſſe cauſa divortii. 88. 148. & ſeq.



# ORDO ET SEDES TITULORUM INSTITUTIONUM.

*Ubi primus Numerus tomum; alter paginam; tertius notam marginalem denotat.*

## I.

Prœmium Inſtit. *I. 10. 122. & ſeqq. item 13. 172. item 14. 193.*

### Liber I.

Tit. I. - - *De Juſtitia & Jure. I. 15. cap. 2. ſect. 1. & 2. item 10. 122. & ſeqq.*
Tit. II. - - *De Jure Nat. Gent. & Civ. I. 67. cap. 2. per tot. item 92. cap. 4. per tot. item 124. cap. 6. per tot. item 129. cap. 7. per tot.*
Tit. III. - - *De Jure Perſonarum. II. 298. ſect. 1. per tot.*
Tit. IV. - - *De Ingenuis II. 300. 16.*
Tit. V. - - *De Libertinis. ibid. 17.*
Tit. VI. - - *Quib. ex cauſ. manumittere non licet. ib. 26.*
Tit. VII. - - *De Lege Fuſia Canina tollenda. ib. 27.*
Tit. VIII. - *De his, qui ſui vel alieni juris ſunt. ibid. 15. & ſeqq.*
Tit. IX. - - *De Patria poteſtate II. 303. 76. & ſeqq.*
Tit. X. - - *De Nuptiis. III. liber 4. per tot.*
Tit. XI. - - *De Adoptionibus. II. 303. 82. & ſeqq.*
Tit. XII. - - *De Quibus modis Patria poteſtas ſolvitur. ibid. 89. & ſeqq.*
Tit. XIII. - *De Tutelis. III. 710. 1. & ſeqq.*
Tit. XIV. - *Qui Teſtamento tutores dari poſſunt. II. 711. 15. & ſeqq.*
Tit. XV. - *De Legitima agnatorum tutela ibid. 20. & ſeqq.*
Tit. XVI. - *De Capitis diminutione. II. 715. 80. & ſeq.*
Tit. XVII. - *De legitima Patronorum tutela II. 711. 22.*
Tit. XVIII. - *De Legitima Parentum tutela. ibid. 23.*
Tit. XIX. - *De Fiduciaria tutela. ibid. 24.*
Tit. XX. - - *De Attiliano tutore, & eo, qui ex Lege Julia & Titia dabatur. ibid. 25.*
Tit. XXI. - *De Authoritate tutorum. II. 713. 53. & ſeqq.*
Tit. XXII. - *Quibus modis tutela finitur. II. 715. 80. & ſeqq.*
Tit. XXIII. - *De Curatoribus. II. 710. 10. & ſeqq. item 711. 28. & ſeqq. item 712. 32. & ſeqq. item 713. 58. & ſeqq. item 714. 65. & ſeqq. item 715. 80. & ſeqq.*
Tit. XXIV. *De Satisdatione tutorum. II. 713. 56. & ſeq.*
Tit. XXV. *De Excuſationibus tutorum vel curatorum. II. 712. 38. & ſeqq.*
Tit. XXVI. *De Suſpectis tutoribus vel curatoribus. II. 713. 59. & ſeqq.*

### Liber II.

Tit. I. - - *De Rerum diviſione; & acquirendò ipſarum dominio. II. 360. 1. & ſeqq. item 421. 1. & ſeqq. item 484. & ſeqq. cap. 1. 2. & 3.*
Tit. II. - - *De Rebus corporalibus & incorporalibus. II. 422. 8. & ſeqq.*
Tit. III. - - *De Servitutibus prædiorũ. II. 534. & ſeqq. ſect. 1. & 3. per tot.*
Tit. IV. - - *De Uſufructu. II. 540. & ſeqq. ſect. 2. per tot.*
Tit. V. - - *De Uſu & Habitatione. II. 547. 188. & ſeqq.*
Tit. VI. - - *De Uſucapionibus & longi tempori præſcriptionibus. I. tract. 2. per tot.*
Tit. VII. - - *De Donationibus. II. 732. ſect. 2. per tot.*
Tit. VIII. - *Quibus alienare licet, vel non. II. 519. 377. & ſeqq.*
Tit. IX. - - *Per quas Perſonas cuique acquiritur. II. 607. 130. & ſeqq. item 609. 166. & ſeqq.*
Tit. X. - - *De Teſtamentis ordinandis. II. tract. 4. p. 1. cap. 1. 2. & 3.*
Tit. XI. - - *De Militari teſtamento. II. 817. 119. & ſeqq.*
Tit. XII. - - *Quibus non eſt permiſſum, facere teſtamentum. II. 758. cap. 2. per tot.*
Tit. XIII. - *De Exhæredatione liberorum II. 766. 133. & ſeqq. item 780. 299. & ſeqq.*
Tit. XIV. - *De Hæredibus inſtituendis. II. 778. 270. & ſeqq.*
Tit. XV. - *De Vulgari ſubſtitutione. II. 783. 350. & ſeqq.*
Tit. XVI. - *De Pupillari ſubſtitutione. II. 786. 390. & ſeqq.*
Tit. XVII. - *Quibus modis teſtamenta infirmentur. II. 792. ſect. 7. per tot.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Tit. XVIII. - De Inofficioſo teſtamento. II. 795. 527. & ſeqq.
Tit. XIX. - De hæredum qualitate & differentia. II. 788. 428. & ſeqq.
Tit. XX. - - De Legatis. II. 774. 236. & ſeqq.
Tit. XXI. - De Ademptione Legatorum II. 794. 518. & ſeqq.
Tit. XXII. - De Lege Falcidia. II. 789. 431. & ſeqq.
Tit. XXIII. De Fideicommiſſariis hæreditatibus &c. II. 819. ſect. 1.
Tit. XXIV. De ſingulis rebus, per fideicommiſſum relictis. II. 777. 266.
Tit. XXV. - De Codicillis. II. 823. ſect. 2.

## Liber III.

Tit. I. - - De Hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur. II. tr. 4. de Succeſſ. hæredit. p. 2. per tot.
Tit. II. - - De Legitima agnatorum Succeſſ. II. 832. 93.
Tit. III. - - De Senatusconſulto Tertulliano. II. 830. 68.
Tit. IV. - - De Senatusconſulto Orphitiano. II. 829. 49.
Tit. V. - - De Succeſſione Cognatorum. 832. 93.
Tit. VI. - - De Gradibus Cognationum. III. 119. 20. & ſeqq.
Tit. VII. - - De Servili Cognatione. III. 118. 9.
Tit. VIII. - De Succeſſione Libertorum. II. 301. 41.
Tit. IX. - - De Aſſignatione libertorum. ib. 42.
Tit. X. - - De Bonorum poſſeſſionibus. II. 838. cap. 2. per tot.
Tit. XI. - - De Acquiſitione per arrogationem. II. 303. 84. & ſeqq. item 831. 70. & ſeq.
Tit. XII. - De eo, cui libertatis causâ bona addicuntur. II. 834. 114.
Tit. XIII. - De Succeſſionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex Senatusconſulto Claudiano. ib.
Tit. XIV. - De Obligationibus. II. 598. cap. 1. per tot.
Tit. XV. - Quibus modis re contrahitur obligatio. II. 678. cap. 3. per tot.
Tit. XVI. - De Verborum obligationibus. II. 692. ſect. 1. per tot.
Tit. XVII. - De Duobus reis ſtipulandi & promittendi. II. 694. 22. & ſeqq.
Tit. XVIII. De Stipulatione ſervorum. ib. 33.
Tit. XIX. - De Diviſione Stipulationum. II. 693. 17. & ſeqq.
Tit. XX. - - De Inutilibus ſtipulationibus. II. 695. 43. item 614. 237. & ſeqq.
Tit. XXI. - De Fidejuſſoribus. II. 695. ſect. 2. per tot.
Tit. XXII. - De Literarum obligationibus. II. 700. ſect. 3. per tot.
Tit. XXIII. - De Obligationibus ex conſenſu. II. 606. 122. & 631. cap. 2. per tot.
Tit. XXIV. - De Emptione & Venditione. II. 631. ſect. 1. per tot.
Tit. XXV. - De Locatione & Conductione. II. 650. ſect. 2. & 3. per tot.
Tit. XXVI. - De Societate. II. 670. ſect. 3. per tot.
Tit. XXVII. De Mandato. II. 674. ſect. 6. per tot.
Tit. XXVIII. De Obligationibus, quæ quaſi ex Contractu naſcuntur. II. 709. cap. 6. per tot.
Tit. XXIX. Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur. II. 607. 130. & ſeqq.
Tit. XXX. - Quibus modis tollitur obligatio. II. 738. cap. 8. per tot.

## Liber IV.

Tit. I. - - De Obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur. III. 162. cap. 1. per tot. item 173. 1. & ſeqq.
Tit. II. - - De Vi Bonorum raptorum. III. 255. 43. & ſeqq.
Tit. III. - - De Lege Aquilia. III. 256. ſect. 3. per tot.
Tit. IV. - - De Injuriis. III. 259. ſect. 4. per tot.
Tit. V. - - De Obligationibus, quæ quaſi ex delicto naſcuntur. III. 264. ſect. 6. per tot.
Tit. VI. - - De Actionibus. I. 278. 505. & ſeqq. item II. 490. 96. & ſeqq. item 491. 103. & ſeqq. & 114. & ſeqq. item III. 173. 2. & ſeqq.
Tit. VII. - - Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicitur. II. 620. 316. & ſeqq. item 743. 82.
Tit. VIII. - De Noxalibus Actionibus. III. 267. 209. & ſeqq.
Tit. IX. - - Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. III. 266. 190. & ſeqq.
Tit. X. - - De iis, per quos agere poſſumus. II. 19. 116. & ſeqq. item 28. ſect. 4. per tot.
Tit. XI. - - De Satisdationibus. II. 161. cap. 6. per tot.
Tit. XII. - - De Perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad hæredes & in hæredes tranſeunt. I. 278. 513. & ſeqq. item II. 174. 64. & ſeqq. item 619. 308. & ſeqq. item III. 173. 7. & ſeqq.
Tit. XIII. - De Exceptionibus. II. 256. cap. 10. per tot.
Tit. XIV. - De Replicationibus. II. 257. 7. & 8.
Tit. XV. - - De Interdictis. II. 588. ſect. 4. per tot.
Tit. XVI. - De Pœna temerè litigantium. II. 267. 30. & ſeqq.
Tit. XVII. - De Officio Judicis. II. 9. cap. 2. per tot.
Tit. XVIII. - De Publicis Judiciis. II. 5. 33. item III. 163. 43. & ſeqq. item 268. cap. 2. per tot.

ORDO

# ORDO ET SEDES
## OMNIUM TITULORUM, IN DIGESTIS CONTENTORUM;

*Ubi primus & major Numerus tomum; alter paginam; tertius notam marginalem indicat.*

## Liber I.

Tit. I. - - De Juſtitia & Jure. I. 15. cap. 2. ſect. 1. & 2. per tot. item 10. 122. & ſeqq.
Tit. II. - - De Origine Juris, & omnium Magiſtratuum, & Succeſſione prudentium. I. 130. 16. & ſeqq.
Tit. III. - - De Legibus, Senatusque conſultis, & longâ conſuetudine. I. tr. 1. de Jure Legali per tot.
Tit. IV. - - De Conſtitutionibus Principum. I. 129. cap. 7. & 8. per tot.
Tit. V. - - De Statu Hominum. II. 298. ſect. 1. per tot.
Tit. VI. - - De his, qui ſui vel alieni juris ſunt. II. 300. 15. & ſeqq. item 303. 76. & ſeqq.
Tit. VII. - - De Adoptionibus. II. 303. 81. & ſeqq.
Tit. VIII. - De Diviſione rerum & qualitate. II. 360. ſect. 1. per tot. item 421. ſect. 1. per tot.
Tit. IX. - - De Senatoribus. I. 567. 132. & ſeq.
Tit. X. - - De Officio Conſulis. I. 566. 121.
Tit. XI. - - De Officio Præfecti Prætorio. ibid. num. 122.
Tit. XII. - - De Officio Præfecti Urbis. I. 567. 127.
Tit. XIII. - De Officio Quæſtoris. ib. 130.
Tit. XIV. - De Officio Prætorum. I. 566. 123.
Tit. XV. - De Officio Præfecti vigilum. I. 567. 128.
Tit. XVI. - De Officio Proconſulis & Legati. ib. 135. & ſeq.
Tit. XVII. - De Officio Præfecti Auguſtalis. I. 568. 140.
Tit. XVIII. - De Officio Præſidis. I. 567. 137.
Tit. XIX. - De Officio Procuratoris Cæſaris vel rationalis. ib. 139.
Tit. XX. - De Officio Juridici. I. 568. 141.
Tit. XXI. - De Officio ejus, cui mand. eſt Juriſdictio. I. 571. ſect. 1. per tot.
Tit. XXII. - De Officio Aſſeſſorum. II. 41. 451. & ſeqq.

## Liber II.

Tit. I. - - De Juriſdictione. I. tract. 5. per tot.
Tit. II. - - Quod quisque Juris in alterum ſtatuit, ut ipſe eôdem Jure utatur. I. 502. 188. & ſeqq.
Tit. III. - - Si quis Jus dicenti non obtemperaverit. II. 141. 76.
Tit. IV. - - De in jus vocando. II. 135. cap. 2. per tot.
Tit. V. - - Si quis in jus Vocatus non ierit: ſive quis eum vocaverit, quem ex edicto non debuerit. II. 139. 53. & ſeqq. item 141. 76.
Tit. VI. - - In jus vocati ut eant, aut ſatis vel cautum dent. ibid. 77.
Tit. VII. - - Ne quis eum, qui in Jus vocabitur, vi eximat. II. 142. 84.
Tit. VIII. - Qui ſatisdare cogantur, vel juratò promittant, vel ſuæ promiſſioni committantur. II. 161. cap. 6. per tot.
Tit. IX. - - Si ex noxali cauſa agatur, quemadmodùm caveatur. III. 267. 211.
Tit. X. - - De eo, per quem factum erit, quò minùs quis in Judicio ſiſtat. II. 142. 83. & ſeqq.
Tit. XI. - - Si quis cautionibus in Judicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperaverit. II. 155. 24. & ſeqq. item 167. 67. & ſeqq.
Tit. XII. - - De Feriis, & dilationibus, & diverſis temporibus. II. 84. cap. 5. per tot.
Tit. XIII. - De Edendo. II. 121. cap. 1. per tot. item 220. 47. & ſeqq.
Tit. XIV. - De Pactis. II. 598. cap. 1. per tot.
Tit. XV. - De Tranſactionibus. II. 725. ſect. 1. per tot.

## Liber III.

Tit. XVI. - De Poſtulando. II. 23. ſect. 3. per tot.
Tit. XVII. - De his, qui notantur infamia. I. 480. ſect. 5. per tot.
Tit. XVIII. - De Procuratoribus. II. 28. ſect. 4. per tot.
Tit. XIX. - Quod cujuscunque Univerſitatis nomine vel contra eam agatur. II. 40. 422. & ſeqq.
Tit. XX. - De Negotiis geſtis. II. 715. ſect. 2. per tot.
Tit. XXI. - De Calumniatoribus. III. 264. 166. & ſeqq.

## Liber IV.

Tit. I. - - De in integrum reſtitutionibus. II. 629. 452. & ſeqq.
Tit. II. - - Quod metus causâ geſtum erit. II. 622. 344. & ſeqq.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Tit. III. - - *De Dolo malo. II. 625. 399. & ſeqq.*
Tit. IV. - - *De Minoribus viginti quinque annis. II. 628. 432. & ſeqq.*
Tit. V. - - *De Capite minutis. II. 715. 80.*
Tit. VI. - - *Ex quibus cauſis majores viginti quinque annis in integrum reſtituantur. II. 630. 463. item 532. 162. & ſeqq.*
Tit. VII. - - *De Alienatione Judicii mutandi cauſa facta. III. 262. 148. & ſeqq.*
Tit. VIII. - *De Receptis, qui arbitrium receperunt, ut ſententiam dicant. II. 103. cap. 8. per tot.*
Tit. IX. - - *Nautæ, caupones, ſtabularii, ut recepta reſtituant. II. 724. 242. & ſeqq.*

## PARS II.

### Liber V.

Tit. I. - - *De Judiciis, & ubi quiſque agere vel conveniri debeat. II. 2. cap. 1. per tot. item 43. cap. 3. per tot.*
Tit. II. - - *De Inofficioſo teſtamento. II. 795. 527. & ſeqq.*
Tit. III. - - *De Hereditatis petitione. II. 521. 8. & ſeqq.*
Tit. IV. - - *Si pars hereditatis petatur. ibid.*
Tit. V. - - *De Poſſeſſoria hereditatis petitione. II. 521. 3. & 4. item 523. 29.*
Tit. VI. - - *De Fideicommiſſoria hereditatis petitione. ibid.*

### Liber VI.

Tit. I. - - *De Rei vindicatione. II. 523. 31. & ſeqq.*
Tit. II. - - *De Publiciana in rem actione. II. 531. 148. & ſeqq.*
Tit. III. - - *Si ager vectigalis, id eſt, emphyteuticarius petatur. II. 526. 70. & ſeqq. item 657. ſect. 3. per tot.*

### Liber VII.

Tit. I. - - *De Uſufructu, & quemadmodùm quis utatur fruatur. II. 540. ſect. 2. per tot.*
Tit. II. - - *De Uſufructu accreſcendo. II. 777. 265.*
Tit. III. - - *Quando dies uſusfructûs legati cedat. II. 791. 475.*
Tit. IV. - - *Quibùs modis uſusfructus vel uſus amittitur. II. 546. 176. & ſeqq.*
Tit. V. - - *De Uſufructu earum rerum, quæ uſu conſumuntur, vel minuuntur. II. 544. 139. & ſeqq.*
Tit. VI. - - *Si uſusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur. II. 544. 152.*
Tit. VII. - - *De Operis ſervorum. II. 300. 22.*
Tit. VIII. - *De Uſu & habitatione. II. 547. 188. & ſeqq.*
Tit. IX. - - *Uſufructuarius quemadmodùm caveat. II. 545. 171. & ſeqq.*

### Liber VIII.

Tit. I. - - *De Servitutibus. II. 534. ſect. 1. per tot.*
Tit. II. - - *De Servitutibus prædiorum urbanorum. II. 550. 236. & ſeqq.*
Tit. III. - - *De Servitutibus prædiorum ruſticorum. II. 552. 264. & ſeqq.*
Tit. IV. - - *Communia Prædiorum, tam urbanorum quàm ruſticorum. II. 549. 218. & ſeqq.*
Tit. V. - - *Si Servitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur. II. 538. 57. & ſeqq.*
Tit. VI. - - *Quemadmodum Servitutes amittantur. II. 539. 73. & ſeqq.*

### Liber IX.

Tit. I. - - *Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. III. 266. 190. & ſeqq.*
Tit. II. - - *Ad Legem Aquiliam. III. 256. ſect. 3. per tot.*
Tit. III. - - *De his, qui effuderint, vel dejecerint. III. 265. 178. & ſeqq.*
Tit. IV. - - *De Noxalibus actionibus. III. 267. 209. & ſeqq.*

### Liber X.

Tit. I. - - *Finium regundorum. II. 718. 128. & ſeqq.*
Tit. II. - - *Familiæ erciſcundæ. II. 719. 146. & ſeqq.*
Tit. III. - - *Communi dividundo. II. 720. 168. & ſeqq.*
Tit. IV. - - *Ad Exhibendum. II. 487. 40. & ſeqq. item 492. 129. & ſeq. item 520. 289. & ſeqq.*

### Liber XI.

Tit. I. - - *De Interrogationibus, in Jure faciendis, & interrogatoriis actionibus. II. 190. 92. & ſeqq.*
Tit. II. - - *De quibus rebus ad eundem Judicem eatur. II. 81. 70. & ſeqq.*
Tit. III. - - *De Servo corrupto. III. 263. 156. & ſeqq.*
Tit. IV. - - *De Fugitivis. III. ibid. 159. & ſeqq.*
Tit. V. - - *De Aleatoribus. III. ibid. 162. & ſeqq.*
Tit. VI. - - *Si menſor falſum modum dixerit. III. ibid. 153. & ſeqq.*
Tit. VII. - - *De Religioſis & Sumptibus funerum. III. 361. 13. & 17. item 376. 200. & ſeqq. item 570. 254.*
Tit. VIII. - *De Mortuo inferendo, & ſepulchro ædificando. 374. 202. & ſeq.*





## PARS III.

### Liber XII.

Tit. I. - - *De Rebus creditis, ſi certum petatur, & de condictione. II. 678. ſect. 1. per tot.*
Tit. II. - - *De Jurejurando, ſive voluntario, ſive neceſſario, ſive judiciali. II. 228. cap. 7. per tot.*
Tit. III. - - *De in litem jurando. II. 244. ſect. 5. per tot.*
Tit. IV. - - *De Condictione cauſâ datâ cauſâ non ſecutâ. II. 723. 220. & ſeqq.*
Tit. V. - - *De Condictione ob turpem vel injuſtam cauſam. II. 724. 227. & ſeqq.*
Tit. VI. - - *De Condictione indebiti. II. 722. 194. & ſeqq.*
Tit. VII. - - *De Condictione ſinè cauſâ. II. 724. 235.*

### Liber XIII.

Tit. I. - - *De Conditione furtivâ. III. 253. 18. & ſeqq.*
Tit. II. - - *De Conditione ex lege. II. 602. 50.*
Tit. III. - - *De Condictione triticaria. II. 724. 236.*
Tit. IV. - - *De eo, quod certo loco dari oportet. II. 52. 129. & ſeqq.*
Tit. V. - - *De Pecunia conſtituta. II. 601. 37.*
Tit. VI. - - *Commodati vel contra. II. 682. ſect. 2. per tot.*
Tit. VII. - - *De Pignoratitia actione vel contra. II. 688. ſect. 4. per tot.*

### Liber XIV.

Tit. I. - - *De Executoria actione. II. 621. 324.*
Tit. II. - - *De Lege Rhodia de jactu. II. 657. 384. & ſeqq.*
Tit. III. - - *De Inſtitoria actione. II. 621. 325.*
Tit. IV. - - *De Tributoria actione. II. 620. 319.*
Tit. V. - - *Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur. II. 620. 316. & ſeqq. item 743. 82.*
Tit. VI. - - *De Senatuſconſulto Macedoniano. II. 679. 13. & ſeqq.*

### Liber XV.

Tit. I. - - *De Peculio. II. 503. 144. & ſeqq. item 620. 316.*
Tit. II. - - *Qando actio de peculio annalis eſt. ib. 317.*
Tit. III. - - *De in rem verſo. ib. 320.*
Tit. IV. - - *Quod juſſu. ib. 322.*

### Liber XVI.

Tit. I. - - *Ad Senatuſconſultum Velleianum. II. 696. 59. & ſeqq.*
Tit. II. - - *De Compenſationibus. II. 743. ſect. 2. per tot.*
Tit. III. - - *Depoſiti vel contra. II. 684. ſect. 3. per tot.*

### Liber XVII.

Tit. I. - - *Mandati vel contra. II. 674. ſect. 6. per tot.*
Tit. II. - - *Pro Socio. II. 670. ſect. 5.*

### Liber XVIII.

Tit. I. - - *De Contrahenda emptione - venditione; de pactis, inter emptorem & venditorem compoſitis; & quæ res venire non poſſunt. II. 631. ſect. 1. per tot.*
Tit. II. - - *De in diem addictione. II. 640. 108. & ſeqq.*
Tit. III. - - *De Lege commiſſoria. II. 642. 141. & ſeqq.*
Tit. IV. - - *De Hæreditate vel actione vendita. II. 636. 52. & ſeqq. item 637. 63. & ſeqq.*
Tit. V. - - *De Reſcindenda venditione. II. 647. 229. & ſeqq.*
Tit. VI. - - *De Periculo & commodo rei venditæ. II. 645. 194. item 205. & ſeqq.*
Tit. VII. - - *De Servis exportandis; vel ſi ita mancipium venierit, ut manumittatur, vel econtrà. II. 635. 42.*

### Liber XIX.

Tit. I. - - *De Actionibus empti & venditi. II. 645. 199. & ſeq.*
Tit. II. - - *Locati conducti. II. 650. ſect. 4. per tot.*
Tit. III. - - *De Æſtimatoria actione. II. 707. ſect. 3. per tot.*
Tit. IV. - - *De Rerum permutatione. II. 705. Sect. 2. per tot.*
Tit. V. - - *De Præſcriptis verbis & in factum actionibus. II. 702. ſect. 1. per tot.*

## PARS IV.

### Liber XX.

Tit. I. - - *De Pignoribus & hypothecis: qualiter ea contrahantur: & de pactis eorum. II. 554. cap. 4. per tot. item 559. ſect. 2. per tot. item III.*
Tit. II. - - *In quibus cauſis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur. II. 556. 37. & ſeqq.*
Tit. III. - - *Quæ res pignori vel hypothecæ data, obligari non poſſunt. II. 562. ſect. 3. per tot.*




UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Tit. IV. - - Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur: & de his, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt. II. 570. 245. & ſeqq.
Tit. V. - - De Diſtractione pignorum & hypothecarum. II. 567. 195. & ſeqq.
Tit. VI. - - Quibus modis pignus vel hypotheca ſolvitur. II. 573. ſect. 5.

## Liber XXI.

Tit. I. - - De Ædilitio edicto, & redhibitione, & quanti minoris. II. 648. 252. & ſeqq.
Tit. II. - - De Evictionibus & duplæ ſtipulatione. II. 646. 211. & ſeqq.
Tit. III. - - De Exceptione rei venditæ & traditæ. II. 645. 191.

## Liber XXII.

Tit. I. - - De Uſuris, & fructibus, & cauſis, & omnibus acceſſionibus, & mora. III. 228. cap. 2. per tot.
Tit. II. - - De Nautico fœnore. III. 237. 102. & ſeqq.
Tit. III. - - De Probationibus, & præſumptionibus II. 182. cap. 3. per tot. item 246. cap. 8. per tot.
Tit. IV. - - De Fide inſtrumentorum & amiſſione eorum. II. 217. cap. 6. per tot.
Tit. V. - - De Teſtibus. II. 205. cap. 5. per tot.
Tit. VI. - - De Juris & facti ignorantia. I. 245. 117. & ſeqq. item II. 722. 207. & ſeqq.

## Liber XXIII.

Tit. I. - - De Sponſalibus. III. tract. 1. per tot.
Tit. II. - - De Ritu nuptiarum. III. tract. 2. & 3. per tot.
Tit. III. - - De Jure dotium. III. 67. ſect. 1. per tot. item II. 528. ſect. 3. per tot.
Tit. IV. - - De Pactis dotalibus. III. 70. 47. & ſeqq.
Tit. V. - - De Fundo dotali. III. 530. 123. & ſeqq.

## Liber XXIV.

Tit. I. - - De Donationibus inter virum & uxorem. III. 72. ſect. 2. per tot.
Tit. II. - - De Divortiis & repudiis. III. 78. cap. 5. per tot.
Tit. III. - - Solutò Matrimonió dos quemadmodùm petatur. II. 530. 131. & ſeqq. itē III. 71. 66. & ſeqq.

## Liber XXV.

Tit. I. - - De Impenſis, in res dotales factis. III. 71. 67.
Tit. II. - - De Actione rerum amotarum. III.
Tit. III. - - De Agnoſcendis & alendis liberis, vel parentibus, vel patronis, vel libertis. III. 65. 109. & ſeqq.
Tit. IV. - - De inſpiciendo ventre cuſtodiendóque partu. II. 254. ſect. 2. per tot.
Tit. V. - - Si ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſſâ, eadem poſſeſſio dolò malò ad aliam translata eſſe dicatur. II. 841. 43.
Tit. VI. - - Si mulier ventris nomine in poſſeſſione calumniæ causâ eſſe dicetur. ib.
Tit. VII. - - De Concubinis. III. 270. 22. & ſeqq.

## Liber XXVI.

Tit. I. - - De Tutelis. II. 709. Sect. 1. per tot. item 710. 1. & ſeqq.
Tit. II. - - De Teſtamentaria tutela. II. 711. 16. & ſeqq.
Tit. III. - - De Confirmando tutore. ibid. 18.
Tit. IV. - - De Legitimis tutoribus. ib. 20. & ſeqq.
Tit. V. - - De Tutoribus & Curatoribus, datis ab his, qui jus dandi habent: & qui, & in quibus cauſis ſpecialiter dari poſſunt. ib. 25.
Tit. VI. - - Qui petant tutores vel curatores, & ubi petantur. ib.
Tit. VII. - - De Adminiſtratione, & periculo tutorum & curatorum, qui geſſerunt, vel non: & de agentibus, vel conveniendis, uno vel pluribus. III. 712. 43. & ſeqq.
Tit. VIII. - De Authoritate & conſenſu tutorum & curatorum. III. 713. 53. & ſeqq.
Tit. IX. - - Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere, vel conveniri poſſunt. III. 714. 74. & ſeqq.
Tit. X. - - De Suſpectis tutoribus & curatoribus. III. 713. 58. & ſeqq.

## Liber XXVII.

Tit. I. - - De Excuſationibus. III. 712. 38. & ſeqq.
Tit. II. - - Ubi pupillus educari, vel morari debeat: & de alimentis, eidem præſtandis. ib. 43. & ſeq.
Tit. III. - - De Tutela, & rationibus diſtrahendis, & utili curationis causâ, actione. III. 713. 49. & ſeq. item 714. 65.
Tit. IV. - - De Contraria tutela, & utili actione. ib. 66.
Tit. V. - - De eo, qui pro tutore, prove curatore negotia geſſit. ib. 69. & ſeqq.
Tit. VI. - - Quod falsò tutore, auctore geſtum eſſe dicatur. ib. 78. & ſeq.
Tit. VII. - - De Fidejuſſoribus, & nominatoribus, & heredibus tutorum & curatorum. ib. 71.
Tit. VIII. - De Magiſtratibus conveniendis. ib. 72.
Tit. IX. - - De Rebus eorum, qui ſub tutela vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis, vel ſupponendis. III. 713. 51. & ſeqq.
Tit. X. - - De Curatoribus, furioſo & aliis, extra minores dandis. III. 710. 14.

PARS

# PARS V.

## Liber XXVIII.

Tit. I. - - Qui teſtamenta facere poſſunt, & quemadmodùm teſtamenta fiant. III. 754. part. 1. per tot.
Tit. II. - - De Liberis & poſthumis heredibus inſtituendis, vel exheredandis. III. 766. 133. & ſeqq. item 773. 219. & ſeqq. item 780. 299. & ſeqq.
Tit. III. - - De injuſto, rupto, irrito factò teſtamentò. III. 792. 480. & ſeqq.
Tit. IV. - - De his, quæ in teſtamento delentur, inducuntur, vel inſcribuntur. III. 793. 490. & ſeqq.
Tit. V. - - De Heredibus inſtituendis. III. 769. 179. & ſeqq. item 771. 200. & ſeqq. item 778. 270. & ſeqq.
Tit. VI. - - De Vulgari & pupillari ſubſtitutione. III. 783. 350. & ſeqq. item 786. 392. & ſeqq.
Tit. VII. - - De Conditionibus inſtitutionum. III. 779. 283. & ſeqq.
Tit. VIII. - De Jure deliberandi. III. 787. 410. & ſeqq.

## Liber XXIX.

Tit. I. - - De Teſtamento militis. III. 817. 119. & ſeqq.
Tit. II. - - De Acquirenda vel omittenda hereditate. III. 788. 418. & ſeqq.
Tit. III. - - Teſtamenta quemadmodū aperiantur, inſpiciantur, & deſcribantur. III. 787. 406. & ſeqq.
Tit. IV. - - Si quis omiſsâ causâ Teſtamenti, ab inteſtato, vel aliò modò poſſideat hereditatem. II. 792. 486.
Tit. V. - - De Senatusconſulto Silaniano & Claudiano, quorum teſtamenta ne aperiantur. II. 770. 198.
Tit. VI. - - Si quis aliquem teſtari prohibuerit, vel coëgerit. ib. item 755. 9. & ſeqq.
Tit. VII. - - De Jure Codicillorum. II. 823. Sect. 2. per tot.

## Liber XXX.

De Legatis & Fideicommiſſis. 1.

## Liber XXXI.

De Legatis & Fideicommiſſis. 2.

## Liber XXXII.

De Legatis & Fideicommiſſis. 3. III. 774. 236. & ſeqq.

## Liber XXXIII.

Tit. I. - - De Annuis legatis & fideicommiſſis. I. 205. 194. & ſeqq. item II. 791. 477.
Tit. II. - - De Uſu, & uſufructu, & reditu, & habitatione, & operis, per legatum vel fideicommiſſum datis. II. 776. 253.
Tit. III. - - De Servitute legata. II. 536. 31. & ſeqq. item 775. 243.
Tit. IV. - - De Dote prælegata. II. 776. 254.
Tit. V. - - De Optione vel electione legata. II. 775. 244.
Tit. VI. - - De Tritico, vino, vel oleo legato. II. 776. 255.
Tit. VII. - - De Inſtructo vel inſtrumento legato. ib. 256.
Tit. VIII. - De Peculio legato. III. 268. 219.
Tit. IX. - - De Pœna legata. II. 776. 257.
Tit. X. - - De Suppellectile legata. ib. 258.

## Liber XXXIV.

Tit. I. - - De Alimentis vel cibariis legatis. ib. 259.
Tit. II. - - De Auro, argento, mundo, ornamentis, unguentis, veſte, vel veſtimentis, & ſtatuis legatis. ib. 260.
Tit. III. - - De Liberatione legata. II. 775. 243.
Tit. IV. - - De Adimendis vel transferendis legatis vel fideicommiſſis. II. 794. 518. & ſeqq.
Tit. V. - - De Rebus dubiis. II. 795. 525. item.
Tit. VI. - - De His, quæ pœnæ causâ relinquuntur. II. 780. 298.
Tit. VII. - - De Regula Catoniana. II. 768. 164. & 167.
Tit. VIII. - De His, quæ pro non-ſcriptis habentur. II. 795. 526.
Tit. IX. - - De His, quæ ut indignis auferuntur. II. 770. 197. & ſeqq.

## Liber XXXV.

Tit. I. - - De Conditionibus, & demonſtrationibus, & cauſis, & modis eorum, quæ in Teſtamento ſcribuntur. II. 614. 237. & ſeqq. item 779. 283. & ſeqq. item 780. 297.
Tit. II. - - ad Legem Falcidiam. II. 789. 431. & ſeqq.
Tit. III. - - Si cui plus quàm per Legem Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicetur. III. 790. 454.

## Liber XXXVI.

Tit. I. - - Ad Senatusconſultum Trebellianum. II. 819. ſect. 1. per tot.
Tit. II. - - Quando dies legatorum vel fideicommiſſorum cedat. II. 791. 474. & ſeqq.



Tit.

Tit. IV. - - *Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur: & de his, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt.* II. 570. 245. & ſeqq.
Tit. V. - - *De Diſtractione pignorum & hypothecarum.* II. 567. 195. & ſeqq.
Tit. VI. - - *Quibus modis pignus vel hypotheca ſolvitur.* II. 573. ſect. 5.

## Liber XXI.

Tit. I. - - *De Ædilitio edicto, & redhibitione, & quanti minoris.* II. 648. 252. & ſeqq.
Tit. II. - - *De Evictionibus & duplæ ſtipulatione.* II. 646. 211. & ſeqq.
Tit. III. - - *De Exceptione rei venditæ & traditæ.* II. 645. 191.

## Liber XXII.

Tit. I. - - *De Uſuris, & fructibus, & cauſis, & omnibus acceſſionibus, & mora.* III. 228. cap. 2. per tot.
Tit. II. - - *De Nautico fœnore.* III. 237. 102. & ſeqq.
Tit. III. - - *De Probationibus, & præſumptionibus* II. 182. cap. 3. per tot. item 246. cap. 8. per tot.
Tit. IV. - - *De Fide inſtrumentorum & amiſſione eorum.* II. 217. cap. 6. per tot.
Tit. V. - - *De Teſtibus.* II. 205. cap. 5. per tot.
Tit. VI. - - *De Juris & facti ignorantia.* I. 245. 117. & ſeqq. item II. 722. 207. & ſeqq.

## Liber XXIII.

Tit. I. - - *De Sponſalibus.* III. tract. 1. per tot.
Tit. II. - - *De Ritu nuptiarum.* III. tract. 2. & 3. per tot.
Tit. III. - - *De Jure dotium.* III. 67. ſect. 1. per tot. item II. 528. ſect. 3. per tot.
Tit. IV. - - *De Pactis dotalibus.* III. 70. 47. & ſeqq.
Tit. V. - - *De Fundo dotali.* III. 530. 123. & ſeqq.

## Liber XXIV.

Tit. I. - - *De Donationibus inter virum & uxorem.* III. 72. ſect. 2. per tot.
Tit. II. - - *De Divortiis & repudiis.* III. 78. cap. 5. per tot.
Tit. III. - - *Solutò Matrimoniò dos quemadmodùm petatur.* II. 530. 131. & ſeqq. itē III. 71. 66. & ſeqq.

## Liber XXV.

Tit. I. - - *De Impenſis, in res dotales factis.* III. 71. 67.
Tit. II. - - *De Actione rerum amotarum.* III.
Tit. III. - - *De Agnoſcendis & alendis liberis, vel parentibus, vel patronis, vel libertis.* III. 65. 109. & ſeqq.
Tit. IV. - - *De inſpiciendo ventre cuſtodiendóque partu.* II. 254. ſect. 2. per tot.
Tit. V. - - *Si ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſsâ, eadem poſſeſſio dolò malò ad aliam translata eſſe dicatur.* II. 841. 43.
Tit. VI. - - *Si mulier ventris nomine in poſſeſſione calumniæ causâ eſſe dicetur.* ib.
Tit. VII. - - *De Concubinis.* III. 270. 22. & ſeqq.

## Liber XXVI.

Tit. I. - - *De Tutelis.* II. 709. Sect. 1. per tot. item 710. 1. & ſeqq.
Tit. II. - - *De Teſtamentaria tutela.* II. 711. 16. & ſeqq.
Tit. III. - - *De Confirmando tutore.* ibid. 18.
Tit. IV. - - *De Legitimis tutoribus.* ib. 20. & ſeqq.
Tit. V. - - *De Tutoribus & Curatoribus, datis ab his, qui jus dandi habent: & qui, & in quibus cauſis ſpecialiter dari poſſunt.* ib. 25.
Tit. VI. - - *Qui petant tutores vel curatores, & ubi petantur.* ib.
Tit. VII. - - *De Adminiſtratione, & periculo tutorum & curatorum, qui geſſerunt, vel non: & de agentibus, vel conveniendis, uno vel pluribus.* III. 712. 43. & ſeqq.
Tit. VIII. - *De Authoritate & conſenſu tutorum & curatorum.* III. 713. 53. & ſeqq.
Tit. IX. - - *Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere, vel conveniri poſſunt.* III. 714. 74. & ſeqq.
Tit. X. - - *De Suſpectis tutoribus & curatoribus.* III. 713. 58. & ſeqq.

## Liber XXVII.

Tit. I. - - *De Excuſationibus.* III. 712. 38. & ſeqq.
Tit. II. - - *Ubi pupillus educari, vel morari debeat: & de alimentis, eidem præſtandis.* ib. 43. & ſeq.
Tit. III. - - *De Tutela, & rationibus diſtrahendis, & utili curationis causâ, actione.* III. 713. 49. & ſeq. item 714. 65.
Tit. IV. - - *De Contraria tutela, & utili actione.* ib. 66.
Tit. V. - - *De eo, qui pro tutore, prove curatore negotia geſſit.* ib. 69. & ſeqq.
Tit. VI. - - *Quod falsò tutore, auctore geſtum eſſe dicatur.* ib. 78. & ſeq.
Tit. VII. - - *De Fidejuſſoribus, & nominatoribus, & heredibus tutorum & curatorum.* ib. 71.
Tit. VIII. - *De Magiſtratibus conveniendis.* ib. 72.
Tit. IX. - - *De Rebus eorum, qui ſub tutela vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis, vel ſupponendis.* III. 713. 51. & ſeqq.
Tit. X. - - *De Curatoribus, furioſo & aliis, extra minores dandis.* III. 710. 14.




# PARS V.


## Liber XXVIII.

Tit. I. - - *Qui teſtamenta facere poſſunt, & quemadmodùm teſtamenta fiant.* III. 754. part. 1. per tot.
Tit. II. - - *De Liberis & poſthumis heredibus inſtituendis, vel exheredandis.* III. 766. 133. & ſeqq. item 773. 219. & ſeqq. item 780. 299. & ſeqq.
Tit. III. - - *De injuſto, rupto, irrito factò teſtamentò.* III. 792. 480. & ſeqq.
Tit. IV. - - *De his, quæ in teſtamento delentur, inducuntur, vel inſcribuntur.* III. 793. 490. & ſeqq.
Tit. V. - - *De Heredibus inſtituendis.* III. 769. 179. & ſeqq. item 771. 200. & ſeqq. item 778. 270. & ſeqq.
Tit. VI. - - *De Vulgari & pupillari ſubſtitutione.* III. 783. 350. & ſeqq. item 786. 392. & ſeqq.
Tit. VII. - - *De Conditionibus inſtitutionum.* III. 779. 283. & ſeqq.
Tit. VIII. - *De Jure deliberandi.* III. 787. 410. & ſeqq.

## Liber XXIX.

Tit. I. - - *De Teſtamento militis.* III. 817. 119. & ſeqq.
Tit. II. - - *De Acquirenda vel omittenda hereditate.* III. 788. 418. & ſeqq.
Tit. III. - - *Teſtamenta quemadmodū aperiantur, inſpiciantur, & deſcribantur.* III. 787. 406. & ſeqq.
Tit. IV. - - *Si quis omiſsâ causâ Teſtamenti, ab inteſtato, vel aliò modò poſſideat hereditatem.* II. 792. 486.
Tit. V. - - *De Senatusconſulto Silaniano & Claudiano, quorum teſtamenta ne aperiantur.* II. 770. 198.
Tit. VI. - - *Si quis aliquem teſtari prohibuerit, vel coëgerit.* ib. item 755. 9. & ſeqq.
Tit. VII. - - *De Jure Codicillorum.* II. 823. Sect. 2. per tot.

## Liber XXX.

*De Legatis & Fideicommiſſis.* 1.

## Liber XXXI.

*De Legatis & Fideicommiſſis.* 2.

## Liber XXXII.

*De Legatis & Fideicommiſſis.* 3. III. 774. 236. & ſeqq.

## Liber XXXIII.

Tit. I. - - *De Annuis legatis & fideicommiſſis.* I. 205. 194. & ſeqq. item II. 791. 477.
Tit. II. - - *De Uſu, & uſufructu, & reditu, & habitatione, & operis, per legatum vel fideicommiſſum datis.* II. 776. 253.
Tit. III. - - *De Servitute legata.* II. 536. 31. & ſeqq. item 775. 243.
Tit. IV. - - *De Dote prælegata.* II. 776. 254.
Tit. V. - - *De Optione vel electione legata.* II. 775. 244.
Tit. VI. - - *De Tritico, vino, vel oleo legato.* II. 776. 255.
Tit. VII. - - *De Inſtructo vel inſtrumento legato.* ib. 256.
Tit. VIII. - *De Peculio legato.* III. 268. 219.
Tit. IX. - - *De Pœna legata.* II. 776. 257.
Tit. X. - - *De Suppellectile legata.* ib. 258.

## Liber XXXIV.

Tit. I. - - *De Alimentis vel cibariis legatis.* ib. 259.
Tit. II. - - *De Auro, argento, mundo, ornamentis, unguentis, veſte, vel veſtimentis, & ſtatuis legatis.* ib. 260.
Tit. III. - - *De Liberatione legata.* II. 775. 243.
Tit. IV. - - *De Adimendis vel transferendis legatis vel fideicommiſſis.* II. 794. 518. & ſeqq.
Tit. V. - - *De Rebus dubiis.* II. 795. 525. item.
Tit. VI. - - *De His, quæ pœnæ causâ relinquuntur.* II. 780. 298.
Tit. VII. - - *De Regula Catoniana.* II. 768. 164. & 167.
Tit. VIII. - *De His, quæ pro non-ſcriptis habentur.* II. 795. 526.
Tit. IX. - - *De His, quæ ut indignis auferuntur.* II. 770. 197. & ſeqq.

## Liber XXXV.

Tit. I. - - *De Conditionibus, & demonſtrationibus, & cauſis, & modis eorum, quæ in Teſtamento ſcribuntur.* II. 614. 237. & ſeqq. item 779. 283. & ſeqq. item 780. 297.
Tit. II. - - *ad Legem Falcidiam.* II. 789. 431. & ſeqq.
Tit. III. - - *Si cui plus quàm per Legem Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicetur.* III. 790. 454.

## Liber XXXVI.

Tit. I. - - *Ad Senatusconſultum Trebellianum.* II. 819. ſect. 1. per tot.
Tit. II. - - *Quando dies legatorum vel fideicommiſſorum cedat.* II. 791. 474. & ſeqq.




UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Tit. III. - - Ut legatorum ſeu fideicommiſſorum ſervandorum causâ caveatur. ib. 478.
Tit. IV. - - Ut in poſſeſſionem legatorum vel fideicomiſſorum ſervandorũ causâ eſſe liceat. II. 792. 479.

# PARS VI.

## Liber XXXVII.

Tit. I. - - De Bonorum poſſeſſionibus. II. 838. cap. 2. per tot.
Tit. II. - - Si tabulæ teſtamenti extabunt. II. 840. 17.
Tit. III. - - De Bonorum poſſeſſione furioſo, infanti, muto, ſurdo, cæco competente. II. 891. 36.
Tit. IV. - - De Bonorum poſſeſſione contra tabulas. II. 840. 18. & ſeqq.
Tit. V. - - De Legatis præſtandis, contra tabulas bonorum poſſeſſione petitâ. ib.
Tit. VI. - - De Collatione. II. 835. ſect. 4. per tot.
Tit. VII. - - De Dotis collatione. II. 836. 139. & ſeqq.
Tit. VIII. - De Conjungendis cum emancipato liberis. II. 841. 32.
Tit. IX. - - De Ventre in poſſeſſionem mittendo. II. 839. 11.
Tit. X. - - De Carboniano edicto. ibid.
Tit. XI. - - De Bonorum poſſeſſionibus ſecundùm tabulas. ib. 14. & ſeqq.
Tit. XII. - - Si à parente quis manumiſſus ſit. II. 840. 20.
Tit. XIII. - De Bonorum poſſeſſione ex teſtamento militis. ib. 30.
Tit. XIV. - De Jure Patronatûs. II. 301. 38. & ſeqq.
Tit. XV. - De Obſequiis, parentibus, & patronis præſtandis. ib. 39.

## Liber XXXVIII.

Tit. I. - - De Operis libertorum. ib. 40.
Tit. II. - - De Bonis libertorum. ib. 41.
Tit. III. - - De Libertis Univerſitatum. ib. 42.
Tit. IV. - - De Aſſignandis libertis. ib.
Tit. V. - - Si quid in fraudem Patroni factum ſit. II. 533. 180. & ſeq.
Tit. VI. - - Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt, unde liberi. II. 840. 24. & ſeqq.
Tit. VII. - - Unde legitimi. ib. 26.
Tit. VIII. - Unde cognati. ib. 27.
Tit. IX. - - De Succeſſorio edicto. II. 841. 34.
Tit. X. - - De Gradibus, & affinibus, & nominibus eorum. II. 833. 99. & ſeq. item III. 119. 20. & ſeqq.
Tit. XI. - - Unde vir & uxor. II. 840. 28.
Tit. XII. - - De Veteranorum & militum ſucceſſione. ib. 30.
Tit. XIII. - Quibus non competit bonorum poſſeſſio. II. 841. 33.
Tit. XIV. - Ut ex Legibus Senatusve conſultis bonorum poſſeſſio detur. II. 839. 11.
Tit. XV. - Quis ordo in poſſeſſionibus ſervetur. II. 840. ſect. 2.
Tit. XVI. - De Suis & legitimis hæredibus. II. 828. ſect. 2. per tot.
Tit. XVII. - Ad Senatusconſultum Tertullianum & Orphitianum. 829. 43. & 49.

## Liber XXXIX.

Tit. I. - - De Novi operis nuntiatione. III. 251. 135. & ſeqq.
Tit. II. - - De Damno infecto, & de ſuggrandis, & protectionibus. II. 158. 50. & ſeqq. item 519. 374.
Tit. III. - - De Aqua & aquæ pluviæ arcendæ. II. 553. 288. & ſeqq.
Tit. IV. - - De Publicanis, & vectigalibus, & commiſſis III. 240. 169. & ſeqq.
Tit. V. - - De Donationibus. II. 732. ſect. 3. per tot.
Tit. VI. - - De Mortis cauſa donationibus. ibid.

## Liber XL.

Tit. I. - - De Manumiſſionibus. II. 300. 26. & ſeqq.
Tit. II. - - De Manumiſſis vindictâ. ib. 33.
Tit. III. - - De Manumiſſionibus, quæ ſervis, ad univerſitatem pertinentibus, imponuntur. ib. 27.
Tit. IV. - - De Manumiſſis Teſtamentô ib. 34.
Tit. V. - - De Fideicomiſſariis libertatibus. ib.
Tit. VI. - - De Ademptione libertatis. ib. 36.
Tit. VII. - - De Statu liberis. ibid. 37.
Tit. VIII. - Qui ſine manumiſſione ad libertatem perveniunt. ib. 25.
Tit. IX. - - Qui, & à quibus manumiſſi, liberi non fiunt, & ad Legem aliam ſentiam. ib. 27.
Tit. X. - - De Jure aureorum annulorum. ib. 24.
Tit. XI. - - De Natalibus reſtituendis. ib.
Tit. XII. - De Liberali cauſa. II. 301. 43.
Tit. XIII. - Quibus ad libertatem proclamare non licet. ib.
Tit. XIV. - Si ingenuus eſſe dicetur. ib. 44.
Tit. XV. - Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur. III. 268. 218.
Tit. XVI. - De Colluſione detegenda. III. 250. 123. & ſeqq.



## Liber XLI.

Tit. I. - - De Acquirendo rerum dominio. II. 493. cap. 2. per tot.
Tit. II. - - De Acquirenda vel amittenda poſſeſſione. II. 576. cap. 6. per tot.
Tit. III. - - De Uſurpationibus & uſucapionibus. I. tract. 2. per tot. I.
Tit. IV. - - Pro Emptore. I. 262. 308. & ſeqq.
Tit. V. - - Pro Hærede vel pro poſſeſſore. I. 260. 283. & ſeqq.
Tit. VI. - - Pro Donato. I. 262. 313. & ſeq.
Tit. VII. - - Pro Derelicto. I. 263. 318.
Tit. VIII. - Pro Legato. I. 262. 315. & ſeqq.
Tit. IX. - - Pro Dote. I. 263. 317.
Tit. X. - - Pro Suo. I. 259. 275. & ſeqq.

## Liber XLII.

Tit. I. - - De Re judicata, & de effectu Sententiarum & interlocutione. II. 265. cap. 12. per tot.
Tit. II. - - De Confeſſis. II. 196. cap. 4. per tot.
Tit. III. - - De Ceſſione bonorum. II. 743. 83.
Tit. IV. - - Quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur. II. 753. 235. item 158. 50. & ſeqq.
Tit. V. - - De Rebus, authoritate Judicis poſſidendis, ſeu vendundis. ib.
Tit. VI. - - De Separationibus. II. 789. 430.
Tit. VII. - - De Curatore bonis dandô. II. 753. 236.
Tit. VIII. - - Quæ in fraudem creditorum facta ſunt, ut reſtituantur. II. 533. 176. & ſeqq.

## Liber XLIII.

Tit. I. - - De Interdictis, ſive extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt. II. 588. ſect. 4. per tot.
Tit. II. - - Quorum bonorum. ib. 158. & ſeqq.
Tit. III. - - Quod legatorum. II. 589. 164. & ſeqq.
Tit. IV. - - Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus erit. ib. 168. & ſeq.
Tit. V. - - De Tabulis exhibendis. II. 594. 246.
Tit. VI. - - Ne quid in loco ſacro fiat. ib. 247.
Tit. VII. - - De locis & itineribus publicis. ib. 248.
Tit. VIII. - - Ne quid in loco publico vel itinere fiat. ib. 249.
Tit. IX. - - De loco publico fruendo. ib. 250.
Tit. X. - - De Via publica, & ſi quid in ea factum eſſe, dicetur. ib. 251.
Tit. XI. - - De Via publica, & itinere publico reficiendo. ib. 252.
Tit. XII. - - De Fluminibus, ne quid in flumine publico ripâve ejus fiat, quò pejùs navigetur. ib. 253.
Tit. XIII. - - Ne quid in flumine publico fiat, quò aliter aqua fluat, atq; uti priore æſtate fluxit. ib. 254.
Tit. XIV. - Ut in flumine publico navigare liceat. ib. 255.
Tit. XV. - - De Ripa munienda. ib. 256.
Tit. XVI. - De Vi, & vi armata. II. 591. 203. & ſeqq.
Tit. XVII. - Uti poſſidetis. II. 590. 176. & ſeqq.
Tit. XVIII. - De ſuperficiebus. II 527. 88. & ſeqq. item 591. 197.
Tit. XIX. - De Itinere actuque privato. ib. 198.
Tit. XX. - - De Aqua quotidiana & æſtivo. ib. 199.
Tit. XXI. - - De Rivis. ib. 200.
Tit. XXII. - De Fonte. ib. 201.
Tit. XXIII. - De Cloacis. II. 594. 257.
Tit. XXIV. - Quod vi aut clam II. 595. 258.
Tit. XXV. - De Remiſſionibus. ib. 259.
Tit. XXVI. - De Precario. II. 692. 189. & ſeqq.
Tit. XXVII. - De Arboribus cædendis. II. 595. 260.
Tit. XXVIII. - De Glande legenda. ib. 261.
Tit. XXIX. - De Homine libero exhibendo. ib. 262.
Tit. XXX. - De liberis exhibendis, item ducendis. ib. 263.
Tit. XXXI. - De Utrobi. II. 590. 176. & ſeqq.
Tit. XXXII. - De Migrando. II. 591. 202.
Tit. XXXIII. - De Salviano interdicto. II. 589. 170. & ſeqq.

## Liber XLIV.

Tit. I. - - De Exceptionibus, præſcriptionibus, & præjudiciis. II. 256. cap. 10. per tot.
Tit. II. - - De Exceptione rei judicatæ. II. 273. 126. & ſeqq.
Tit. III. - - De Diverſis temporalibus præſcriptionibus, & de acceſſionibus poſſeſſionum. I. 285. 622. & ſeqq.
Tit. IV. - - De Doli mali & metus exceptione II. 625. 398. item 627. 429. & ſeqq.
Tit. V. - - Quarum rerum actio non detur. II. 257. 10. & ſeqq. item III.
Tit. VI. - - De Litigioſis. II. 142. 87. & ſeqq.
Tit. VII. - - De Obligationibus & actionibus. II. 602. ſect. 2. per tot. item tot. tract. 3.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# PARS. VII.

## Liber XLV.


Tit. I. - - *De Verborum obligationibus. II. 692. ſect. 1. per tot.*
Tit. II. - - *De Duobus reis conſtituendis. II. 694. 20. & ſeqq.*
Tit. III. - - *De Stipulatione ſervorum. ib. 33.*


## Liber XLVI.


Tit. I. - - *De Fidejuſſoribus & Mandatoribus. II. 695. ſect. 2. per tot.*
Tit. II. - - *De Novationibus & delegationibus. II. 751. 187. & ſeqq.*
Tit. III. - - *De Solutionibus & liberationibus. II. 738. ſect. 1. per tot.*
Tit. IV. - - *De Acceptilatione. II. 750. 171. & ſeqq.*
Tit. V. - - *De Stipulationibus Prætoriis. II. 693. 19.*
Tit. VI. - - *Rem pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore. ib.*
Tit. VII. - - *Judicatum ſolvi. II. 162. 14. item 164. 42. & ſeq.*
Tit. VIII. - *Ratam rem haberi, & de ratihabitione. II. 162. 14. item 165. 45. & ſeqq.*


## Liber XLVII.


Tit. I. - - *De Privatis delictis. III. 252. cap. 1. per tot.*
Tit. II. - - *De Furtis. III. ibid. ſect. 1.*
Tit. III. - - *De Tigno juncto. III. 256. 53. & ſeqq.*
Tit. IV. - - *Si is, qui teſtamento liber eſſe juſſus erit, poſt mortem domini ante aditam hæreditatem ſurripuiſſe, aut corrupiſſe quid dicetur. III. 268. 215.*
Tit. V. - - *Furti adverſus Nautas, caupones, ſtabularios. III. 266. 189.*
Tit. VI. - - *Si Familia furtum feciſſe videtur. III. 267. 213. & ſeq.*
Tit. VII. - - *Arborum furtim cæſarum. III. 256. 53. & ſeqq.*
Tit. VIII. - *Vi Bonorum raptorum & de turba. 255. 43. & ſeqq.*
Tit. IX. - - *De Incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata. III. 254. 39. item 259. 103.*
Tit. X. - - *De Injuriis & famoſis libellis. ibid. ſect. 4.*
Tit. XI. - - *De Extraordinariis criminibus. III. 273. cap. 3. per tot.*
Tit. XII. - - *De Sepulchro violato. III. 277. 20.*
Tit. XIII. - *De Concuſſione. III. 276. 10.*
Tit. XIV. - *De Abigeis. ibid. 16.*
Tit. XV. - - *De Prævaricatione. III. 277. 21.*
Tit. XVI. - *De Receptatoribus. ibid. 18.*
Tit. XVII. - *De Furibus balneariis. III. 276. 17.*
Tit. XVIII. - *De Effractoribus & expilatoribus. III. 277. 23.*
Tit. XIX. - *De Expilata hereditatis. III. 276. 14.*
Tit. XX. - - *Stellionatus. III. 277. 28.*
Tit. XXI. - *De Termino moto. ibid. 24.*
Tit. XXII. - *De Collegiis & Corporibus. ibid. 26.*
Tit. XXIII. *De Populalaribus actionibus. II. 35. 354. & ſeqq. item III. 196. 38. & ſeqq.*


## Liber XLVIII.


Tit. I. - - *De Publicis Judiciis. III. 268. cap. 2. per tot.*
Tit. II. - - *De Accuſationibus & inſcriptionibus. III. 194. ſect. 1. per tot.*
Tit. III. - - *De Cuſtodia & exhibitione reorum. III. 197. 53. & ſeqq.*
Tit. IV. - - *Ad Legem Juliam Majeſtatis. III. 268. ſect. 1. per tot.*
Tit. V. - - *Ad Legem Jul. de adulteriis coercendis. III. 270. ſect. 2. per tot.*
Tit. VI. - - *Ad Legem Juliam de Vi publica. III. 274. 84. & ſeqq.*
Tit. VII. - - *Ad Legem Juliam de Vi privata. ib. 87. & ſeq.*
Tit. VIII. - *Ad Legem Cornelia de Sicariis & veneficiis. III. 273. 56. & 66.*
Tit. IX. - - *De Lege Pompeia de Parricidiis. ibid. 57. & ſeqq.*
Tit. X. - - *De Lege Cornelia de Falſis, & de Senatusconſulto Liboniano. III. 274. 74. & ſeqq.*
Tit. XI. - - *De Lege Julia repetundarum. ib. 89.*
Tit. XII. - *De Lege Julia de annona. III. 7. 275. 91.*
Tit. XIII. - *Ad Legem Juliam Peculatûs, & de Sacrilegis, & de reſiduis. ibid. 93. & ſeqq. item 255. 49. & ſeqq.*
Tit. XIV. - *De Lege Julia Ambitûs. III. 275. 97. & ſeqq.*
Tit. XV. - *De Lege Fabia de Plagiariis. ib. 100. & ſeqq.*
Tit. XVI. - *Ad Senatusconſultum Turpillianum, & de abolitionibus criminum. III. 197. 48.*
Tit. XVII. - *De Requirendis vel abſentibus condemnendis. II. 56. 164. & ſeqq. item III. 196. 36. & ſeq.*
Tit. XVIII. *De Quæſtionibus. III. 199. 67. & 71. ac ſeqq. item 201. 94. & ſeqq.*
Tit. XIX. - *De Pœnis. III. 172. cap. 2. per tot.*
Tit. XX. - - *De Bonis damnatorum. III. 193. 306. & ſeqq.*
Tit. XXI. - *De Bonis eorum, qui ante ſententiam vel mortem ſibi conſciverunt, vel accuſatorem corruperunt. ibid. 316.*


Tit.


Tit. XXII. - *De Interdictis, & relegatis, & deportatis. II. 303. 73. & ſeqq. item III. 192. 292. & ſeqq. item 300.*
Tit. XXIII. - *De Sententiam paſſis & reſtitutis. III. 194. 317.*
Tit. XXIV. - *De Cadaveribus punitorum. II. 439. 49. & ſeqq.*


## Liber XLIX.


Tit. I. - - *De Appellationibus & relationibus. II. 279. cap. 13. per tot.*
Tit. II. - - *A quibus appellari non licet. II. 289. 122. & ſeqq.*
Tit. III. - - *Quis à quo appelletur. ib. 117. & ſeqq.*
Tit. IV. - - *Quando appellandum ſit, & intra quæ tempora. II. 291. 156. & ſeqq.*
Tit. V. - - *De Appellationibus recipiendis vel non. II. 284. ſect. 3. per tot.*
Tit. VI. - - *De Libellis dimiſſoriis, qui Apoſtoli dicuntur. II. 291. 159. & ſeqq.*
Tit. VII. - - *Nihil innovari appellatione interpoſitâ. II. 292. 170. & ſeqq.*
Tit. VIII. - *Quæ Sententiæ ſine appellatione reſcindantur. II. 284. 63.*
Tit. IX. - - *An per alium cauſæ appellationum reddi poſſunt. II. 282. 38. & ſeqq.*
Tit. X. - - *Si tutor vel curator Magiſtratus creatus appellaverit. II. 293. 179.*
Tit. XI. - - *Eum, qui appellaverit, in provincia defendi. ibid. 173.*
Tit. XII. - - *Apud eum, à quo appellatur, aliam cauſam agere compellendũ. ib. 174. & ſeq.*
Tit. XIII. - *Si pendente appellatione mors intervenerit. II. 292. 168. & ſeq.*
Tit. XIV. - *De Jure Fiſci. II. 557. 48. & ſeqq. item 571. 257. & ſeq. item 770. 197. & ſeq. item II. 193. 310. & ſeqq.*
Tit. XV. - *De Captivis, & de poſtliminio, & redemptis ab hoſtibus. II. 758. 46.*
Tit. XVI. - *De Re militari. I. 99. 80. & ſeqq.*
Tit. XVII. - *De Caſtrenſi peculio. II. 503. 145. & 149.*
Tit. XVIII. - *De Veteranis. II. 817. 122.*


## Liber L.


Tit. I. - - *Ad Municipalem & de incolis. II. 301. 52. & ſeqq.*
Tit. II. - - *De Decurionibus & filiis eorum. II. 568. 145. item II. 302. 60.*
Tit. III. - - *De Albo ſcribendo. ib. 61.*
Tit. IV. - - *De Muneribus & honoribus. ib. 58. & ſeqq.*
Tit. V. - - *De Vacatione, & excuſatione munerum. ibid. 70.*
Tit. VI. - - *De Jure Immunitatis. ibid.*
Tit. VII. - - *De Legationibus. I. 96. 38. & ſeqq.*
Tit. VIII. - *De Adminiſtratione rerum, ad Civitates pertinentium. II. 302. 66.*
Tit. IX. - - *De Decretis, ab Ordine faciendis. ibid. 60.*
Tit. X. - - *De Operibus publicis. ibid. 66.*
Tit. XI. - - *De Nundinis I. 157. 269. item 594. 83.*
Tit. XII. - - *De Pollicitationibus. II. 599. 5. 9. 10. 11. 13.*
Tit. XIII. - *De Extraordinariis cognitionibus, & ſi Judex litem ſuã feciſſe diceretur. II. 5. 35. & ſeqq.*
Tit. XIV. - *De Proxeneticis. III. 75. 127. & ſeq.*
Tit. XV. - *De Cenſibus. I. 209. 194. & ſeqq. item II. 435. 44. ittem III.*
Tit. XVI. - *De Verborum ſignificatione. I. 23. ſect. 1. & 2. per tot.*
Tit. XVII. - *De Regulis Juris I. 28. ſect. 3. per tot.*


# *FINIS TOMI III.*


UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# *Errores craſſiores benevolus Lector ita corriget.*

| *Pag.* | *Lin.* | *Col.* | *Error.* | *Corr.* |
| --- | --- | --- | --- | --- |
| 18. | 44. | 1. | es | ex |
| 100. | 31. | 2. | interdicit | intercedit |
| 127. | 37. | 2. | uxorem | nurum |
| 191. | 56. | 1. | Coadjutor | Coadjutori |
| eâd. | 60. | eâd. | *num.* 6. | *in* 6. |
| 188. | 35. | 1. | ſuadendum | ſuadendam |
| eâd. | 42. | eâd. | inquiſititio | inquiſitio |
| 201. | 7. | 2. | convici | convinci |
| 210. | 15. | 1. | pecuniarium | pecuniariam |
| 314. | 8. | 1. | Campellaniæ | Capellaniæ |
| 235. | 53. | 1. | Eccleſiaſticam | Eccleſiaſticum |
| eâd. | 2. | 2. | Innocentia | Innocentio |
| 223. | 42. | 2. | pecuniæ | pecunia |
| 225. | 12. | eâd. | proviſiione | proviſione |
| 231. | 45. | 1. | conſuedine. | conſuetudine |
| 238. | 47. | 1. | pertineant | pertineat. |
| 240. | 36. | 2. | Legis | Legibus |
| 255. | 49. | 1. | ſatra | ſacra |

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UAN
DAD AUTÓNOMA DE NUEV
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTE